ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ

OPVS GENEALOGICVM CATHOLICVM

DE PRAECIPVIS FAMILIIS IMPERATORVM, REGVM, PRINCIPVM, ALIORVMQVE PROCERVM Orbis Christiani.

Cum Auctario Genealogiæ Comitum, Baronum & Dynastarum.

Editum studio & opera

ELIAE REVSNERI LEORINI MEDICINÆ Licentiati, Professoris Historiarum & Poëseos, in Academia Ienensi.

Indicem & Oeconomiam operis, proximæ post Præfationem pagellæ demonstrabunt.

Cum Gratia & Priuilegio Cæs. Maiest. ad decennium.

FRANCOFVRTI.

Ex Officina Typographica Nicolai Bassæi.

M. D. XCII.

ΣΥΝ ΘΕΩ

IMP. CAES. RVDOLPHO II. AVGVSTO, REGI ROMAN. GERMAN. HVNGAR. BOEMIAEQ.

OPTIMO MAXIMO:

SERENISSIMIS ORBIS CHRISTIANI REGIBVS

PHILIPPO II. HISPANIAE,

HENRICO IV. GALLIAE,

ELISABETHAE ANGLIAE,

IACOBO V. SCOTIAE,

CHRISTIANO IV. DANIAE,

IOANNI SVECIAE,

SIGISMVNDO POLONIAE,

&c.

ILLVSTRISSIMIS CELSISSIMISQ. PRINCIPIBVS, SACRI ROMANI IMPERII SEPTEMVIRIS

FRIDERICO IV. COM. PALATINO ad Rhenum, Archidapifero.

FRIDERICO GVILIELMO SAXONIAE ELECTOR. Administratori, Archimarschallo.

IOANNI GEORGIO MARCHIONI BRANDEBVRGICO, Archicamerario.

(:) 2

Cæteris item

SERENISSIMIS ILLVSTRIS-
SIMIS GENEROSISSIMIS

EXARCHIS, DVCIBVS, LANDGRAVIIS,
MARCHIONIBVS, COMITIBVS, DY-
NASTIS

VNIVERSIS AC SINGVLIS

INCLYTIS REIP. CHRISTIANAE LVMI-
NIBVS AC COLVMINIBVS,

PATRIÆ PATRIBVS

BELLI PACISQVE ARTIB.
HEROIB. INCOMPAR.

PVBL. TRANQVILL. ET INCOLVMITATIS AVCTO-
RIB. ET PROPVGNATORIB.

ELIAS REVSNERVS
MED. LIC.

LVMEN DE ILLVSTRI LVMINE
MVTVATVRVS

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ

hocce

OPVS GENEALOGICVM CA-
THOLICVM

LITERARII OTII SVI
SYMBOLVM

DEVOTISS. OBSERVANTIAE
MONIMENTVM

D. D. D.

Η ΧΑΡΙΝ Η ΣΥΓΓΝΩΜΗΝ.

IN

AD LECTOREM BENEVOLVM

Præfatio

NICOLAI REVSNERI IVRISC. ET ANTECESSORIS, ILLVSTRISSIMORVM SAXONIAE DVCVM Consiliarij.

CVM multa alia in Philosophia admirabilia sunt; & cognitione digna: tùm verò nihil homine admirabilius, nihil præstantius: cuius excellentiam cognoscere & contemplari, homine inprimis dignum est. Sed huius quidem præclari ac diuini animantis, non modò ad intelligendum, sed etiam agendum nati, consilia, facta, dicta, in historia potißimùm memorantur: quæ verè est, vt Tullius vult, testis temporum: lux veritatis: vita memoriæ: magistra vitæ: nuncia vetustatis: Quippe quæ non vnius alicuius aut alterius, sed variarum gentium res gestas, omniumq́ propè regum atque populorum facta complectitur: & ex veterum rerum contemplatione ἀκίνδυνον (vt ille ait) διδασκαλίαν, hoc est periculi expertem doctrinam peritiamq́ comparat: totam denique antiquitatis memoriam eruit, & in conspectu quodammodò nostro ponit: exemplis, eandem quæ sapiunt, adimitandum & benè beateq́ viuendum innumeris propositis: quæ non parum & auctoritatis ad probandum, & ad audiendum iucunditatis atq; voluptatis habent: vnde, quod imitere, tibi capere; vnde fœdum inceptu, fœdum exitu quod vites, intueri liceat. Quamob causam non immeritò à Dionysio Halicarnasseo ἀρχὴ φρονήσεως καὶ σοφίας, & à Nazianzeno [illegible] historia appellatur. Quippe quæ vera est prudentiæ ciuilis magistra: &, vt Polybius ait, ἀληθινωτάτη παιδεία καὶ γυμνασία πρὸς τὰς πολιτικὰς πράξεις: cuius ignoratione omnia tenebris obruta iacére, omnes pueros esse & manere, necesse est. Nam & omnis æui memoriam, ceu in vitæ humanæ theatro quodam, contemplandam proponit historia: & omnium gentium leges & instituta, omnesq́ benè gerendæ Reipub. rationes exponit: & hominum denique vitia, eorumq́ pœnas, æquè ac virtutes earumq́ præmia narrat: ex quibus, quid in omni vita agendum fugiendumve sit, siue publicè, siue priuatim, nullo non modò periculo, sed etiam negotio falicè discitur. Nimirum hæc doctrina Africanum disciplina Cyri informauit: hæc Alexandrum eiusdem Cyri æmulatione erudiuit: hæc Themistoclem Miltiadis trophæis excitauit: hæc Iulium Cæsarem laudis flagrantem studio conquiescere passa non est: hæc denique præstantißi-

mum quemque præstantium virorum æmulatione gloriáq; inflammauit. Enimuerò cùm vniuersa historia multum in se habet iucunditatis atque voluptatis: tum verò in historiarum partibus delectat præcipuè τὸ γενεαλογικόν, teste Polybio: quæ pars familiarum maximè illustrium origines & progressus inquirit, atque annotat: simulq; res eorum gestas, & egregia facinora ac virtutes leuiter quasi adumbrat, & delineat: ex qua qui summam non capiat voluptatem, eum omni sensu carere consentaneum est. Quid enim delectabilius esse potest, aut iucundius, quàm videre, quibus quasi fulcris magnæ Resp. constiterint hactenus, & adhuc consistant? Quid optabilius, aut heroico animo gratius, quàm summorum Regum ac Principum ceu heroum familias & prosapias, quæ orbis terrarum imperia & regna rexerunt, ordine habere cognitas? Nimirum hæ sunt imagines illæ Atheniensium, ceu nobilitatis documenta, ad excitandam vim animi & rerum gerendarum industriam in posteris, publico in loco, quem ποικίλην vocabant, collocari solitæ: hæ clypeorum imagines in sacro vel publico vnà cum titulis honorum; Martio exemplo dicari olim ab Appio Claudio institutæ: hæ deniq; cereæ illæ atque fumosæ imagines à Romanis priuatim in atrijs ceu tablinis suis poni consuetæ: quas intueri, & quibus nonnunquam consistere, & colloqui, & quoties lubet, in consultationem deliberationemq; venire, non minus iucundum ac delectabile, quàm vtile & fructuosum est. Hoc nimirum est, quod Q. Maximum & P. Scipionem de se affirmare solitos fuisse memorat in historia sua Sallustius: cùm maiorum imagines intuerentur, vehementissimè sibi animos ad virtutem accendi: scilicet non ceram illam neque figuram tantam in se vim habere: sed memoria rerum gestarum eam flammam egregijs viris in pectore crescere: neque priùs sedari, quàm virtus eorum famam atque gloriam adæquauerit. Et verò quis tam est stupidus aut vecors: vt non maiorũ suorum clypeos & decora gaudens fauensq; aspiciat: aut si præstantis alicuius herois res gestas legat, non protinus vel maiores, vel posteros ipsius scire desideret? propterea, quòd morum in his quædam similitudo, & maiestas heroica, vnà cum semine propagari credatur. Planè enim, si Platoni credimus; inest in parentum virtute vis quædam admirabilis propagandæ virtutis, & in stirpem quasi deriuandæ. Quàm verò suaue est & admirabile in tot & tam præstantibus heroum familijs DEI Opt. Max. beneficia summa atque maxima agnoscere: eiusq; sapientiam & misericordiam immensam celebrare: ac præterea ipsarum familiarum incrementa & decrementa perpendere: omniumq; rerum vicissitudinum ac mutationum illustre inde capere exemplum: quam profectò honestissimam fructuosissimamq; suauitatem longè omnibus esse anteponendam statuo. Quamobrem omnibus temporibus summo in honore fuit ista quoq; pars ciuilis sapientiæ, non modò apud priuatos; sed multò etiam magis apud principes & magistratus ciuiles. Nam & de VALENTINIANO I. Cæsare prædicat Aurel. Victor: eum cùm alijs in rebus plurimis, tum etiam in veteribus familijs inquirendis atque cognoscendis magnam operam posuisse: quod ante eum fecisse nouerat ADRIANVM ingeniosissimum atque doctissimum Imperatorem. Quorum exemplo patrum nostrorum memoria MAXIMILIANVS I. Imperator maximum quoque historiæ,

non

non cognoscendæ solùm, sed etiam propagandæ studium habuisse legitur: qui & auctor fuit præcipuus, priscas illas & maximè illustres familias Germaniæ passim explorandi ac describendi, IOANNI STABIO & LADISLAO SVNTHEMIO: *quorum collectanea postea maiore genio supplantarunt* IOAN. CVSPINIANVS & VVOLFGANGVS LAZIVS: *sicut monumenta eorum in publicum edita hoc testantur. Præter hos verò, quos dixi, familias quoque Germaniæ præsertim, illustres descripserunt* IOAN. AVENTINVS, IACOBVS MANLIVS, BEATVS RHENANVS: *& hoc nostro seculo in hac parte excellunt maximè* HENRICVS RANZOVIVS, DAVID CHYTRAEVS, REINERVS REINECCIVS, PETRVS ALBINVS, HIERONYMVS HENNINGIVS, *alij præterea nonnulli: de quibus singulis prolixius hic differendi non est locus. Sed neq; à veteribus tam Græcis quàm Romanis scriptoribus hanc doctrinæ partem fuisse prætermissam, auctor est Pausanias in Arcadicis. Nam & Stephanus genealogias Suidæ & Hecatæi nominat: & Acesilas AEneas tabulas genealogicas, itemq; Simonidis Melicertæ libros eiusdem argumenti tres idem Suidas memorat. Apud Romanos verò inter familiarium scriptores primus M. Terentius Varro recensetur; qui de familijs Troianis opus conscripsit: in quo septingentorum illustrium nomina & imagines inseruit, auctore Plinio. A quo proximus celebratur T. Pomponius Atticus, M. Tullij Ciceronis familiaris, antiquitatis amator maximus: qui familiarum præcipuarũ originem sui temporis ita subtexuit vt ex eo clarorum virorum propagines possint liquidò cognosci: vt de eo scribit Cornelius Nepos. Successit in Attici vestigia Hyginus, Augusti Cæs. libertus: & M. Valerius Messala Orator & historicus amplissimæ familiæ & dignitatis: qui iam senex de familijs volumina aliquot condidit, eodem teste Plinio. Sed horum quidem ferè omnium opera cum familijs Romanis antiquis, adeoq; ipsa vrbe Roma quasi in ruderibus sepulta, superioribus temporibus iterum excitata, & quasi ab inferis in lucem reuocata sunt, opera & studio aliquot clarorum virorum* RAPHAELIS VOLATERANI, FVLVII VRSINI, ONVPHRII PANVINII, ANTONII AVGVSTINI: *quorum in medio sunt de eodem argumenti genere edita monumenta præclara: cuius generis quoque est, non ita pridem in publicũ quod prodijt,* IOANNIS GLANDORPII *Onomasticum Romanum, & propediem, vt spero, publicandum eiusdem tituli opus alterum* IOANNIS ROSAE, *commentarijs historiæ Romanæ* CAROLI SIGONII *appendicis vice appositum. Præcipuam verò in hoc genere laudem meretur præclara illa & illustris opera Illustris Baronis Richardi Streinij Sac. Cæs. Maiest. Consiliarij supremi: in præclaro illo opere Stemmatum siue Gentium & Familiarum Romanarum edito nauata: quod quia in omnium manibus versatur, mea commendatione, per se commendatum satis, minimè indigere videtur. Cui operi operam aliquã subsidiariam, meo quasi auspicio & instinctu, præstiturus* ELIAS REVSNERVS *frater meus germanus, Opus Genealogicum Romanum edidit ante biennium: quo omnes non modò veterũ Regum, vt & Consulum Romanorum, sed & Imperatorum ac Cæsarum Italicorum, Græcorum, Germanicorum stirpes & familiæ concinno ordine breuiter exposita leguntur, Pro hoc verò tempore idem*

memor sui promißi, & multorum clarorum virorum cohortatione incitatus, Opus Genealogicum Catholicum, cui Βασιλικὸν nomen tulit, in publicum emittit: quod omnium regnorum familias in toto orbe Christiano, maximè verò Regum ac Printipum Germanorum stirpes ac prosapias complectitur: non ita latè quidem eas & prolixè, quod ab alys factum est, & adhuc fortaßis fiet, sed breuiter tantùm & compendiosè explicatas, & veluti in vnum corpus redactas: quòd & ad intelligendum facile, & ad reminiscendum iucundum fortaßis futurum est. Quam equidem operam ab eo præstitam ceu domesticam & quasi propriam commendare multum non debeo: interim tamen sperare & optare mihi posse videor, non ingratam eam aut inacceptam æquo & beneuolo Lectori futuram: & si minùs gratiam, at veniam; si quid in eo fortaßis desiderabitur, merituram. Sic enim fiet, vt DEO Opt. Max. benè iuuante ac fortunate, alteram quoq; partem residuam huius Operis Genealogici, quod Illustrium Comitum & Baronum familias recenset; & præterea Stemmatum Auitorum Opus in tabulas coniectum, & studio ac labore nostro iamdudum perfectum atque absolutum, primo quoquo tempore in lucem emittatur. Bene vale, mi Lector: & opera hac nostra feliciter vtere ac fruere. *Ienæ Calend. Martij M. D. XCII.*

IN

IN GENEALOGIAN REVSNERIANAM.

DVM Geneas, REVSNERE, refers & stemmata Regum,
Et quo sit princeps quilibet ortus avo:
Quantus apud manes memorabere? quantus apud nos?
Quis locus in laudes differet ire tuas?
Tempora transigimus, vitamq́ fovemus in horas:
Fors eadem summos scit tetigisse Duces.
Fata virûm breuibus decurrunt meßibus: inde
Finis adest vitæ. Quid superest? FVIMVS.
Tu plus iuris habes ætatibus: haud tibi quisquam
Interijt; vivit, sceptra geritque sua,
Liber ab insidijs, regniq́ timore tenendi;
Quo quid erat iuueni carius Æmathio?
Grande bonum dixi: post funera vivere magni est,
Si cui contigerint munera tanta bono:
Maior ab exemplis trahitur virtutis imago.
Non vita in parvo est, sed patet omne solum.
Qua tumet, inq́ sinum vastus se colligit orbis,
Obsequitur monitis plebs quotacunque ducum.
Hic bonus extorquet sinceræ imitamina vitæ:
Ille malus populum dedocet esse malum.
Sed quid parua loquor, nec cunctis grata? perennis
Fundamenta ævi non ruitura iacis.
Namque patrem natis reddis, natosq́ parenti:
Pòst genitos atavis conciliare studes.
Inde velut mundi connectitur una catena,
Qui sint, qui fuerint quoque notante suos.
Gratum opus hoc, REVSNERE, viris molire; tuoque
Non indigna facis stemmate. Perge vigil
Perge vetustarum renovator sedule rerum:
Magnaque magnifici nomina Fratris adi.
Ille Salant vagas CHRISTO iuvat auspice Musas:
Personat & doctis pulpita iusta modis.
Quod Sala nigrantes discentum conspicit arcus;
Quodq́ vijs plenis itur ad ora virûm:
MYLIVS ille sacrum mystes, Iurisq́ sacerdos
REVSNERVS faciunt, sic operante DEO.
Ingenium fratris miratur Saxonis ora:
Iungit & id lateri consilijsq́ Ducum.
Hic dum principibus perstrenuus ardua præstat
Munia: tu illorum stemmata clara canis.
Indole macte tua. Quò te rapit ardor honestus,
I, REVSNERE, tibi nomina & ampla para.

Andreas Libauius Med. D.
& P. C.

(:) 3 OECO-

OECONOMIA

QVATVOR PRIORVM PARTIVM
ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ, SIVE OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI.



ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ SIVE OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI

- *I. STIRS PHARAMVNDANA. pag. 1.*
  - *Orta à vetustißimis Sicambrorum & Francorum Regibus p. 3. vnde & Ostrofranciæ Principes pag. 1. & 3.*
  - *Stemmata produxit illustria præcipua duo:*
    - *I. Regum Galliæ Merouæorum. pag. 8.*
    - *II. Comitum Habsburgiorũ pag. 17. vnde orti*
      - *Reges nouæ Burgundiæ. pag. 19.*
      - *Comites*
        - *Brisgouiæ. pag. 21. à quibus sunt Duces*
          - *Zaringiæ. p. 22.*
          - *Teccenses. p. 23.*
        - *Ergouiæ. pag. 25.*
        - *Rhynfeldenses. pag. 24.*
        - *Kiburgenses & Lauffeuburgenses. pag. 26.*
      - *Archiduces Austriæ pag. 31. ad quos nostra ætate deuoluta*
        - *Imperium Romanum. p. 30.*
        - *Regna*
          - *Hispaniæ. p. 39.*
          - *Aragoniæ. p. 89.*
          - *Siciliæ. p. 94.*
          - *Lusitaniæ. p. 98.*
          - *Vngariæ. p. 101.*
          - *Bohemiæ. p. 133.*
- *II. STIRPS CAROLINA. pag. 175.*
  - *Orta à vetustißimis Teutonum Regibus. p. 177. vnde &*
    - *Duces Bauariæ vetustißimi. p. 178.*
    - *Reges aliquot Longobardorum. p. 180.*
    - *Duces Brabantiæ, Palatini Franciæ. p. 183.*
  - *Stemma produxit nobilißimum primorum Imp. Germanicorum. pag. 185. à quo*
    - *Originem hodie ducunt*
      - *Comites Palatini ad Rhenum.*
        - *Septemviri. p. 211.*
        - *Simerenses, ad quos hodie deuolutus Electoratus. pag. 218.*
        - *Bipontini & Veldentiani. pag. 220.*
      - *Duces vtriusq; Bauariæ. p. 223.*
    - *Pullularunt alij quoq; rami*
      - *Regum*
        - *Franciæ Pipinorum seu Carolinorum. pag. 191.*
        - *Italiæ. pag. 190.*
        - *Lotharingiæ. p. 193.*
      - *Marchionum & Ducum Austriæ. p. 200.*
      - *Comitum*
        - *Andechsiorum, vnde Meraniæ Duces. p. 198.*
        - *Abusinorum. p. 204.*
        - *Rittenburgiorum. p. 205.*
        - *Bogiorum, siue de la Arcu in prouincia Athesina. p. 206.*
        - *Dachunensium. p. 208.*
        - *Syluestrium & Rhenensem. p. 209.*
- *III. STIRPS VVITIKINDEA. pag. 248.*
  - *Orta à vetustißimis Saxoniæ Regibus. pag. 248. vnde &*
    - *Reges aliquot Anglosaxonum. pag. 248.*
    - *Guelphi, Comites Altorfenses & Rauenspergenses, Duces Bauariæ inferioris. p. 252.*
  - *I. Magnorum Ducum Saxoniæ. p. 260. à quibus orti*
    - *Quinque Impp. Romanorum. p. 262. 264.*
    - *Marchiones Saxoniæ & Turingiæ. p. 266.*
    - *Comites Northemij. p. 267.*
  - *II. Comitum VVethinensium p. 269. vnde*
    - *Originem hodie ducunt Saxoniæ Duces Septemviri, Landgrauij Turingiæ, Marchiones Misuiæ. pag. 285.*
    - *Pullularunt*
      - *Marchiones*
        - *Misuiæ veteres. p. 269.*
        - *Brandeburgi veteres. pag. 270.*
        - *Lusatiæ. p. 271.*
      - *Palatini Saxoniæ. p. 271.*
      - *Comites*
        - *Rochlicij. p. 275.*
        - *Brenenses. p. 276.*
  - *Comitum Montfortiorum. p. 308.*
  - *Veterum Ducum Burgundiæ. p. 309.*
  - *Comitum Veromanduorum. p. 311.*

Cortenas

- *Scemmata produxit illustria sex:*
  - *III. Regum Galliæ Capetorum: p. 305. quod plures alios produxit ramos.*
    - *Corteneï Dominorum. p. 312. à quibus aliquot oriundi Impp. Byzantini. p. 313.*
    - *Comitum Drudensiũ & Brennensium. p. 314.*
    - *Comitum & Ducum Britanniæ. p. 315.*
    - *Comitum Artesiæ. p. 319.*
    - *Regum Siciliæ & Neapolis: p. 320. vnde*
      - *Reges aliquot Vngariæ & Poloniæ. p. 322.*
      - *Duces*
        - *Calabriæ. p. 320.*
        - *Tarenti. p. 321.*
        - *Dyrrachij. p. 323.*
    - *Comitum Eboracensium, vnde Reges aliquot Nauarræ. p. 326.*
    - *Comitum Valesiorũ p. 327. à quibus*
      - *Comites & Duces Alenconij. pag. 324. 328.*
      - *Biturigũ & Auerniæ Duces. p. 329.*
      - *Andegauenses Duces: p. 329. vnde iterum aliquot*
        - *Neapolis Reges. p. 323.*
        - *Lotharingiæ Duces. p. 519.*
      - *Duces Burgundiæ recentiores. 338.*
      - *Comites Niuernenses. p. 334.*
      - *Duces Aurelianenses. p. 337.*
      - *Comites Angolismenses. p. 338.*
    - *Ducum Borboniorum. p. 341. vnde*
      - *Mompeuserij Comites. p. 345.*
      - *Princip. Vendomiẽses. p. 343.*
      - *Principes Condæi. p. 345.*
  - *IV. Comitum Ringelbemiorum & Alteburgiorum: pag. 354. vnde hodie orti*
    - *Reges Daniæ & Noruegiæ, Duces Holsatiæ, Slesuigæ, Stormariæ, VVagriæ, Dithmarsiæ. p. 359.*
    - *Comites Alteburgij & Delmenborstani. p. 354.*
  - *V. Marchionum Montisferrati: p. 364. vnde*
    - *Marchiones Finarij. p. 366.*
    - *Marchiones Saluzziarum. p. 366.*
    - *Reges aliquot Solymitani. p. 366.*
  - *VI. Principum Allobrogum Sabaudiæ. p. 367.*

IV. STIRPS COLVMNAEA p. 372. *Stemmata produxit illustria duo:*
- *I. Comitum Zolleriorum. p. 373.*
- *II. Burggrauiorum Noribergensium: à quibus orti hodierni Marchiones Brandeburgici Septemuiri, Duces Borussiæ, &c. p. 374.*

V. STIRPS ACTIA *siue* GVELPHICA *p. 390. stemmata produxit duo:*
- *I. Ducum Ferrariæ, Mutinæ, ac Rhegij, Marchionum Estensium, Romandulæ &c. in Italia. p. 390.*
- *II. Ducum Brunsuigiorum ac Luneburgiorum in Saxonia. p. 403.*

VI. STIRPS ASCANIA *p. 425. Stemmata produxit tria:*
- *I. Veterum Marchionum Brandeburgiorum. p. 430.*
- *II. Ducum Saxoniæ*
  - *Electorum veterum. p. 434.*
  - *Laoburgicorum, Ducum Angriæ, & VVestphaliæ. p. 438.*
- *III. Principum Anhaltinorum, Comitum Ascaniæ, Dominorum Bernburgi & Seruestæ. p. 442.*

VII. STIRPS HERVLA *pag. 451.*
- *Orta ab antiquissimis Obotritorum & Herulorum Regibus: p. 451. vnde Vandalorum quoque Reges in Africa oriundi. p. 460.*
- *Stemmata produxit illustria*
  - *Principum Vandalorum. p. 458.*
  - *Ducum Megapolensium & Scargardiæ, pag. 461.*

IIX. STIRPS GRYPHONIA *stemma produxit illustre Ducum Pomeraniæ, Scetini, Cassuborum & Vandalorum &c. p. 466. Coronidis loco adiunctum Scemma Principum Rugiæ. p. 477.*

IX. STIRPS LOVANIENSIS *p. 478. Stemmata produxit tria:*
- *I. Ducum Brabantinorum. p. 478.*
- *II. Landgrauiorum Hassiæ. p. 482.*
- *III. Marchionum Bergis ad Schaldim p. 487. vnde & Grimbergæ Barones. p. 488.*

X. STIRPS VVIRTVNGANA *Stemma produxit illustre Principum VVirtembergiorum & Tecciorum. p. 489.*

XI. STIRPS MARCHICA *pag. 496.*
- *Orta à Cliuiæ & Teisterbantij Comitibus pag. 496. vnde & Heusdæ Reguli. pag. 497.*
- *Stemma produxit illustre Comitum Marcanorum p. 501. à quibus*
  - *Duces Cliuenses p. 503. atq; hinc*
    - *Hodierni Duces Iuliacenses &c. p. 504.*
    - *Duces Niuernenses. pag. 504.*

Arenberga

- Arenbergæ Domini pag. 505. vnde
  - Duces Bullionij. p. 506.
  - Rochefortij Domini. p. 505.
  - Lumaingæ & VVarperæ Domini. p. 505.

XII.
STIRPS VERONENSIS p. 510. Stemmata produxit duo:
- Marchionum Hochbergiorum in Brisgouia pag. 511. à quibus & Comites Hohebergenses in Nigra sylua. p. 511.
- Marchionum Badensium: ad quos Hochbergicus quoque Marchionatus nostra ætate est deuolutus. p. 513.

XIII.
STIRPS BILIONAEA p. 518. Stemmata produxit tria:
- I. Veterum Ducum Lotharingiæ. p. 519.
- II. Ducum Vadmontiorum. p. 524. à quibus hodierni Duces
  - Lotharingiæ. p. 524.
  - Guisiæ. p. 526.
- III. Comitum Salmensium. p. 527.

OECONOMIA
QVINTÆ PARTIS ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ, SIVE OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI.

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ SIVE OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI

I.
STIRPES BRITANNICÆ, siue Regum Angliæ sex:
- I. Ex Occidentalium Saxonum Regibus. pag. 1.
- II. Ex Cimbrorum Regibus. p. 3.
- III. Ex Normanniæ Ducibus. p. 4.
- IV. Ex Comitibus Blesensibus. p. 6.
- V. Ex Andium Comitibus p. 8. vnde orti
  - Reges aliquot Solymitani. p. 8.
  - Duces
    - Lancastrenses. p. 8.
    - Glocestrenses. p. 8.
    - Eboracenses. p. 8.
- VI. Ex VVallis Equitibus, TEDAREA. p. 17.

II.
STIRPS STVARTINA Stemma produxit illustre Regum Scotiæ & Hiberniæ. p. 20. Huic præmissæ aliæ quoque Stirpes HIBERNICAE. p. 21.

III.
STIRPS PIASTEA p. 37. Stemmata produxit illustria
- I. Regum & Principum Poloniæ p. 38. Ducum Mazouiæ. p. 43.
- II. Ducum Silesiæ. pag. 47.
  - Vratislauiensium. p. 50.
  - Glogouiensium. p. 51.
  - Olsnicensium. p. 53.
  - Suidnicensium & Iaurensium. p. 55.
  - Lignicensium & Bregensium. p. 55. 59.
  - Ratiboriensium & Opoliensium. p. 59.
  - Teschinensium. p. 59.

IV.
STIRPS IAGELLONICA Stemma produxit illustre Regum Poloniæ, & Ducum Lithuaniæ. p. 63.

V.
STIRPS TROLLIA siue GOTHICA Stemma produxit illustre Regum Sueciæ. p. 70.

VI.
STIRPS PODIEBRACIA Stemma produxit illustre Ducum Monsterbergiorum in Silesia. p. 74. 75.

VII.
STIRPS LVCEMBVRGICA p. 77. Stemmata produxit illustria
- Regum aliquot Bohemiæ. p. 78.
- Comitum Fani S. Pauli. p. 82.

IIX.
STIRPS GONZAGANA Stemma produxit illustre Ducum Mantuanorum. pag. 84.

IX.
STIRPS MEDICEA Stemma produxit illustre Principum Florentinorum. pag. 89.

STIRPIS

STIRPIS ET FAMILIARVM ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ; SIVE OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI LOCVPLETISSIMVS INDEX.

A. literâ numeri quatuor priorum partium, B. litera postremæ partis nctaeſt.

A.

Abuſini Comites 204.a
Albaniæ Duces 32.b
Alemanniæ Duces 17.a
Alenconij Comites 324.a
  Principes 327.a
Alteburgij Comites 354.a
Altenæ Comites 501.a
Altorfenſes Comites 252.a
Andechſij Comites 198.a
Andegauenſes Duces 329.a
Andium Comites 305.a.8.b
Angliæ Reges 1.b
Anglosaxonum Reges 248.a
Angoliſmorum Comites 338.a
Anhaltini Principes 442.a
Antuerpiæ Marchiones 183.a
Apuliæ Duces 94.a
Aquitaniæ Principes 192.a
Aragoniæ Reges 62.a.89.a
de la Arcu Comites 206.a
Arenbergæ Domini 505.a
Aſcaniæ Comites 32.b
Atrebatum ſiue Arteſiæ Comites 319.a
Aruerniæ Duces 329.a
Aurelianenſes Reges 13.a
  Duces 337.a
Auſtraſiæ Reges 11.a
Auſtriæ Archiduces 30.a
  Marchiones 201.a. Duces 203.a

B.

Badenoche Domini 33.b
Badenſes Marchiones 513.a
Ballenſteds Comites 429.a
Bauariæ Reges 178.a
  Duces 200.a.& 210.a
Bergenſes Duces 504.& 508.a
Bergarũ ad Schaldim Marchiones 487.a
Bipontini Comites 220.a
Biturigum Duces 329.a
Bloſij Comites 7.b
Bogij Comites 206.a
Bohemiæ Principes 133.a
  Reges 33.a.41.a.140.a.67.b.75.b
Borboniæ Duces 341.a
Boruſſiæ Duces 385.a
Brabantiæ Duces 183.a.479.a
Brandeburgici Marchiones Electores 224.a.270.a.377.a.420.a.
Bregani Duces 48.b.59.b
Brenæ Comites 276.a
Briſgouiæ Comites 21.a
Britanniæ Comites 315.a
  Duces 316.a
Brunnæ Domini 136.a
Brunſuigij Duces 403.a.412.a
Buchaniæ Duces 33.b
Burgundiæ Duces 309.a.332.a
Burgundiæ novæ Reges 19.a
Byzantini Impp. 313.a

C.

Calabriæ Duces 94.a.320.a
Campaniæ Comites 7.b
Cantiorum Reges 249.a
Caricte Comites 33.b
Caſſuborum Duces 474.a
Caſtellæ Reges 57.a
Clarentij Domini 343.a
  Duces 13.b
Claromontani Comites 341.a
Cliuiæ Comites 497.a
  Duces 503.a
Corteuai Domini 313.a

D.

Dachunenſes Comites 208.a
Daniæ Reges 215.a.359.a
Delmenhorſtani Comites 356.a
Druſij Comites. 314.a
Dyrachij Duces 323.a

E.

Eboracenſes Duces 16.b
Ergouiæ Comites 25.a
Eſtenſes Principes 391.a
  Marchiones 394.a

F.

Fani S.Pauli Comites 82.b
Feltrij Principes 392.a
Ferrariæ Duces 401.a
  Marchiones 394.a
Fiſæ Comites 32.b
Finlandiæ Principes 73.b
Florentini Principes 90.b
Franciæ Principes 188.a
Francorum Reges 3.a.189.a

G.

Galliæ Reges 8.a.305.a.324.a.335.a
Germanici Impp. 30.a.36.a.41.a.185.a.189.a.262.a
Germaniæ Reges 190.a
Gloceſtriæ Duces 13.b
Glogouienſes Duces 51.b
Goricenſes Comites 199.a
Grimbergæ Barones 488.a
Guiſiæ Duces 526.a

H.

Habsburgenſes Comites 17.a
Haſſiæ Landgrauij 482.a
Hercyniæ Domini 426.a
Herulorum Reges 30.b
Hetruriæ Duces 406.a
Heuſdani Domini 499.a
Hiberniæ Reges 30.b
Hieroſolymæ Reges 519.a
Hiſpaniæ Reges 39.a.63.a
Hochbergenſes Marchiones 511.a
Hohebergenſes Comites 513.a
Hollandiæ Principes 225.a
Holſatiæ Duces 361.a
Hungariæ Reges 33.a.41.a.102.a.66.b

I.

Iaurenſes Duces 55.b
Italiæ Reges 190.a
Iuliacenſes Comites 507.a
  Duces 503. 504.a

L.

Lancaſtriæ Comites 11.b
Landsbergæ Marchiones 273.a
Lauffenburgij Comites 438.a
Legionis Reges 53.a
Ligiucenſes Duces 48.b.54.b
Lignij Comites 82.b
Lithuaniæ Duces 64.b
Longobardiæ Reges 180.a
Lotharingiæ Reges 193.a
  Duces 519.a

(:) (:) Lozang

Louanij Comites 479.a
Lucemburgij Comites 143. [illegible] a.
Duces 81.b.[illegible]
Luneburgenses Duces 403.a.412.a
Lusatiæ Marchiones 271.a
Lusitaniæ Reges 98.a

M.

Mantuani Marchiones 86.b
Duces 88.b
Marchæ Comites 503.a
Marriæ Comites 33.b
Masouiæ Duces 43.b
Megapolenses Duces 455.a.463.a
Misniæ Marchiones 269.a.274.a
Mempelgardij Comites 492.a
Mompenserij Duces 345.a
Montfortij Comites ~~300.~~ ~~367.~~a
Montisferrati Marchiones 364.a
Morauiæ Marchiones 137.a.79.b
Morienniæ Comites 367.a
Munsterbergij Duces 55.b.75.b

N.

Nauarræ Reges 327.a
Neapolis Reges 63.a.320.a
Neuersij Comites 335.a
Noribergenses Burggrauij 375.a
Northeimiæ Comites 267.a
Noruegiæ Reges 339.a

O.

Obotritorum Reges 432.a
Oldenburgæ Comites 335.a
Olsnicenses Duces 54.b
Onolsbachij Marchiones 382.a
Oppolienses Duces 59.b

P.

Palatini Electores 211.218.a
Principes 220.a
Pannoniæ Reges 33.a.41.a.102.a.66.b.
Parisiorum Comites 306.a
Podiebradij Domini 75.b
Poloniæ Reges 58.b.66.b.73.b
Principes 43.b
Pomeraniæ Duces 467.a

R.

Rauensburgenses Comites 252.a
Reinfeldenses Comites 24.a
Richemontij Comites 17.b
Ringelheimij Comites 334.a
Rittenburgij Comites 205.a
Rochefortij Domini 505.a
Romani Impp. 30.36.41.183.189.192.262.a 80.b
Rugiæ Principes 471.479.a.

S.

Sabaudiæ Comites 367.a
Duces 367.a
Saganenses Duces 53.b
Salmenses Comites 527.a
Saluzzsiarum Marchiones 366.a
Saxoniæ Reges 248.a. Palatini 268.a. Marchiones 266.a. Electores 281.a. & 434.a. Duces 265.a 407.a.458.a
Scepusienses Comites 62.b
Schirenses Palatini 208.a
Scotiæ Reges 21.b
Sicambrorum Reges 5.a
Siciliæ Reges 62.a.96.a.320.a. Comites 94.a
Silesiæ Duces 47.b
Syluestres Comites. 209.
Simerenses Palatini 187.a.218.a
Slesuigæ Principes 361.a
Somersetti Duces 14.b
Stargardiæ Principes 462.a
Stetinenses Principes 474.a
Sueciæ Reges 215.a.357.a.71.b.
Sueuiæ Duces 30.a
Suidnicenses Duces 55. 48.b

T.

Tarentini Principes 321.a
Teccenses Duces 23.a
Teschinenses Duces 59.b
Teutonum Reges 177.a
Transiurani Principes 18.a
Troianorum Reges in Scythia 1.a
Thuringiæ Landgrauij 277.a

V.

Vadimontij Comites 524.a
Valesij Comites 337.a
Vandalorum Principes 438.a
Reges 452.a
Veldentiani Comites 220.a
Vendomæ Principes 343.a
Veromandui Comites 311.a
Veronenses Marchiones 511.a
Vratislauienses Duces 48.b
Vrsini Principes 427.a
VVethini Comites 269.a
VVirtembergici Comites 490.a
Duces 494.a
VVolgastenses Principes 471.a

Z.

Zeringiæ Duces 22.a
Znoymæ Domini 136.a
Zollerij Comites 373.a

ELIAE

ELIAE REVSNERI LEORINI Med. Lic.

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI

De Familys Regum & Principum aliorumq; Procerum orbis Christiani

PARS I.

STIRPS PHARAMVNDANA

ex

Vetustißimis Francorum & Sicambrorum Regibus orta

Stemmata produxit illustria duo:

I. REGVM GALLIAE MEROVEORVM:
II. COMITVM HABSBVRGIORVM: à quibus orti REGES NOVAE BVRGVNDIAE:
DVCES ZAERINGENSES ET TECCENSES:
ARCHIDVCES AVSTRIAE: ad quos præter IMPERIVM ROM. hac nostra ætate iure hæreditario deuoluta sunt potentißima regna HISPANIAE, ARAGONIAE, SICILIAE, PORTVGALLIAE, VNGARIAE, BOEMIAE, &c. vt ex Corollario adiuncto videre est.

INVICTISSIMO ATQVE POTENTISSIMO PRINCIPI ET DOMINO

D. RVDOLPHO II. ROM. IMP. SEMPER AVGVSTO, GERMANIAE, PANNONIAE, BOHEMIAE, DALmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ Regi &c.

Item

SERENISSIMIS CELSISSIMISQVE PRINcipibus ac Dominis

D. PHILIPPO II. HISPANIARVM MONARCHAE, REGI ARAGONIAE, SICILIAE, LVSItaniæ, Hierosolymæ &c. eiusque filio D. PHILIPPO Hispaniæ Infanti:

ET

D. ERNESTO, D. MATHIAE, D. MAXIMILIANO, D. ALBERTO, D. MAXIMILIANI II. Cæs. Aug. F.F.F.F.

Omnibus Archiducibus Austriæ, Ducibus Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Silesiæ & VVirtembergæ; Comitibus Tyrolis & Habsburgi &c.

DOMINIS CLEMENTISS. D. D. D.

STIRPIS

STIRPIS PHARAMVNDANAE RADIX.

Hoc est:

PHARAMVNDI, PRIMI FRANCORVM IN GALLIA REGIS, GENEALOGIA.

ANTENOR ex Trojanornm Regum prosapia oriundus, Trojanorum in Scythia, ad Danubij ostia & Mæotidos paludis littora subsidentium, Rex: cum Scythis & Gothis Scandianis bello sæpius congressus: tandem ab eis in acie cæsus, cum magna populi sui parte occubuit A. M. 3531. V. C. 312. ante natum Christum 440.

Reges Trojanorum in Scythia.

MARCOMIRVS Trojanorum in Scythia Rex ultimus, vir Mavortius: paternam vindicaturus necem, milite conscripto, sæpius in viciniores Gothos movit. Quibus quum viribus longè esset inferior: deque victoria jam diffideret: procerum consilio habito, factisque ethnico ritu sacrificijs, oraculo Menolphi flaminis Dialis admonitus; ad Rheni ostia colonias deduxit: ubi hodie sunt Frisia, Geldria, & VVestphalia: anno regni sui septimo. Post multa tandem egregia facinora, postquam duodetriginta annos imperium tenuit, vita functus A. M. 3559. V. C. 340. ante Christi natalem 412.

SVIMO sive SVNNO Trojanorum Scytharum Dux, cum Marcomiro fratre, relicta Scythia, sedes suas in Germania inter Rheni ostia, Visurgimque collocavit A. M. 3538. nec non fratruelem in regno stabiliendo fidelissimè adjuvit. Obijt A. M. 3571.

MARCOMIRVS Dux Scytharum, in Rheno perijt A. M. 3595.

HECTOR sub Rege Antenore Comitatum administravit trans flumen Rheni.

THEOCALVS Sicambrorum Pontifex, & Sacerdos Iovis.

ANTENOR II. fixis jam ad Rhenum & Oceanum Germanicum sedibus; Trojanis Scythis, qui à Saxonibus Neomagi quasi novi hospites nuper erant dicti, à patris obitu triginta annis cum imperio præfuit. Vxorem habuit CAMBREN sive Cambram, Belini Regis Britanniæ filiam: in cujus gratiam (erat namque cùm ingenij dotibus, tum corporis venustate celeberrima: quâ inconsulta Rex nihil agebat) novum genti nomen indidit. Rebus humanis exemptus A. M. 3589. V. C. 370. ante salutiferum Virginis partum, 382.

PRIAMVS à fratre Rege constitutus Princeps terræ Septentrionalis, quam noviter acquisierant, hoc est, circa mare Germanicum.

Reges Sicambrorū.

PRIAMVS Sicambrorum sive Neomagorum Rex secundus, post felicem per XXVI. annos administrationem, plurimaque bella contra Gallos auspicatissimè gesta, fatali

 morte

Reges Sicambrorū. morte absumptus A. M. 396. ante Christi Domini natalem 356. Sub hoc pupulus linguam Saxonicam didicit.

HELENVS I. Sicambrorum Rex tertius, à patris obitu undeviginti regnavit annos. In regione Tungrorum cruentam de Gallis reportavit victoriam. Palladi quoque sacrarium construxit: cui captivorum pueros imolavit. Vita functus A. M. 3634. V. C. 415. ante incarnatum verbum 336.

DIOCLES quartus in Regum Sicambrorum ordine, gessit imperium annis undequadraginta. Vir severus & bellicosus: qui Saxonibus contra Gothos in auxilium prefectus, hostium ultra centena millia internecione sustulit. Vita excessit A. M. 3673. V. C. 456. ante natum Emmanuelem 298.

HELENVS II. Rex Sicambrorum quintus, ocio & luxu Sardanapalico diffluens; ideoque à proceribus à rerū fastigio deturbatus potestatis suæ anno XIV. Orbis conditi 3687.

PRIAMVS. NICANOR. Sicambrorum Duces, fratre Rege ocioso residēte contra Gallos, incursionibus assiduis Sicābros vexantes, frequēter copias duxerunt, varioq; marte pugnarunt: interdum victi, nonnunquā etiam victores.

BASANVS fratre exauctorato, sexto loco Sicambrorum regno admotus: magna id dexteritate administravit annos XXXVI. Vir sapiens, magnanimus, bellicosus, & patri fortuna nequicquam inferior. Gallos aliquoties ipsi bellum inferentes, magna virtute fudit; & ultra Mosam fluvium eliminavit: à qua parte plura postea castella & munitiones fortissimas construxit, adversus illorum incursiones. Exercitum quoq; duxit in Tegaranos, inter Moguntiacum & Saxoniam ad fl. Mœnum usque colentes: omnemq; illam terram obtulit; & constructis urbibus fortissimis multisque, præsidio munivit. Iustitiæ præterea custos accerrimus, pientissimus bonis, crudelissimus iniquis, nullóque non virtutis genere clarus extitit: philosophiæ insuper & Astronomiæ apprimè gnarus: quapropter & Theocalo Iovis flamini defuncto ipse surrogatus; áque suis popularibus, nedum humanis, verùm etiam divinis quasi honoribus est affectus. Multis tandem rebus domi militiæq; præclarè gestis (unde & MAGNI cognomentum meruit) naturæ debitum persolvit A. M. 3723. V. C. 504. ante C. N. 248. Vxor N. Regis Orchadarum filia, fœmina pulcertima, & à marito singulariter adamata; quum ipsi rigidam in filium iustitiam improbaret, ab ipso est repudiata: unde bellum quidem motum Basano ab Orchadarum Rege & Britannis: sed irrito conatu.

CLODOMIRVS septimus Sicambrorum Rex, cruenta de Gallis, omnem ab ipso terram inter Mosam & Rhenum armis repetantibus, victoria insignis: duodevigesimo potestatis suæ anno naturæ fatoq; concessit A. M. 3741. V. C. 522. ante Messiæ exortum 230. Vxor ERMENTRVDA F. Regis Teutonum.

SEDANVS adulterij convictus, rigida patris iustitia capitis est damnatus.

NICANOR patris in Sicambria Occidentali successor: de Gothis, in Saxonum fines incursionem facientibus, & Germaniam fœdè populantibus, gloriosum reportavit triumphum. Obijt A. M. 3775. V. C. 556. regni sui XXXIV. Vxor CONSTANTIA F. Regis Britanniæ.

HELIANVS.

HELENVS.

MARCOMIRVS II. Sicambrorum Rex nonus, annos octo supra viginti rei summam tulit: victor de Romanis, Gothis, Gallis, & alijs gentibus. Fato subla-

ANTENOR Dux, maritima rexit.

PRIAMVS obijt in Anglia.

HELENVS ducatum in Germania Cisrhenana, inter Saxoniā, Rhenū, & Moguntiacū

tus A. M. 3803. V. C. 584. Vir singularis prudentiæ ac modestiæ, doctus, philosophiæ inprimis studijs addictissimus: in suos clemens, hosti verò formidabilis.

CLODIVS Dux inter Mosam & Rhenum Sicambris prior.

Reges Sicambrorũ.

CLODIVS Sicambrorum Rex decimus, undecimo anno, quàm summũ inierat magistratum, cum Romanis Gallias invadentibus manus conferens, gloriosa victricique morte occubuit A. M. 3814. A. V. 595. ante salutiferum B. Virginis partum, 157.

ANTENOR III. secundum patris interitum Sicambrorum undecimus publicum obijt regimen: quod annos tenuit sedecim: togæ, quàm Martis, studiosior. Hostium filios dijs immolari lege cavit. Naturæ concessit A. M. 3830. V. C. 611.

CLODOMIRVS II. duodecimus, qui inter Sicambros summum egêre magistratum: Gallis, finitis induciјs, ad Mosam magna manu occurrens, cum hoste vario marte decertavit. Diem obijt supremum A. M. 3850. ante Servatoris natalem 121. potestatis suæ vigesimo.

MERODACVS tertius supra decimum Regem, rei summam inter Sicambros adeptus: princeps fuit strenuus, audacissimus, & nimis bellicosus: qui multa contra Romanos, Gallos, Moguntinos, Trevirenses, & Colonienses gessit bella. Etenim Saxonum auxilijs expeditionem faciens in Italiam, ad Ravennam usque processit: indeque multis onustus spolijs, victor ad propria remeavit. A Romanis iterum bello petitus: duobus prælijs ad Aquas Sextias à C. Mario quartùm Cos. fusus; multa millia suorum perdidit A. V. 651. Naturæ concessit A. M. 3578. V. C. 659. annis ante Christum natum XCIII.

CASSANDER Sicambrorum Rex XIV. Gallis fortissimè sæpius restitit: & Gothos, Saxoniæ fines ingressos, sociorum Arthariсi Saxonum, & Hameri Turingiorum Regum auxilijs fugavit. Diem supremum clausit A. M. 3899. V. C. 680. regiminis sui XXI.

ANTHARIVS quintusdecimus ab Antenore regiam inter Sicambros gessit dignitatem annis XXXIV. Moguntinos, Romanorum Colonos, miserabili clade attrivit: Galliam cum magna manu intrans, fœdè est depopulatus; vicos incendit: prædam & spolia maxima teportavit. In senectutis tandem limine, ab hoste Gallo iterum in Bataviam irrumpente, cæsus cum viginti millibus suorum occubuit A. M. 3934. A. V. 715. ante Christi Servatoris natalem 37.

FRANCVS Sicambrorum Regum XVI. vir bellica virtute atque prudentia in rebus agendis præstantissimus: primus novum à semet genti subjectæ nomen imposuit: perpetuoque se fœdere aduersus Romanos cum cæteris Germaniæ populis colligans; Galliam Romanorum provinciam igne ferróque longè latéq; est depopulatus. In fata concessit A. M. 3962. V. C. 741. regni sui XXIIX. novennio antè, quàm Christus Dei F. hominem induit. Vxor CLOTHILDA F. Regis Turingorum.

Reges Frãcorum.

CLOGIO Francorum, qui priùs Sicambri sunt nuncupati, Rex XVII. à patre contra M. Lollium Procos. missus, Turingorum & Saxonum auxilijs magna Romanos clade affecit. Mortuus rebus multis præclarè gestis A. M. 3993. Virginei partus vigesimo, potestatis suæ XXX. Vir astutissimus, augur, vates, & magus insignis.

HERIMERVS Francorum Rex secundùm patrem: vir bellicosus & nimium audax: Mosam transgressus, sæpenumerò cum Gallis manus conseruit varia fortuna, nunc superior, nunc inferior. Ad extremum Romanis auxilia Gallis ferẽtibus, cæsus oppetijt A. C. 31. regnationis suæ XII.

MARCOMIRVS III. post Herimeri fratris interitum, Francicarum rerum potitus: annos regnauit undetriginta: cum Romanis & Gallis auspicatissimè conflixit, & afflixit. E vivis excessit A. C. 50.

PHRISIVS à genitore præfectus oræ maritimæ in Germania cõtra Cimbrorũ & Orchadũ incursiones: phrisiæ nomenclaturam dedit.

Reges Frãcorum.

CLODOMIRVS III. Francorum sive Sicambrorum Rex, Romanis ad Moguntiam, & Gallis ad Mosam, bello non exigua intulit damna: In amissa cuncta recuperavit. Mortuus A. C. 62. regni XII.

ANTENOR IIII. Francorum Rex sextus, cum Gallis toto regnationis suæ tempore decertauit: Galliamque maximo suo malo devastavit. Nam in reditu, nuncio hostis insequentis exterritus: quum ponte fracto, ipsi jam impar, militem suum cogere amplius non posset: in tranando Mosa flumine cum nonem ducibus perijt A. C. 69.

RATHERIVS Francorum in Germania Rex septimus, Rotherodamam Hollandiæ oppidum, patriam Desiderij Erasmi trilinguis illius coryphæi, à suo nomine insignitam condidit: ubi & sepultus traditur A. C. 90. postquam ad clavum sedit annos XXI. assiduis bellis cum Romanis & Gallis agitatus.

RICHIMER octavus à Franco rerum Francicarum in Germania moderator: princeps cùm magnificus, tum bellica virtute clarus. Etenim Gothis Saxonum & Germanorum fines hostili incursione vastantibus, Vitichunido Regi, in auxilium profectus: hostes magna strage in fugam conjecit. Cum Romanis quoque & Gallis, non longè à civitate Basana, quæ nunc Aquisgranum nuncupatur, manus conseruisse legitur. Vita excessit A. C. 114. potestatis suæ XXIIII.

ODEMARVS gessit in Regum ordine nonus Francorum in Germania imperium annis XIIII. pacis & tranquillitatis publicæ amantissimus: quo tempore induciis factis cum Romanis & Gallis, omne studium impendit in regno legibus exornando, novis urbibus amplificando, & munitionibus roborando. Mortuus A. C. 128.

SVIMO à genitore in Marchia constitutus Dux, ejectis Gothis: condidit Francofurtum ad Oderam.

CLODOMIRVS patri in Marchiæ ducatu successit.

SVIMO II. hæres paterni ducatus, urbem ad Sprevi fluvij exitum, haud procul Germanico mari, à nomine suo Suimoniam vocitatam condidit A. C. 146.

MARCOMIRVS IIII. Francorum in Germania Rex decimus, pacem subditis toto vitæ tempore præstitit: unde & divitijs & potentia creverunt, aucti numero & dignitate. Quumque unum supra vigesimum regnasset annum, vitæ fabulam peregit A. C. 148. Vxor ATILDIS sive Athylda Marij Britannorum Regis F. Lucij ad Christianismum perducti amita.

CLODOMIRVS IIII. de mortuo parenti in Francorum regno successor dictus: post rei summam annos septemdecim pacificè administratam, hominem exuit A. C. 165. Vir prudens, modestus, & agilis. Vxor HASYLDIS F. Regis Regiorum.

MARCOMIRVS Dux apud Nitriones, oppidum Marcoburgum condidit.

CLOGIO perijt in Britannia.

MERODACVS in venatione ab apro percussus perijt.

NICANOR Dux Insulanus Hollandiæ.

ODEMARVS à genitore sacrorum constitutus Pontifex.

FRANCVS Dux apud Hogios populos à Confluente usq; ad Mœnum, versus Orientem inter Moguntiacos & Saxones: veterem urbem Helenopolin iuxta Mœni littus instaurans, à se Francofurtum nominari voluit.

FARABERTV secundùm patris exitum Francicarum rerum potitus: numeroso conscripto milite ex Francis, Saxonibus, atque his confœderatis Turingis, contra Romanos, Germaniam bello infestantes, profectus: inglorios domum repedare coëgit. Fato sublatus A. C. 186. regni sui XX.

NICANOR Rex Phrisiæ.

RORICVS inter Neocum castellum Cisrhenanum & oppidum Morandum submersus: unde fluvio isti Roræ nomen adhæsit. *Reges Francorum.*

SVNNO sine HVNNO, Faraberto patri in regno Francorum suffectus, duodetriginta id administrauit annos: prælioque cum Romanis & Gallis aliquoties decertavit victor. Naturæ concessit A. C. 214.

HYLDERICVS quartusdecimus, à Franco regiam inter Francos potestatem accipiens, annos tenuit XL. vir prudentiæ magnæ, pace & marte inclytus, ampliandique regni perquàm solicitus. In Insula Rheni non longè à Neoco, fortissimum extruxit castellum, quod nomine suo Hildeburgum nuncupauit. Vitam cum morte commutavit A. C. 253.

BARTHERVS Francorum in Germania Rex XV. rei summam tulit annos duodeviginti. Mortuus A. C. 271. Hoc regnante, Franci Germanorum auxilio, Romanorum fines ingressi, ad Ravennam usque igne & ferro crudeliter omnia vastarunt: mox Galliam quoque à Tungrensium regione per Beluacos usque ad Sequanam depopulati: & ulterius in Hispaniam progressi, Terraconam urbem subverterunt.

CLODIVS II. in patris locum Rex Francorum electus: regno præfuit annis XXVII. Decessit A. C. 298. Huius tempore, Romani hostili iterum animo Germaniam invadentes, supra XVM. Teutonum ad lacum Benacum trucidarunt.

ARTHARIVS auxiliaribus Germanorum, Saxonum, & Boiorum copijs, Rheno superato, in Galliam transijt: Hispaniamq; ferro & igne depopulatus, Terraconam solo æquavit A. C. 265.

GVALTHERVS patri defuncto in summam Francornm administrationem succedens: octo tantùm annis superfuit: princeps fortis & magnanimus. Defunctus A. C. 306.

DAGOBERTVS duodevigesimus in serie Regum Francorum: magna dexteritate regnnm annos administravit undecim: magna subditos humanitate ac clementia fovens, in officioqne retinens. Vita functus A. C. 317.

CLOGIO primogenitus, à patris morte rei Francicæ summam adeptus: biennium duntaxat tenuit: Pro patria namq; cum Romanis & Gallis dimicans, in acie cecidit A. C. 319.

HELENVS natus A. C. 300.

RICHIMER natus A. C. 302.

Quia ætatis anum XXIIII. Regibus lege Francica definitum nondum compleverant nedum attigerant ... ideoque in regni paterni successione sunt præteriti.

CLODOMIRVS post fratrem regio Francorum sceptro donatus: annos regnavit XIIX. Pacis pariter ac belli artibus nobilitatus: quum regni sui terminos plurimum ampliasset: Franconiam fratri Genebaldo concessit A. C. 326. Rebus humanis exemptus A. C. 337.

RICHIMER primogenitus, patri in regno Francorū datus successor: cum Romanis & Gallis vario marte toto regni sui tempore conflixit: tandem ab ijs cæsus A. C. 350.

THEODOMIRVS Francorū Rex post fratris interitū: à Romanis & Gallis perpetuo bello fatigatus, & tandē in prælio occisus: fraternam fortunam omnino æquavit. Fuit cum potestate decennium.

GENEBALDVS Franconiæ Dux primus. Vide signum. ✠.

Reges Francon.

CLOGIO patrio solio potitus, utriusque parentis aviaque necem bello vindicaturus; Cameraco expugnato, non paucos Romanorum internecione sustulit. Progressus hoc victoriæ cursu, Galliam ad Sunnam fluvium usque regno Francorum subjecit. Fatali morte absumptus A.C. 378. potestatis suæ XIIX.

MARCOMIRVS Francorum in Germania Rex ultimus: Romanos ad Coloniam Agrippinam ingenti strage fudit: breui iterum eum ijsdem bellum redintegrantibus congressus: vitam ipse, libertatem populares amiserunt, facti Romanis vectigales. A. C. 393.

DAGOBERTVS regni Francici post fratris cædem constitutus Interrex, vitam cum morte commutavit A. C. 398.

GENEBALDVS Dux Magnus Francorum Orientalium, Tungros & magnam Galliæ partem cum Brabantia possedit. Post Maximi tyranni, qui se Imperatorem in Gallia fecerat, interitum, socijs armis fratrum omnem terram, quam illo sæuiente amiserant, recuperavit: multis Gallorum, Romanorum, ac Britonum militibus hostiliter peremptis. Obijt A. C. 415. principatus sui XIX.

MARCOMIRVS vivo patre, in ea parte Rheni, quæ Saxones respicit, imperitare cœpit: & communib. cum cæteris fratrib. auspicijs Gallos, Romanos, Britones oppugnavit: nec non Coloniensium & Galliæ fines devastavit. Apud Neopagum sepultus *anno* A. C. 414.

SVNNONI vivo etiamnum patre cessit ea pars, quæ mare & Galliam devidit: populo hanc divisionem ratam habente: proceribus autem Francorum omninò refragantibus. Obijt *anno* A. C. 414. Neopagi humatus.

SVNNO, RICHIMER, Duces Francorum, ad regnum tamen inhabiles.

ARGOTA coniux Pharamundi Regis Francorum.

✠

Duces Francorum.

GENEBALDVS, Dagoberti Francorum in Germania Regis F. orto inter Turingos & Suevos dissidio, magna Francorum manu Henrolo Turingorũ Regi à fratre missus auxilio: hoste fortiter debellato, agrum, qui ad Mogi fluminis ripas inter Suevosac Turingos medius interjacet (Menigaudiã antiquitus dictum) in laboris premium obtinuit A. C. 326. quem non solùm benè rexit: sed & multũ ampliavit. Vir magnæ prudentiæ, audax, Mavortius: adeo, ut & Romanis nomen eius esset formidabile. Fuit cum potestate annos triginta: in fata concessit A. C. 356.

DAGOBERTVS à patris excessu Menigaudiæ, quæ jam à Francis colonis Franconiæ nomen erat sortita, ducatum obtinuit annis XXI. Theodomiro patrueli, Francorum Regi, contra Romanos & Gallos suppetias laturus: multo milite, Rheno trajecto, in Belgas movit: Trevirorumque urbem cepit. Diem clausit supremum A. C. 377.

MARCOMIRVS principatus fratrum consors, *anno*.

CLODIVS secundùm patrem tertius in tractu illo inter Fuldam & Salem amnes, ubi hodierna Franconia est, Ostrofrancis imperans: inter vivos esse desijt A. C. 398, Vir strenuus & in bellis plurimis contra Romanos invictus.

MARCOMIRVS superioris Franciæ principatum, partim quum patre, partim solus, partim etiam cum filio, annis tenuit XVI. Eius dominium extendebatur à finibus Bavariæ & Bohemiæ ab oriente usque ad Rhenum: habens sub se Hegios, Meneganios, Caraganios, ad thermas usque Alsaticas. A Romanis ipse, sæpius id licet attentantibus, subjugari tamen non quivit. Francobergæ more gentilitio inhumatus A. C. 402.

PHARAMVNDVS patri in Franconiæ ducatu successor. Conditor eùm nobilissimæ hujus STIRPIS, tùm REGVM GALLIAE MEROVINGORVM.

MARCOMIRVS post Pharamundum fratrem, Regem Francorum inauguratum, Ostrofranciæ principatum excepit solus, A. C. 419. Francobergæ in patrio monumento tumulatus A. C. 423.

SVNNO Dux Franconiæ, interfuit inaugurationi fratris Pharamundi.

STIRPS PHARAMUNDANA.

PRIAMUS paterni ducatus in Francia Orientali successor, obiit A.C. 435.

DAGOBERTUS Dux Franciæ.

Duces Francorum.

GENEBALDUS Dux Franconiæ, Alemannos bello superavit, & Rhenum transiit. Obiit A.C. 455. potestatis suæ XX.

SUNNO patris in principatu Franconiæ successor castrum Sunaberga construxit, & alterum juxta Mænum, quod Suncheimam nuncupavit. Obiit A.C. 478. regni XXIII.

CLODOMIRUS post agnatum Clodium, Clodovei R. Francorum fratrem, paterni ducatus apicem recuperans, eum gubernavit annis XXI. Obiit A.C. 515.

DIETLIBUS castrũ de suo nomine Dietlebach construxit.

HUGOBALDUS Dux Franciæ superioris, primus Christo nomen dedit: Moguntiam & Vormatiam regno Francorum subjecit: & à suo nomine urbem ad Mæni fluenta haud procul Francofurto condidit. Obiit A.C. 541. regni XXVI.

HELENUS parentis & regno in Christiana pietate successor, Rheno transmissor, eliquias Gallorum in VVestresia in deditionem accipiens, eorum terras occupavit. Obiit A.C. 571.

GOTOFRIDUS Dux Franconiæ, licet ipse Christianis sacris esset initiatus: subditos tamen suos omnes, utpote durioris cervicis, ad Christianam pietatem suscipiendam persuadere non valuit. Vitam cum morte commutavit A.C. 595. potestatis suæ XXIIII.

GENEBALDUS Dux superioris Franciæ, fuit cum imperio annis XX. Rebus humanis exemptus A.C. 615.

CLODOMIRUS Dux Ostrofranciæ annis XXIII. vita decessit A.C. 638. successore relicto nepote HERIBERTO: cui defuncto A.C. 668. potestatis suæ XXX. surrogatus est CLODOVEUS fratruelis, qui heredem & successorem reliquit F. GOSBERTUM A.C. 680. cujus uxor GEILANA S. Chilianum Præsulem Virceburgium martyrio coronavit A.C. 688. Hoc defuncto A.C. 706. ducatus ad filium GOSBERTUM Iuniorem est devolutus, patrem HETANI Ducis Franconiæ ultimi: quo & ipso vigesimo regnationis anno extincto (est hic A.C. 740) unica relicta filia IMMINA Virgine Vestali: Pipinus Major Domus, postea Francorum Rex ducatum herede vacuum, filio Carolo Magno administrandum tradidit: & mox decennio abhinc ad regnum sublimatus, eum de Caroli filij & omnium procerum consensu, S. Burchardo Episcopo Virceburgio ejusq; successoribus in proprium sempiternum donavit.

Atque hactenus de radice nobilissima hujus stirpis: cui successionem Principum Franconiæ adjunximus: nunc ad ipsam stirpem & stemmata eius accedamus.

Reges Galliæ.

STIRPIS INCLYTAE PHARAMVNDANAE.

Stemma Primum.

REGVM GALLIAE MEROVEORVM.



Reges Galliæ.



STEMMATIS ΕΚΦΡΑΣΙΣ.

PHARAMVNDVS Franciæ Orientalis Dux, multis contra Vandalos aliosque hostes rebus gestis clarus: VVirceburgi communi omnium procerum suffragio Francorum Rex salutatus A. C. 419. IIX. Kal. Maij: primus limitem ausus transcendere, Belgas Celtasque bello infestavit: regionem Mosellanam cepit: Trevirorum Augustam devastavit. Domi verò Salgasti Archiflaminis Dialis & VVisogasti Pontificis Dianæ consilio atque opera, iura & leges, Salicas dictas, genti suæ condidit. Fuit cum imperio annis undecim. Vita defunctus A. C. 430. sexagenarius. Vxor ARGOTA Genebaldi Ducis Franconiæ F. *Reges Francorum in Gallia.*

CLODIVS Pharamundi F. quòd comam barbamque aleret, Comatus cognominatus, Francorum in Gallia Rex secundus: princeps ingenio & bellicis artibus præstans: patris fortunam conatumque secutus; satis numeroso conscripto exercitu, primùm in Turingos fœdifragos movit: armisque subactos vectigales fecit. Rheno dein inde superato, per sylvam Carbonariam fines Nerviorum ingressus, paucos intra dies Lotharingos fœdifragos armis subegit: Tornacum expugnavit: præsidiarijs Romanis nequicquam eruptione sese defendentibus. Prospero hinc fortunæ flatu in Burgundiam delatus, eam adventu suo occupavit: Tolosam item totamq; fermè Aquitaniã sibi subjugavit. Decessit A. C. 448 post rei summam duodeviginti annis administratam,

Ex BASINA uxore, VVildolphi Ducis Lotharingiæ F. duos sustulit filios: quorum

MEROVEVS Reges Franciæ, à se Merovingos vocitatos propagavit. †

ABERICVS Rex Orientalis Franciæ, & avi materni, in ducatu Austrasiæ successor, COMITVM SALMENSIVM progenitor creditur.

MEROVEVS Rex Francorum in Gallijs, à maculis bestiæ marinæ nomen sortitus: genti postea suæ id indidit. Bestiam ejusmodi tricipitem ac trisormem (referebat autem bufonem, aquilam, & leonem) parens ipsius juxta Frisonum littus, ubi cum suis æstus leniendi gratia consederat, in somnis vidisse fertur, fabula gentis vulgatissima: discretumq; diadema unicuiq; supereminere impositũ: & inde successum atq; incrementum gentis præsagisse. Cognominatus fuit vulgo Audax, eò quòd multis ac periculosis prælijs interfuerit: quorum in numero vel maximè est illud, quo cum Atila Hunnorum Duce conflixit in campis Catalaunicis, tanta utrinq; pertinacia, ut centum nonaginta hominum millia utrobiq; cecidisse, memoriæ proditum sit. Quo prospero bellorum successu factus animosior, magnæ Galliæ partem invasit, nemine ipsi resistere auso: Parisiosq; & Senones, urbes Galliæ primarias, occupavit. A quo tempore Gallia, mutato nomine, Francia vocari cœpit. Diem supremum clausit rebus magnis gestis, & imperij limitibus extensis A. C. 458. regni sui decimo. Filios habuisse duos traditur.

Childericum in regno successorem. †

Alterum anonymon, quòd cornorum Regem Francis vectigalem occidisset, rigida patris sententia ad rogum damnatum.

CHILDERICVS Rex Celtarum, vir forma morumq; elegantia præstans: secundiore fortuna in superbiam luxumq; prolapsus: ob impotentiam dominandi vitæque improbitatem à proceribus regno exactus: exul ad Turingiórum Regem profugit; apud quem in tertium usque annum latuit; quo interim tempore Aegidius Romanus

manus Franciam regio administravit nomine. Cujus postea injustis exactionibus Franci adeo exacerbati, Childericum revocarunt: qui, pulso AEgidio, & regnum recuperavit: & fugâ elapsum Coloniam Agrippinam insecutus; urbem eam expugnavit: & Siagrio quoque AEgidij filio profligato, Aurelianensem atque Andegavensem interioris Galliæ tractus, sibi subjugavit. Fato sublatus A. C. 484. regni sui XXVI. Vir bellicosus & magnanimus: sed vagæ libidini adeo deditus, ut ne nobilissimæ quidem matronæ ab ea tutæ esse possent. In ejus vixit contubernio BASINA, Turingiæ Regis coniux; fœmina formæ insignis, & magicæ artis peritissima: quæ, marito deserto, Childericum in Galliam erat secuta. Hac nati.

Reges Galliæ.

Clodoveus, primus Galliæ Rex Christianus.

AUDEFLEDIS sive Albephedis, nupta Theodorico Amalo, Regi Ostrogothorum in Italia.
LANDHYLDIS sive Lantieldis.
} *Utraq; cum Clodoveo fratre lavacro spirituali tincta A. C. 493.*

CLODIUS Sunnonis in Orientalis Franciæ principatu successor: cum Boijs manus conseruit victor. In venatione ab apro percussus, expirat A. C. 494. potestatis suæ XVI.

CLODOVEUS *Magnus*, quintus Francorũ in Gallia Rex, post Gothorum relictâ Aquitaniâ in Hispaniam migrationem, primus omnium totius Galliæ monarcha factus: primus ea, quibus in hodiernum usque diem Francorum Reges utuntur, trium Liliorum insignia usurpavit. Regnum armis amplificavit plurimùm: & quatuor gessit bella maxima. Primum contra Siagrium AEgidij F. Dominum Suessionum; cui magna etiam pars Galliæ Belgicæ parebat: quem omni ditione exutum, confugere ad Visogothorum Regem Alaricum compulit: à quo miserè proditum, sibique transmissum, capite mulctavit. Alterum coniugis suæ precibus & instinctu, adversus Gothemarum & Gundebaldum, parricidas Chilperici Regis Burgundiæ, sui soceri. Huius namq; filiam CLOTILDEM uxorem habebat: matronam piam, honestam, & Christianis sacris imbutam: sed ad quæ maritum illa ethnicum nullo traducere pacto potuit. Sed quid fit? Post debellatos parricidas, necesse ipsi fuit exercitu instructo obviam procedere Alemannis: quorum innumera manus, Francos pellendi animo, Rhenum trajecerat. Tertium hoc fuit longéque durissimum ac difficilimum bellum. Ab his ergo atroci clade victus fugatúsq; suis nunc dijs diffidens, votum fecit: se, si hac potiretur victoria, solius Christi nomen in posterum reveriturum: prælióq; ad Tolbiacum redintegrato superior ecce evasit. Quare & votum solvit: & ubi prius suos de dijs abijciendis consuluit, cum tota gente Philosophiam Christianam recepit: sacris lustratus undis in urbe Remensi à S. Remigio A. C. 493. Quartum & ultimum bellum gessit cum Alarico Gothorum in Hispania Rege, suo genero: quem acie victum, cum maxima exercitus parte trucidavit. Quinquagenarius beatissimo exitu vitæ finem imposuit A. C. 514. regni sui XXX. In æde B. Petri, quæ hodie S. Genovefæ vocitatur, Parisijs inhumatus. Uxor verò eius CLOTILDIS apud Turones mortua est & sepulta. Liberi eius numerantur septem.

INGOMIRUS paulo post susceptum baptismamortuus.

CHILDEBERTUS in divisione cum fratribus urbem Parisiorum sortitus, & parenti in Francorum regno successor dictus: tres supra quadraginta annos id tenuit. Lutetiæ in Abbatia S. Vincentij ab ipsomet erecta, sepultus A. C. 557. unà cum uxore VVITROGATHA, & duabus filiabus.

THEODESINDE &
THRODERIA.

CLODOMIRUS Aureliorum Rex, cum cæteris fratribus in Sigismundum Burgundiorum Regem movit: quo oppresso, dum victoria inflatus, incautiùs progreditur: à Gundomaro, fugam simulante in insidias pertractus & occisus A. C. 521. regni sui sexto. Ex IUGUNDE sive Gundeuca, Berthary Regis Turingorum filia ternos genuit filios:

THEOBALDUM, decennem
GUNTRAMUM, septennem
} *à patruis suis Childeberto & Clotario Regibus necatos: & Lutetia in æde S. Genovefa iuxta avum sepultos.*

CLOAL-

CLOALDVM, qui patruorum tyrannidem fugiens, in cœnobium elapsus, vitæ se monasticæ dedit. In pago Nongenti prope Lutetiam, qui ab ejus nomine nunc S. Cloaldi appellatur, sepultus. *Reges Galliæ.*

CLOTARIVS Rex Francorum, stemmaris propagator. †

CLOTYLDIS seu Rutbyldis, Alarico Visigothorum in Hispania Regi in matrimonium tradita.

TICHILDIS virgo sanctimonialis.

THEODORICVS nothus, in divisione paternarum ditionum, Orientalem obtinuit tractum, à Mosa ad Rhenum se extendentem: positaq; regia in Mediomatricibus, ab hac Metensium, à situ verò sortitæ regionis Austrasiæ se nominavit Regem. Constitutoq; in Vangionibus limitis præfecto Heriberto, Leontij Romani filio: ob fines non minus, ac pater, Alemannis & Turingis ultra Rhenum colentibus, bellum fecit: & Hermenfrido illorum Rege, quem sub amicitiæ prætextu ad se attraxerat, Tolbiaci è mœnibus præcipitato, terras ejus suis adjecit. Quò autem se adversus Romanorum tueretur potentiam: Gothis se conjunxit; fidaq; eis in Italia contra Bellisarium & Narsetem subministravit auxilia. Hominem exuit A. C. 537. regni sui XXIII. ex uxore EVSTERA, Alarici Gothorum Regis (sive, ut alijs placet, Sigismundi Burgundi) filia, duobus superstitibus liberis. *Reges Austrasiæ.*

CLOTILDE uxore Vtilonis Boij, primi Marchionis Antverpiæ.

THEODOBERTO Rege Austrasiæ secundo, viro strenuo, ac trophæis Turingicis claro: qui cum vtilone Bojo, armato milite contra Cimbros profectus, eos fudit: in Italia verò Longobardos superavit, prostravit subjugavit; multáq; ab eis spolia retulit. In venatione ab uro ictus, perijt A. C. 548. potestatis suæ XI. Genuit.

ex VVISEGARDE VVachonis Longobardorum Regis F. uxore legitima,

REGINOTRVDAM, Theodoni III. Bojorum Duci sociatam.

ex DEVTERIA Romana, Biterræ Domina, quam in castello Capraria ad Bætiros sito captam, duxit uxorem Claromontij in Arvernia,

THEOBALDVM tertium Regem Austrasiæ: qui paterno suscepto regno, Alemannos bello prostravit: & alias gentes viciniores subjugavit. Etenim quia audatissimus, & præter modum cupidus erat: discrimen omne adijt. Febre extinctus anno A. C. 555. regiminis sui septimo. Fuit in eius connubio VVALDERADA, VVachonis Regis Longobardorum, in Germania adhuc colentium, filia natu minima.

CLOTARIVS in divisione cum fratribus Suessiones & Galliæ Belgicæ ditiones sortitus: regnandi cupiditate exexcatus, parricidio nepotum nefario & immanissimo se inquinavit. Fratribus nepotibusq; solus superstes: Childerico in Francorum, Theobaldo in Austrasiæ summam administrationem successit jam senex: jamq; monarcha totius Galliæ factus, inter initia quidem nihil antiquius habuit, quàm ut pace recuperata, bella sopiret. Nuncio autem deinceps accepto fœderis initi inter Saxones & Turingos: hostili in eos profectus animo, magnam illorum stragem edidit. Naturæ concessit Compendij A. C. 564. postquam cum imperio fuisset annis quinquaginta: Sepultus apud Suessiones in D. Medardi fano. Liberi ipsi nati. *Reges Francorum in Gallia.*

ꝟ ex S. RADEGVNDE Bertharij Turingorum sive Thungrorum Regis F. quæ marito deserto in monasterium Pictonum secedens, S. Crucis Abbatiam ibi instituit; condita in S. Radegundis æde.

Nulli.

ꝟ ex IVGVNDE sive Ingonde fratria, Clodomiri germani sui relicta.

GAVTHARIVS, GILDERICVS } ante patrem extincti.

CHEREBERTVS, qui & Aribertus, Rex Parisiorum & Francorum annis octo: quibus tamen nihil Rege dignum gessit: indignis Rege corporis voluptatibus deditus.

Repu-

Reges Galliæ.

Repudiata enim uxore INGOBERGA sive Nigoberga: impuro duarum ancillarum, Marcovefæ & Merofidis, textoris cuiusdam filiarum, amore implicabatur. Quapropter à D. Germano cum suis meretricibus communione privatus: eis intra annum defunctis, tandem resipuit. Naturæ concessit ænus Blaij ad Garumnam, urbe Gasconiæ A. C. 573. Ibidem sepultus in æde D. Romani: Chilperico fratre consanguineo hærede instituto.

GVNTRAMVS sive Gontranus, regno paterno in tetrarchias diviso, Aurelianensem ditionem cum Aquitania obtinuit. Senex orbusq́, Childeberto fratruele adoptato, Cabellone civitate Burgundiæ decessit XI. Kal. Aprilis A. C. 593. quum tres supra triginta annos regnasset. Ibidem in basilica S. Marcelli martyris tumulatus. Tres uxores habuit: MARGOTRVDEM F. Magnacarij: MARCOVEVAM pellicem fratris Chereberti: & AVSTRIGILDEM genitricem.

CLOTARII
CLODOMIRI } in infantia morbo extinctorum.

Sigebertus quintus Rex Austrasiæ de quo mox. †

CLOTSYNDA seu Clodomira, Alboino Regi Longobardorum collocata.

ex THARAGVNDE sive Arigunde, Iugundæ sorore germana, quam ipsi superstiti supeti nduxerat,

Chilpericus Rex Francorum in Gallia. †

ex ONXINE sive Tunsine, uxore quarta;

CHRANVS spectatæ formæ juvenis: in patrem Regem cum Velicario Aquitaniæ Duce & Conabo Britanno conspirans: prælio ab ipso captus, & cum uxore NALTA Velicarij F. & duabus filiabus ad rogum est condemnatus.

ex CAVSONA uxore quinta,

BLITHYLDIS nupta Cusberto Marchioni Antverpiensi.

ex VVALDRADA, Theobaldi Austrasiæ Regis germana, quam postmodo dimissam sociavit Gernamaleto Duci, uxore sexta,

IVGVNDA sive Iugoudis, nupta Hermegildo, Henigildi Regis & Ingelburgæ filio, Regi Visigothorum: quæ postea vidua Turonibus monasterium instituit monialium.

ex Concubinis:

GVNDEBALDVS bis à Rege abnegatus, & præsecto capillo (quem ijs solum fas erat alere, qui ad domum Francicam pertinebant) Coloniam relegatus: inde elapsus, capillum aluit deintegrò: seq́; ad Narsetem vicarium Imperatoris Byzantini in Italiam contulit. Tandem in Galliam reversus, & in oppido Brinæ à seditiosorum manu Rex dictus: non ita multo pòst ab exercitu Gontrani & Childeberti Regum apud Lemovicos captus & occisus est.

RAVCHINGVS ob conspirationem in Guntramnum & Childebertum Reges, ex merito trucidatus.

Reges Austrasiæ.

SIGEBERTVS Clotarij F. in divisione cum fratribus sortitus Austrasiam: sedem regni sui habuit in Mediomatricibus. In Saxonum terras (hi siquidem cum Longobardis in Italiam migraverant) vbi hodie est Hassia, & Palatinatus inferior, collocavit Svevos. Cum Hunnis, qui ex Pannonia ad Rhenum usque excurrerant, vario marte decertavit: quorum tamen vires ad extremum ita contrivit: ut Cacano illorum Rege capto, fœdus paceḿq́; cum ipso icerint. Hinc in Chilpericum fratrem consanguineum, qui interea regnum ipsius depopulatus fuerat, arma movit: initoq́; cum Gotoramo, Aurelianensi Rege, fœdere; non solùm amissa recuperavit: verùm ulterius progressus, victoriæ beneficio usus, eripuit illi urbem Suessionum: fugatumq́; ad Angolesmium, Theodoperto illius filio in acie cæso, Tornaci tandem obsedit: ubi per submissos à Fredegunda sicarios in castris suis confossus est quadragenarius A. C. 577. Sepultus apud Lambrus vicum. Fuit in eius connubio BRVNECHILDIS, Athanagildi Gothorum in Hispania Regis & Gasonnæ filia: mulier scelesta & flagitiosa: quæ plures regij sanguinis pueros partim veneno, partim parricidiali bello inter se committendo, è medio sustulit: ob quam suam immanitatem & ἀνεγγίαν meritò omnibus invisa facta: jussu tandem Clotarij, in cujus venerat potestatem, ferocium equorum caudis allegata, miserèq́; discerpta, inhonesta morte perijt. Hoc connubio nati.

CHILDE-

CHILDEBERTVS Rex Austrasiæ, impubes post interitum patris imminenti periculo ereptus: (quippe quem à matre Brunechilde per fenestram demissum, Gundoaldus Præfectus Prætorio in Austrasiam abduxit, & in Mediomatricum urbe Regem salutavit IIX. Kal. Ian. A. C. 577.) ubi adolevit: Guntrami patrui testamento hæres nuncupatus; Aureliam quoq; & Burgundiam suæ adjecit ditioni. Duo gessit bella: alterū per duces suos in Italia contra Longobardos: alterum, quod sibi fatale extitit, contra Clotarium II. patruelē, Regem Francorum, infantem & adhuc sub tutela matris & Lenterici Præfecti prætorio existentem: à quibus, quum per negligentiam apparatum belli ardoremq; pugnandi remisisset, facilè est oppressus: nec ita multo pòst, unà cum uxore FOELIBA sive Valumbe, haustu veneni uno die expiravit, annos natus XXXVI. A. C. 598. filijs superstitibus duobus: Reges Austrasiæ.

THEODOPERTO, qui Mediomatricum sceptra hæreditario à patris obitu nactus: copijs cum Theodorico fratre conjunctis, in Clotarium Francorū Regem movit: quo acri prælio superato, & maxima regni parte exuto; brevi arma fratres in semetipsos verterunt: classicum canente Brunechilde avia, muliere nullo non sceleri peragendo aptissima: quæ ob plurima flagitia ex Theodoperti regno pulsa, alterum in ipsum nepotem armarat: à quo hic ad Tolbiacum sive Tullum castrum supra Metim (quod tum recens extruebatur) cruento prælio victus: tandem Coloniæ Agrippinæ, quò fuga pervaserat, à proprijs stipendiarijs miserè est interemptus: & caput præcisum Theodorico allatum A. C. 617. Liberi eius ex conjuge SCHVEINHILDE sive Teutschilde memorantur quinque:

SIGISBERTVS exul, progenitor COMITVM HABSBVRGIORVM.

GVNTRAMVS } *à Theodorico patruo crudeliter trucidati.*
LOTHARIVS }

BERTHRADA Aldevado, Agilulphi Longobardorum Regis filio promissa; sed à Theodorico patruo in uxorem rapta.

MEROVEVS infantulus à Theodorico ad saxum miserandū in modum percussus: cerebro contuso, capiteq; fracto, tenellam exhalavit animam.

THEODORICO Aurelianensi & Burgundionum Rege. Fuit hic vir sævus, truculentus, fratricida nefarius, stupris ganeisq; deditus: qui HERMENBERGA Betharici Visigothorum in Hispania Regis F. repudiata, pellices aluit plurimas. Quapropter justa Dei νεμέσει, dum Mediomatricum urbem ingreditur, fulmine ictus interijt, annos natus duodetriginta. Turonensis tamen auctor est, eum fratris filiam, virginem formosissimam, in matrimonium rapuisse: & Brunechildim aviam id prohibere conantem, ab eo pugnis petitam; propterea q; clam illi venenum propinasse: quo in dysenteriam delapsum, crudelem efflasse animam. Nothos reliquit quatuor: *Reges Aurelianenses*

SIGISBERTVM à Brunechilde proavia Aurelianorum Regem salutatum: sed qui non multo pòst prælio à Clotario II. Rege lacessitus, dum ei resistere conatur; Vormatiæ ab omnibus desertus, vivus in hostis potestatem devenit: vitamque pariter cum regno amisit. Desponsata ipsi erat FRIDBVRGA Gunzonis Sueviæ Ducis F. à B. Gallo à dæmonio liberata: sed quæ sponso ante nuptiarum diem perempto, apud Mediomatricos cœnobio se inclusit.

CHILDEBERTVM } *à Clotario Rege victore ad Vormatiam occisos.*
CORBVM }

MEROVEVM cœnobiū Divitis Angiæ in insula lacus Veneti inclusum.

IVGVNDIS Hermigildo, Leonegildi F. Hispaniæ Regi locata, maritum ad Christum profitendum adduxit.

CLOTSYNDA Desiderio Longobardo desponsata, sed Recaredo Hispaniæ Regi nupta.

Tertia ἀνώνυμος nupsit Authario, Longobardorum in Italia Regi.

CHILPERICVS, Clotarij I. F. divisione facta, Suessionum Augustā, & Galliam Belgicam secundam à Scaldi flumine ad Sequanam possedit: tandem etiam ex te- *Galliæ Reges.*

Reges Galliæ. stamento Chereberti Francorum regnum accepit. Homo regnandi cupidissimus & libidinosissimus: in suos crudelis: in Sigebertum fratrē impius: quippe quē bello Hunnico occupatum, omnis justitiæ oblitus, non solùm magna Aquitaniæ parte, urbeq; Remensi exuit: sed & urbes in ea passim est depopulatus: cœnobia diripuit: templa incendit: sacerdotes jugulavit: virgines stupravit: immò & ipsi fratri sicarios immittere, nullum sibi piaculum duxit. Brevi tamen pòst ipsemet quoque, domestica Fredegundæ coucubinæ suæ, & Lenterici Præfecti prætorio, qui eum alterum jam adulterium cōmiserat, conspiratione, vesperià venatione ad Chellas revertens, jugulatus: impiam evomuit animam A. C. 587. tyrannidis suæ XIV. Lutetiæ in æde S. Germani Pratensis conditus: ubi eius effigies adhuc visitur, admota jugulo manu: denotans, quo mortis genere occubuerit. Liberos genuit

℞ ex ANDOVERA sive Audovvaria, quam postea pessima Fredegundæ arte ad Cenomannos relegavit, & tandem etiam occidit, uxore prima:

THEODOPERTVM in conflictu cum ducibus Sigiberti Austrasiæ Regis occisum: & in oppido Angelismorum in S. Gilberti Abbatia inhumatum.

MEROVEVM, quòd Brunechilden Rotomagi uxorem duxerat, primò monachum effectum Amosolijs: mox in Campania novercæ Fredegundæ mandato trucidatum.

CLODOVEVM in carcere Nongenti ad Matronam fl. eiusdem Fredegundæ imperio cæsum.

BASINAM Monialem apud Pictonas in æde S. Crucis.

℞ ex GALSONDE sive Galsonta, Athanagildi Visigothorum Regis F. sorore Brunegildæ: quam maritus postea, persuasus à Fredegunda pellice, strangulavit, uxore altera:

Nullos.

℞ ex FREDEGVNDA, filia Havancortij in vico Picardiæ, fœmina multorum in Francia causa bellorum, pellice: quam deinceps insano amore deperiens, uxorem duxit:

SIMONEM ætatis suæ anno XV. extinctū, & Suessione in æde S. Crispini tumulatum.

CLOBERTVM }
THEODORVM } *omnes immatura mors rapuit.*
DAGOBERTVM }

Clotarium II. regni paterni hæredem unicum. †

REGENTIAM sociatam Leovuichildi in Hispania filio.

CLOTARIVS II. quadrimestris patri in regno Franciæ successit sub tutela matris & Guntrami patrui A. C. 587. cui deinceps post omnium agnatorum interitum, quum solus de germano Franciæ Regum sanguine superesset, Austrasiæ quoque & Burgundiæ regna adjecit. Galliæ itaque Germaniæq; ex parte monarcho factus: nihil antiquius duxit, quàm ut affectis rebus quies ab omni motu metuq; daretur: odioq; in omnes aut exsatiato, aut deposito, parentis veriùs quàm Regis animum induit: omniumq; injuriarum ἀμνηστίαν & præstitit ipse, & exigit. Veteres insuper Bojorum leges emendavit: novas Suevis tulit. Vita defunctus A. C. 631. vitæ & regni XLIV. Sepultus Parisijs apud S. Germanum. Ex binis uxoribus tres tulit mares, binas fœmellas:

℞ ex GERTRVDE sive Berthrada Saxonica:

Dagobertum Magnum, Francorum Regem XI. †

BLITILDEM Criperto Austrasiæ Duci sociatam.

ADELAM elocatam Clodio Duci Lotharingiæ & Brabantiæ.

℞ ex SICHILDE F. Brunolphi Templatensis Comitis:

MEROVEVM ante patris fata mortuum, in prælio nimirum prope Stampas gesto contra exercitum Theodoberti Regis Austrasiæ.

CHEREBERTVM Suessionum & Provinciæ Regem, tertio regni sui anno defunctū.

DAGOBERTO eius nominis *Primo*, adolescenti etiamnū, Clotarius genitor tractum Ardvennæ sub ducatus titulo cōmiserat; & mox Austrasiæ quoq; regnum: quū Berthario Saxonū Duce debellato, indolē ipsi suam gentiq; ꝓbasset. Patri defuncto in Gallia monarchia successit: aquitania sola fratri relicta: quam & ipsam ab obitu eius regno iterum conjunxit. Optimum sanè inter initia ac sapientē egit principem: Ecclesiarum se nutriciū, Musarum se mecœnatem, se pauperū patrem, se omnibꝰ benignum ac pietate

ac pietate plenum reipsa demonstrans: familiariter nempe tunc usus Arnolpho Mediomatricum, & Huniperto Agrippinensium Episcopis, Pipino insuper Præfecto prætorio, veris prudentissimis. Quo tempore quoq; ædem S. Dionysij Parisijs, item Sarburgense & VVeissenburgense cœnobia extruxit: episcopatum Vormatiensem in Vangionibus fundavit: leges Bojorum correxit: legem Salicam perfecit. Verùm postea illorum spreto consilio, quò libido impulit, præceps abiens: stupris, adulterijs, incestúq; sese inquinavit: & B. Amandum id reprehendentem, exilio mulctavit. Cæterùm Gascones, defectionem meditantes, acerrimè severissiméq; punijt: Sclavos pacis conditiones petere compulit: Saxonibus tributum annuum quingentorum boum imposuit. Quumq; annos ad clavum sedisset XIV: Spineti ad Sequanam ventris profluvio interijt IV. Kal. Febr. A. C. 645. Sepultus Parisijs ad S. Dionysium. Duas habuit uxores: COMETRVDEM sive Gontrudem, sororem Sichildis novercæ: quam ipsi pater, ut quanto maximo posset pignore necessitudinéq; totam inter se domum devinciret, collocaverat. Hacob sterilitatem repudiata, superinduxit NANTILDAM fœminam pulcram, omniq; ingenio strenuam: qua nati sunt. *Reges Galliæ.*

Clodoveus II. Francorum in Gallia Rex XII.

SIGEBERTVS Austrasiæ Rex, in venatione ad insulam Rheni Novietensem (ubi hodiè prope Seletstadium Alsatiæ est cœnobium Ebersheimunster) ab apro occisus: à S. Arbogaste Antistite Argentoratensi, precibus ad Christum fusis, vitæ restitutus legitur. Cum fratre imperium partitus, Galliam Belgicam utramq; cum Germanijs possedit. Judæos omnes, Christum profiteri nolentes, Francia expulit: Sclavos in provincijs transrhenanis rapinas exercentes, Saxonum auxilio fudit: ipsos Saxones & Turingos obsequium detrectantes, annumq; quingentorum boum tributum, quem superiore anno ob præstitum contra Sclavos auxilium remiserat, solvere negantes, fortissimè debellavit. Decimo regni sui anno defunctus, & in suburbio Parisiensi ad S. Germanum tumulatus A. C. 656. superstite filio ex uxore FRIDEBERGA,

DAGOBERTO, qui fidei tutæléq; Grimoaldi aulæ Præfecti à patre moribundo commissus: ab hoc verò perfidiosè detonsus, ac sacris initiatus, ad Scotósq; relegatus: brevi pòst decessit A. C. 656.

CLODOVEVS II. Francorum regnum secundum patrem adeptus: Grimoaldum aulæ Præfectum (qui Dagoberto Austrasiæ regni hærede ad Scotos relegato, Hildebertum filium suum Regem creaverat) captum, capitis supplicio affecit: Hildebertum regno expulit: atque ita Austrasiam Germaniámq; recepit. Expeditionem ultramarinam magna cum laude suscepit: erepta hostibus Hierosolyma. Post felicem tandem per septendecim annos rei administrationem fato sublatus A. C. 662. ex uxore BATHILDA Saxonica, Beringeri Herciniæ Ascaniæ & Ballenstedij Domini F. in cœnobio Chellis tumulata, tribus superstitibus filijs: quorum

CLOTARIVS III. post patris excessum Francorum Rex coronatus: officij sui adeo negligens, regijq; fastigij fuit oblitus: ut constituto Majore domus, regniq; Administratore Ebroino; omnia munera publica negotiaq; nutui illius permitteret. Qua sanè hujus & successorum socordia majestas imperij Francici penitus corruit: Præfectus Prætorio Remp. pro libitu trahentibus, rapientibus, lacerantibus, omnemq; in se potestatem transferentibus. Obijt Chellis A. C. 667. summæ administrationis quarto, anno.

CHILDERICVS II. Rex Austrasiæ, post Clotarij excessum primò in regno Franciæ repulsam passus: post annum demum, Theodorico in monasterium detruso, à proceribus cum VValfrado suo Præfecto prætorio revocatus; rerum Francicarum est potitus. Verùm omnium spem de se conceptam fefellit: nec quicquam Rege dignum præstitit, suo tamen cum exitio. Etenim dum neglecta Republica, venationi alijsq; rebus voluptuarijs deditus, pleraq; temerè & inconsultè ageret: & pro libidine, regionibus magistratus promiscuè præficeret: tantum in se popularium accendit odium: ut factione principum Austrasianorum à Bodillo Equite Franco, quem innocentem olim palo alligatum virgis cædi jusserat, inter venandum in sylva Bundia ad Chellas trucidatus fuerit, unà cum BLITILDE uxore gravida A. C. 679. regni sui XII. Sepulti ambo Parisijs ad S. Germanum Pratensem.

THEODORICVS Francorum in Gallia Rex XV. ab Ebroino in Clotarij fratris defuncti locum suffectus: propter immanem verò tyrannidem, ac turpes voluptates, ad

Reges Galliæ.

Luxovienſe monachorum cœnobium relegatus: poſt Childerici demum alterius fratris interitum, priſtinæ ſuæ dignitati reſtitutus: Majorem Domus habuit Landeſilum: quem Ebroinus in eo munere ſibi prælatum ægrè ferens, poſt prælium commiſſum in colloquio fraudulenter interemit. A Pipino Brabantiæ Duce bello victus captusq́; biennio ab hinc obijt A. C. 693. quum ad clavum ſediſſet annis XVI. Cum uxore DODA apud Atrebates in cœnobio S. Vaſti humatus: tribus itidem ſuperſtitibus filijs.

CLODOVEO III. à Pipino Duce Brabantiæ, poſt patris exceſſum Gallis & Occidentali regno impoſito: & poteſtatis ſuæ anno quarto defuncto: cæterùm nullis rebus geſtis nobilitato: quòd inſtar reliquorum & ipſe regis nomen inane tulerit.

CHILDEBERTO II. Clodovei fratris in regno Francorum ſucceſſore: ſed qui & ipſe, prædeceſſorum ſuorum more, publicis regni negotijs Majoribus Palatij demādatis, umbram veriùs quàm Regē geſſit. Obijt A. C. 715. Sepultus apud S. Stephanum in urbe Naucrio. Duos reliquit filios.

DAGOBERTUM II. Regem Francorum XIIX. qui tamen nomen inane Regis, titulo tenus, ipſe quoq; geſſit annis quinque. Sepultus Cameraci A. C. 720. Filij eius,

THEODORICUS II. è monaſterio *Chellis*, in quod puerili ætate unà cum fratre Chilperico protruſus erat (unde & cognomentum traxit) à Chilperico patruo evocatus: eique defuncto in regno ſurrogatus eſt: quod ſub cura Caroli Martelli annos tenuit XV. nulla re Rege digna nobilitatus. Sepultus *Kuaxr* apud S. Dionyſium A. C. 740.

CHILDERICUS III. cognomento *Stupidus*, poſtremus ſuæ familiæ Francorum in Gallia Rex, titulo tenus. Etenim ipſe quoque, more majorum, omni negotio domi foriſque in Pipinum aulæ Præfectum relegato; à conſpectu vulgi ſeſe abdere, voluptati duntaxat indulgere, neminem admittere, neminem audire, nihil cognoſcere conſueverat. Vnde hanc ſibi oblatam ad regnum perveniendi occaſionem Pipinus nactus: Childerici mores Pontifici Romano quàm potuit diligentiſſimè delineavit: cuius poſtea auctoritate hunc regno exutum, monaſterio D. Emerani apud Ratiſbonam incluſit A. C. 750. ubi & ſepultus eſt.

CHILPERICUM II. qui à Pipino aulæ Præfecto ſacris initiatus, mutatoq́ nomine Daniel *nuncupatus fuerat. His ante Clotarium duobus regnavit annis: bis belli fortunam expertus: ſemper tamen à Martello victus, in interiorem Aquitaniam profugit: unde mortuo Clotario revocatus, regnoque priſtino reſtitutus per Carolum Martellum Regij Palatij Majorem: ſub eius cura & auctoritate adhuc quinque annis regnavit. Obijt Attignij A. C. 726. Sepultus Novioduni in Eccleſia Cathedrali.*

CLOTARIO IV, qui Chilperico fratruele ad Cameracū victo, regium nomen à Carolo Martello ferre juſſus: eo ſolo, more deceſſorum ſuorum contentus, nullis ſe rebus gerendis immiſcuit. E vivis exceſſit A. C. 721. poſtquam ſub cura Martelli regiam inter Francos dignitatem geſſiſſet biennium. Cauciaci ſepultus.

STIR-

STIRPIS INCLYTAE PHARAMVNDANAE,

Stemma Secundum

COMITVM HABSBVRGIORVM ET ERGOVIAE, DYNASTARUM Lauffenburgi & Rhynfeldæ, &c.

Inclytam Comitum Habsburgiorum gentem licet plerique historici à Francorum Regum posteritate deducant: Volaterrano & alijs nonnullis exceptis; qui nescio quibus rationibus adducti, eam ex familia Leonum (quæ Romæ maximè claruit Gregorij VII. & successorum quorundam Pontificum temporibus) originem sumpsisse voluerunt: quum tamen de generis auctore mirum in modum controvertant: nos VVolfgangi Lazij Historici Cæsarei; qui voluntate & mandato Imp. Caroli V. diligenti (ut de semet ipse testatur) habita inquisitione, multis susceptis peregrinationibus, tumulorum hinc inde pellustrationibus, multis denique annalibus fide dignis, & diplomatibus pervetustis evolutis atque examinatis, hanc familiam in certam genealogiæ formam redegit; judicium atque sententiam amplexi & secuti sumus: cui præter alios adstipulatus est ipse quoque Gebvilerius. Quod candidum Lectorem hîc admonendum duximus: & ad stemma ipsum nunc accedimus.

SIGISBERTVS, patre Theodoberto Rege Austrasiæ infelici marte apud Coloniam Vbiorum victo occisóque, quorundam consilijs belli aleam denuo tentans: reparatis viribus, cum Theodorico patruo, fratricida nefario, haud secundiore fortuna in territorio Campaniæ Catalaunensis agri super fluvium Coxona manus conseruit. Quippe à quo fusus, vix fuga Coloniam Agrippinam est elapsus: ubi civium fide servatus, perque noctem funibus de muro demissus, Rheno transnavigato, in Franciam Orientalem aufugit ad suos cognatos, Gundoaldum & Gotofridum, qui VVirceburgi Francis dominabantur: quorum sub tutela octodecim annos delituit incognitus. Post cædem tandem Herponis Ducis Transjurani, factam insidijs Lendemundi Sedunensium Præsulis & Alathæi nobilis Burgundi, à Clotario II. Francorum Rege ab exilio hoc revocatus: procerum interventu, ducatum illum in Alemannia superiori, quæ nunc Helvetia dicitur, obtinuit: hac tamen lege, ut regio nomine & diademate cùm ipse, tum posteri eius abstinerent, nec unquam affectarent. Acta hæc sunt A. C. 635.

Dux et Alemanniæ superioris.

Comites Habsburgenses.

SIGISBERTVS Dux superioris Alemanniæ, & hæres Franciæ Orientalis, uxorem duxit LVITBERGAM, Gunzonis Svevorum Ducis F. dæmonio liberatam à B. Gallo lacus Bodmanici Apostolo: cujus ergò primum se Landgravium Neomagensem (sic enim tum temporis Brisgoviensis principatus appellabatur) scripsit.

THEODOBERTVS Provinciæ Comes: unde Salinarum & Burgundiæ principes defluxisse, quidam afferunt.

OTBERTVS sive Ottopertus, Dux superioris Alemanniæ, & hæres Orientalis Franciæ, Landgravius Neomagensis: intra Vogesi montana duas extruxit arces: Avendum videlicet castrum, quod Germani sua lingua interpretati primò Avenburgum, postea literarum immutatione Habsburgum protulere; & Alteburgum à loci vetustate sic vocitatum, extructum in memoriam S. Romarici, qui ibi, dum adhuc esset secularis, residere solebat: unde primum se Comitem Habsburgium & Alteburgium scripsit. Vir cæteroquin pius & religiosus, inque pauperes munificus: quippe qui S.

Comites Habsburgij & Alteburgij.

Comites Habsburgij. Trutperto Eremitæ, è Scotia peregrinanti, atque locum pro extruendo templo sive oratorio petenti, latissimum terræ tractum, quià monte Samba usque in Metzenbach & Sylvam nigram ad Brisgojam protenditur, magnificè donavit: eoq; quoad vixit, familiarissimè est usus: quem nec mortuum dignis faciundis justis destituit: & de latronibus, cædis istius auctoribus dignum supplicium sumsit. Post fata in ejusdem Trutperti cœnobio tumulatus. Vxor N. Comitissa Roræmundana.

BEBO sive Babo, Dux Alemanniæ, secundus Comes Habsburgius & Alteburgius, primus Alsatiæ Landgravius, sacellum supra S. Trutperti martyris tumulum, cujus fundamēta parens posuerat, ad extremam manum perduxit. In Alsatia quoq; construxit, à seq; denominavit Bebonis domū, & Bebonis villam: nostrate lingua appellamus Bebenhaym & Bebenvvyler.

DOROTHEA conjux Caroli IV. Comitis Salmensis in Lotharingia.

ETHO ex Abbate Augiensi factus Episcopus Argentinensis obijt 773. quū laudabiliter Ecclesiæ annis præfuisset novem. In Cella monasterio, quod ab ipso renovatum Ethonis cœnobium dici cœpit, sepultus.

ROBERTVS sive ROTHERIVS, tertius Comes Habsburgius, naturæ fatoq; concessit VI Kal. Quintil. A. C. 766. funeratus in avi monumento ad S. Trutpertum. Vxor IRMENGARDIS Comitissa à Gems, Sabauda.

AMPERTVS sive Amprinchtus Comes Alreburgius, paulò ante fratrē in bello civili, quod gessit Pipinus Caroli Magni pater contra Landofredum Alemannum, oppetijt *anno*.

GELBO I. ante diem hominem exuit.

HETTOPERTVS quartus Comes Habsburgius, fratre mortuo, gubernacula tam Brisgoviæ, quàm Alsatiæ est nactus. Vxor N. Comitissa Burgundiæ.

GELBO II. Comes Habsburgiæ.

RAMPERTVS sive Ramptechtus, à majestate laudis nomen sortitus, Comes Habsburgiquintus, præter avita per sylvam Hercyniam in Brisgovia & Lura monte bona, possedit quoq; possessiorū Atticonis Ducis in Alsatia prædia: S. Trutperti cœnobium multis reditibus ditavit: & canonizationem insuper ejusdem martyris à Stephano V. Pontifice impetravit circa A. C. 814. Vxor ALIZA Comitissa in Benurn.

AMPRINTVS Comes Alteburgius, castro & pago Ambringæ in Helvetia nomē & primordia indidisse creditur.

GVNTRAMI I prosapiam paulo infrà sub signo * subjungemus.

GERBILO in divisione cum fratribus sortitus Hurin-gam, Ortenburgam & Francobergam: Gerbelsheimā istic condidit.

EGINO Comes Habsburgius, facta divisione agrum adjacentem ad Rheni ripam obtinuit: ubi Eginesheimā regiā, à suo insignitā nomine cōstruxit. Quem Comites Eginesheymenses sunt secuti.

OTHONI in paternarum ditionum divisione evenere Othbrechsthal, VVilerthal, ubi cœnobium extruxit Hugesboven, item Gravenpan & Kestenboltz. Conditor existimatur Ducum & REGVM NOVAE BVRGVNDIAE.

Transjurani Duces HVGOPERTVS Abbas Hugeshovensis, à Lothario Lotharingiæ Rege, suo sororio, donatus Iuræ montis ducatu, quem eius majores quoq; possiderant: quum eidem postea obedientiam detrectaret, à Conrado Comite quodam est confossus.

TIETBERGA uxor Lotharij Regis Lotharingiæ: à marito illecebris VValdradæ concubinæ capto, falsò adulterij criminata: noctu clàm fuga in Galliam elapsa, supplicium effugit A. C. 869.

HVGO itidem, ut pater, & Abbate Hugesbovensi Dux Transjuranus & Alsatiæ Landgravius creatus.

CONRADVS à Stratlingen cognominatus, paterni ducatus in Iura monte hæres: Anglicis clarus extitit: quapropter procul dubio à Galliæ vel Provinciæ Regibus præmij loco agrum interiorem ad Genevam, Losannam, S. Mauricium, & Agaunum impetravit: pulsa nimirum Gerardi Rossilonensis, quem Carolus Provinciæ Rex ad fanum S. Quintini acie victum profligaverat, stirpe: unde & Burgundiæ se nominavit Comitem. Reges nostrophæ Burgundiæ.

RVDOLPHVS I. Princeps Transjuranus, Comes Burgundiæ, accessione vicinorum agrorum in finibus Allobrogum & Narbonensis Provinciæ, regium rursus honorem recuperavit: corona apud S. Mauricium imposita: Burgundiamq; non illam veterem, sed novam, angustioribus limitibus definitam constituit: sede regni ad Arelatum in agro Provinciæ posita: unde successores ejus Arelatenses quoque reges sunt nuncupati; armis usi majorum suorum principum Habsburgiorum, Leone videlicet rubro corona cœlestina redimite in aureo clypeo. Ipsi postmodo, virtutibus ejus perspectis, obedientiæ quoque sacramentum præstitere universa Helvetia, Vchtlandia, Brisgoia, Sungoja, Cremerlandia, Ferretta, Mombelgardus, & pars Sabaudiæ. Hac itaque Helvetiorum rebellione excitatus Arnulphus Imp. magnis coactis viribus adversus eum misit Zventebaldum filium Ducem Lotharingiæ: sed hic vitata pugna, impeditis montium jugis exercitum continens, ita se defendit; ut nullis opprimi viribus potuerit. Variis ergo satis felici eventu cum Cæsare bellis gestis, diem obijt A. C. 912. regni XXII. Vxor HEDVIGIS Regina Franciæ F. Ludovici Balbi Imp. Reges novæ Burgundiæ.

RVDOLPHVS II. à Carolo Simplice è sacris lavatus undis: & post patris obitum rerum in Burgundia potitus: Nermannos magna manu fines suos invadentes, cum dedecore vestigia repetere adegit: Hunnos vastata Germania contra se properantes, illata clade in Italiam fugavit: contra Burchardum vero Alemannum infeliciter pugnavit. Quam cladem correcturus, quum multo majori apparatu bellum repararet: territus Burchardus, tradita illi in matrimonium filia BERTHA, pacem fecit. Post hæc imperium in Italiam Ligusticam usque propagavit. Etenim adversus Berengarium Seniorem Regem Italiæ evocatus: Papiæq; Rex lætis omnium votis acclamatus, & à Lamberto Archiepiscopo coronatus: per annum prosperis & ad voluntatem fluentibus rebus est usus. Quamvis autem postea Itali ad solitam redirent levitatem, divisiq; populorum voluntatibus, alij ipsi, alij Berengario se applicarent. nihilominus tamen, Berengario occiso, in Italiam redijt: totumque regnum absque controversia recepit. Quo tamen post biennium iterum deserto: mortem nimirum socero (qui ad Novariam ipsi contra rebelles ferens suppetias, à paucis Italis latronibus fuerat jugulatus) indignè ferens: in Burgundiam, unde venerat, iterum abijt, magnum exportans thesaurum A. C. 926. Proximo ab hinc anno Francorum procerum favore ad Galliæ regnum vocatus; inglorius id tenuit biennio. Altissiodori tandem, medicorum evanescentibus curis, à vermibus exesus, fatis debitum persolvit A. C. 937. Apud Senones in D. Columbæ basilica inhumatus. Vxor ejus altera fuit EMMA Andium Comes, soror Hugonis Magni Comitis Parisiorum.

RICHARDVS Princeps Transjuranus, Burgundiæ Palatinus.

AGNES uxor Burchardi Ducis Sueviæ.

RVDOLPHVS III. Rex Burgundiæ, fundator cœnobiorum Paterniaci (vulgo Peterlingen) apud Sabaudos: Eremitarum item (vulgo Einsiedeln) & aliorum: ob vitæ continentiam in album divorum relatus. Vxor BEATRIX Comes Friburgensis Brisgoia; S. Romari monasterij in Cluniaco locupletatrix: cum marito in Paterniaco tumulata.

CONRADVS Rex Burgundiæ puer ab Othone Magno Cæsare Augusto astutis promissis in potestatem redactus, & honestè educat⁹: pro ipso contra Ludovicum Francorum Regem arma induit. Suæ potestatis per ętatē effectus, Burgundiæ regnū, dicto Imperatori tradidit: quo facto, in libertatem restitutus, denuo id ab eo beneficiarij feudi nomine recepit. Post fata in cœnobio Paterniaco sepultus.

AGNES uxor Bertholdi Comitis Brisgoviæ, DIETBVRGIS conjux Hugobaldi Comitis Dillingani & Kiburgij, defuncti A. C. 908. genitrix S. VLRICI Episcopi Augustani, qui obijt IIII. Non. Quintil. A. C. 973.

Reges novæ Burgundiæ.

CONRADVS Rex Burgundiæ, fundator episcopatuū Genevensis & Lausannensis: diem obijt A. C. 990. regni sui circiter XXV. In Paterniaco sepultus cum uxore MECHTILDE, Ludovici Transmarini Franciæ Regis filia: quæ ipsi in dotem attulit Lugdunum, Viennam, & Arelatum: quas urbes Franci, deficiente Bosonis regno occuparant: qua de causa Conradus totius Burgundiæ inferioris Rex est effectus.

ADELHEIDA Lothario Italiæ Regi sociata: eo è vivis sublato, nupsit Othoni Magno Imp. Rom.

HENNA sive EMMA conjux Lotharij IIII. Galliarum Regis.

RVDOLPHVS IIII. Rex inferioris Burgundiæ ex hac familia postremus: Angliæ Regi junctus, Imp. Conradum sororium suum, in Italiam euntem est comitatus: quem senex factus, quum regnum XLII. fermè annis continuis in pace, nullis tamen procreatis liberis, gubernasset; Imp. Henricum III. sororis F. heredem in solidum scribere decrevit. Major autem Burgundicæ nobilitatis pars, victa donis ac onerata immensis Othonis Campaniæ Comitis promissis, Regem ab his cogitationibus avertere conata: quum eum in proposito tenaciter persistere animadverteret: dolo caperecogereque intendit. Sed ille detectis insidijs, consignatum Imperatori Conrado testamentum, addita corona, sceptro, cæterisq; regijs ornamentis, transmisit. Obijt A. C. 1032. Cum uxore ADELTRVDE apud Paterniacum sepultus.

BERTHA nupsit Othoni Comiti Campaniæ & Carnutum.

GISELA uxor primùm Ernesti Ducis Suevorū: deinde Conradi Imperatoris Rom.

*

Comites Habsburgij.

GVNTRAMVS I. Ramperti F. sextus Comes Habsburgius, vetus Francicum majorum suorum Austrasiæ & Burgundiæ Regum sortitus nomen: limitibus in Ergoviam propagatis, Lauffenburgum, aliaque finitima loca in ditionem accepit. Castri Scharffensteinæ fundamenta jecit: quod tamen morte præventus non absolvit. Post fata in S. Trutperti cœnobio sepultus.

LVITHARDVS Comes Habsburgius & Alteburgius, castrum Acuti lapidis à patre inchoatum absolvit: cœnobioque Gengæbacensi ad syluam Hercyniam donaria multa contulit: adeo ut alter ejus conditor à multis existimetur. Obijt circa an. 899. Vxor ERENTRVDIS Franciæ Comitissa.

LVITFRIDVS I. Comes Habsburgensis, & Alteburgēsis, Langravius Neomagensis in Brisgovia, instaurator ac locupletator cœnobij S. Trutperti: quod in Abbatiam sublimavit. Vxor BIBRADA Comes obijsse annotatur A. C. 929.

OTHO Præsul Argentinensis.

HVGO Comes Neomagensis in Brisgovia.

HEDVIGIS Comiti Eginasheimensi nuptum collocata.

HVNIFRIDVS Comes Habsburgius & Nortgoviæ, id est, terræ ad Rhenum Septentrionalis, Landgravius item Alsatiæ; fratre Luitfrido in bello Suevico perempto, nullis relictis liberis, Sundgoviam quoque & Mortinoviam suæ fecit ditionis. Vxor ANASTASIA Marchionissa Ransfergensis, Alemanna.

LVITFRIDVS II. Comes Habsburgius, Dynasta Sundgoviæ, belli studijs clarus: in conflictu cum Suevis occisus A. C. 954. ænat. Vxor LVIDGARDVS.

HVGO Comes Habsburgius, Dynasta in VVilerthal & Leberthal, locupletator S. Trutperti cœnobij: auctus matrimonio HEDVIGÆ Comitis Egisheymensis & Dagsbergensis, illis ditionibus.

HVGO Comes Habsburgius, Egisesheymensis & Dagsbergensis.

GONTHRAMVS II. Comes Habsburgius, in divisione

*

EBERHARDVS Dux Brisgoviæ, cū Giselberto Lotha-

ROTHARDVS Comes Habsburgius, Genguba-

†

Cum

cum fratribus sortitus Ergoviam, se primùm eius Comitem scripsit. Est autem Ergovia, quà Arula irriguaest, ditio, hinc quidem ad lacum Brigantinum, qui nunc Bodmanicus: illinc verò in sylvam Hercyniam, veterumque Helvetiorum agros. Vxores eius duæ: prior Comitissa Montfortia & Brigantina: altera ITHA, Adalberonis Comitis Calbensis F. fundatrix cœnobij Hirsaugiensis.

* ringo alijsque pro ceribus in Othonem Magnum Cæsarem Augustum conspirans: bello abs eo oppressus perijt A. C. 942.

† censis cœnobij in agro Mortinoviensi locupletator.

ALBERTVS Præsul Argentinensis.

BETZO Comitum Habsburgiorum propagator. Vide ✠.

BERTHILO condidit Duces Zæringiæ: de quibus pag. seq. (·).

GEBIZO sive GEBESON, Comes Habsburgius in Ergovia, conditor cœnobij Albæ Angiæ prope Ravensburgum: nos id nostrate lingua Weissenauw *appellamus. Visuntur etiamnum quoque reliquiæ arcis, quam à Gebizone* Gisßenburg *accolæ vocant. Sepultus cum fratribus in cœnobio Salisburgensi.*

GVNZOLINVS Comes Ergoviæ, conditor cœnobij Salsburgensis S. Cyriaco dicati in Brisgovia.

BERTHOLDVS I. Comes Brisgoviæ, divitijs ac potentia clarus, in Breuconis Augia (vulgò Briscoviam vocant) à sororio suo Comite Kiburgensi, impetrata area pro arce construenda, Zæringam extruxit: à qua, relicto majorum suorum Comitum Avendi castri sive Habsburgi gentilitio cognomento, Comitem se ac Dominum zæringensem deinceps scripsit. Arce absoluta, moto in sororium bello, eum insidijs circumventum cùm arce Kiburgensi, tum toto dominio expulit: & sic longè lateque in Brisgovia & Hercynio nemore dominari cœpit. *Anno* mortuus, & in B. Aurelij sacello cœnobij Hirsaugiensis est inhumatus. Vxor RICHARDA Comitissa Carinthiæ.

VLERICVS Comes Habsburgius, Eginesbamius, & Dagsbergius.

HVGO. PETRVS. ænaus. *Comites Habsburgenses.*

BRVNO Episcopus Tullensis in Burgundia; ad summum Pontificatum in Ecclesia Romana evectus, LEONIS nomen ferre est jussus A. C. 1049. pridie Idus Februarias. Virtutibus hic & literis optimè fuit instructus: in pauperes verò adeo benignus, ut domus ipsius peregrinis & egenis semper pateret. Germaniam patriam ex singulari amore ac desiderio sæpissimè invisit: Berengarium in synodo Vercellensi hæreticum condemnavit. Normannis haud auspicatò bellum indixit: à quibus ad Beneventum captus; sed summo honore illico dimissus: non ultra annum superfuit. Decessit animi ægritudine XVI. Kal. Majas A. C. 1054. quum ultra quinquennium ad clavum sedisset mensibus duobus, & quatuor diebus.

Comites Brisgovia

☙ Secundus isque biforcatus Ramus Stemmatis Habsburgici, Ducum nimirum Zæringiæ & Tecciorum.

BERTHILO Gunthrami II. Comitis Habsburgij & Ergoviæ F. Comes Brisgoviæ, Dominus Streichburgi, ad Elzi torrentis ripas inter nemora cœnobium Vestalium Wolfurch *sive* Waldkirche *in honorem S. Margaritæ extruxit. Sepultus ad D. Cyriacum in cœnobio Salsbergensi.*

BERTHO-

Comites Brisgoviæ

BERTHOLDVS II. Comes Brisgoviæ, hæres Bertholdi I. Comitis Zæringensis: vir magna prudentia, fortitudine, & audacia, & in rebus agendis constans ac strenuus: S. Petri cænobinm in finibus sylvæ Hercyniæ; supra Friburgum Brisgoviæ, condidit: ubi post mortem est inhnmatus. Vxor AGNES, S. Rudolphi Regis Burgundiæ novæ soror germana.

HERMANNVS Comes Zæringię, ad extremũ mundi delicias pertæsus, in Cluniacensi cænobio monachum induit. Mortuus circa annos A. C. 1076.

GEBHARDVS Præsul Constantiensis, à Pontifice Rom. divorum albo inscriptus: fundator cœnobij Petershusij, instituti Benedictini A. C. 980. ibidem sepultus 996.

Duces Zæringiæ.

BERTHOLDVS III. cognom. Barbatus, Dux Zæringius post patrem: à genitoris sui virtutibus nihil degeneravit: vir cùm strennißimus, tum fortißimus. qui fortunæ volubilitate considerata, nec in rebus adversis animnm nimis despondit; nec in prosperis plus æqno se extnlit. Duorum opulentißimorum tnm temporis ducatuum possessione cecidit: Sueviæ nimirum, quem ipsi Henricus III. Imp. nnà cum filiæ matrimonio promiserat: dato in signum fidei ac memoriæ anulo signatorio: sed quem Rudolphus Rhynfeldensis, qui postea ad Imperinm aspiravit, filia Imperatoris in uxorem ducta, ipsi prærripuit: & postea Charinorum sive Charinthiorum quoqne ducatn: quem loco prioris, quo jam spoliatus erat; ab Agnete Imperatrice ipsi traditum, Henricus IIII. Imp. absenti sine legitima discußione abstulit: eoque Marquardum snum cognatum honoravit. Quamvis autem ducatnnm istorum possessionem consequi non potuit: Ducis tamen nomen exinde familiæ snæ primus reliquit. Ceterùm post interitum Rudolphi Rhynfeldensis, sui soceri, (hujus namqne filiam ANNAM uxorem habebat) Sueviæ ducatum ab ipso sibi concessum usnrpare cæpit: non sine gravißima offensione Friderici Comitis Hohæstauffij: cni illnm Henricus IIII. Imp. jampridem concesserat. Quare bello abs eo petitus: pacem petere, & dncatum istnm ipsi resignare est coactus. Pro cnjus ceßione, Imperij beneficio, Præfecturam Turegiensem obtinuit cnm Vchtlandia. Fribnrgium Brisgaudiæ ad Hercynij jngi radices condidit A. C. 1120. Ad extremum auxiliares adducens copias Hngoni Comiti Dagsbergio contra ipsius snbditos: ad Molshæminm Alsatiæ cum hoste fortiter pugnans occubuit A. C. 1122. Ejus cadaver in cænobium S. Petri ad majorum monumenta translatum.

BERTHOLDVS immatura ætate defunctus.

CONRADVS Dux Zeringius, Comes Brisgoviæ, & Præfectus Turegiensis: condidit cænobium An in ditione VVirtembergica: nbi plerique ex Ducibus Teccijs sepnlti cernnntnr. Ætate jam grandior, ob ducatum Sneviæ patri ademptnm, dum Friderico Hohastauffio bellnm movet: à Friderico Barbarossa hujus filio victus: & Turego nobilißimo Sneviæ oppido exclnsus; simnl ejus præfecturam amisit, unà cum Comitatu Hochbnrgico: quem Imp. Fridericus postmodò in feudum conceßit Marchioni Veronensi. Naturæ satisfecit A. C. 1152. Sepulsus in cænobio D. Petri in finibus nemoris Hercynij. Cnm nxore CLEMENTIA, nobili Francornm Dncum prosapia orta, obtinuit Comitatum Bnrgundiæ, à Inra monte ad Helvetios nsque se extendentem: quem minorem vocant Burgnndiam.

CONRADVS puer debitũ naturæ persolvit.

BERTHOLDVS IIII. Dux Zeringius, Brisgoviæ Landgravius in suo stemmate sextus, Comes Sylvæ Hercyniæ, & S. Blasij monasterij Advocatus: Bernam & castrum Brisacense à fundamentis extruxit: Friburgum Aventicnm in Vchtlandia muro clausit: Friburgi Brisgaudiæ mœnia absolvit. A Friderico I. Imp. cujus vexillifer in bellis Italicis fnerat, Præfecturà Arelatensi & Burgundiæ Palatinatu donatus: nbi se magnificentiùs quodammodo ageret; in suspicionem apud enm venit affectatæ Bnrgnndiæ regnique Arelatensis. Quam ut dilueret, obsides dare coactus est suos ex filia nepotes

RVDOLPHVS Leodinensis Præsul in celeberrima illa in Palæstinam expeditione obijt Losannæ circa A. C. 1190. Sepultus in S. Petri cœnobio.

HVGO, Comes Zæringius, Dominus Brisgandiæ, obijt ἄπαις A. C. 1152. Funeratus in B. Perri cœnobio.

ALBERDVS conditor Ducum TECCINORVM. Vide signum ***

Comites

Comites Vracenses. Bellum etiam gessit communibus auspicijs cum Guelfo Bojo contra Hugonem Palatinum Tubingensem: nec non Burgundos rebelles, quibus Palatini Imperialis nomine præerat, diutino bello ad obsequium reduxit. Podagra tandem extenuatus, hominem exuit A. C. 1185. gentilitiæ D. Petri cœnobij sepulturæ illatus. Vxor BENIGNA Theobaldi Marchionis Vogburgij F. *Duces Zaringiæ.*

BERTHOLDVS V. Dux Zeringensis ultimus, Burgundiæ Palatinus, & Dominus Vchtlandiæ: Præfectus item Turgoviæ ab Othone IIII. Imp. constitutus: princeps opibus & potentia florens, in principatu suo augendo plus æquo cupidus, lares suos ditionemque in Burgundiam usque propagavit. Vnde baronum & nobilium, quos præter æquum & fas spoliaverat, conjuratione in se concitata, Vchtlandia excessit: Bernamque civitatem Friderico II. Imp. donavit. Villingam oppidum nemoris Hercynij condidit: cœnobium item Omnium Sanctorum prope Oberkirchum, quod magnificè dotavit. Obijt Friburgi in Vchtlandia absque liberis V. Kal. Maij A. C. 1218. Vxor N. Comitissa Burgundiæ.

IVDITHAE uxori Eginovis Comitis Vracensis, dominia in Suevia & Brisgaudia post fratris excessum hæreditariò cesserunt: qui quum duos haberet filios; Cunonem & Eginonem: illi tanquam majori natu Brisgaudiam, huic Sueviæ dominia moriturus reliquit: ab illoque Comites Friburgenses, ab hoc Furstebergios propegavit: de quibus alius dicendi locus.

AGNES nupsit Sigismundo Comiti Kiburgensi: ratione cujus matrimonij, Bertholdo V. è vivis sublato, Burgundiæ Comitatum cum Friburgo Vehtlandiæ est consecutus.

BERTHOLDVS & FRIDERICVS, quorum alterum quidam Burchardum, alterum Adrianum nominant; pueri à Burgundionibus veneno sublati, & Soloduri tumulati.

ALBERTVS patre Conrado Duce Zeringense, à Friderico Barbarossa ex sua ditione pulso, paucas quasdam villas in nemore Hercynio retinuit. unà cum castro Teck & oppidulo Au: unde se Comitem TECCENSEM & Calbensem scripsit. Cum fratribus in majorum mausoleo cœnobij S. Petri inhumatus. *Duces Teccij.*

HERMANNVS Dux Teccius, Comes Calbensis. Vxor ELISABETH Boja, Marchionissa Vogburgensis.

LVCELMANNVS Dux Teccius cum uxore BEATRICE Groningensi Comite sepultus in cœnobio Albersρach.

ALBERTVS II. *Dux Teccius, arbiter fuisse legitur inter Rudolphum Habsburgium Cæsarem, & Eberardum Comitem VVirtenbergium, bello ob fines contendentes.*

BERTHOLDVS Præsul Vrgentinensis, Ecclesiam suam rexit annis XVI. mortuus A. C. 1239.

LVDOVICVS Dux Teccius, ἄγαμ.

CONRADVS I. *Dux Teccius, Comes Calbensis. Vxor N. Comes Hohebergica.*

CONRADVS II. Dux Teccius, in Regem Rom. designatus: sepultus in cœnobio Au, an. 1292.

SIMON Dux Teccius, naturæ concessit IIII. Non. Martij A. C. 1316. Tumulatus in cœnobio Au. Vxor N. Landgravia Nellenbergica.

CONRADVS III. *Dux Teccius, obijt A. C. 1329. Ebingiæ ad Nicrum sepultus.*
Vx. [illegible] filia Comitis de Tockenburg

VLRICVS I. Dux Teccius, ἄγαμ.

CONRADVS IV. Dux Teccius, in diversorio quodam prope Monacum à Sueiccardo †

FRIDERICVS I. Dux Teccius, Comes Brisgoviæ, legitur cum Carolo †

HERMANNVS II. Dux Teccius, cum binis conjugibus, Elisabetha Vroburgensi *

VLRICVS II. Dux Teccius. Vxor N. Baronissa Hohebergensis.

Domino

Duces Teccij.

† *

Domino Gundelfingano occisus A. C. 1352. ἄπαις. Vxor HEDVIGIS Ferrariæ Marchionissa.

IIII. Imp. & Alberto Exarcho Austriæ Turegum Surviæ oppidum obsedisse. Vxor N. Comes Trubendingana.

Comite, & ANNA Baronissa à Signau, in Oberndorfft, Vestalium cœnobio funeratus A. C. 1363.

Filiarum AGNES nupsit Henrico Comiti VVerdenbergio: MECHTILDIS Eriderico Pincernæ Limpurgio: Tertia Gulielmo Comiti Kirckberge.

FRIDERICVS II. *Dux Teccensis, dominio Mindelheim in Ergovia empto an. 1369. arcem supra montem S. Georgij gentilitio nomine Teck construxit. Causburnum quoque Imperialem urbem obsidione cinxit an. 1377. E vivis excessit A. C. 1389. Vxor ANNA Vlrici Comitis Helffensteinij F.*

Filia ἀνώνυμος Abbatissa Simerensis prope Oetingam Risæ.

FRIDERICVS III. Dux Teccius, Alsaciæ Præfectus nomine Austriacorum, obijt 1413. VLRICVS III. cogn. Cæcus, princeps industrius, fundator Parochiæ Mindelhæmiæ A. C. 1409. obijt ἄπαις 1432 Vxor AGNES Veronensis de la Scala.

CONRADVS V. Dux Teccius. Vxor N. Marchionissa Estensis.

LVDOVICVS Patriarcha Aquileiensis, obijt in Consilio Basiliensi: ibidem sepultus ad Carthusionos. GEORGIVS Doctor & Provincialis Ordinis Augustini. SIMON Dux Teccius, in Stams cœnobio sepultus.

Filiæ sex: IVTHA Eberhardo Comiti VVerthæmio marito, attulit dominium Mindelheim. MARGARETA nupsit Comiti Ortebergio. AGNES uxor ~~Henrici Baronis Limpurgij.~~ BEATRIX uxor Friderici Baronis Haideccij. IRMGARDIS elocata Vito Rechbergio Equiti Suevo. Sexta nupsit VVolfgãgo à Preysing, Bojo.

FRIDERICVS IV. Dux Teccensis sui generis postremus, Friderici III. Imp. in Alsatia Præfectus, obijt ἄπαις ἀρρένων. Vxor N. Ducissa Vrsplingensis in sylva Hercynia sui stemmatis postrema: unicam ipsi enixa est filiam, VVirtembergico Principi sociatam; ad quem ea magnam ducatus Teccensis partem attulit. Villinga verò cum alijs quibusdam oppidis, arcibus ac prædijs ad Danubij & Nicri fontes, ad Austriacos utpote sanguinis vinculo conjunctos, est devoluta.

✠

Comites Habsburg.

BETZO sive BEZELINVS Comes Habsburgi & Ergoviæ, monasterium Saltzburg sive Sultzburg S. Cyriaci in Brisgovia, suis fratrumque impensis extruxit: in quo post fata quoque sepultus est.

RATATO sive Rapoto, Comes Habsburgi, Altenburgi, & Ergoviæ: novã condidit arcem Habsburgum in Ergovia ad Atulam, juxta oppidum Bruck, haud procul à monte Vocetio: Berengario fratre sumptus liberaliter faciente. Murense quoque cœnobium apud Helvetios in D. Martini honorem de novo consttuxit A. C. 1034. in quo una cum uxore ITHA, Gotellonis Ducis Lotharingiæ filia, est sepultus.

RVDOLPHVS Comes Sundgoviæ, fundator cœnobij Othmarsheim, in honorem S. Quirini A. C. 1060. cum uxore ADELHEIDE Comite Vroburgensi ad S. Blasium Nigræ sylvæ tumulatus.

VVERNERVS sive VVERENGARIVS Antistes Argentinensis: Constantinopoli in legatione mortuus.

RICHENZA nupsit Comiti Lentzburgio ad Arulam.

Stemmatis Habsburgici Ramus Tertius, Comitum Rhynfeldensium

ALBERTVS Comes Habsburgi & Ergoviæ, patrem morte antevertit A. C. 1052.

VVERNERVS sive BERENGARIVS successor in Comitatu Ergoviæ. Vide signum **.

OTHO Comes Ergoviæ, interfectus A. C. 1046.

THEODORICVS Comes Habsburgius in Ergovia; ex Lotharingia,

ringia, matris suæ hæreditate, expulsus armis Caroli Salmensis & Henrici Lovaniensis Comitum; in alpibus Iuræ montis & Sundgoviæ finibus, tractum secus Mompelgardum ab Imperio precariò obtinuit: ductaq; in uxorem RICHARDA filia ac hærede Cunonis Comitis Oenyngensis ad lacum Brigantinum sive Bodmanicum, ex eius dote Rheynfeldam primus à fundamentis extruxit.

Comites Habsburgij & Rheinfeldensis.

VLRICVS Comes Rheynfeldensis, cœnobij Veronensis in Alsatia locupletator munificus A. C. 1036. matrimonio sibi copulata ultimi Comitis Lentzburgensis filia, eum quoque Comitatum in suam familiam intulit.

CVNO Comes Rhynfeldensis, conditus in Nigra sylva ad S. Blasium, cujus erat Advocatus: sicut & posteri quoque Comites Habsburgij in Ergovia. Vxor ITHA.

MECHTILDIS consors Luderi Marchionis Salisquellensis.

RVDOLPHVS Rhynfeldensis Comes, ab Henrico III. Cæsare Imperij Advocatus apud Turegum designatus primam eo in munere amisit conjugem ADELHEIDEN Othonis Marchionis Italiæ F. sororem Berthæ uxoris Henrici IV. Augusti. Ad secundas inde nuptias transiens, AGNETEM Henrici IV. Augusti sororem nactus: Sueviæ quoq; ducatus investituram abs eo accepit: Bertholdo Zæringiæ ac Brisgoviæ Principe nequicquam non repugnante. Quam quum paucis annis pòst rebus humanis exemptam amisisset: tertiam duxit ADELHEIDEN, natam patre Gulielmo Burgundiæ comite, matre Comitissa Vroburgensi; Beatricis Imperatricis sororem germanam. Vir autẽ ipse erat domi forisq; in omni virtutum genere præclarus: sed qui postea avaritia victus, & spe regni inescatus, ad Cæsaris hostes defecit: à quibus ad Imperij fasces, sibi (ut exitus docuit) fatales, Forchemij est pertractus. Etenim quartùm cum Imp. Henrico IV. aperto marte confligens in Misnia juxta Ellestrum amnem: ab eo non solùm acie victus fugatusque, sed ad extremum quoque abscissa dextera, dignissimas perjurij luit pœnas. Quo vulnere accepto, Mersburgum delatus: accersitis conjurationis suæ primoribus, culpam serio agnovit doluitq;: & ne ipsi fidem domino suo Regi juratam ulterius violarent, gravi oratione admonuit: nec ita multo pòst animam exhalavit IV. Id. Octobr. A. C. 1080. Triduo pòst ibidem regio more inhumatus.

ADALBERO sive ADELHERVS ex monacho Sangallensi inauguratus Præsul Vormatiensis: quum ecclesiã annis rexisset quinque: præ nimia corporis pinguedine suffocatus, naturæ persolvit debitum A. C. 1070. Fuit namq; tanta crassitudine, ut aspicientibus horrorem magis, quam admirationem injiceret. Quapropter & Schnafnaburgensis eum monstrum veriùs, quam hominem, describit.

Eius liberi

ex Marchionissa Italiæ:

OTHO & BERTHOLDVS, patre sublato, ad Comitatum Rhynfeldensem rediêre: & paucis interjectis diebus, per insidias ipsi quoq; occubuere, sine omni generis successione. Ad S. Blasium, cujus erant Advocati, juxta avum sepulti: & Comitatus Rheynfeldensis ad sororem Agnetem devolutus est.

BERTRA, Vlrico Comiti Brigantino nupta, peperit Rudolphum proavum maternum Rudolphi I. Imp. Rom. sepulta in Alba Augia Brigantina.

ex Comite Burgundiæ:

MECHTILDIS conjugem nacta Ernestum Marchionem Austriæ novæ ad Danubium in Norico.

ADELHEIDIS nupsit Colomanno Regi Pannoniæ.

AGNES sociata Bertholdo Barbato, Duci Zæringensi & Comiti Brisgoviæ.

(*)

VVERNERVS qui & *BERENGARIVS* cognomento *Pius*, Comes Habsburgi & Ergoviæ: cœnobium S. Martini à parentibus nuper erectum, magnificè dotavit: ubi quoque inhumatus est A. C. 1096. Vxor HILTEGARDIS Comes Phyretharum.

OTHONI Comiti Habsburgio genitor, terras suas filijs distribuens, concessit Ergoviam cum castro Habsburgio noviter ex-

ALBERTVS Advocatus Seckingensis.

VVERNERVS Comes Habsburgius, vivo patre Lauffenburgum in possessionem accepit. Sunt, qui titulum Lotharingiæ Ducis eum usur-

ITHA Comiti Thierstenio elocata.

Comites Habsburgi & Ergoviæ.

Comites Habsburgi & Ergoviæ.

structo. In Saxonia hic militans Henrico IIII. Imp. oppetijt VI. Idib. Novembris, qui dies facer est Quatuor coronatis. In Murensi templo, gentilitio mausoleo, conditus circa A. C. 1080. Vxor ADELHEIDA Baronissa Hornburgensis.

† *passe affirmant obius, quod avia causa prætendebat post Theodorici patrui mortem. Sunt alij, qui eum ante obitum sacris initiatū & Argentoratensem tandem designatum Præsulem adstrnunt.*

VVERNERVS Comes Habsburgi & Ergoviæ, decessit IIII. Idib. Novembris, ipso die S. Martino sacro: funeratus in cœnobio VVettingensi (quod quidem Welgenstein, vulgo Ave Maris stella vocitant) instituti Cisterciensis: in cujus fabricam magnifica dona contulit. Cœnobium hoc à Comitibus VVallenbergijs sive VValdenbergijs & Rapolsvilleranis primò erectum; situm est ad ripam fluminis Licomagi, haud procul thermis Vocetij montis, quas nunc Helveticas vocamus. Annus mortis ipsius non est annotatus. Vxor N. Baronissa Statckenbergia.

ADELHEIDIS nupsit Popponi Comiti Hennenbergio.

ALBERTVS *Dives*, Comes Habsburgi & Ergoviæ, mira in quosvis liberalitate celebris, in suos clemens, non πρεσβυτικῶς: floruit imperante Henrico VI. à quo inter testes citatur. Vxor ITHA, filia & hæres Rudolphi ultimi Comitis Pfullendorffij & Brigantini: cujus mausoleum in Murensi cœnobio cernitur.

RICHSA sive RICHENZA Theobaldo Phyretarum Comiti elocata.

GERTRVDIS uxor Comitis Mompelgardij.

ALBERTVS *Sapiens* Comes Habsburgius & Ergoviç, pater *Rudolphi Imp.* à quo ramus Exarchorum Austriæ descendit: de quo fol. seq.

RVDOLPHVS Taciturnus *Comes Habsburgius, facta divisione cum fratre; Lauffenburgi & Rhynfeldæ sortitus est Comitatus, cum Advocatia Seckingensi: quibus postea Landgraviatum Cuffenbergicum adjunxit. Friderico II. Augusto Ticini conventus agente, cum fratre in equestri certamine palmam meruit. Tandem à fratruele Rudolpho Cæsare quòd solennem atque festam Germaniæ pacem violaverat, proscriptus: obijt in exilio. In Carniola sepultus circa A. C. 1249. Vxor BERTHA F. Luitboldi Comitis Regensbergij.*

HEDVIGIS Hermanno Comiti Friburgensi elocata.

GERTRVDIS nupsit Ludovico Comiti Vogburgio.

Comites Habsburgi & Lauffenburgi.

EBERARDVS Comes Habsburgi & Lauffenburgi, in uxorem ducta ELISABETHA F. Hartmanni Senioris Comitis Kiburgij; Kiburgensem ac Badensem Helvetiorum Comitatus, hærede vacuos, possedit, unà cum Vchtlandia, Friburgo, Thun, & Burgdorff: in cujus cœnobio fratrum Minoritarum post fata est sepultus.

GOTOFRIDVS Comes Habsburgius, Dynasta Lauffenburgi & Rhynfeldæ, naturæ concessit A. C. 1271. Tumulat⁹ VVettinge. Vxor Elisabeth Baronissa Ochsenstemia, Alsata.

RVDOLPHVS Episcopus Constantensis, cum Rudolpho Imp. patrueli suo ob fines bello decertavit. Mortuus 1293.

EBERARDVS II. comes Habsburgius & Kiburgius, post fatris cædem, totam ditionē paternā occupavit. Qua de causa quū in Imperij incidisset censurā: vendito Bernatibus Comitatu Thun; eundem ab illis rursus in beneficium accepit. Quapropter à Godefrido patruele bello quidem pressus, non tamen oppressus, gubernacula retinuit.

HERMANNVS in Comitatu Thun Burgundiæ interfectus.

IOANNES I. Comes Habsburgius & Lauffenburgius, in cœnobio VVettingensi prope fratrem inhumatus. Vxor N. Comitissa à Niddar.

GOTOFRIDVS II. Comes Lauffenburgius & Rhynfeldensis, Bernates & Eberardum patruelem ob venditum Comitatū Thun bello aggressus, aliquandiu quidem afflixit: sed re infecta discedere coactus: arma vertit in Rudolphum Augustum ob Ergouiæ agrum: cujus partem, montem Vocetium cum ponte Arulæ Cæsari præripuit. In quo sanè bello ipse occubuit: & Baro Tauffensteinius, belli istius incentor, est profligatus: arce eius solo æquata. Sepultus in cœnobio VVettingensi.

EBERARDVS III. Comes Habsburgius & Kiburgius, ante pubertatem obijt ἄπαις.

IOANNES

IOHANNES II. *Comes Habsburgi & Kiburgi, Abbati cœnobij Eremitarum in auxilium profectus adversus deficientes Zugenses & Schuizenses, ad fidem eos reduxit. Vxor N. Domina Landsberga.*

RVDOLPHVS II. Comes Lauffenburgi, Palatinus Burgundiæ, & Vicarius Imperij Romani in Arelato, pagos Helvetiorum Schvitz, Vri, Zug, Vnderwalden/ ab inclyta domo Habsburgensi deficientes, armis & auxilio Abbatis Einsidelij & Comitum Rappersvilensium ac Homburgiorum ad obsequium reduxit A. C. 1314. *Comites Habsburgi & Lauffenburgi.*

Filia N. uxor Alberonis Comitis Sulzensis.

IOANNIS III. *Comes Habsburgi, Kiburgi ac Lauffenburgi. Vxor AGNES F. Sigismundi Comitis Provincialis Alsatiæ.*

RVDOLPHVS III. *Comes Habsburgius & Kiburgius, Dynasta Lauffenburgi. Vxor ELISABETH Comitissa à Montau.*

RVDOLPHVS IIII. Comes Habsburgi & Lauffenburgi *innuus.*

IOANNES IIII. *Comes Habsburgius, Dominus Lauffenburgi, ob Comitatus Rappersvilæ ac VVandelburgi ad ripam lacus Tigurini sitos, bello decertans cum Tigurinis, capitur an. 1349. Qua de causa Albertus Sapiens Archidux Austriæ, magna manu in Helvetios contendens; obsesso Tiguro, cognatum suum in libertatem restituit A. C. 1354. Vxor N. Comes Rappersvillæ, familiæ suæ postrema.*

RVDOLPHVS nobilissimi generis Comitum Habsburgi ac Lauffenburgi postremus: certamini equestri Basileæ celebrato cum alijs proceribus interfuit: ubi per tumultum cum nobilibus quibusdam captus: mox tamen Austriacorum ope liberatus: paulo post vitam cum morte commutavit A. C. 1356. ditione tota, quam habebat ad Rhenum & Arulam ad Austriacos devoluta. Quam ubi deinceps pagi Helvetiorum, jampridem in libertatem vindicati, vi occupassent: Leopoldus Archidux cum maximis copijs in eos profectus, sua recepturus; dum inexplorato vallibus atque anfractibus se committit: oppressus cum toto penè exercitu occubuit A. C. 1386.

C 2 STEMMA-

STEMMATIS HABSBVRGICI.

Ramus Quartus

MAGNORVM DVCVM AVSTRIAE: EX QVO CVM ALII REGES COMPLVRES, QVI A MEDITERRANEO MARI AD OCEANVM

usque latè dominantur, tùm imprimis decem Romanorum IMPP. potentissimi procreati.

Ex Cuspiniano, Lazio, Gebvilerio. Aventino, Munstero, Cronico Carionis, & aliis.

Albertus Comes Habsburgi. 1238.



FAMILIAE PRAECEDENTIS PLENIOR ΕΚΦΡΑΣΙΣ.

LBERTVS, Alberti Divitis F. Comes Habsburgi & Ergoviæ, vir prudens, consilioque pollens, vnde & *Sapientis* cognomentum tulit: paternas cum fratre partitus ditiones; Ergoviam, Thurgoviam, & Landgrauiatum Kuffenbergensem obtinuit, unà cum arce avita Habsburgo: quibus paulo pôst Provincialem Alsatiæ Comitatum, uxorio iure, adjunxit. In vita maximè delectatus exercitio rerum bellicarum, ubi in ijs jamdiu dexterrimè esset versatus: unde & Episcoporum & ipsius urbis Argentinæ ductor atque socius belli multis annis extitisse legitur: irrepente tandem senio, sepulchrum Domini in visendi desiderio captus, castra secutus est Friderici II. Imp. in Palæstinam: ubi sub anni 1238. initium naturæ concessit. In Accarone sepultus. Vixit in eius consortio HEDVIGIS Simonis Comitis Alsatiæ F. & hæres: numerosa satis ex ea utriusque sexus auctus sobole; quæ hoc ordine à quibusdam annotatur. *Comites Habsburgi & Ergoviæ.*

ALBERTVS Canonicus Constantiensis, juvenis defecit.

CAROLVS Canonicus Basileensis, ibidem in florida ætate fatis abreptus & sepultus.

MARTHA in Adelhusano cœnobio prope Friburgum vitam virginitatis professa.

Rudolphus I. Imp. Rom. conditor Archiducum Austriæ. †

ALBERTVS Iunior, Comes Habsburgi & Ergoviæ, vir militaris, suppetias ferens Conradino Duci Sueviæ, regnorum Siciliæ & Apuliæ hæredi; in obsidione Parmæ ab Insubribus captus, carceris pedore contabuit.

HENRICVS / *HERMANNVS* } *sacris ordinibus initiati.*

HEDVIGIS (Lazius Bertham nominat) primùm Domino Cossenbergio, inde Baroni Ochsenstenio nupta.

ELISABETH uxor Eitelfriderici I. Burggravij Noribergensis.

RVDOLPHVS *Comes Habsburgius* (in quo vetustissima & nobilissima Francorum Meroveorum domus regalibus fascijs est restituta) natus V. Kal. Maij A. C. 1218. ab ineunte ætate rerum gerendarum atque militaris disciplinæ fuit exercitatissimus. Militavit namque Friderico II. Augusto, suo susceptori atque altori, cùm in Sacro, tum in Italicis bellis: nec non vicinos Comites Sueviæ atque Alsatiæ, in Interregni licentia spe impunitatis ferocientes, & nihil non in aliena bona molientes; Tigurinorum, Basileensium, & Argentinensium auxilijs feliciter repressit atque compescuit. Ob hanc itaq; suam sapientiam, magnanimitatem, fortitudinem ac felicitatem, post longam Imperij vacationem, III. Kalendas Octobris A. C. 1273. Francofurti in Comitijs unanimi Electorum suffragio absens *Cæsar* nuncupatus: & ex castris ad Basileam (ubi Henricum eius loci Episcopum; qui post multam, quam in cives exercuit, tyrannidem, Habsburgiorum quoque oppida Othmarsiam, Blodelshæmam, Clingam & Rhynfeldam, bello nunquam indicto, aggressus fuerat; obsidebat) evocatus: anno insequenti Nonis Ianuarijs Aquis solenniter est inunctus. In Imperium itaq; collocatus inprimis ruendæ pacis unicam curam habuit: latrocinia, seditiones, populares tumultus, gravissimè compescuit: bella, quibus ardebat Germania, ubiq; locorum restinxit: armis, iustitia, legibus Imperium de integro condidit. Inter bella autem complura imprimis memorabile est id, quod gessit adversus Othocarum Bohemū: qui non solùm novi principis, quo ipse non ita ptidem Magistro Curiæ in aula sua mercede usus fuerat, auctoritatē detrectabat, sed & eius legatos violarat, nonnullis ad portam suspensis: quē tandem, quum pactis atq; conventis non staret, acie victū occidit A. C. 1278. VII. Kal. Septembris. Sic itaq; patriæ reddita pace ac tranquillitate: plenus jam laborū magis quàm annorum: peractis Erphordiæ Comitijs, ubi Albertum filium successorem declarare studebat; re infecta, Spiram contēdens: Germersheimę ad Rheni ripā naturę concessit, tabe confectus, Idib. Quintil. A. C. 1291. Sepult⁹ Spirę juxta Philippū Suevū. Vita illi annorum LXXIII. mensiū duorum, duodeviginti dierū: Imperium annorum XXVII. mēsium novem, dierū sedecim. Vxor eius ANNA Alberti Comitis Hoheburgensis ad Nicrum F. diem obijt XII. Kal. Oct. A. C. 1281. Basileæ in summo templo sepulta. Triennio ab hinc jam senex ad secundas transiens nuptias, duxit ELISABETHAM (quibusdam

Comites Habsburgij. AGNES nominatur) Othonis Burgundionum Ducis F. puellam annorum duntaxat quatuordecim: sed ex hac nihil liberorum sustulit. Ex priore verò conjugio nati ipsi sex mares, septem fœmellæ: videlicet:

Albertus I. Imp. stemmatis propagator. †

FRIDERICVS } *impuberes Tulnæ in Austria sepulti.*
RVDOLPHVS }

Duces Sueviæ. *RVDOLPHVS Dux Sueviæ, Comes Habsburgi, Ergoviæ, & Turgoviæ, in matrimonio habuit AGNETAM, Othocari Bohemiæ Regis F. cujus ergò, VVenceslao sororij sui filio Olomucij extincto,* à Bohemis regno, *quod tutorio jampridem nomine administrabat,* impositus *est: sed Zabisij satrapæ, qui Cunegundam Othocari Regis viduam duxerat, & aliorum quorundam factione, veneno sublatus dicitur, quum annum vix unum regnasset A. C. 1307. Sepultus Pragæ, superstite F.*

IOANNE Duce Sueviæ: qui Albertum Cæsarem, suum patruum, ex thermis Helvetiorum redeuntem, æmulorum quorundam instigatione, in ripa post trajectum Russi amnis, sica in jugulum eius adacta, trucidavit: eò quòd sibi, ceu prodigo, hæreditatem paternam reddere supersederet: Ob quod parricidium, licèt profugus, divinitùs tamē ad pœnas est redactus: quippe quem, parricidij culpam, usitata illius seculi errore, vita monastica expiaturū; Henricus VII. Imp. habitu Eremitarum, ceu quodam reatus signo circumdatum, ad perpetuos carceres in Pisano Eremitarum cœnobio condemnavit.

HERMANNVS sive Hartmannus Comes Provincialis Alsatiæ, ante peractas nuptias cum filia Eduardi I. Regis Angliæ, fracta glacie cum undecim nobilibus apud cœnobium Rynam prope Scaphusium in Rheni cataractis submergitur XIII. Kal. Ianuarij A. C. 1288. ætatis duodevigesimo. Basileæ sepultus.

CAROLVS in pueritia mundum relinquens; Basileæ in templo Cathedrali juxta matrem est inhumatus.

Archiduces Austriæ. *MECHTILDIS consors Ludovici Senioris Electoris Palatini, ægritudine animi decessit X. Kal. Ianuarij A. C. 1304. condita in mariti mausoleo apud Furstenfeldam.*

AGNES uxor Alberti II. Electoris Saxoniæ, Viterbergæ in cœnobio Franciscanorum sepulta A. C. 1327.

HEDVIGIS nupta Othoni Marchioni Brandeburgio Septemviro.

CATHARINA consors Othonis Boij, Regis Vngariæ diem obijt A. C. 1285.

IVTHA (Bohemi Bruniam appellant) nuptum collocata VVanceslao Regi Bohemiæ: anno insequenti 1297. Nonis Iunij naturæ concessit.

CLEMENTIA Carolo Marcello Neapolis & Vngariæ Regi nupsit.

EVPHEMIA in cœnobio vitam cælibem egit.

Imp. Rom. ALBERTVS I. Comes Habsburgius, à genitore Rudolpho Cæsare Augusto, alteris ad Augustam Vindelicorum Comitijs, in frequenti principum corona, *AVSTRIÆ EXARCHATVM* cum ducatu Styriæ atq; Carniola consequutus: post eiusdem excessum, ab amicis instigatus, summam rerum jampridem affectavit. Adolpho itaq; Nassovio à fastigio deturbato, Electorum suffragijs *CÆSAR* designatus: eodemq; in VVormatiensi agro cruento prælio cæso; vigesimo sexto ab hinc die (sexto nempe Kal. Sextil. A. C. 1298.) Francofurti denuo inauguratus, & ex veteri priscæ religionis ritu est inunctus. Heros hic erat alioquin fortis, prudens, mitis, non tenax offensionum, nec in vindictam præceps: at regni opumque alienarum nimium cupidus, & in gubernatione infelix. Bella foris nulla, domi plura gessit, ac duodecies quidem conflixisse traditur; non pari tamen fortuna; nec causas bellorum semper habuit justas. Theobaldum Phyretarum Comitem inter initia: & Moguntinum, insidiosè res novas molientem, compescuit. Tentavit Vngariæ & Bohemiæ regna: & hoc quidem Rudolpho filio obtinuit: sed eo sub ipso quasi limine regni in cubili obtruncato, quum id arripuisset Henricus Carinthiæ Dux, novum bellū exarsit: quod cœptum, nō confectum est. Ob Vngariæ verò regnū cum Othone Bojo multa gessit bella: quæ quādoq; inducijs interrupta, sed sopita nunquam, utriq; magna dederunt damna: adeo ut ipsemet venenis quoque ab hoste petitus fuerit: quæ vires eius admodum debilitarunt, fædaq; macie corpus deformarunt. In Turingia ad Luccam oppidum prope Pegas ingentem passus est cladem à Marchionibus Misniæ: quibus ex amico & defensore factus hostis,

hostis, contra jus & fidem datam bellum fecerat. Ad quam cladem vindicandam, & repetendam à Carinthio Bohemiam, dum bellum utrinque reparat: à Ioanne fratruele & tribus aulicis familiarissimis, juxta Bruccam Helvetiorum oppidum, inter Rusam & Arulamq; fluvios, nefariè est jugulatus IIX. Kal. Maij A. C. 1308. quum imperasset à prima electione annos decem, duobus demptis mensibus. In loco parricidij perpetrati Imperatrix ELISABETH, Menardi Ducis Carinthiæ Comitisq; Tyrolis ac Goriciæ F. opulentum postea extruxit cœnobium: quod Campum Regium, sive nostrate lingua Königsfeldt/nuncupavit: ubi splendido mariti manes cohonestavit monumento: cujus tamen exuviæ anno proximo Spiram inde translatæ, & prope patrem sunt conditæ IV. Kal. Septembris. Fuit illa magni & perspicacis ingenij fœmina: quæ salis fontes prope Gmundam & coquendi rationem ostendisse scribitur: mariti fatum sexennio post insecuta: postquam ex eo unum & viginti susceperat liberos: quorum duodecim duntaxat ad justam pervenere ætatem:

RVDOLPHVS Mitis, *primogenitus*, Exarchus Austriæ, *Henrico Carno (cui Albertus Cæsar regni Bohemiæ gubernacula, quandiu viveret, permiserat) defuncto successor datus: ex neutra conjuge, neque BLANCA Philippi Celtarum Regis filia, Viennæ A. C. 1305. defuncta; neq; ELISABETHA (quidam eam Callisiam, Poloni Richsam nominant) Venceslai Regis vidua, liberos sustulit: in ipsis regni primordijs mortuus non fine suspicione veneni*, IV. *Kal. Non. Quintil. A. C.* 1308.

FRIDERICVS cognomento Pulcer, *Exarchus Austriæ, ab Henrico* VII. *Imperat. quem splendido Comitatu equitum Romam deduxerat ad diadema Imperiale suscipiendum, omnibus donatus est bonis ac prædijs, quæ Ioannes parricida habebat tam in Moravia, quàm Svevia. Qui quum & ipse inter vivos esse desijsset: Fridericus maximorum Europæ principum amicitia, affinitate, cognatione fretus; ad summam humanarum rerum fastigium aspirans: per Electorum controversiam Bonnæ* Cæsar *est inauguratus. Collectis ergo utrinque copijs, cum amitino ob Imperium magna vi dimicavit: primùm quidem æquo marte ad oppidum Sveviæ Eslingam: postea verò quum Vngarico robore confisus, omnia igne & ferro depopularetur, ad Oetingam* III. *Kal. Octob. A. C.* 1323. *magno prælio victus, captus, & in custodia amplius triennio detentus est in arce vicina oppido Naburgo. Triennio post liberationem certis conditionibus factam, haustlo philtro cæpit contabescere: putrefactoque corpore, dysenteria in arce Austriæ Gutenstein perijt Idib. Ianuarij A. C.* 1330. *In cœnobio Murbacensi, quod ipsemet fundarat, sepultus. Princeps fortis quidem & magnanimus: sed maximas in vita expertus calamitates. Fuerunt in eius connubio ISABELLA Jacobi Ivonis Regis Aragonum filia: & CVNEGVNDIS filia (ut quidam autumant) Ludovici Boij Cæsaris. Tertiam ISABELLAM Reinboldi Geldriæ Ducis F. morte præventus sponsam reliquit. Liberi eius*

ex primo matrimonio,

ELISABETH Ioanni Regi Bohemiæ desponsata, ante nuptiarum diem vitam obijt.

ANNA, Poloniæ Rege sponso ante nuptiatum solennia amisso, nupsit Ioanni Carinthiæ Comiti: quo & ipso orbata, Viennæ S. Claræ Virginum Vestalium ex dote sua extructo, monasticam vitam suscepit A. C. 1344. XIX. Kal. Ianuarij.

ex altero:

FRIDERICVS &

LEOPOLDVS in pueritia extincti, in cœnobio Regiocampi sunt inhumati.

LEOPOLDVS I. *Archidux Austriæ, Landgravius Alsatiæ & Brisgoviæ, ab exercitu militari, quo cæteros seculi sui principes antecedere videbatur*, Gloriosus *sive* Gloria militum *cognominatus: (fuit namque corpore valido, & ad rem militarem tam animo, quàm arte instructo) Henrici* VII. *Imperatori in Italiam eunti, & diadema Cæsareum petenti, auxilio profectus: Guidone Turriano, qui Mediolani principatum tenens Cæsarei viam præcluserat, victo; Præfecti Longobardiæ honoratus est titulo, cum nonnullis ad lacum Cumanum munitionibus. In Helvetios Vndervaldenses; qui excusso jugo Austriacorum, in libertatem se vindicarant, inauspicatò*

 & explo-

Archiduces Austriæ

& inexploratò profectus cum exercitu; dum faucibus Alpium temerè se committit; amissa flore nobilitatis, ipse ægrè evasit. Friderico fratri, cum Ludovico Bojo ob Imperium decertanti, fidas, validasque tulit suppetias: proque ipso, extremos labores, extrema subire pericula non dubitavit. Cæsaro tandem arma in Burgione, (tribus est Sveviæ, Austriacis tamen parens) movente: pugna ab utroq; Henrico, Tyrolis, & Goriciæ Comitibus, intercepta; omniumq; injuriarum ἀμνηστία *decreta: ipse Argentoratum reversus, atra ibi bile percitus, expiravit A. C. 1326. mense Iulio. Regiocampum in parentum mausoleum illatus. Ex CATHARINA Amadæi Comitis Allobrogum filia genuit*

CATHARINAM consortem Henrici Ferrei, Ducis Silesiæ, Domini Crosnæ, Sagani, Sprottæ, dimidiæ Glogoviæ: in cœnobio Regiocampi sepultam A. C. 1349.

AGNETEM Henrico Duci Svidnicensi in Silesia, & post eum Gallo Baroni de Kussy nupram: Regiocampi inhumatam A. C. 1356.

OTHO cognomento Iucundus & Venustus, *Exarchus Austriæ; paternas cum fratribus partibus ditiones, tractum Tulnensem in Austria est sortitus. Ob affinitatem cum Bojis initam (quippe cui ELISABETH Stephani Bavariæ Ducis F. in matrimonio erat) civili illo inter Cæsares amitinos bello abstinuit. Post fratrum Friderici Rudolphi excessum, Austriæ gubernacula consecutus: ad secundas transijt nuptias: ductaq; ANNA Caroli IV. Cæsaris germana, in fidem atque tutelam ritu solenni accepit Styriam cum parte Carinthiæ. Decessit in Novomonte, opulento Bernardinorum monasterio (Klosterneuwburg nostrate lingua nominamus) quod ipsemet fundavit: ubi & cum utraque conjuge & liberis est sepultus A. C. 1345. Habuit autem liberos*

ex priore connubio:

FRIDERICVM in adolescentia flore extinctum A. C. 1344. ætatis suæ XVI.

ELISABETHAM Edvardo Angliæ Regi promissam A. C. 1326. quem sponsum eodem hoc anno amisit.

ex posteriore:

LEOPOLDVM in pueritia defunctum.

HENRICVS Placidus *cognomento, Archidux Austriæ, privatus magna ex parte vixit in collegio Moguntino Archiepiscopo, Coadjutor datus à Ioanne XXII. Roman. Pontifice: cui contra Gibellinos à Friderico fratre cum copijs auxilio fuerat missus. Verùm ubi se vana spe lactari videret: relicto sacerdotio, uxorem duxit N. Comitissam Friburgensem: & hac extincta, ELISABETHAM Ruperti Comitis Virnburgij natam: sed ex neutra prolem sustulit. Friderici sui germani rebus summè semper studuit: cui in pugna quoq; contra Ludovicum Bojum affuit: in qua captus, inq; Bohemiam abductus: non nisi oppidorum & arcium in Moravia, quæ eo bello Austriaci Bohemis ademerant, restitutione, captivitate ea se exemit. Bulkæ in Austria defunctus* III. *Non. Februarij A. C. 1327. in cœnobio Regiocampi est funeratus.*

Albertus II. fratrum minimus, stemma propagavit. †

AGNES Andreæ III. *Regi Pannoniæ nupta A. C. 1291. ipso defuncto, reliquam vitam vidua transegit in cœnobio Regiocampi.*

ISABELLA Friderico III. *Lotharingiæ Duci* } *elocatæ.*
MARGARETA Theodorico IX. Cliviæ Comiti }
ANNA Hermanno Marchioni Brandeburgio }

CATHARINA Henrico VII. *Imp. Rom. desponsata: eo mortuo, nupsit Carolo Duci Calabriæ: post fata Neapoli in æde B. Laurentij sepulta.*

IVTHA (alij BONAM nominant) Ludovicum Comitem Ottingensem thori consortem nacta.

ALBERTVS II. *Archidux Austriæ*, Comes Habsburgius; vulgo *Sapientis* nomen sortitus; item *Contracti*, à vestigijs hausti veneni, quod fraude cujusdam medici in nervos diverterat: sacris, dum fratres in vivis erant, initiatus, Canonicum egit Pataviensem & Viennẽsem; quibus sine hæredibus extinctis solus superstes; sacris ordinibus à Romana sede liberatus; in uxorem duxit IOANNEM Vlrici Phyretarum Comitis F. fœminam literis imbutam; soceroq; paulo pòst sine mascula prole defuncto, Comitatum

tatum illum domni Austriacæ conjunxit. Princeps mira gravitate ac prudentia singulari; mansuetus item, & mediocriter doctus; & qui æquè honestas disciplinas, atq; religionem coluit; pacis præterea studiosissimus. Quatuor tamen bella, sed ea congressu magis amico, quàm sanguine, feliciter confecit: Bohemicum nimirum cum Ioanne Rege, ob Tyrolis Comitatum; quod nuptijs Rudolphi filij cum illius nepte sustulit: Helveticum eum Tigurinis; è quorũ vinculis, pace icta, liberato Ioanni Comiti Habsburgio & Lauffenburgio, ditionem ademptam restituit: Venetum, ob arces & castella in Tarvisiana Marchia sibi præreptas; quod Principum atque Regum conventu ad Viennam A. C. 1357. est compositum: VVirtembergicum tandem cum Eberardo Comite; suppetias ferens suis cognatis, Alberto & Rudolpho Comitibus Habsburgijs & Haigerlochijs: quod totum negotium; ab armis ad Cæsarem appellando, pace transegit. Anno tandem ab hinc altero, qui fuit salutiferi Virginis partus 1358. XIII. Kal. Sextil. plenus annorum & laborum, ex humanis excessit. In Carthusiana domo, quam ipse Gemnicij construxit, humatus. Liberi eius memorantur sex: *Archiduces Austriæ* NB. NB. NB.

RVDOLPHVS cognomento Magnanimus *&* Ingeniosus, *Archidux Austriæ: frugalis principis in se exemplum statuens, cùm Academiam Viennensem fundavit; tùm basilicam S. Stephani, ad instar Argentinensis sculptam elatamq́, ad extremam manum perduxit. Duas ordine in matrimonio uxores habuit: CATHARINAM Caroli* IV. *Imp. F. à quo ex beneficio Tarvisianam Marchiam accepit: & MARGARETHAM Henrici Tyrolensis, Bohemiæ Proregis F. ab oris deformitate* Maultaschin *vulgò cognominatam: mulierem procacem, ac libidinosam: quæ à Ludovico Seniore Electore Brandeburgio, ac Bavariæ Duce viduata, opulentissimum Tyrolis comitatum, Boijs ereptum, hoc matrimonio ad Austriacos transtulit. Cæsarem ad coronam Imperialem suscipiendam, splendidissimo equitatu comitatus Romam: Mediolani, ex itinere defatigatus æstu, ac labore, juvenis etiamnum decessit annus* IIX. *Kal. Sextil. A. C. 1363. Viennæ in basilica S. Stephani primus inhumatus.* NB. NB. NB. *Ab. 1359. vixere Magister Ioannes de Blatzhain Cancellarius (fuit filius Armigeri Basiliensis) ~~[illegible]~~; et strenuus ac famosus Miles Pilgrinus Streün Marescalcus huius Ducis Rudolphi. A M*

Albertus III. Exarchus Austriæ: †

Leopoldus II. Exarchus Austriæ, †

FRIDERICVS II. *Exarchus Austriæ, cognomento Splendidus: ἀγαμος à domino Potendorffio in venenatione occisus: & Viennæ in S. Stephani æde conditus A. C. 1362.* Eanlieb ũ Pottendorff.

MARGARETHA consors Menardi Boij, Marchionis Brandenburgij & Comitis Tyrolij, Brunnæ in Moraviæ sepulturam obtinuit.

CATHARINA Virgo Vestalis in cœnobio S. Claræ Viennæ: ibidem tumulata.

ALBERTVS III. cognomento *Cum Trica* (Mit den Zöpffen) Exarchus Austriæ: conditor arcis Laxenburgensis: durante bello Bohemico, ad quod ob assiduas Bohemorum & Moravorũ excursiones coactus fuit, pacis alioquin studiosissimus, ad Znoymam ex venationis paulùm vehementiori exercitio, soluto ventre, rebus humanis est exemptus XV. Kal. Septemb. A. C. 1395. Viennæ in basilica S. Stephani Protomartyris juxta fratrem sepultus. Princeps honestis disciplinis, & inprimis Astronomiæ addictus; eruditorum mœcenas singularis, qui studia, & reditus Academiæ Viennensis liberaliter auxit. Fuere cum ipso connuptæ ELISABETH Caroli IV. Cæsaris F. & BEATRIX nata Friderici Burggravij Noribergensis, ex qua unicum genuit filium ὁμώνυμον.

ALBERTVS IV. *cogn.* Patientem, *Archidux Austriæ: principem natura à belli studijs abhorrentem: sed qui nihilominus egregium in Palæstina facinus edidit. Istic namque à Francicis copijs exploratus, præter spem littore solvit: erectisq́ vexillis, ac insignibus Austriæ, clangore tubarum accedente, hostibus quasi illudens, insidias illorum bellè evitavit: & incolumis domum redijt A. C. 1392. Iodocum quoque Moraviæ Marchionem, qui Austriæ fines occultis latrocinijs diripere non desinebat, oppugnavit: ubi ad Znoymam accepto lethali poculo, dysenteria in mortem est solutus A. C. 1404. Viennæ in basilica B. Stephani juxta patrem humatus. Ex IOANNA Alberti Bavariæ & Holandiæ Principis filia ipsi geniti.*

ALBERTVS V. Archidux Austriæ: qui urgentibus provincialibus, quũ nondũ ephebis excessisset, gubernacula adijt A. C. 1410. postridie Id. Quintil. Princeps fortitudine, liberalitate, clementia clarissimus: in vita usus fortuna faventissima simul & fugacissima. Nam ita paucos mẽses post soceri mortem *Reges Vngariæ & Bohemiæ.*

Archiduces Austriæ

mortem factus est Dux Lucelburgius, Marchio Moraviæ, *Rex Vngariæ & Bohemiæ*, tandem etiam *Rom. Imperator.* Qua tamen dignitate functus est non toto biennio. Quippe qui expeditione contra Amurathem Turcam, Vngariam incursionibus depopulantem, suscepta; quum in insolito ferventis Caniculæ æstu, melonum ac peponum esu diarrhœam sibi contraxisset: haud sine communi totius orbis jactura VI. Kal. Novemb. A.C.1439. morte interceptus est apud Longam villam, quadragenarius. Sepultus in Alba regali. Regnum Pannoniæ administravit annum unum, menses novem, dies XXVII: Imperium Romanum annum unum, menses octo, dies totidem: Regnum Bohemiæ sesquibiennium, demptis decem diebus. Ex ELISABETHA Sigismundi Cæsaris Augusti F. procreavit

ANNAM uxorem Gulielmi III. Ducis Saxoniæ, Reinhartsbrunni inhumatam A.C.1462.

ELISABETHAM consortem Casimiri Poloniæ Regis, defunctam III. *Kal. Septemb. A.C.1504.*

LADISLAVM Posthumum, *in cunis adhuc vagiensem* in Regem Pannoniæ *inunctum, rara temporum felicitate. Matrem siquidem, à cujus unica cura dependebat, amisit adhuc puer: ipse quoque in ipso adolescentiæ flore, & gloriæ culmine, inq; ipso nuptiarum apparatu, dum sponsam exspectat MAGDALENAM Caroli Francorum Regis F. Pragæ repentina morte extinctus est, non sine gravi veneni suspicione, X. Kal. Decemb. A.C.1457. Ibidem in monte S. VVenceslai more regio inhumatus. Regnum Bohemiæ tenuit sub tutela Georgij Podiebracij annos XVII: Pannoniæ sub gubernatione Ioannis Huniadæ annos XII.*

MARGARETHA consors Henrici Divitis, Bavariæ Ducis, Dynastæ Landshutensis.

Sueviæ Dux. *Archiduces Austriæ* Aergoviam

LEOPOLDVS II. cognom. *Probus & Militiæ Decus*, Archidux Austriæ, cum Alberto fratre paternas partitus provincias; Tyrolim, Thurgoviam, Sueviam, Helvetiam, Sundgoviam, Phyretarum Comitatum, Brisgaudiam & Alsatiam obtinuit: relinquens fratri Austriam utramq;, Styriam & Carinthiam, cum Carniola, Vandalica & Tarvisiana Marchia. Auctus verò ex VIRIDE, Barnabæ sive Barnabovis Insubrium [Ducis] filia, multa prole; inæqualem divisionem causatus, Styriam cum tractu Neostadij; & rursus post quinquennium Carinthiam quoq; cum Tarvisiana Marchia eidem extorsit. Princeps hic belli studijs peritior, quàm felicior: bella gessit maxima duo. Ac in priore quidem, quod cum Venetis ob Tarvisianam Marchiam suscipere coactus erat, victor avitas ditiones multis opulentis per Forum Iulium atq; Istriam auxit civitatibus. Altero verò adversus Helvetios, quià fide Austriaca defecerant, hostiū contemptu audaciùs & incautiùs in prælium irruens; ad Sempachum magna strage suorum victus, fortiter pugnans cecidit VII. Id. Quintil. A. C. 1386. Eius & cæterorum maximi nominis Comitum, Baronum, Equitum cadavere Regiocampum delata; eo loci in templo passim & circuitu terræ sunt mandata. Liberi eius numerantur septem: quorum

1. *GVLIELMVS* πρωτογενὴς *Archidux, ex veterum privilegiorum auctoritate gubernacula paucis annis solus capessens: (unde* Ambitiosi *cognomentum invenit) orta deinde inter fratres simultate; Carinthia cum tractu Neapolis, Marchia Tarvisiana, & Forojulij ditione sibi retentis; provincias reliquas illis tradidit. In Palæstina ex itinere Sidonem, Tripolim, & Cappadociam lustrans; Tripolitanos obsidione pressos, armis strenuè juvit, Saracenosq; profligavit. IOANNÆ Caroli Pacifici Pannoniæ & Siciliæ Regis filia ante nuptiarum solemnia extincta: ipsi ad Poloniæ regnum invitato conjuncta est HEDVIGIS Regina: sed quæ post mensem statim, procerum quorundam factione, Iagelloni Lithuano unà cum regno est tradita. Hac defuncta, duxit Goriciæ Comitissam, [ ] mortuam A.C.1406. cujus fatum proximè insequenti anno ipse quoque secutus est. Sepultus Viennæ in S. Stephani basilica.*

× negatur; imò triginta annis post Ioannis, et mariti Gulielmi obitum, videlicet A°.1435. 2. February, mortua est, teste eius epitaphio.

Dux Sueviæ.

2. *FRIDERICVS* cognom. Senior, *Exarchus Austriæ, princeps fortis ac magnanimus: in paternarum ditionum partitione sortitus Tyrolim, Helvetiam, & Sueviam:*

quum

quum Ioannem XXIII. Papatu Romano deturbatum, per lacum venetum clam ab-duxisset; rerum ac principatus sui tantam fecit jacturam: ut per contemptum lingua vernacula cognominatus fuerit Friedel mit der lähren Taschen. *Etenim in Concilio Constantiensi proscriptus, castellisque ad Arulam amnem à Sigismundo Imp. omnibus fuit mulctatus. Natura concessit A. C. 1440. in monasterio Stams sepultus. Duas habuit uxores: priorem ELISABETHAM Ruperti Imp. Rom. & Palatini Septemviri F. posteriorem ANNAM F. Friderici Ducis Brunsvuigi genitricem.* *Archiduces Austriæ*

VVOLFGANGI
MARGARETHAE
HEDVIGAE
ELISABETHAE } omnium in pueritia fatis abreptorum.

SIGISMVNDI Austriaci, qui patris in Comitatu Tyrolio, & cæteris, quæ post illius ab Imperio proscriptionem superfuerant, ditionibus successor; præsertim verò in Suevia, Seckingensi Advocatia, Kiburgensi, Lauffenburgio, & Ferreti Comitatibus: inter initia gubernationis omnem movit lapidem: ut amissa armis, quum jure nequiret, recuperaret. Cujus tandem laboris pertæsus, quum insuper bonorum quoque istorum recuperationem desperaret: jus suum super illa vendidit Carolo Burgundo 70000. aureorum prætio: qui armis sumptis in ipso limine perijt ad Nancejum. Post Ladislai Regis Pannoniæ fata, quum & ipse in hæreditatis partem veniret: socia arma Alberto jungens; Friderico Imperatori, qui totam sibi soli vendicabat, cruentum fecit bellum. Cui tamen post Alberti obitum reconciliatus: acceptro quadrante, Austriam ipsi citra disceptationem concessit: omnibusque simultatibus semotis, cum eodem & Helvetijs pepetuo se fœdere conjuxit III. Kal. April. A.C. 1474. quod ad Salinum Burgundiæ III. Id. Iunij eiusdem anni renovatum & confirmatum est. Cæterum Robertum Sanseverinatem, Veneti exercitus ductorem, V. Non. Quintil. 1487. ad Rogotedum magna strage fudit: & duodequadragesimo ab hinc die circa Tridentum denuo in fugam versum, in Athesi submersit. Quum autem ex duabus conjugibus, LEONORA Iacobi Scotorum Regis filia, & CATHARINA Alberti Saxoniæ Ducis, nullam genuisset prolem: grandævus jam & viduus Maximilianum Cæsarem adoptavit; multoque senio decessit A. C. 1497. ætatis suæ LXXI. In Stams cœnobio juxta parentem sepultus. Dux Sueviæ.

3. Ernestus Ferreus, stemma propagavit. †

4. *LEOPOLDVS III. cognomento* Crassus & Superbus, *~~Archi~~dux Austriæ, à genitoris morte obtinuit Alsatiam, Sundgoviam, Phyretarum, Nellenburgicum, & Hobebergensem ad Nicrum Comitatus. Quam divisionem inæqualem causatus: diuturnum cum fratribus gessit bellum. Quo sopito, paternam ulturus necem, arma in Helvetios convertit: quibus cum ad Glaronam varia conflexit fortuna, desideratis utrique 1500. hominibus. Castro tandem Neapolitano sive Novæ civitatis, octo à Vienna miliaribus distantis, restaurato: ex fistula pedis ingenti conflictatus dolore, decessit Anno A. C. 1412. X. Kal. Iun. ipso nimirum Quinquagenaliorum die. In cœnobio Regiocampi inhumatus. Vxorem habuit CATHARINAM F. Philippi Audacis, Ducis Burgundiæ: cuius hortatu Monasterium in Sthænenstambach, jam penè dirutum, & collapsum, luculenter non solùm restaurasse, sed liberaliter etiam dotasse legitur.*

5. *AGNES nupsit Boleslao, ultimo Duci Svidnicensi in Silesia.*

6. *ELISABETH Comiti Goricensi promissa, antequàm ipsi jungeretur, mortem obijt.*

7. *Tertia N. nupsit Conrado Burggravio Magdeburgio, Comiti Hardeccio in Austria.*

ERNESTVS Exarchus Austriæ, ab omni constantia & corporis robore *Ferreus* cognominatus: in divisione cum fratribus Stytiam obtinuit cum Carniola ac Vandalorum Marchia. Militavit Ruperto Cæsari expeditione Italica: ubi à Ioanne Geleacio Mediolanensi, & reliquis qui nondum à VVenceslao defecerant, repulsus; domumque cum ignominia repedare coactus: reliquum vitæ, sorte sua

contentus

contentus, in Styria quietus, procul omni ambitione atque tumultu confecit. Post fata tumulatus in cœnobio Rhayn A. C. 1435. Princeps pacis, justitiæ, & pietatis amator singularis. Vxore MARGARETHA Ducissa Pomeraniæ, nata Bugslavi Stetinensis, primis consuetudinis annis amissa: secundis sibi nuptijs copulavit ZIMBVRGAM sive Cunbarcam, Ziemoviri Ducis Mosaviæ F. fœminam cum pudicissimam, tùm conjugis sui amantissimam: matrem ex ipso factam decem liberorum: nempe

Archidux Austriæ

ERNESTI
RVDOLPHI
LEOPOLDI
ALEXANDRAE
ANNAE
} *in pueritia annis extinctorum, & Neostadij in Austria sepultorum.*

Friderici III. Imp. Rom. †

ALBERTI VI. Archiducis Austriæ, qui à parentis excessu Brisgoviam, Sundgoviam, cum Comitatu Phyretarum gubernandas accepit. Ladislao autem Vngarorum Rege rebus humanis exempto, quum totam hæreditatē Fridericus Imp. sibi soli vendicaret: exorta inde dissensio intestinum ac parricidale conflavit bellum: quod morte tandem hujus Alberti solutum est. Quippe qui pessimi cujusq; semper consortio usus, pacta subinde rescivit: quumq; jam ex illorum consilio bellum renovare pararet, subito fatali morte est absumptus Viennæ IV. Non. Decemb. A. C. 1463. Funeratus quatriduo post in æde S. Stephani. Cæterum prima hic gymnasij fundamenta apud Friburgam Brisgoviæ jecit: annuisq; redditum proventibus, mille aureorum summam excedentibus, magnificè dotavit A. C. 1460. Vxor MECHTILDIS Ludovici III. Electoris Palatini F. relicta Ludovici VVirtembergij, nulla eum prole beavit.}

MARGARETHAE sociatæ Friderico II. Saxoniæ Electori; mortuæ postridie Non. Februarij, & Altenburgi sepultæ A. C. 1486.

CATHARINAE consorti Caroli Marchionis Badeni.

ELSIABETHAE Hugoni Comiti VVerdenbergio elocatæ.

Imp. Rom. × Primus Archidux Austriæ.

FRIDERICVS III. Exarchus Austriæ, Dux Styriæ & Carinthiæ, Comes Habsburgi & Tyrolis: ob præclaram generosi ingenij indolem, sapientiam, gravitatem, morumq; integritatem, post Alberti Cæsaris obitum, communi Electorum voto *in supremo generis humani fastigio collocatus*: motibus Austriacis sedatis, Romā ad solennem renunciationē pfectus: sponsam LEONORAM, Eduardi Portugalliæ Regis F. navibus in Italiam advectā, Senis excepit: cum qua Romæ à Nicolao Pontifice, in ipsis nuptiarū solennibus, diademate Imperiali est redimitus atque inunctus XVI. Kal. Aprilis A. C. 1452. Pacis ille & otij omni vita fuit amantissimus, & ab omnibus discordijs alienissimus: unde & Pacifici cognomentum meruit. Multa tamen per alios bella feliciter cōfecit, Quorum in numero est illud contra Armeniacos Gallorum colluviem (vulgo nominātur die armen Gecken) gestum: quià Galliæ Rege emissi fuerant ad synodum Basiliensem turbandam A. C. 1444. Item dno illa longè gravissima cum Alberto fratre & Mathia Rege Pannoniæ bella: in quo utroque iniquam satis fortunam, suorumq; summam perfidiam est expertus. In altero namque ipsum à civibus in arce Viennensi cum uxore & filio conclusum, fratet multarum septimanarum obsidione pressit: in altero Mathias Rex eorundem proditione Viennam ipsi eripuit, & in urbe novem continuis annis rapinas exercuit. Quin etiam in Brugenses aliosque Flandros movit: qui Maximilianum Cæsarem custodiæ mancipaverant, 1482. ubi recepto filio, paucorum pœna contentus; omnem discordiarum fomitem sustulit. Ad extremum, quum ex phagedæna pedis incommodiùs valeret: Lincij cōmoratus est utplurimum: ubi tandem melonum intemperatiore usu, prostratis languidi & imbecillis stomachi viribus in diarrhæam incidit: qua absumptus expiravit XIV. Kal. Septemb. A. C. 1493. Sepultus Viannæ in æde S. Stephani. Complevit vitæ annos duodeoctoginta, demptis diebus XXXIII. Imperij verò annos LIII. menses quatuor, dies viginti. Liberos ex LEONORA Lusitana genuit.

CHRISTOPHORVM natum A. C. 1456.
HELENAM natam A. C. 1461.
IOANNEM natum A. C. 1467.
} *Omnes in pueritia extinctos, & Neapoli ad S. Trinitatem sepultos.*

Maximilia-

Maximilianum I. Cæſ. Auguſtum, ſtemmatis Auſtriæ Principum propagatorem. † *Archiduces Auſtriæ*

CVNEGVNDAM natam A. C. 1465. patre Imperatore exulante, inſcio, & invito, à Sigiſmundo patruele nuptam, collocatam Alberto utriuſque Bavariæ Duci: à cujus obitu monaſticæ vitæ ſtuduit Monaci: ubi in Virginis Chriſtiparæ ædi ſepulta jacet.

MAXIMILIANVS I. Rom. Imp. Archidux Auſtriæ, Dux Styriæ & Carinthiæ, Landgravius Alſatiæ, Comes Habsburgi & Tyrolis: natus Neapoli A. C. 1459. XII. Kalend. Aprilis, hora 4. min. 13. pomeridiana. A Friderico patre in regni conſortium adſcitus, & Aquisgrani per Archimyſtam Agrippinenſem, Caroli Magni corona Noriberga allata, redimitus IV. Id. Aprilis A. C. 1486. Imperium ſucceſſione retinuit. Princeps fuit omnium virtutum genere conſpicuus: Dei legumque obſervans: vitæ innocentia, temperantia, voluptatum abſtinentia, laborum tolerantia, generoſi ſpiritus invictique animi magnitudine omnibus prælucens: literarum & literatorum amans: multarum linguarũ gnarus, adeo ut omnibus populis ſine interprete [illegible] diceret & reſponderet: inprimis autem multis & maximis victorijs de Gallis, Eburonibus, Sicambris, Batavis, Morinis, Hungaris, Bohemis, Boijs, Turcis, Venetis, Helvetijs nobilitatus. Etenim ad Guigenetam vicum in Picardia, Gallorum triginta millibus profligatis; magnam Hannoniæ partem, unà cum Cameraco Imperialium [illegible]orum finium urbe recepit: & Atrebatum Arteſiæ metropolim, egregio ſtratagemate per nocturnas inſidias, hoſtium cuſtodijs deceptis, in poteſtatem redactum, A. C. 1486. Belgio ſuæque ditioni adjecit. A morte Mathiæ Corvini Vngarorum Regis, copijs e Belgio contractis, non ſolùm avitum patriumque principatum, genitori ſuo per ſuorum inſidias à Mathia adeptum, magna gloria recuperavit: ſed & Albam Regalem urbem nobiliſſimam, & alias in Pannonia urbes, expugnavit: quas tamen, retento ſolo ſucceſſionis jure, Vladiſlao Polono reddidit Anno C. 1490. Biennio ab hinc Turcarum ingentem multitudinem, Carniolam, Cilienſem ditionem, Carinthiam, Styriam latè igne ferroque depopulantes, per ſuos feliciter fudit, fugavit, repreſſit. Helvetios, rerum ſucceſſu nimis ferocientes, Alpium ſuarum finibus circumſcripſit: eisque pacis ac fœderis perpetui conditiones dixit Anno C. 1490. Philippum Rheni Palatinum Septemvirum, florentiſſimis Bohemorum copijs inſtructum, magna clade affecit: ſupplicemque ſibi fieri coëgit Anno Chriſti 1504. Carolum Egmondanum Geldriæ Ducem, rebus novis ſtudentem, in ordinem redegit: Geldriaque in deditionem accepta, Belgas factioſè tumultuantes, & imperium novi principis contumaciter detractantes, prælijs aliquot & obſidionibus toto octennio ita attrivit contuditque: ut aliquot urbibus vi fameque expugnatis, cæteræ vicinarum cladibus territæ, ultrò acciperent jugum Imperij: quarum in numero fuere Tornacum Nerviorum, & Terovana Morinorum. Cum Venetis terna geſſit bella admodum funeſta; nec tam armis, quàm perfidia principum implicita: haud tamen inauſpicatò. In priore ſiquidem Anno Chriſti 1487. Sigiſmundo patrueli ſuppetias ferens, non ſolum Tridentum, quod hoſtium inſidijs fermè interceptum fuiſſet, in fide retinuit: ſed & Roboretum re ſubita expugnavit: hoſtes ipſos obvios cum ipſorum ductore Roberto Sanſeverinate, partim in acie trucidavit, partim in vorticibus Atheſis fluvij ſubmerſit. Alterum, quod annis uno & viginti à prima Venetorum clade cœpit, tametſi prima fronte non ſine maxima Auſtriæ clade, & totius penè Forojulienſis ac Goricienſis ditionis amiſſione eſt geſtum: poſterioribus tamen annis jacturam iſtam ſplendidiſſimis victorijs commutavit: non ſolùm receptis, quæ amiſſa fuerant: verùm adjectis quoque ditioni ſuæ ampliſſimis Venetæ Reipub. urbibus, Verona, Patavio, Vicentia, Feltrio, & alijs quamplurimis. Tertio bello Veneto Anno Chriſti 1513. Nonis Octobris, ad Vicentiam hoſtes penè omnes internecione delevit: ſolo Andrea Grytti cum paucis vix fuga elapſo. Biennio antè Iulij II. Pontificis Rom. exercitum ad Bononiam ingenti prælio ſuperavit, omnibus caſtris direptis. Mediolanum præterea Gallis ereptum, Sforciadæ Duci reſtituit: & Germaniam latrocinijs undequaque purgavit. Quibus omnibus exantlatis laboribus, ſenio confectus, dum ex Comitijs ad Auguſtam Rhetiæ domum redire parat: in itinere ad VVelſam, ſuperioris Auſtriæ oppidum, febre correptus; naturæ ibidem ſatisfecit prid. Id. Ianuarij A. C. 1519. Sepultus

Imp. Rom. † *et Suevia.* (manuscript marginal note)

Comites Habsburgi & Ergoviæ.

tructo. In Saxonia hic militans Henrico IIII. Imp. oppetijt VI. Idib. Novembris, qui dies sacer est Quatuor coronatis. In Murensi templo, gentilitio mausoleo, conditus circa A.C. 1080. Vxor ADELHEIDA Baronissa Hornburgensis.

† *passe affirmant ob jus, quod aviæ causa prætendebat post Theodorici patrui mortem. Sunt alij, qui eum ante obitum sacris initiatũ & Argentoratensem tandem designatum Præsulem adstruunt.*

VVERNERVS Comes Habsburgi & Ergoviæ, decessit IIII. Idib. Novembris, ipso die S. Martino sacro: funeratus in cœnobio VVettingensi (quod quidem Welgenstein, vulgo Ave Maris stella vocitant) instituti Cisterciensis: in cujus fabricam magnifica dona contulit. Cœnobium hoc à Comitibus VVallenbergijs sive VValdenbergijs & Rapolsvilleranis primò erectum; situm est ad ripam fluminis Licomagi, haud procul thermis Vocetij montis, quas nunc Helveticas vocamus. Annus mortis ipsius non est annotatus. Vxor N. Baronissa Statckenbergia.

ADELHEIDIS nupsit Opponi Comiti Hennenbergio.

ALBERTVS *Dives*, Comes Habsburgi & Ergoviæ, mira in quosvis liberalitate celebris, in suos clemens, non ωρεσωπολήπτης: floruit imperante Henrico VI. à quo inter testes citatur. Vxor ITHA, filia & hæres Rudolphi ultimi Comitis Psullendorfij & Brigantini: cujus mausoleum in Murensi cœnobio cernitur.

RICHSA sive RICHENZA Theobaldo Phyretarum Comiti elocata.

GERTRVDIS uxor Comitis Mompelgardij.

ALBERTVS *Sapiens* Comes Habsburgius & Ergoviç, pater *Rudolphi Imp.* à quo ramus Exarchorum Austriæ descendit: de quo fol. seq.

RVDOLPHVS Taciturnus *Comes Habsburgius, facta divisione cum fratre; Lauffenburgi & Rhynfelda sortitus est Comitatus, cum Advocatia Seckingensi: quibus postea Landgraviatum Cussenbergicum adjunxit. Friderico II. Augusto Ticini conventus agente, cum fratre in equestri certamine palmam meruit. Tandem à fratruele Rudolpho Cæsare quòd solennem atque festam Germaniæ pacem violaverat, proscriptus: obijt in exilio. In Carniola sepultus circa A. C. 1249. Vxor BERTHA F. Luitboldi Comitis Regenspergij.*

HEDVIGIS Hermanno Comiti Friburgensi elocata.

GERTRVDIS nupsit Ludovico Comiti Vogburgio.

Comites Habsburgi & Lauffenburgi.

EBERARDVS Comes Habsburgi & Lauffenburgi, in uxorem ducta ELISABETHA F. Hartmanni Senioris Comitis Kiburgij; Kiburgensem ac Badensem Helvetiorum Comitatus, hærede vacuos, possedit, unà cum Vehtlandia, Friburgo, Thun, & Burgdroff: in cujus cœnobio fratrum Minoritarum post fata est sepultus.

GOTOFRIDVS Comes Habsburgius, Dynasta Lauffenburgi & Rhynfeldæ, naturæ concessit A. C. 1271. Tumulat⁹ VVettinga Vxor Elisabeth Baronissa Ochsensteinia, Alsata.

RVDOLPHVS Episcopus Constantensis, cum Rudolpho Imp. patrueli suo ob fines bello decertavit. Mortuus 1293.

EBERARDVS II. comes Habsburgius & Kiburgius, post fratris cædem, totam ditionẽ paternã occupavit. Qua de causa quũ in Imperij incidisset censurã: vendito Bernatibus Comitatu Thun; eundem ab illis rursus In beneficium accepit. Quapropter à Godefrido patruele bello quidem pressus, non tamen oppressus, gubernacula retinuit.

HERMANNVS in Comitatu Thun Burgundiæ interfectus.

IOANNES I. Comes Habsburgius & Lauffenburgius, in cœnobio VVettingensi prope fratrem inhumatus. Vxor N. Comitissa à Niddar.

GOTOFRIDVS II. Comes Lauffenburgius & Rhynfeldensis, Bernates & Eberardum patruelem ob venditum Comitatũ Thun bello aggressus, aliquandiu quidem afflixit: sed re infecta discedere coactus: arma vertit in Rudolphum Augustum ob Ergouiæ agrum: cujus partem, montem Vocetium cum ponte Arulæ Cæsari præripuit. In quo sanè bello ipse occubuit: & Baro Tauffensteinius, belli istius incentor, est profligatus: arce eius solo æquata. Sepultus in cœnobio VVettingensi.

EBERARDVS III. Comes Habsburgius & Kiburgius, ante pubertatem obijt ἄπαις.

IOANNES

IOHANNES II. *Comes Habsburgi & Kiburgi, Abbati cœnobij Eremitarum in auxilium profectus adversus deficientes Zugenses & Schwizenses, ad fidem eos reduxit. Vxor N. Domina Landsberga.*

Filia N. uxor Alberonis Comitis Sulzensis.

IOANNIS III. *Comes Habsburgi, Kiburgi ac Lauffenburgi. Vxor AGNES F. Sigismundi Comitis Provincialis Alsatiæ.*

RVDOLPHVS II. Comes Lauffenburgi, Palatinus Burgundiæ, & Vicarius Imperij Romani in Arelato, pagos Helvetiorum Schvitz, Vri, Zug, Vndervvalden, ab inclyta domo Habsburgensi deficientes, armis & auxilio Abbatis Einsidelij & Comitum Rappersvilensium ac Homburgiorum ad obsequium reduxit A. C. 1314. *Comites Habsburgi & Lauffenburgi.*

RVDOLPHVS III. *Comes Habsburgius & Kiburgius, Dynasta Lauffenburgi. Vxor ELISABETH Comitissa à Montau.*

RVDOLPHVS IIII. Comes Habsburgi & Lauffenburgi ... .

IOANNES IIII. *Comes Habsburgius, Dominus Lauffenburgi, ob Comitatus Rappersvilæ ac VVandelburgi ad ripam lacus Tigurini sitos, bello decertans cum Tigurinis, capitur an. 1349. Qua de causa Albertus Sapiens Archidux Austriæ, magna manu in Helvetios contendens; obsesso Tiguro, cognatum suum in libertatem restituit A. C. 1354. Vxor N. Comes Rappertville, familia suæ postrema.*

RVDOLPHVS nobilissimi generis Comitum Habsburgi ac Lauffenburgi postremus: certamini equestri Basileæ celebrato cum alijs proceribus interfuit: ubi per tumultum cum nobilibus quibusdam captus: mox tamen Austriacorum ope liberatus: paulo pòst vitam cum morte commutavit A. C. 1356. ditione tota, quam habebat ad Rhenum & Arulam ad Austriacos devoluta. Quam ubi deinceps pagi Helvetiorum, jampridem in libertatem vindicati, vi occupassent: Leopoldus Archidux cum maximis copijs in eos profectus, sua recepturus; dum inexploratò vallibus atque anfractibus se committit: oppressus cum toto penè exercitu occubuit A. C. 1386.

STEMMATIS HABSBVRGICI.

Ramus Quartus

MAGNORVM DVCVM AVSTRIAE: EX QVO CVM ALII REGES COMPLVRES, QVI A MEDITERRANEO MARI AD OCEANVM

usque latè dominantur, tùm imprimis decem Romanorum IMPP. potentissimi procreati.

Ex Cuspiniano, Lazio, Gebvilerio. Aventino, Munstero, Cronico Carionis, & alijs.

Albertus Comes Habsburgi. 1238.



FAMILIAE

FAMILIAE PRAECEDENTIS PLENIOR ΕΚΦΡΑΣΙΣ.

LBERTVS, Alberti Divitis F. Comes Habsburgi & Ergoviæ, vir prudens, consilioque pollens, vnde & *Sapientis* cognomentum tulit: paternas cum fratre partitus ditiones; Ergoviam, Thurgoviam, & Landgrauiatum Kussenbergensem obtinuit, unà cum arce avita Habsburgo: quibus paulo pòst Provincialem Alsatiæ Comitatum, uxorio iure, adjunxit. In vita maximè delectatus exercitio rerum bellicarum, ubi in ijs jamdiu dexterrimè esset versatus: unde & Episcoporum & ipsius urbis Argentinæ ductor atque socius belli multis annis extitisse legitur: irrepente tandem senio, sepulchrum Domini invisendi desiderio captus, castra secutus est Friderici II. Imp. in Palæstinam: ubi sub anni 1238. initium naturæ concessit. In Accarone sepultus. Vixit in eius consortio HEDVIGIS Simonis Comitis Alsatiæ F. & hæres: numerosa satis ex ea utriusque sexus auctus sobole: quæ hoc ordine à quibusdam annotatur.

Comites Habsburgi & Ergoviæ.

ALBERTVS Canonicus Constantiensis, juvenis defecit.

CAROLVS Canonicus Basileensis, ibidem in florida ætate fatis abreptus & sepultus.

MARTHA in Adelhusano cœnobio prope Friburgum vitam virginitatis professa.

Rudolphus I. Imp. Rom. conditor Archiducum Austriæ. †

ALBERTVS Iunior, Comes Habsburgi & Ergoviæ, vir militaris, suppetias ferens Conradino Duci Sueviæ, regnorum Siciliæ & Apuliæ hæredi; in obsidione Parmæ ab Insubribus captus, carceris pedore contabuit.

HENRICVS }
HERMANNVS } *sacris ordinibus initiati.*

HEDVIGIS (Lazius Bertham nominat) primùm Domino Costenbergio, inde Baroni Ochsenstenio nupta.

ELISABETH uxor Eitelfriderici I. Burggravij Noribergensis.

RVDOLPHVS *Comes Habsburgius* (in quo vetustissima & nobilissima Francorum Meroveorum domus regalibus fascijs est restituta) natus V. Kal. Maij A. C. 1218. ab ineunte ætate rerum gerendarum atque militaris disciplinæ fuit exercitatissimus. Militavit namque Friderico II. Augusto, suo susceptori atque altori, cùm in Sacro, tum in Italicis bellis: nec non vicinos Comites Sueviæ atque Alsatiæ, in Interregni licentia spe impunitatis ferocientes, & nihil non in aliena bona molientes; Tigurinorum, Basileensium, & Argentinensium auxilijs feliciter repressit atque compescuit. Ob hanc itaq; suam sapientiam, magnanimitatem, fortitudinem ac felicitatem, post longam Imperij vacationem, III. Kalendas Octobris A. C. 1273. Francofurti in Comitijs unanimi Electorum suffragio absens *Cæsar* nuncupatus: & ex castris ad Basileam (ubi Henricum eius loci Episcopum; qui post multam, quam in cives exercuit, tyrannidem, Habsburgiorum quoque oppida Othmarsiam, Blodelshæmam, Clingam & Rhynfeldam, bello nunquam indicto, aggressus fuerat; obsidebat) evocatus: anno insequenti Nonis Ianuarijs Aquis solenniter est inunctus. In Imperium itaq; collocatus inprimis tuendæ pacis unicam curam habuit: latrocinia, seditiones, populares tumultus, gravissimè compescuit: bella, quibus ardebat Germania, ubiq; locorum restinxit: armis, iustitia, legibus Imperium de integro condidit. Inter bella autem complura imprimis memorabile est id, quod gessit adversus Othocarum Bohemũ: qui non solùm novi principis, quo ipse non ita pridem Magistro Curiæ in aula sua mercede usus fuerat, auctoritatẽ detrectabat, sed & eius legatos violarat, nonnullis ad portam suspensis: quẽ tandem, quum pactis atq; conventis non staret, acie victũ occidit A. C. 1278. VII. Kal. Septembris. Sic itaq; patriæ reddita pace ac tranquillitate: plenus jam laborũ magis quàm annorum: peractis Erphordiæ Comitijs, ubi Albertum filium successorem declarare studebat; re infecta, Spiram contẽdens: Germersheimę ad Rheni ripã naturę concessit, tabe confectus, Idib. Quintil. A. C. 1291. Sepult⁹ Spirę juxta Philippũ Suevũ. Vita illi annorum LXXIII. mensiũ duorum, duodeviginti dierũ: Imperium annorum XXVII. mẽsium novem, dierũ sedecim. Vxor eius ANNA Alberti Comitis Hoheburgensis ad Nicrum F. diem obijt XII. Kal. Oct. A. C. 1281. Basileæ in summo templo sepulta. Triennio ab hinc jam senex ad secundas transiens nuptias, duxit ELISABETHAM (quibusdam

Comites Habsburgij. AGNES nominatur) Othonis Burgundionum Ducis F. puellam annorum duntaxat quatuordecim: sed ex hac nihil liberorum sustulit. Ex priore verò conjugio nati ipsi sex mares, septem fœmellæ: videlicet:

Albertus I. Imp. stemmatis propagator. †

FRIDERICVS }
RVDOLPHVS } *impuberes Tulnæ in Austria sepulti.*

Duces Sueviæ. *RVDOLPHVS Dux Sueviæ, Comes Habsburgi, Ergoviæ, & Turgoviæ, in matrimonio habuit AGNETAM, Othocari Bohemiæ Regis F. cujus ergô, VVenceslao sororij sui filio Olomucij extincto,* à Bohemis regno, *quod tutorio jampridem nomine administrabat,* impositus *est: sed Zabisij satrapæ, qui Cunegundam Othocari Regis viduam duxerat, & aliorum quorundam factione, veneno sublatus dicitur, quum annum vix unum regnasset A. C. 1307. Sepultus Pragæ, superstite F.*

IOANNE Duce Sueviæ: qui Albertum Cæsarem, suum patruum, ex thermis Helvetiorum redeuntem, æmulorum quorundam instigatione, in ripa post trajectum Russi amnis, sica in jugulum eius adacta, trucidavit: eò quòd sibi, ceu prodigo, hæreditatem paternam reddere supersederet: Ob quod parricidium, licèt profugus, divinitùs tamē ad pœnas est redactus: quippe quem, parricidij culpam, usitata illius seculi errore, vita monastica expiaturū; Henricus VII. Imp. habitu Eremitarum, ceu quodam reatus signo circumdatum, ad perpetuos carceres in Pisano, Eremitarum cœnobio, condemnavit. 1313. ... Decemb. ut habet ejus epitaph.

HERMANNVS sive Hartmannus Comes Provincilialis Alsatiæ, ante peractas nuptias cum filia Eduardi I. Regis Angliæ, fracta glacie cum undecim nobilibus apud cœnobium Rynam prope Scaphusium in Rheni cataractis submergitur XIII. Kal. Ianuarij A. C. 1288. ætatis duodevigesimo. Basileæ sepultus.

CAROLVS in pueritia mundum relinquens: Basileæ in templo Cathedrali juxta matrem est inhumatus.

Archiduces Austriæ *MECHTILDIS consors Ludovici Senioris Electoris Palatini, ægritudine animi decessit X. Kal. Ianuarij A. C. 1304. condita in mariti mausoleo apud Furstenfeldam.*

AGNES uxor Alberti II. Electoris Saxoniæ, Vitebergæ in cœnobio Franciscanorum sepulta A. C. 1327.

HEDVIGIS nupta Othoni Marchioni Brandeburgio Septemviro.

CATHARINA consors Othonis Boij, Regis Vngariæ, diem obijt A. C. 1285.

IVTHA (Bohemi Bruniam appellant) nuptum collocata VVanceslao Regi Bohemiæ: anno insequenti 1297. Nonis Iunij naturæ concessit.

CLEMENTIA Carolo Marcello Neapolis & Vngariæ Regi nupsit.

EVPHEMIA in cœnobio vitam cælibem egit.

Imp. Rom. ALBERTVS I. Comes Habsburgius, à genitore Rudolpho Cæsare Augusto, alteris ad Augustam Vindelicorum Comitijs, in frequenti principum corona, *AVSTRIÆ EXARCHATVM* cum ducatu Styriæ atq; Carniola consequutus: post eiusdem excessum, ab amicis instigatus, summam rerum jampridem affectavit. Adolphoitaq; Nassovio à fastigio deturbato, Electorum suffragijs *CÆSAR* designatus: eodemq; in VVormatiensi agro cruento prælio cæso; vigesimo sexto ab hinc die (sexto nempe Kal. Sextil. A. C. 1298.) Francofurti denuo inauguratus, & ex veteri priscæ religionis ritu est junctus. Heros hic erat alioquin fortis, prudens, mitis, non tenax offensionum, nec in vindictam præceps: at regni opumque alienarum nimium cupidus, & in gubernatione infelix. Bella foris nulla, domi plura gessit, ac duodecies quidem conflixisse traditur; non pari tamen fortuna; nec causas bellorum semper habuit justas. Theobaldum Phyretarum Comitem inter initia: & Moguntinum, insidiose res novas molientem, compescuit. Tentavit Vngariæ & Bohemiæ regna: & hoc quidem Rudolpho filio obtinuit: sed eo sub ipso quasi limine regni in cubili obtruncato, quum id arripuisset Henricus Carinthiæ Dux, novum bellū exarsit: quod cœptum, nō confectum est. Ob Vngariæ verò regnū cum Othone Bojo multa gessit bella: quæ quādoq; inducijs interrupta, sed sopita nunquam, utriq; magna dederunt damna: adeo ut ipsemet venenis quoque ab hoste petitus fuerit: quæ vires eius admodum debilitarunt, fœdaq; macie corpus deformarunt. In Turingia ad Luccam oppidum prope Pegas ingentem passus est cladem à Marchionibus Misniæ: quibus ex amico & defensore factus

hostis,

hostis, contra jus & fidem datam bellum fecerat. Ad quam cladem vindicandam, & repetendam à Carinthio Bohemiam, dum bellum utrinque reparat: à Ioanne fratruele & tribus aulicis familiarissimis, juxta Bruccam Helvetiorum oppidum, inter Risam Arulamq; fluvios, nefariè est jugulatus IIX. Kal. Maij A. C. 1308. quum imperasset à prima electione annos decem, duobus demptis mensibus. In loco parricidij perpetrati Imperatrix ELISABETH, Menardi Ducis Carinthiæ Comitisq; Tyrolis ac Goriciæ F. opulentum postea extruxit coenobium: quod Campum Regium, sive nostrate lingua Königsfeldt/nuncupavit: ubi splendido mariti manes cohonestavit monumento: cujus tamen exuviæ anno proximo Spiram inde translatæ, & prope patrem sunt conditæ IV. Kal. Septembris. Fuit illa magni & perspicacis ingenij foemina: quæ salis fontes prope Gmundam & coquendi rationem ostendisse scribitur: mariti fatum sexennio post insecuta: postquàm ex eo unum & viginti suscepit liberos: quorum duodecim duntaxat ad justam pervenere ætatem:

Archiduces Austriæ

RUDOLPHUS Mitis, *primogenitus*, Exarchus Austriæ, *Henrico Carno (cui Albertus Cæsar regni Bohemiæ gubernacula, quandiu viveret, permiserat) defuncto successor datus: ex neutra conjuge, neque BLANCA Philippi Celtarum Regis filia, Viennæ A. C. 1305. defuncta; neq, ELISABETHA (quidam eam Callisiam, Poloni Richsam nominant) VVenceslai Regis vidua, liberos sustulit: in ipsis regni primordijs mortuus non sine suspicione veneni,* IV. *Kal. Non. Quintil. A. C.* 1308.

FRIDERICUS cognomento Pulcer, *Exarchus Austriæ, ab Henrico* VII. *Imperat. quem splendido Comitatu equitum Romam deduxerat ad diadema Imperiale suscipiendum, omnibus donatus est bonis ac prædijs, quæ Ioannes parricida habebat tam in Moravia, quàm Svevia. Qui quum & ipse inter vivos esse desijsset: Fridericus maximorum Europæ principum amicitia, affinitate, cognatione fretus; ad summam humanarum rerum fastigium aspirans: per Electorum controversiam Bonnæ* Cæsar *est inauguratus. Collectis ergo utrinque copijs, cum amitino ob Imperium magna vi dimicavit: primùm quidem æquo marte ad oppidum Sveviæ Eslingam: postea verò quum Vngarico robore confisus, omnia igne & ferro depopularetur, ad Oetingam* III. *Kal. Octob. A. C.* 1323. *magno prælio victus, captus, & in custodia amplius triennio detentus est in arce vicina oppido Naburgo. Triennio post liberationem certis conditionibus factam, hausto philtro cœpit contabescere: putrefactoque corpore, dysenteria in arce Austriæ Gutenstein perijt Idib. Ianuarij A. C. 1330. In cœnobio Murbacensi, quod ipsemet fundarat, sepultus. Princeps fortis quidem & magnanimus: sed maximas in vita expertus calamitates. Fuerunt in eius connubio ISABELLA Jacobi Ivonis Regis Aragonum filia: & CUNEGUNDIS filia (ut quidam autumant) Ludovici Boij Cæsaris. Tertiam ISABELLAM Reinboldi Geldriæ Ducis F. morte præventus sponsam reliquit. Liberi eius*

Dux Sueviæ.

ex primo matrimonio,

ELISABETH Ioanni Regi Bohemiæ desponsata, ante nuptiarum diem vitam obijt.

ANNA, Poloniæ Rege sponso ante nuptiarum solennia amisso, nupsit Ioanni Carinthiæ Comiti: quo & ipso orbata, Viennæ S. Claræ Virginum Vestalium ex dote sua extructo, monasticam vitam suscepit A. C. 1344. XIX. Kal. Ianuarij.

ex altero:

FRIDERICUS &

LEOPOLDUS in pueritia extincti, in cœnobio Regiocampi sunt inhumati.

LEOPOLDUS I. *Archidux Austriæ, Landgravius Alsatiæ & Brisgoviæ, ab exercitu militari, quo cæteros seculi sui principes antecedere videbatur,* Gloriosus *sive* Gloria militum *cognominatus: (fuit namque corpore valido, & ad rem militarem tam animo, quàm arte, instructo) Henrici* VII. *Imperatori in Italiam eunti, & diadema Cæsareum petenti, auxilio profectus: Guidone Turriano, qui Mediolani principatum tenens Cæsarei viam præcluserat, victo; Præfecti Longobardiæ honoratus est titulo, cum nonnullis ad lacum Cumanum munitionibus. In Helvetios Undervaldenses; qui excusso jugo Austriacorum, in libertatem se vindicarant, inauspicatò*

Archiduces Austriæ

& inexploratò profectus cum exercitu; dum faucibus Alpium temerè se committit; amissa flore nobilitatis, ipse ægrè evasit. Friderico fratri, cum Ludovico Bojo ob Imperium decertanti, fidas validasque tulit suppetias: proque ipso extremos labores, extrema subire pericula non dubitavit. Cæsare tandem arma in Burgione, (tribus est Sveviæ, Austriacis tamen parens) movente: pugna ab utroq; Henrico, Tyrolis, & Goriciæ Comitibus, intercepta; omniumq; injuriarum ἀμνηστεία decreta: ipse Argentoratum reversus, atra ibi bile percitus, expiravit A.C. 1326. mense Iulio. Regiocampum in parentum mausoleum illatus. Ex CATHARINA Amadæi Comitis Allobrogum filia genuit

CATHARINAM consortem Henrici Ferrei, Ducis Silesiæ, Domini Crosnæ, Sagani, Sprottæ, dimidiæ Glogoviæ: in cœnobio Regiocampi sepultam A. C. 1349.

AGNETEM Henrico Duci Svidnicensi in Silesia, & post eum Gallo Baroni de Kussyæ nuptam: Regiocampi inhumatam A. C. 1356.

OTHO cognomento Iucundus & Venustus, Exarchus Austriæ; paternas cum fratribus partibus ditiones, tractum Tulnensem in Austria est sortitus. Ob affinitatem cum Bojis initam (quippe cui ELISABETH Stephani Bavariæ Ducis F. in matrimonio erat) civili illo inter Cæsares amitinos bello abstinuit. Post fratrum Friderice Rudolphi excessum, Austriæ gubernacula consecutus: ad secundas transijt nuptias: ductaq; ANNA Caroli IV. Cæsaris germana, in fidem atque tutelam ritu solenni accepit Styriam cum parte Carinthiæ. Decessit in Novomonte, opulento Bernardinorum monasterio (Klosterneuwburg nostrate lingua nominamus) quod ipsemet fundavit: ubi & cum utraque conjuge & liberis est sepultus A. C. 1345. Habuit autem liberos

ex priore connubio:

FRIDERICVM in adolescentia flore extinctum A. C. 1344. ætatis suæ XVI.

ELISABETHAM Edvardo Angliæ Regi promissam A. C. 1326. quem sponsum eodem hoc anno amisit.

ex posteriore:

LEOPOLDVM in pueritia defunctum.

HENRICVS Placidus cognomento, Archidux Austriæ, privatus magna ex parte vixit in collegio Moguntino Archiepiscopo, Coadjutor datus à Ioanne XXII. Roman. Pontifice: cui contra Gibellinos à Friderico fratre cum copijs auxilio fuerat missus. Verùm ubi se vana spe lactari videret: relicto sacerdotio, uxorem duxit N. Comitissam Friburgensem: & hac extincta, ELISABETHAM Ruperti Comitis Virnburgij natam: sed ex neutra prolem sustulit. Friderici sui germani rebus summè semper studuit: cui in pugna quoq; contra Ludovicum Bojum affuit: in qua captus, inq; Bohemiam abductus: non nisi oppidorum & arcium in Moravia, quæ eo bello Austriaci Bohemis ademerant, restitutione, captivitate ea se exemit. Bulkæ in Austria defunctus III. Non. Februarij A. C. 1327. in cænobio Regiocampi est funeratus.

Albertus II. fratrum minimus, stemma propagavit. †

AGNES Andreæ III. Regi Pannoniæ nupta A. C. 1291. ipso defuncto, reliquam vitam vidua transegit in cœnobio Regiocampi.

ISABELLA Friderico III. Lotharingiæ Duci }
MARGARETA Theodorico IX. Cliviæ Comiti } elocatæ.
ANNA Hermanno Marchioni Brandeburgio }

CATHARINA Henrico VII. Imp. Rom. desponsata: eo mortuo, nupsit Carolo Duci Calabriæ: post fata Neapoli in æde B. Laurentij sepulta.

IVTHA (alij BONAM nominant) Ludovicum Comitem Ottingensem thori consortem nacta.

ALBERTVS II. Archidux Austriæ, Comes Habsburgius; vulgo Sapientis nomen sortitus; item Contracti, à vestigijs hausti veneni, quod fraude cujusdam medici in nervos diverterat: sacris, dum fratres in vivis erant, initiatus, Canonicum egit Paravicensem & Viennēsem; quibus sine hæredibus extinctis solus superstes; sacris ordinibus à Romana sede liberatus; in uxorem duxit IOANNEM Vlrici Phyretarum Comitis F. fœminam literis imbutam; soceroq; paulo pòst sine mascula prole defuncto, Comitatum

tatum illum domui Austriacæ conjunxit. Princeps mira gravitate ac prudentia singulari: mansuetus item, & mediocriter doctus; & qui æquè honestas disciplinas, atq; religionem coluit; pacis præterea studiosissimus. Quatuor tamen bella, sed ea congressu magis amico, quàm sanguine, feliciter confecit: Bohemicum nimirum cum Ioanne Rege, ob Tyrolis Comitatum; quod nuptijs Rudolphi filij cum illius nepte sustulit: Helveticum cum Tigurinis; è quorũ vinculis, pace ictâ, liberato Ioanni Comiti Habsburgio & Lauffenburgio, ditionem ademptam restituit: Venetum, ob arces & castella in Tarvisiana Marchia sibi præreptas; quod principum atque Regum conventu ad Viennam A. C. 1357. est compositum: VVirtembergicum tandem cum Eberardo Comite; suppetias ferens suis cognatis, Alberto, & Rudolpho Comitibus Habsburgijs, & Haigerlochijs: quod totum negotium; ab armis ad Cæsarem appellando, pace transegit. Anno tandem ab hinc altero, qui fuit salutiferi Virginis partus 1358. XIII. Kal. Sextil. plenus annorum, & laborum, ex humanis excessit. In Carthusiana domo, quam ipse Gemnicij construxit, humatus. Liberi eius memorantur sex:

Archiducatus Austriæ

RVDOLPHVS cognomento Magnanimus *&* Ingeniosus, *~~Archidux~~ Austriæ: frugalis principis in se exemplum statuens, cùm Academiam Viennensem fundavit; tùm basilicam S. Stephani, ad instar Argentinensis sculptam, elatamq́, ad extremam manum perduxit. Duas ordine in matrimonio uxores habuit: CATHARINAM Caroli IV. Imp. F. à quo ex beneficio Tarvisianam Marchiam accepit: & MARGARETHAM Henrici Tyrolensis, Bohemiæ Proregis F. ab oris deformitate* Maulsdchin *vulgò cognominacam: mulierem procacem, ac libidinosam: quæ à Ludovico Seniore Electore Brandeburgio, ac Bavariæ Duce viduata, opulentissimum Tyrolis comitatum, Boijs ereptum, hoc matrimonio, ad Austriacos transtulit. Cæsarem ad coronam Imperialem suscipiendam, splendidissimo equitatu, comitatus Romam: Mediolani, ex itinere defatigatus æstu, ac labore, juvenis etiamnum detessit* [illegible] *IIX. Kal. Sextil. A. C. 1363. Viennæ in basilica S. Stephani primus inhumatus.*

Albertus III. Exarchus Austriæ: †

Leopoldus II. Exarchus Austriæ, †

FRIDERICVS II. *Exarchus Austriæ, cognomento Splendidus*: [illegible] *à domino ~~Potendorfio~~ in venenatione occisus: & Viennæ in S. Stephani æde conditus A. C. 1362.*

MARGARETHA consort Menardi Boij, Marchionis Brandenburgij & Comitis Tyrolij, Brunnæ in Moraviæ sepulturam obtinuit.

CATHARINA Virgo Vestalis in cœnobio S. Claræ Viennæ: ibidem tumulata.

ALBERTVS III. cognomento *Cum Trica* (Mit den Zöpffen) Exarchus Austriæ: conditor arcis Laxenburgensis: durante bello Bohemico, ad qp ob assiduas Bohemorum, & Moravorũ excursiones coactus fuit, pacis alioquin studiosissimus, ad Znoymam ex venationis paulùm vehementiori exercitio, soluto ventre, rebus humanis est exemptus XV. Kal. Seprembr. A. C. 1395. Viennæ in basilica S. Stephani Protomartyris juxta fratrem sepultus. Princeps honestis disciplinis, & inprimis Astronomiæ, addictus; eruditorum mœcenas singularis, qui studia, & redirus Academiæ Viennensis liberaliter auxit. Fuere cum ipso connuptæ ELISABETH Caroli IV. Cæsaris F. & BEATRIX nata Friderici Burggravij Noribergensis, ex qua unicum genuit filium [illegible]

ALBERTVS IV. cogn. Patientem, *~~Archidux~~ Austriæ: principem natura à belli studijs abhorrentem; sed qui nihilominus egregium, in Palæstina facinus edidit: Istic namque à Francicis copijs exploratus, præter spem littore solvit: erectisq́ vexillis, ac insignibus Austriæ, clangore tubarum accedente, hostibus quasi illudens, insidias illorum bellè evitavit: & incolumis domum redijt A. C. 1392. Iodocum quoque Moraviæ Marchionem, qui Austriæ fines occultis latrocinijs, diripere non desinebat, oppugnavit: ubi ad Znoymam accepto lethali poculo, dysenteria in mortem est solutus A. C. 1404. Viennæ in basilica B. Stephani juxta patrem humatus. Ex IOANNA Alberti Bavariæ & Holandiæ Principis filia ipsi geniti.*

ALBERTVS V. ~~Archi~~dux Austriæ: qui urgentibus provincialibus, quũ nondũ ephebis excessisset, gubernacula adijt A. C. 1410. postridie Id. Quintil. Princeps fortitudine, liberalitate, clementia clarissimus: in vita usus fortuna faventissima simul & fugacissima. Nam ita paucos mẽses post soceri mortem

Reges Vngariæ & Bohemiæ.

[Handwritten marginalia: "Kl. Kl. Kl." ; "Kl. Kl. Kl." ; "AD. 1359. vixere Magister Iohannes de Blatzha[...] Cancellarius (fuit fil[...] Armigeri Basiliensis) [...] est Stre[...]nuus ac famosus Mile[...] Pilgrinus Streün Ma[...] Scaleus huius Ducis Rudolphi A M" ; "Ein lieb v̄ Pottendorff."]

Archiduces Austriæ

mortem factus est Dux Lucelburgius, Marchio Moraviæ, *Rex Vngariæ & Bohemiæ*, tandem etiam *Rom. Imperator.* Qua tamen dignitate functus est non toto biennio. Quippe qui expeditione contra Amurathem Turcam, Vngariam incursionibus depopulantem, suscepta; quum in insolito ferventis Caniculæ æstu, melonum ac peponum esu diarrhœam sibi contraxisset: haud sine communi totius orbis jactura VI. Kal. Novemb. A.C. 1439. morte interceptus est apud Longam villam, quadragenarius. Sepultus in Alba regali. Regnum Pannoniæ administravit annum unum, menses novem, dies XXVII: Imperium Romanum annum vnum, menses octo, dies totidem: Regnum Bohemiæ sesquibiennium, demptis decem diebus. Ex ELISABETHA Sigismundi Cæsaris Augusti F. procreavit

ANNAM uxorem Gulielmi III. Ducis Saxoniæ, Reinhartsbrunni inhumatam A. C. 1462.

ELISABETHAM consortem Casimiri Poloniæ Regis, defunctam III. Kal. Septemb. A. C. 1504.

LADISLAVM Posthumum, *in cunis adhuc vagientem* in Regem Pannoniæ *inunctum, rara temporum felicitate. Matrem siquidem, à cujus unica cura dependebat, amisit adhuc puer: ipse quoque in ipso adolescentiæ flore, & gloriæ culmine, inq; ipso nuptiarum apparatu, dum sponsam expectat MAGDALENAM Caroli Francorum Regis F. Pragæ repentina morte extinctus est, non sine gravi veneni suspicione, X. Kal. Decemb. A. C. 1457. Ibidem in monte S. VVenceslai more regio inhumatus. Regnum Bohemiæ tenuit sub tutela Georgij Podiebracij annos XVII: Pannoniæ sub gubernatione Ioannis Huniadæ annos XII.*

MARGARETHA consors Henrici Divitis, Bavariæ Ducis, Dynastæ Landshutensis.

Sueviæ Dux. *Archiduces Austriæ* Aergoviam

LEOPOLDVS II. cognom. *Probus & Militiæ Decus*, ~~Archidux~~ Austriæ, cum Alberto fratre paternas partitus provincias; Tyrolim, Thurgoviam, Sueviam, ~~Helvetiam~~, Sundgoviam, Phyretarum Comitatum, Brisgaudiam & Alsatiam obtinuit: relinquens fratri Austriam vtramq;, Styriam & Carinthiam, cum Carniola, Vandalica & Tarvisiana Marchia. Auctus verò ex VIRIDE, Barnabæ sive Barnabovis Insubrium ~~Domini~~ filia, multa prole; inæqualem divisionem causatus, Styriam cum tractu Neostadij; & rursus post quinquennium Carinthiam quoq; cum Tarvisiana Marchia eidem extorsit. Princeps hic belli studijs peritior, quàm felicior: bella gessit maxima duo. Ac in priore quidem, quod cum Venetis ob Tarvisianam Marchiam suscipere coactus erat, victor avitas ditiones multis opulentis per Forum Iulium atq; Istriam auxit civitatibus: Altero verò adversus Helvetios, qui à fide Austriaca defecerant, hostium contemptu audaciùs & incautiùs in prælium irruens; ad Sempachum magna strage suorum victus, fortiter pugnans cecidit VII. Id. Quintil. A. C. 1386. Eius & cæterorum maximi nominis Comitum, Baronum, Equitum cadavere Regiocampum delata; eo loci in templo passim & circuitu terræ sunt mandata. Liberi eius numerantur septem: quorum

1. *GVLIELMVS* πρωτογενὴς *~~Archidux~~, ex veterum privilegiorum auctoritate gubernacula paucis annis solus capessens: (unde* Ambitiosi *cognomentum invenit) orta deinde inter fratres simultate; Carinthia cum tractu Neapolis, Marchia Tarvisiana, & Forojulij ditione sibi retentis; provincias reliquas illis tradidit. In Palæstina ex itinere Sidonem, Tripolim, & Cappadociam lustrans; Tripolitanos obsidione pressos, armis strenuè juvit, Saracenosq; profligavit. IOANNA Caroli Pacifici Pannoniæ & Siciliæ Regis filia ~~ante nuptiarum solennia extincta~~: ipsi ad Poloniæ regnum invitato conjuncta est HEDVIGIS Regina: sed quæ post mensem statim, procerum quorundam factione, Iagelloni Lithuano unà cum regno est tradita. Hac defuncta, duxit Goriciæ Comitissam, ~~viduam~~ mortuam A. C. 1406. cujus fatum proximè insequenti anno ipse quoque secutus est. Sepultus Viennæ in S. Stephani basilica.*

× negatur; imò triginta ante post meis, et mariti Gulielmi [illegible], videlicet A. 1435. 2. februarij mortua est; teste ejus epitaphio.

Dux Sueviæ.

2. *FRIDERICVS* cognom. Senior, *Exarchus Austriæ, princeps fortis ac magnanimus: in paternarum ditionum partitione sortitus Tyrolim, Helvetiam, & Sueviam:*

quum

quum Ioannem XXIII. Papatu Romano deturbatum, per lacum venetum clam abduxisset; rerum ac principatus sui tantam fecit jacturam: ut per contemptum lingua vernacula cognominatus fuerit Friedel mit der lähren Taschen. *Etenim in Concilio Constantiensi proscriptus, castellisque ad Arulam amnem à Sigismundo Imp. omnibus fuit mulctatus. Naturæ concessit A. C. 1440. in monasterio Stams sepultus. Duas habuit uxores: priorem* ELISABETHAM *Ruperti Imp. Rom. & Palatini Septemviri F. posteriorem* ANNAM *F. Friderici Ducis Brunsvuigi genitricem.*

VVOLFGANGI
MARGARETHAE
HEDVIGAE
ELISABETHAE
} omnium in pueritia fatis abreptorum.

SIGISMVNDI Austriaci, qui patris in Comitatu Tyrolio, & cæteris, quæ post illius ab Imperio proscriptionem superfuerant, ditionibus successor; præsertim verò in Suevia, Seckingensi Advocaria, Kiburgensi, Lauffenburgio, & Ferreti Comitatibus: inter initia gubernationis omnem movit lapidem: ut amissa armis, quum jure nequiret, recuperaret. Cujus tandem laboris pertæsus, quum insuper bonorum quoque istorum recuperationem desperaret: jus suum super illa vendidit Carolo Burgundo 70000. aureorum prætio: qui armis sumptis in ipso limine perijt ad Nancejum. Post Ladislai Regis Pannoniæ fata, quum & ipse in hæreditatis partem veniret: socia arma Alberto jungens; Friderico Imperatori, qui totam sibi soli vendicabat, cruentum fecit bellum. Cui tamen post Alberti obitum reconciliatus: accepto quadrante, Austriam ipsi citra disceptationem concessit: omnibusque simultatibus semotis, cum eodem & Helvetijs perpetuo se fœdere conjuxit III. Kal. April. A.C. 1474. quod ad Salinum Burgundiæ III. Id. Iunij eiusdem anni renovatum & confirmatum est. Cæterum Robertum Sanseverinatem, Veneti exercitus ductorem, V. Non. Quintil. 1487. ad Rogoredum magna strage fudit: & duodequadragesimo ab hinc die circa Tridentum denuo in fugam versum, in Athesi submersit. Quum autem ex duabus conjugibus, LEONORA Iacobi Scotorum Regis filia, & CATHARINA Alberti Saxoniæ Ducis, nullam genuisset prolem: grandævus jam & viduus Maximilianum Cæsarem adoptavit: multoque senio decessit A. C. 1497. ætatis suæ LXXI. In Stams cœnobio juxta parentem sepultus. Dux Sueviæ.

3. Ernestus Ferreus, stemma propagavit. †

4. *LEOPOLDVS III. cognomento* Crassus *&* Superbus, *Austriæ, à genitoris morte obtinuit Alsatiam, Sundgoviam, Phyretarum, Nellenburgicum, & Hohebergensem ad Nicrum Comitatus. Quam divisionem inæqualem causatus: diuturnum cum fratribus gessit bellum. Quo sopito, paternam ulturus necem, arma in Helvetios convertit: quibus cum ad Glaronam varia conflexit fortuna, desideratis utrique 1500. hominibus. Castro tandem Neapolitano sive Novæ civitatis, octo à Vienna miliaribus distantis, restaurato; ex fistula pedis, ingenti conflictatus dolore, decessit A. C. 1412. X. Kal. Iun. ipso nimirum Quinquagenaliorum die. In cœnobio Regiocampi inhumatus. Vxorem habuit* CATHARINAM *F. Philippi Audacis, Ducis Burgundiæ: cuius hortatu Monasterium in Schœnenstambach, jam penè dirutum & collapsum, luculenter non solùm restaurasse, sed liberaliter etiam dotasse legitur.*

5. *AGNES nupsit Boleslao, ultimo Duci Svidnicensi in Silesia.*

6. *ELISABETH Comiti Goricensi promissa, antequàm ipsi jungeretur, mortem obijt.*

7. *Tecta N. nupsit Conrado Burggravio Magdeburgio, Comiti Hardeccio in Austria.*

ERNESTVS Exarchus Austriæ, ab omni constantia & corporis robore *Ferreus* cognominatus: in divisione cum fratribus Styriam obtinuit cum Carniola ac Vandalorum Marchia. Militavit Ruperto Cæsari expeditione Italica: ubi à Ioanne Geleacio Mediolanensi, & reliquis qui nondum à VVenceslao defecerant, repulsus; domumque cum ignominia repedare coactus: reliquum vitæ, sorte sua

Archidux Austriæ contentus, in Styria quietus, procul omni ambitione atque tumultu confecit. Post fata tumulatus in cœnobio Rhayn A. C. 1435. Princeps pacis, justitiæ, & pietatis amator singularis. Vxore MARGARETHA Ducissa Pomeraniæ, nata Bugslavi Stetinensis, primis consuetudinis annis amissa: secundis sibi nuptijs copulavit ZIMBVRGAM sive Cuubarcam, Ziemoviti Ducis Mosaviæ F. fœminam cum pudicissimam, tùm conjugis sui amantissimam: matrem ex ipso factam decem liberorum: nempe

ERNESTI
RVDOLPHI
LEOPOLDI
ALEXANDRAE
ANNAE
} *in pueritia annis extinctorum, & Neostadij in Austria sepultorum.*

Friderici III. Imp. Rom. †

ALBERTI VI. Archiducis Austriæ, qui à parentis excessu Brisgoviam, Sundgoviam, cum Comitatu Phyretarum gubernandas accepit. Ladislao autem Vngarorum Rege rebus humanis exempto, quum totam hæreditatē Fridericus Imp. sibi soli vendicaret: exorta inde dissensio intestinum ac parricidiale conflavit bellum: quod morte tandem hujus Alberti solutum est. Quippe qui pessimi cujusq; semper consortio usus, pacta subinde rescivit: quumq; jam ex illorum consilio bellum renovare pararet, subito fatali morte est absumptus Viennæ IV. Non. Decemb. A. C. 1463. Funeratus quatriduo post in æde S. Stephani. Cæterum prima hic gymnasij fundamenta apud Friburgam Brisgoviæ jecit: annuisq; redditūum proventibus, mille aureorum summam excedentibus, magnificè dotavit A. C. 1460. Vxor MECHTILDIS Ludovici III. Electoris Palatini F. relicta Ludovici VVirtembergij, nulla eum prole beavit.

MARGARETHAE sociata Friderico II. Saxoniæ Electori; mortua postridie Non. Februarij, & Altenburgi sepulta A. C. 1486.

CATHARINAE consortis Caroli Marchionis Badeni.

ELSIABETHAE Hugoni Comiti VVerdenbergio elocatæ.

Imp. Rom. ✕ Primus Archidux Austriæ. FRIDERICVS III.† *Exarchus Austriæ*, Dux Stytiæ & Carinthiæ, Comes Habsburgi & Tyrolis: ob præclaram generosi ingenij indolem, sapientiam, gravitatem, morumq; integritatem, post Alberti Cæsaris obitum, communi Electorum voto *in supremo generis humani fastigio collocatus*: motibus Austriacis sedatis, Romā ad solennem renuntiationē, pfectus: sponsam LEONORAM, Eduardi Portugalliæ Regis F. navibus in Italiam advectā, Senis excepit: cum qua Romæ à Nicolao Pontifice, in ipsis nuptiarū solennibus, diademate Imperiali est redimitus atque inunctus XVI. Kal. Aprilis A. C. 1452. Pacis ille & otij omni vita fuit amantissimus, & ab omnibus discordijs alienissimus: unde & Pacifici cognomentum meruit. Multa tamen per alios bella feliciter cōfecit, Quorum in numero est illud contra Armeniacos Gallorum colluviem (vulgo nominārur die armen Gecken) gestum: quià Galliæ Rege emissi fuerant ad synodum Basiliensem turbandam A. C. 1444. Item dno illa longè gravissima cum Alberto fratre & Mathia Rege Pannoniæ bella: in quo utroque iniquam satis fortunam, suorumq; summam perfidiam est expertus. In altero namque ipsum à civibus in arce Viennensi cum uxore & filio conclusum, fratet multarum septimanarum obsidione pressit: in altero Mathias Rex eorundem proditione Viennam ipsi eripuit, & in urbe novem continuis annis rapinas exercuit. Quin etiam iu Brugenses aliosque Flandros movit: qui Maximilianum Cæsarem custodiæ mancipaverant, 1482. ubi recepto filio, paucorum pœna contentus; omnem discordiarum fomitem sustulit. Ad extremum, quum ex phagedæna pedis incommodiùs valeret: Lincij cōmoratus est utplurimum: ubi tandem melonum intemperatiore usu, prostratis languidi & imbecillis stomachi viribus in diarrhæam incidit: qua absumptus expiravit XIV. Kal. Septemb. A. C. 1493. Sepultus Viannæ in æde S. Stephani. Complevit vitæ annos duodeoctoginta, demptis diebus XXXIII. Imperij verò annos LIII. menses quatuor, dies viginti. Liberos ex LEONORA Lusitana genuit.

CHRISTOPHORVM natum A. C. 1456.
HELENAM natam A. C. 1461.
IOANNEM natum A. C. 1467.
} *Omnes in pueritia extinctos, & Neapoli ad S. Trinitatem sepultos.*

Maximilia-

Maximilianum I. Cæſ. Auguſtum, ſtemmatis Auſtriæ Principum propagatorem. †

CVNEGVNDAM natam A. C. 1465. patre Imperatore exulante, inſcio, & invito, à Sigiſmundo patruele nuptam, collocatam Alberto utriuſque Bavariæ Duci: à cujus obitu monaſticæ vitæ ſtuduit Monaci: ubi in Virginis Chriſtiparæ æde ſepulta jacet. *Archiduces Auſtriæ*

MAXIMILIANVS I. *Rom. Imp.* Archidux Auſtriæ, Dux Styriæ & Carinthiæ, Landgravius Alſatiæ, Comes Habsburgi & Tyrolis: natus Neapoli A. C. 1459. XII. Kalend. Aprilis, hora 4. min. 13. pomeridiana. A Friderico patre in regni conſortium adſcitus, & Aquisgrani per Archimyſtam Agrippinenſem, Caroli Magni corona Noriberga allata, redimitus IV. Id. Aprilis A. C. 1486. Imperium ſucceſſione retinuit. Princeps fuit omnium virtutum genere conſpicuus: Dei legumque obſervans: vitæ innocentia, temperantia, voluptatum abſtinentia, laborum tolerantia, ge[illegible] ſi ſpiritus invictique animi magnitudine omnibus prælucens: literarum & litera[illegible] peramans: multarum linguarū gnarus, adeo ut omnibus populis ſine interprete [illegible] diceret & reſponderet: inprimis autem multis & maximis victorijs de Gallis, [illegible]nibus, Sicambris, Batavis, Morinis, Hungaris, Bohemis, Boijs, Turcis, Venetis, Helvetijs nobilitatus. Etenim ad Guigenetam vicum in Picardia, Gallorum triginta millibus profligatis; magnam Hannoniæ partem, unà cum Cameraco Imperialium [illegible]lorum finium urbe recepit: & Atrebatum Arteſiæ metropolim, egregio ſtratagemate per nocturnas inſidias, hoſtium cuſtodijs deceptis, in poteſtatem redactum, A. C. 14[illegible]6. Belgio ſuæque ditioni adjecit. A morte Mathiæ Corvini Vngarorum Regis, copijs è Belgio contractis, non ſolùm avitum patriumque principatum, genitori ſuo per ſuorum inſidias à Mathia adeptum, magna gloria recuperavit: ſed & Albam Regalem urbem nobiliſſimam, & alias in Pannonia urbes, expugnavit: quas tamen, retento ſolo ſucceſſionis jure, Vladiſlao Polono reddidit Anno C. 1490. Biennio ab hinc Turcarum ingentem multitudinem, Carniolam, Ciliꝯſem ditionem, Carinthiam, Styriam latè igne ferroque depopulantes, per ſuos feliciter fudit, fugavit, repreſſit. Helvetios, rerum ſucceſſu nimis ferocientes, Alpium ſuarum finibus circumſcripſit eiſque pacis ac fœderis perpetui conditiones dixit Anno C. 1490. Philippum Rheni Palatinum Septemvirum, florentiſſimis Bohemorum copijs inſtructum, magna clade affecit: ſuppliceumque ſibi fieri coëgit Anno Chriſti 1504. Carolum Egmondanum Geldriæ Ducem, rebus novis ſtudentem, in ordinem redegit: Geldriaque in deditionem accepta, Belgas factioſè tumultuantes, & imperium novi principis contumaciter detractantes, prælijs aliquot & obſidionibus toto octennio ita attrivit contuditque: ut aliquot urbibus vi fameque expugnatis, cæteræ vicinarum cladibus territæ, ultrò aciperent jugum Imperij: quarum in numero fuere Tornacum Nerviorum, & Terovana Morinorum. Cum Venetis terna geſſit bella admodum funeſta, nec tam armis, quàm perfidia principum implicita: haud tamen inauſpicatò. In priore ſiquidem Anno Chriſti 1487. Sigiſmundo patrueli ſuppetias ferens, non[illegible]um Tridentum, quod hoſtium inſidijs fermè interceptum fuiſſet, in fide retinuit: ſed & Roboreium re ſubita expugnavit: hoſtes ipſos obvios cum ipſorum ductore Roberto Sanſeverinate, partim in acie trucidavit, partim in vorticibus Atheſis fluvij ſubmerſit. Alterum, quod annis uno & viginti à prima Venetorum clade cœpit, tametſi prima fronte non ſine maxima Auſtriæ clade, & totius penè Forojulienſis ac Goricienſis ditionis amiſſione eſt geſtum: poſterioribus tamen annis jacturam iſtam ſplendidiſſimis victorijs commutavit: non ſolùm receptis, quæ amiſſa fuerant: verùm adjectis quoque ditioni ſuæ ampliſſimis Venetæ Reipub. urbibus, Verona, Patavio, Vicentia, Feltrio, & alijs quamplurimis. Tertio bello Veneto Anno Chriſti 1513. Nonis Octobris, ad Vicentiam hoſtes penè omnes internecione delevit: ſolo Andrea Grytti cum paucis vix fuga elapſo. Biennio antè Iulij II. Pontificis Rom. exercitum ad Bononiam ingenti prælio ſuperavit, omnibus caſtris direptis. Mediolanum præterea Gallis ereptum, Sforciadæ Duci reſtituit: & Germaniam latrocinijs undequaque purgavit. Quibus omnibus exantlatis laboribus, ſenio confectus, dum ex Comitijs ad Auguſtam Rhetiæ domum redire parat: in itinere ad VVelſam, ſuperioris Auſtriæ oppidum, febre correptus; naturæ ibidem ſatisfecit prid. Id. Ianuarij A. C. 1519. Sepultus *Imp. Rom.* † et Suevia.

D Neapoli.

Archiduces Austriæ

Neapoli. Annos vixit LIX. menses novem, dies XXIII. Imperavit annos XXXIII totidem demptis diebus. Fuit in eius connubio primùm MARIA Caroli Burgundiæ Ducis filia, & complurium principatuum hæres unica: inter venandum equo excussa, & eo casu equi extincta VI. Non. Martij A. C. 1482. Post hanc desponsavit sibi ANNAM Francisci ultimi citerioris Britanniæ unicam filiam & hæredem: sed quam ipsi Carolus IIX. Galliarum Rex præripuit, Margareta priore sponsa repudiata. Oenioponte dehinc ipsi desponsata est BLANCA MARIA F. Geleaci Insubrium Principis: qua post septennium absq; liberis extincta, reliquam vitam exegit cœlibem annis ferme XVII. in perpetuis laboribus ac bellis pro Austriacæ domus Imperijq; Romani dignitate tuenda. Liberi eius

Philippus Rex Hispaniæ, Dux Burgundiæ. †

FRANCISCVS in pueritiæ annis defunctus.

MARGARETA Archiducissa Austriæ, Belgarum Rectrix; *cui avia materna, Baptismi testis, nomen dedit; connubijs satis fuit infelix. Etenim post Mariæ matris obitum, desponsata Carolo Galliæ Delphino vix triennis; & in Galliam, pignus pacis & concordiæ inter vicinos gentes futura, ablegata: sed post decennium à Carolo sponso repudiata: nupsit Ioanni, filio Ferdinandi Hispaniæ Regis unico: quo tertio conjugij anno extincto; elocata est Philiberto Sabaudio, ex quo nullius prolis mater facta post eius obitum Belgis imposita, Mechliniæ sibi sedem elegit: ubi naturæ debitum exoluit Kalend. Decemb A. C. 1530 ætatis suæ L II. completo, demptis XLI. diebus. Sepulta Burgis apud Sedusios. Belgicum eam ità gubernasse Cornelius testatur: ut proceres in concordia, civitates in tranquillitate, universum populum in pace conservaret: ut splenderet nobilitias, fulgeret aula, vigeret omnium artium quæstus, crescerent tabernæ, fluerent mercimonia, florerent studia literarum, denique omnia felicitate gauderent. Bellis etiam adversus externos hostes feliciter gestis, urbem & diœcesim Vltrajectinam, Transisulanam, Frisiam occidentalem Burgundico Imperio adjunxit: & cruentissimo inter Carolum V. & Franciscum Galliæ Regem bello, totos jam novem annos ardenti, pace Cameraci facta, finem salutarem imposuit.*

GEORGIVS nothus, Episcopus Brixiensis & Leodiensis, obijt senex A. C. 15 7. Sepultus Leodij.

PHILIPPVS Archidux Austriæ & Burgundiæ, Comes Tyrolis & Habsburgi sedecim annorum adolescens in Belgio gubernaculis admotus: insigni bonitate, clementia, moderatione, affabilitate, mansuetudine & cognatis virtutibus, quæ principibus Austrijs ceu gentilitiæ dotes sunt, ita emicuit & eluxit: ut *Amor ac Delicium generis humani* dictus, cùm aliorum hominum, tum vicinorum Principum & imprimis Ferdinandi Catholici Hispaniarum Regis benevolentiam & studia mirifica sibi conciliavit: à quo gener adscitus, accepta in uxorem IOANNA illius secundogenita: cujus ergó dotalitia regna Hispaniæ, Siculum item & Neapolitanum domui Austriacæ acquisivit. Ad quæ possidenda ex Belgio crebris procerum literis evocatus: morbo ex aëris illius insueti gravitate contracto, citò decessit VII. Kal. Octobris A. C. 1506. Granatæ prope Burgos. Vita illi annorum duodetriginta, mensium trium, dierum totidem. Liberos reliquit sex:

Carolum V. }
Ferdinandum } IMPP. quorum uterque stemma propagavit. †

ELEONORAM primùm Emanuelis Lusitaniæ; pòst Francisci I. Galliæ Regum uxorem: defunctam IV. Non. Septemb. A. C. 1558.

ISABELLAM Christierni II. Regis Daniæ consortem, & fidissimam exilij comitem: Gandavi defunctam XIV. Kal. Febr. A. C. 1525.

MARIAM Ludovico Regi Pannoniæ magna solennitate Viennæ desponsatam XI. Kal. Sextil. A. C. 1525. Hæc post mariti cædem à fratre Carolo Belgico præfecta, domi militiæq; strennam se gessit: Remq; publicam commoda fovit, auxit, & ornavit: pacis tempore oppressis opem ferens; belli, inimicis exercitibus sæpè profligatis ac stratis. Obijt A. C. 1558. XV. Kal. Novemb.

CATHARINAM Posthumam, Friderico III. Electori Saxoniæ desponsatam A. C. 1519. V. Kal. Quintilis: sed posteà ob religionis mutationem, à matre nuptum collocatam Ioanni III. Regi Lusitaniæ.

CARO-

Archiduces Austriæ Imp. Rom. Rex Hispaniæ.

CAROLVS V. *Imp. Romanorum, Rex Hispaniæ*, utriusque Siciliæ, Hierosolymæ, Dalmatiæ & Croatiæ, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ & Brabantiæ, Comes Habsburgi, Tyrolis, Flandriæ, &c. natus Gandavi VI. Kal. Martij A. C. 1500. hor. 3. min. 17. ante meridiem: avo materno desuncto, vix dum pubescens tot regnorũ hæreditatem adijt: quibus tamen ita præfuit, ut omnium principum oculos ac studia in se converteret. Vnde Maximiliano quoque avo paterno mortuo, post gravissimas & acres in summo illo Imperij senatu disputationes, magno omnium bonorum consensu, inprimis verò suasu & auctoritate Friderici III. Electoris Saxoniæ, ad Romani Imperij apicem evectus est absens IV. Kal. Quintilis A. C. 1519. & anno insequenti X. Kal. Novemb. Aquisgrani coronatus. Primam autem & exactissimam curam instaurandis legibus adhibuit: neque solùm excogitatis utiliter novis Constitutionibus, extremè labefactatam Reipub. formam instauravit: verùm etiam Spiræ Nemetum prætorium tribunal veluti justitiæ secrarium à Maximiliano I. erectum emendavit auxitque. Fuit namque princeps prudentissimus & justissimus: fortissimus præterea, militiæ peritissimus, castrensium laborum tolerantissimus, nec non clementissimus: ideoque plurimarum rerum gestarum gloria clarissimus: quem ob insignes istas virtutes optimo jure Carolum Magnum appellâris. Bella multa, varia, multos annos cum varijs hostibus, vario eventu gessit: Africam & Europam terra marique, clarissimis partis victorijs, aut ipse peragravit, aut per duces suos lustravit. Maximiliano avo adhuc superstite, quò virtutis suæ tyrocinium exhiberet, etiamnum adolescens bis expeditionem in Africæ orientaliorem partem suscepit: & Saracenorum pyratas, mare mediterraneum ad Hispaniam & ad Gades usque Herculis infestantes, hostili manu aggressus; Menicen promontorium latronum subegit: hostes ipsos partim profligavit, partim A garbo expulit. Francisco inde Celtarum Regi, armis Italiam lacessenti, ac tota pene Insubria potito, ad Ticinum occurrit eo ipso die, qui sibi natalis est A. C. 1525. magnaque strage edita, Regem bellicosissimum cum præcipuis ducibus vivum cepit, & in Hispanias avexit: quem tamen post clementissimam anni captivitatem, ob literatus in urijs, honestus conditionibus dimissum, non tantùm regno restituit: sed & perpetuis affinitatis ac necessitudinis vinculis sibi adstrinxit. Clementem Papam (qui in societatem venerat belli Gallorum, Venetorum, & aliorum, Cæsarem tota Italia ejicere conantium) Roma per duces suos expugnata, cepit: quem itidem familiari clementia liberum dimisit, Sedique pristinæ restitnit. Mediolanum & Florentiam longa obsidione receptas; illud Francisco Sfortiæ, hanc Mediceæ domui reddidit: & Venetis omnes bellorum causas præscidit. Italia pacata, Solymannum Turcarum tyrannum impurissimum, exercitu instructum numerosissimo, Germaniæque finibus superbè insultantem, primo saltem congressu vicit, fudit, fugavit: cæsis hostium amplius XXIV. millibus: adeoque fregit, ut ruptis metu pontibus, multis amissis, præcipiti fuga victrices manus vix metipse effugerit A. C. 1529. Idib. Octobris. Sexennio ab hinc validissima instructa classe, Tunetanas fauces (ubi olim Carthaginense fuit Imperium) maxima vi adortus, expugnavit: Ariadenum Barbarossam Turcarum archipyratam, omni illius exercitu deleto, in fugam conjecit: urbe Tuneto capta, duodeviginti Christianorum millia è durissima servitute liberavit: Muleassem Maurum, loci eius Regem exulem, in amissum regnum reduxit, sibique vectigalem fecit IV. Kal. Septembris. Ad Peloponnesum quoque se aliquando convertit: ibique Metonen & Coronen urbes celeberrimas, aliaque loca munitissima Turcæ eripuit, præsidijsque firmavit. Taurinosptætereà, Salassios, cæteras Alpinas gentes, quæ ad Gallos defecerant, gravi acrique bello persecutus; ad officium revocavit. Anno exinde ab incarnato Verbo 1541. denuò in Africam suscepta expeditione; quanquam ad Algieram vi tempestatis, fluctuum, & imbrium multis est cladibus affectus & fermè obrutus: invicta tamen suæ virtutis atque constantiæ monumenta reliquit. Ex Hispania reversus, Gulielmum Iuliaci & Cliviæ Ducem (qui interim in Brabantiæ fines arma intulerat) Dura expugnata IX. Kalend. Septembris. A. C. 1543. de tota ditione periclitantem, Geldria parte eius exutum mulctavit. Arma mox in Galliam transferens, Landersium occupavit: nemineque fermè resistere auso, Lutetiam usque progressus; veteres hostes sæpius à se victos. novissimeque intra regni fines compulsos, ad pacis descendere conditiones compulit A. C. 1544. IIX. Kalend. Octobris. Bello postremo

Archidu-ces Austriæ Germanis, fœderis Schmalkaldici socijs illato: Saxoniæ Electorem & Landgravium maximo prælio victos, vivosque captos, veteri Imperio adjunxit. Tandem in tuenda Imperij majestate maximis perfunctus incommodis, laboribus, ærumnis: in extremo totius quasi vitæ actu valedicens Germaniæ, seipsum ultrò Imperio & omnibus regnis abdicavit: in monasterium vallis Toletanæ in Hispania se abdens, Deo vacaturus: in quo diem supremum clausit XI. Kal. Octobris A. C. 1558. Annos vixit LIIX. cum semestri & duodetriginta diebus. Conjux eius ISABELLA F. Emanuelis Regis Lusitaniæ florentissimi, Toleti in puerperio decessit quadragenaria Kal. Maij A. C. 1539. Granatæ vterque sepulti.

Liberi Caroli V. Imp. legitimi:

Rex Hispaniæ. *PHILIPPVS* Rex Hispaniæ, *utriusque Siciliæ, Neapolis, Hierosolymæ, Portugalliæ, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, & Mediolani, Comes Habsburgi, Flandriæ, Tyrolis, &c. omnium regnorum & provinciarum paternarum hæres unicus: natus in valle Toleti XII. Kalend. Iunij A. C. 1527. hora 4. min. 15. post meridiem: Princeps multis bellis clarus, quæ vel ipsemet vel per suos duces, Albanum, Parmensem, & alios passim administravit in Gallia, Anglia, Belgio & Lusitania: condidit Academiam Duacensem Anno Christi 1569. In eius vixere matrimonio, primum MARIA Ioannis III. Portugalliæ Regis F. deinde MARIA Angliæ Regina, nuptijs Vintoniæ celebratis IIX. Kalend. Sextil. Anno Christi 1554. Hæc absque liberis quadriennio pòst XV. Kalend. Novembris defuncta; turbatis & domi & foris bellorum procella rebus ferè omnibus: proximo anno ad tertias transiens nuptias, duxit ISABELLAM Valesiam, Henrici II. Galliarum Regis F. natu majorem, X. Kalend. Iulij Anno Christi 1559. Hæc quoque ex* ἀωρίας *extincta; quartam duxit ANNAM è sorore neptem, filiam Maximiliani II. Imp. defunctam A. C. 1580. IIX. Kal. Novembris. Liberos autem genuit*

ex MARIA Lusitana:

CAROLVM cognomento Dentatum, Principem Hispaniæ, Exarchum Austriæ, natum in Valle Oletana IIX. Idus Iulij A. C. 1545. hora 11. min. 30. ante meridiem: in ipso ætatis flore extinctum IX. Kalend. Sextil. Anno Christi 1568.

ex ISABELLA Valesia:

ISABELLAM,

CATHARINAM nuptam Carolo Emanueli Duci Sabaudiæ Anno Christi 1586.

ex ANNA Austriaca:

FERDINANDVM Principem Hispaniæ, natum A. C. 1571. prid. Non. Decembris intra horam 2. & 3. antemeridianam: infantem extinctum.

IACOBVM Principem Hispaniæ, novennem extinctum A. C. 1582. XI. Kal. Decembris.

PHILIPPVM Infantem Hispaniæ, natum A. C. 1578.

FERDINANDVS in infantia annis extinctus.

MARIA elocata Maximiliano II. Imperatori, suo patrueli.

IOANNA conjux Ioannis Emanuelis Principis Lusitaniæ, princeps fœmina raræ virtutis: aliquandiu pro fratre, bello Gallico implicato omnem administravit rexitq; Hispaniam.

IOANNES Austriacus, natus Ratisbonæ V. Kal. Martij A. C. 1547. hora 12. min. 30. post meridiem: princeps bellicosus, juvenis planè in regno Granatensi Philippo Regi rebelles devicit Insigni illa & memorabili victoria, prælio navali in mari AEgeo, ad Echinadas de Turcis parta Non. Octob. 1571. nobilitatus: concessit fatis ex peste in vicinijs Namurci, in expeditione contra ordines Belgij A. C. 1578. VI. Non. Octob. h. 2. p. m. Vixit annos XXXI. menses septem, dies totidem, horas duas.

IOANNA consors Francisci Medicis, Magni Ducis Hetruriæ, cum per novem dies continuos pariendi difficultate laborasset: infante octimestri mortuo ex utero extracto, ipsa quoque in vivis esse desijt A. C. 1578.

MARGARETHA nata & ipsa ex Ioanna concubina, Alexandro Mediceo, Laurentij notho, Duci Florentino in matrimonium tradita Anno C. 1535. in manus postea

venit

venit Octavij Farnesij Ducis Parmensis & Placentiæ: cui peperit Alexandrum Ducem Parmensim Belgiæ Gubernatorem. Obijt A. C. 1586. *Archiduces Austriæ*

FERDINANDUS *Imperator Augustus, Rex Vngariæ & Bohemiæ*, Archidux Austriæ, Infans Hispaniæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, & Carinthiæ, Landgtavius Alsatiæ, Comes Tyrolis & Habsbutgi, Modinæ in regno Castiliæ natus VI. Id. Martij A. C. 1503. hora 9. min. 50. post meridiem. Orbatus patre avoque paterno, ætatis suæ anno duodevigesimo uxorem duxit ANNAM, Ludovici Regis Pannoniæ sororem unicam: quo extincto, cùm ob affinitatem illam, tum etiam ob contractum, quem Cæsar Maximilianus I. cum Vladislao hujus genitore pepigerat (ut nimirum alterius deficiente sobole in alterum summa rei devolveretur) à maxima armatæ multitudinis parte (hujus namque auctoritate & acclamatione ex vetere legis instituto Pannoniæ Reges creantur) in Comitijs Rex est nuncupatus. Quum itaq; Ioannem de Zapolia Comitem Zepusium & Transsylvaniæ Vaivodam, Turcarum tyranni clientem, ab altera parte Regem appellarum, potentia longè superaret: & multorum Pannoniæ procerum studijs adjuvaretur: sui juris repetendi avidus, instructa acie rectà, Budam contendit: fugientemque hostem, nec suis viribus fidentem, tamdiu persecutus est: donec omni ditione regni Vngarici eum expelleret. Ex cujus victoriæ usu, mox inclinatis in eum Vngaris fermè omnibus, Rex denuo est acclamatus: regalique corona, solennis pompæ ceremonijs, cum ANNA conjuge insignitus III. Id. Novemb, A. C. 1527. quo eodem anno VI. Kal. Martij Pragæ in Regem Bohemiæ nuper inunctus erat. Spectata indeeius industria, quam absente & Hispanicis Italicisque negotijs Cæsare distracto, cùm alibi, tum in Imperij conventibus sæpenumerò probaverat: ex eiusdem voluntate, nec non communi Electorum ac Statuum Imperij consensu, Coloniæ A. C. 1531. Nonis Ianuarij illius in Imperio successor & Rex Romanorum designatus atque renunciatus: & mox III. Idib. eiusdem mensis Aquisgrani more solito corona donatus est: confirmatus postea, fratre Carolo Imperatoriam dignitatem ultrò deponente, Francofurti in Comitijs A. C. 1558. XV. Kalend. Aprilis. Princeps sapientissimus ac religiosissimus: literarum ac literatorum hominum amantissimus: mitis prætereà & affabilis: pacis concordiæque publicæ studiosus. Bellum Saxonicum cum fratre Cæsare concorditer gessit. Bohemorum quorundam contra ipsum seditiones sapienter compescuit: sanatis principum animis exulceratis, pacem Imperio donavit. Vt Turcarum insuper execrandum tyrannum à Christianorum provincijs arceret: optimo consilio & virtute heroica semetipsum tam ancipitis & periculosi belli aleæ objectavit: verùm irrito conatu, & eventu minus felici. Siquidem non multo pòst munitissima Pannoniæ propugnacula, Strigonium, Quinqueecclesiæ, & Alba Regalis in Barbari potestatem devenere. Viennæ tandem ætate gravis, naturæ debitum persolvens: magnum sui desiderium reliquit IIX. Kalend. Sextil. A. C. 1564. sexagenario major anno uno, mensibus quatuor, diebus quatuordecim, horis viginti. ANNA eius conjux in puerperio XV. sobolis decessit VI. Kal. Februarij A. C. 1547. ætatis suæ XLIII. completo, cum semestri & diebus quatuor. Liberorum hæc est series: *Imp. Rom. Rex Vngariæ & Bohemiæ.*

ELISABETH Archiducissa Austriæ, nata Lincij VII. Id. Quintil. A. C. 1526. nupsit Sigismundo Augusto Regi Polonorum III. Non. Maij A. C. 1543. decessit Vilnæ XVII. Kal. Quinctil. A. C. 1545. In hac muliere genus cum forma, forma cum comitate & mansuetudine, hæc cum probitate, probitas deniq; cum pietate certarunt: ita ut nescires, quid in ea potissimum admirarere.

MAXIMILIANVS II. Romanotum Imp. Semper Augustus, Hungatiæ, Bohemiæ, Dalmatiæ & Sclavoniæ Rex, *Exarchus Austriæ, Dux Burgundiæ, Comes Habsburgi, &c. natus Viennæ A. C. 1527. Kal. Sextil. hora 11. min. 16. post meridiem. A primis adolescentiæ annis optimis imbutus literis ac scientijs, in tantum eis invigilavit: ut octo linguis loqui non mediocriter sciret. Ætate jam maturior, anno nimirum Omnium Salutis 1562. IIX. Kal. Decembris ex Rege Bohemiæ Vngariæque Francofurti in Comitijs magna omnium lætitia & congratulatione Rex Romanorum inauguratus: septimoque post publicam renuntiationem die solenniter inunctus: patri tandem in Imperio cæterisq; regnis successit. Princeps sapiens, justus, moderatus: animo verò paterno de publica salute & pace perpetuò solicitus: singulari denique clementia, lenitate, beneficentia, mansuetudine, & comitate erga quosvis præditus: totique* *Imp. Rom. Rex Vngariæ & Bohemiæ.*

Archiduces Austriæ

Germanico orbi salutaris Imperator. Qui quum rei summam secundum patrem magna dexteritate administrasset annos amplius duodecim: Ratisbonæ in Comitijs à Deo Opt. Max. ex hujus terreni Imperij molestijs, in tranquillā & beatam regni cœlestis pacem est evocatus IV. Id. Octob. A. C. 1576. hora octava antemeridiana. Sepultus Lincij. Annos vixit XLIX. menses duos, dies decem, horas novem. Vxor eius MARIA, Caroli V. Cæsaris F. vidua, post quinquennium à fratre Philippo Hispaniarum Rege vocata, in Hispaniam trajecit: regnique Portugalliæ recens ab ipso occupati Gubernatricem nunc agit. Parens itidem est facta XV. liberorum:

ANNAE natæ IV. Non. Novembris 1549. Cygalis in Hispanijs, paulo ante primam pomeridianam: Philippo Hispaniarum Regi suo avunculo nuptum collocatæ A. C. 1569. ætatis suæ anno XXVI. defunctæ IIX. Kal. Novembris A. C. 1580.

FERDINANDI Archiducis Austriæ, nati Cygalis in regno Castiliæ A. C. 1551. V. Kal. Aprilis: infans anni unius, duorum mensium, dierum duodetriginta extinctus VII. Kal. Iulij 1552.

Imp. Rom. Rex Pannoniæ & Bohemiæ.

RVDOLPHI II. *Romanorum Imp. Semper Augusti, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ*, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ *Regis*, Archiducis Austriæ, Ducis Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & VVirtembergæ, &c. nati Viennæ XV. Kal. Sextil. A. C. 1552. Vigesimo hic ætatis anno VII. Kal. Octobris Posoniæ in Regem Pannoniæ inunctus: indeque post triennium X. Kalend. eiusdem mensis Pragæ Bohemiæ Rex: & mox Kal. Novembris Ratisbonæ Romanorum quoque Rex consecratus: successione patris excepit Imperium. Qui ut Imperatoria sua majestate ad gloriam Dei, Ecclesiæ, Reique publicæ salutem utatur, ardentibus precamur & optamus votis.

ERNESTI Archiducis Austriæ, Ducis Burgundiæ, & Proregis Hungariæ, nati Viennæ XVII. Kal. Iulij A. C. 1553. hora sesquiquarta post meridiem.

ELISABETHAE Archiducissæ Austriæ, natæ Nonis Iunij A. C. 1554. Spiræ in Comitijs matrimonio elocatæ Carolo IX. Celtarum Regi XII. Kal. Novembris A. C. 1570. post cujus obitum in Austriam reversa, viduam adhuc vitam agit.

MARIAE natæ A. C. 1555. VI. Kalen. Sextiles, in cunis extinctæ Linzij eodem anno.

MATHIAE Magni Ducis Austriæ, nati Viennæ VI. Kalend. Martij A. C. 1557. in ipso ferè puncto mediæ noctis. A Statibus hic Antverpiam evocatus, & nomine Philippi Regis Hispaniæ ad gubernacula Belgij adscitus: quum propter rebellantes Belgas minus ita, ut vellet, utiliter rebus præesse posset: Belgio relicto Anno C. 1581. in Austriam redijt: ubi etiamnum degit.

MAXIMILIANI Magni Ducis Austriæ, Magistri Ordinis Teutonici supremi, Regis Poloniæ designati: nati Neapoli XV. Kalend. Novembris A. C. 1558.

ALBERTI Archiducis Austriæ, S. Rom. Ecclesiæ Cardinalis & Episcopi Toletani, nati Neapoli A. C. 1559. Idib. Novemb.

VVENCESLAI Archiducis Austriæ, nati Neapoli 1561. VII. Idus Martias, hora 10. antemeridiana: in Hispanijs defuncti.

FRIDERICORVM duorum, in pueritia	extinctorum.
MARIAE II. natæ A. C. 1564. eodem anno	
CAROLI nati A. C. 1565. anno insequenti	
MARGARETHAE natæ 1567. IX. Kal. Februarias circa h. XI. noctis, in infantia	

LEONORAE Viennæ natæ prid. Non. Novembris A. C. 1568. intra nonam & decimam noctis; Pragæ defunctæ A. C. 1579.

ANNA Archiducissa Austriæ, nata Pragæ Nonis Quintilib. A. C. 1528. octodecim annorum virgo elocata est Alberto Duci Bavariæ.

FERDINANDVS Magnus Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ & VVirtembergæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Moraviæ, Comes Tyrolis & Habsburgi, natus Lincij XIIX. Kal. Quintil. A. C. 1529. post horam secundam po-

dam pomeridianam: bello Germanico Carolo V. Cæsari militavit; militavit & contra Turcas A. C. 1566. à Cæsare fratre universis copijs præfectus: cujus nomine & regnum Bohemiæ aliquandiu administravit: nunc proprias ditiones Tyrolenses atque alias feliciter procurat. Ex altera conjuge Mantuana filias aliquot [illegible] sustulit: ex duas

Archiduces Austriæ

PHILIPPINA verò VVelseriana

CAROLVM Marchionem Burgaviæ, annis superioribus magno cum peditatu Hispaniarum Regi Philippo contra hostes militatum in Belgium profectum.

ANDREAM S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalem.

MARIA Archiducissa Austriæ, nata Pragæ A. C. 1531. XVII. Kal. Iunij: Ratisbonæ elocata est Gulielmo Duci Iuliacensi & Clivensi. Obijt A. C. 1584.

MAGDALENA nata Oeniponte postridie Iduum Sextilium A. C. 1532. inter octavam & novam antemeridianam.

CATHARINA nata Viennæ XVII. Kal. Octob. A. C. 1533. nupsit Francisco Gonzagæ Duci Mantuano & Montisferrarensi. Eo extincto, Regi Poloniæ Sigismundo sororio in matrimonium tradita: hujus molestias non exiguas sensit. Miserias autem suas in his terris felici ex hac vita exitu finivit pridie Kalend. Martij A. C. 1572.

LEONORA consors Guielmi Gonzagæ Ducis Mantuani, nata A. C. 1534. postridiè Kal. Novemb. inter quintam & sextam matutinam.

MARGARETA. Oeniponte nata XIIII. Kal. Martij 1536.

IOANNES Archidux Austriæ, natus Pragæ A. C. 1538. IIII. Idus Aprilis: puer naturæ satisfecit.

BARBARA Archiducissa Austriæ, nata Viennæ A. C. 1539. pridie Kal. Maij: nupsit Alphonso II. Duci Ferrariæ & Marchioni Estensi.

CAROLVS Archidux Austriæ Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ & Carviolæ Comes Tyrolis & Goriciæ; natus Viennæ A. C. 1540. III. Novemb. Iunij hora sesquiquinta matutina: decessit quinquagenario major diebus XXXVII. A. C. 1590. VI. Idib. Quintilis. Princeps magnanimus, & omni virtutum genere præstans: non uno in loco varijs cladibus Turcas affecit. Ex MARIA Alberti Ducis Bavariæ filia quindecim auctus liberis: superstites reliquit XII. quorum è numero sunt

FERDINANDVS Archidux Austriæ, Comes Tyrolis & Goriciæ, Rector Academiæ Ingolstadianæ.

ANNA.

CATHARINA.

MARIA.

ELISABETHA.

CAROLVS Posthumus.

VRSVLA Archiducissa Austriæ, nata Neapoli A. C. 1541. VIII. Kalend. Sextil. infans unius anni, mensium novem, dierum quinque, defuncta est Oeniponte A. C. 1543. pridie Kal. Maij.

HELENA nata Viennæ VII. Idib. Ianuarij A. C. 1543.

IOANNA nata Pragæ IX. Kal. Februarij A. C. 1547. è sacro fonte levata à Duce Teschinensi, & Henrico Plavensi Regni Bohemiæ Cancellario.

NICOLAI REVSNERI
PRINCIPVM, DVCVM, ARCHIDVCVM, REGVM, IMPERATORVM AVSTRIacorum Elogia.

RVDOLPHVS HABSBVRGIVS IMP.

QVàm benè labentis suscepi pondera regni:
Testantur Patriæ me pia facta Patrem.
Tyrigetæ, Suevi, Boij, socijque Boëmi
Edomiti, vires edocuere meas.

Rudolphi I. Imp. F.F.F.

ALBERTVS I. Imp.

BOjariæ, Mogiúque Duces, fortesque Boëmi
Marte triumphati succubuere meo.
Terror eram Gallis: regnis concedit Adolphus:
Impius hinc sævo me necat ense nepos.

RVDOLPHVS Dux Suevorum.

SVevorum fuerat mihi demandata potestas:
Iura quibus longo tempore sancta dedi.

HERMANNVS Comes Alsaticus.

POssedi patrias, Patre Cæsare, fortis habenas:
Dum paro conjugium, mors mihi fata parat.

Alberti I. Imp. F.F.F.F.

FRIDERICVS Pulcer, IMP.

COrpore pulcer eram: sed divitis indole mentis
Pulcrior, imperij heu invidiosus honos.
Pro quo mox bellum Bojo cum Principe gessi
Qui me devicto splendida sceptra tulit.

RVDOLPHVS Rex Bohemiæ.

COntudi hostili violento Marte Bohemos,
Attribuitque mihi regna tenenda Pater.

LEOPOLDVS I.

FOrtis eram dextra: nec erat mihi Marte secundus:
Prælia pro fratris sunt mihi gesta fide.

HENRICVS Placidus.

ME placidum populis natura creavit, & æquum:
Semper vi prior est imperiosa quies.

OTHO Iucundus.

HOstibus adversus, contrà jucundus amicis,
Principis emerui nomina sancta boni.

ALBERTVS Sapiens:

ME superis æquat rerum prudentia magna,
In regno pietas, in pietate fides.

FRIDERICVS, Frid. Imp. F.

NOn ego Cæsar eram: verùm Patre Cæsare natus:
Quem lis imperio despoliavit atrox.

Alberti Sapientis F.F.

RVDOLPHVS Exarchus Austriæ, Gymnasij Viennensis fundator.

Iustitiæ

Iustitiæ præstans studijs, nec inutilis armis,
Splendidius generi nomen habere dedi.
Doctos & è sacro Musas Helicone vocavi;
Quæ leges populis explicuere bonas.

LEOPOLDVS II.

FLore virens animi, fortis bellator, & avi,
Hostiles fudi non semel ipse manus.

ALBERTVS, Alberti Sapientis F.

NOmen idem virtusque fuit mihi patris, Avique,
In quorum dotes officiosus eram.

ALBERTVS, Alberti F. Alberti Sapientis Nepos.

PAtris, avi, proavi cessit mihi nomen & omen;
Iustitia bonus, & fortis ad arma fui.

Leopoldi II. F.F.F.

GVLIELMVS.

NOn virtus, non fama latet mea; Patria novit,
Quid fidei fuerit justitiæque mihi.

FRIDERICVS.

SPlendida magnificum virtutis gloria nomen
Sauciijt, æternos non moritura dies.

LEOPOLDVS III.

AMbitiosus eram: quid tum? virtutibus emi
Egregijs regni jura decusque mei.

ERNESTVS.

FErvidus ingenio, superari nescius armis,
Prælia cum multis irrequieta tuli.

ALBERTVS II. ROM. IMP. Alberti F.

IMperium virtus, duo dos uxoria regna
Contulit: implevi laudibus omne latus.
Sauromatas domui temerantes sacra: Tomitas
Oppugnaturum prævenit atra dies.

SIGISMVNDVS Friderici F.

SI virtus prodest, & honesti gloria merces
Redditur: in laudes quis satis esse potest?

Ernesti F. F.

FRIDERICVS III. ROM. IMP.

QVantum bella solent securæ cedere paci,
Tantum Cæsaribus major in orbe fui.
Quid? quod & in bello mihi se victoria castris
Præstitit: & capiti laurea serta dedit.

ALBETVS.

CLarus eram studijs: hoc orbis novit, & audet
Inter honoratos me numerare Duces.

ERNESTVS.

INnocuos mores & vitam fama probavit:
Prædicat hac toto nomen in orbe meum.

LADISLAVS Rex Vngariæ & Bohemiæ, Alberti II. Imp. F.

PAnnonios rexi timidus, fortesque Boëmos
Crudelis nocuit nam mihi cædis amor.

Friderici

Fridericus III. Imp. F. F. F.

IOANNES.

VIta fuit brevis: hoc satis est, quòd sanguine dicor
Clarus, nec reliquis nobilitate minor.

MAXIMILIANVS I. IMP.

MAximus & pacis studijs, & maximus armis,
Egregijs factis nomina digna gero.
Quis Venetos, Gallum, Turcas, fortesque Sicambros,
Pannonas, Helvetios me domuisse negat?

CHRISTOPHORVS.

MOrs fraudata mea laudes & facta juventæ,
Elusit populi spes animosque mei.

Maximiliani I. Imp. F. F.

PHILIPPVS Rex Hispaniarum.

FOrs mihi conjugij tria contulit inclyta regna,
Ibericum, Siculum, Parthenopeque tuum.
Felix laude mea, felix virtute nepotum:
Sub quibus imperij floruit amplus honos.

FRANCISCVS.

ARtibus incubui patrijs, studiosus honesti,
Illius ardor erat, splendida facta sequi.

Philippi F. F.

CAROLVS V. IMP.

CArolus immenso major virtutibus orbe,
Laudibus implevi sidera celsa meis.
Non ijdem nobis, alijsque fuere triumphi:
In magno pectus robore mite fuit.

FERDINANDVS IMP.

SAnctus eram Cæsar; nec me moderatior unquam
Imperij magnas protulit alter opes.
Pax mihi præ bello placuit: placidissima semper
Principis ingentum pax sapientis habet.

PHILIPPVS, Caroli V. F. Rex Hispaniarum.

NOn titulus mea regna capit sub nomine: Regem
Indus, Afer, Siculus, Sardus, Iberus habent.

Ferdinandi Imp. F. F. F. F.

MAXIMILIANVS II. IMP.

IVstitiæ columen, pacis decus, inclytus Heros,
Nunc Oeniponti sceptra superba gero.
Nominis ut patrij, celsi sic pectoris hæres,
Gentibus auspicium do probitate meis.

IOANNES.

IMproba me viridi puerum mors sustulit ævo,
Eximium patitur quæ nihil esse diu.

CAROLVS.

REgna Charinorum, Stiri, fortesque Liburni,
Qua fas est, Dominum me pietate colunt.
Iam celebres factis proavos ingentibus æquo:
Sive libet castris vincere, sive toga.

Maximi-

Maximiliani II. Imp. F.F.F.F.

RVDOLPHVS II. Imp. Rom.

Filius Aemilio regnat cum Patre Rudolphus:
Romani numen, Caesar uterque soli.
Augeat Augustos opibus Deus, augeat annis:
Laeta det augusta tempora pace diu.

ERNESTVS.

Splendida me stimulat patriae virtutis imago:
Qui sibi me similem moribus esse cupit.

MATTHIAS.

Filius in victi, fidus juvenile Parentis
Excubo majorum pervigil ante decus.

MAXIMILIANVS.

Non te praetereunt Maximiliane Camoenae:
Totius Imperij nam decus esse potes.

FERDINANDVS ET CAROLVS.

Concordes fratres, prognati Caesare Magno,
Ante diem fato raptus uterque cadunt.

ALBERTVS.

Ex facie bonitas elucet & ardua virtus:
Annorumque moras implet honore decor.

VVENCESLAVS.

Ex virtute Patris mores effingere tento,
Excultos studijs & probitate meos.

HIERONYMI VVOLFII

IN CAESARVM AVSTRIACORVM IMAGINES DISTICHA

κατὰ προσωποποιΐαν.

RVDOLPHVS HABSBVRGIVS.

Non mea te frustrata fuit, Germania, Virtus:
Clara, triumphatis hostibus, arma gero.

ALBERTVS I.

Aemulus occubuit: me perfidus abstulit ensis:
Ulta necem soboles, claraque facta manent.

FRIDERICVS Pulcer.

Pulchrior ingenio, quàm pulchro corpore: felix
Caetera, dissidij ni mala tanta forent.

ALBERTVS II.

Conjugij fortuna dedit duo splendida regna,
Romanum virtus addidit imperium.

FRIDERICVS III.

Nullus ab Augusto tenuit tot sceptra per annos:
Caetera, fatorum quae tulit ordo, tuli.

MAXIMILIANVS I.

Ingenio, pietate, fide, victricibus armis
Maximus, haud abs re nomina tanta gero.

PHILIPPVS Maxim. F.

Non ego Caesar eram, dotalia regna secutus:
Ternus at è nostro stemmate Caesar adest.

CAROLVS V.

India & Europae clarus, Libyaeque triumphis,
Imperium fratri, fessus honore, dedi.

FERDINANDVS I.

ME neque Turcus atrox, neque sors inimica subegit:
Sceptra (Deo grates) inviolata gero.

MAXIMILIANVS II.

NOmine par proavo (faveant modò nomina cœptis)
Imperio, rebus, pectore major ero.

PHILIPPVS Caroli V. F.

NOn ego sum Cæsar: Regem Tagus, Insuber, Afri,
Belgæ, Itali, Siculus, Sardus & Indus habent.

MARIA IMPERATRIX.

CÆsar me genuit: Cæsar, me conjuge ducta,
Cæsaream fulcit sospite prole domum.

FERDINANDVS ET CAROLVS
Archiduces.

COntigit à patruo, proavo, patre, fratre, atavisque
Cæsareæ nobis nobilitatis honos.
Quid ventura ferat sors, quærere mittimus: ipsi
Fungimur officio: cætera fata dabunt.

HENRICI MEI BOMII
INVICTISSIMORVM PERVETVSTAE FAMILIAE AVSTRIACAE
Cæsarum Augustorum, Rom Imp.
Elogia.

MAgnanimi Heröes nati melioribus annis,
Flos veterum virtusq; virum, quos æquus amavit
Iupiter, atque ardens evexit ad æthera virtus:
Sit mihi fas audita loqui, sit numine vestro
Fortia facta patrum, magnum & memorabile nomen
Pandere, quosque modò Divum pater atq; hominum rex
Illustreis animas, genus intractabile bello,
Extulerit, tardis ingens ubi flexibus errat
Inter opima virûm fluvio Tiberinus amœno.
Non ego cuncta meis amplecti versibus opto:
Nec mihi fas, sed summa sequar fastigia rerum.
Bellaq; jam fama totum vulgata per orbem
Prætereo, atque alijs post me memoranda relinquo.

RVDOLPVS HABSBVRGIVS.

O decus, ô fama meritò pars maxima nostra,
Cui genus à proavis ingens, magnumque paterna
Nomen erat virtutis, & ipse acerrimus armis.
A te principium tantarum in munere laudum.
Tu decus omne tuis, monitu imperioque Deorum
Missus in Imperium magnum sedesque paratas,
Et primus sceptris. liceat tua dicere facta,
Donaque ferre viro, nec me labor iste gravabit.
Felix prole virûm, virtutem extendere factis
Ausus, & angustis hunc addere rebus honorem.
Quid memorem densos acie atque horrentibus hastis
Ætnaos fratres, quos dat tua dextera letho?
Quin etiam Regem regisque insigne gerentem,
Hostem magnanimum, gradientem & dira frementem

Virtute

Virtute exsuperas: jacet ingens littore truncus
Avulsumque humeris caput, & sine nomine corpus.
Tanta molis erat primos attollere fasces,
Et sellam regni trabeamque insignia nostri.

ALBERTVS I.

PRoximus ingreditur, nudo cui vertice nuda
Caesaries, nudique humeri, nec vulnera terrent.
Ille operum custos, dum fata Deusque sinebant,
Iura dabat legesque viris: scit triste Minerva
Sydus & Euboica cautes, Rhenusque bicornis,
Turbidus & torquens flaventes Ister arenas.
Nescia mens hominum fati sortisque futurae!
Iam senior longa placidas in pace regebat
Cognatas urbes olim, populosque propinquos,
Caniciemque sibi & longos promiserat annos.
Tum consanguineus, crimenque caputq; malorum,
Pulsus ob invidiam solio sceptrisque paternis.
Fas omne abrumpit; regem regumq; parentem
Excipit incautum, & patrias obtruncat ad aras.
Egregiam verò laudem & spolia ampla refertis
Immemores socij, nîl magnae laudis egentes.
Tuque prior, scelere ante alios immanior omnes,
Contemptorque Deûm: si quid pia numina possunt,
Per varios casus, per mille sequentia tela,
Iampridem invisus superis, dabis improbe paenas.

FRIDERICVS Pulcer.

ILle, vides, pura juvenis qui nititur hasta
Insignis facie quondam, dum vita manebat:
Hei mihi qualis erat, quantum, quantum instar in ipso!
Fortuna omnipotens, & inexorabile fatum,
Imperijs egere suis tot adire labores,
Iussa aliena pati, & dominis parere superbis.
Causa mali tanti sceptrumque sacerque tiaras.
Invidia infelix laudumque immensa cupido.
Ille quidem magnorum haud unquam indignus avorum,
Tristis ubi infausto committitur omine pugna,
Multa virûm volitans dat fortia corpora letho.
Fata obstant; quatunque viam virtute petivit,
Successum Dea dira negat: semel agmine verso,
Nequicquam trepidat, nequicquam cingitur armis.
Quisque suos patimur manes! sic fata Deûm Rêx
Sortitur volvitque vicês, is vertitur ordo.
Heu nihil invitis fas quenquam fidere Divis!

ALBERTVS II.

PRoximus hic, longo sed proximus intervallo,
Emicat, & ventu & fulminis ocyor alis,
Egregiusque animi fortunatusque laborum,
Iampridem resides populos, desuetaq; bello
Agmina in arva vocat subitò, ferrumque retractat,
Indicitque forum & patribus dat jura vocatis.
Gens illi triplêx & bello lecta juventus:
Omnibus idem animus tentare pericula belli,
Et conferre manum, sonitusq; audire tubarum.
Quid labor aut benefacta juvant? fortissimus Heros.
Multa movens animo fama venientis amore

Occidit infelix, rerumque reliquit habenas.
Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum.
Extinctum nymphæ, studium quibus arva tueri,
Flebant, actineri ingrato suprema ferebant.
Illum etiam lauri, etiam flevêre myricæ.

FRIDERICVS III.

QValis gemma micans, fulvum quæ dividit aurum,
Aut collo decus aut capiti, mirabile visu:
Talis erat nulli veterum virtute secundus.
Præterea fama multis memoratus in oris,
Dum paci medium se offert, longeq; recusat
Arva aliena jugo premere, atque avertere prædas:
Sternere cæde viros & mœnia cingere flammis,
Heu pietas, heu prisca fides, & vivida virtus!
Dum bello sævit toto Mars impius orbe,
Vicinæ & ruptis inter se legibus urbes,
Arma ferunt, squallent abductis arva colonis:
Hos inter motus manet imperterritus ille
Et bello audacis populi vexatus & armis,
Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.
Sed pater omnipotens superis concessit ab oris
Auxilium, requiem pugnæ, rebusque salutem.

MAXIMILIANVS I.

QVis procul ille autem ramis insignis olivæ
Omnia longævo similis? tu MAXIMVS ille es,
Vnus qui nobis cunctando restituis rem.
Audijt & si quem tellus extrema refuso
Submovet. Oceano, & si quem extenta plagarum
Quattuor in medio dirimit plaga solis iniqui.
Salve vera Iovis proles, quas dicere grates,
Quas vé referre parem? tua terris dedita fama
Altius ingreditur, viresque acquirit eundo.
Scilicet & tempus veniet volventibus annis,
Cum genus omne tuum, genus insuperabile bello,
Et patiens operum, super & Garamantas & Indos
Proferet imperium; qua sol utrumque recurrens
Adspicit Oceanum, tanta est victoria cura!
Tantus amor laudum! sua cuique exorsa laborem
Fortunamq; ferent: rex Iupiter omnibus idem.
Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?

CAROLVS V.

HIC rem Romanam magno turbante tumultu
Rettulit in melius; Panos Gallumque rebellem
Fulminis in morem victor dare terga coëgit:
Ausus quin etiam fontem superare Timavi,
Illyricosque sinus, atque alta mœnia Romæ,
Arduus agmen agens Tiberini ad fluminis undam,
Dardaniam luctu concussit funditùs urbem.
Regnatorem Asiæ, conantem plurima frustra,
Solus hic inflexit, cuncti se scire fatentur.
Multaque præterea, laudis succensus amore,
Eripuit nobis variarum monstra ferarum.
Vicit amor patriæ laudumque immensa cupido;
Summe pater, nam te voluit Rex magnus Olympi,

Cogere concilium, pacique imponere morem;
Iustitiaque dedit gentes frenare superbas,
Noster eris, nomenque tuum laudesque manebunt.
Dum juga montis aper, fluvios dum piscis amabit:
Nec gens ulla tuos aquè celebrabit honores.

FERDINANDVS I.

NEc tu carminibus nostris indictus abibis,
Princeps ante omneis pietate insignis & armis,
Nam quid dissimulo, aut quæ me ad majora reservo?
Iustitiané prius mirer belliné laborum?
Quid memorem spolia illa tuis pendentia tectis
Teutonico ritu, pugnataque in ordine bella,
Iamdudum fama totum vulgata per orbem?
Fortunate senex, quoniam est oblata facultas,
Ipse tibi ad tua templa feram solemnia dona
Lætitia exsultans: quoties humentibus umbris
Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt.
Mox tamen ardenteis accingar dicere pugnas,
Et duo rapta manu diversa ex hoste tropæa,
Bisque triumphatas utroque ab littore genteis.
Hic pietatis honos, monumentum ac pignus amoris.

MAXIMILIANVS II.

VT senior letho canentia lumina soluit,
Flos veterum virtusq. virûm, tum MAXIMVS heres
Os humerosque Deo similis, Tritonia Pallas
Quem docuit, multaque insignem reddidit arte.
Excubias sacrum, & regnis successit avitis.
Quæ quibus anteferam? divini signa decoris,
Ardenteisque notare oculos: qui spiritus illi,
Qui vultus, vocisque sonus, quautum inflar in ipso?
Salve sancte parens: quæ te tam læta tulerunt
Secula? qui tanti talem genuere parentes?
Intemerata fides, & nescia fallere vita;
Gratior & pulcro veniens è corpore virtus,
Conjunxere tibi, cuncti se scire fatentur,
Romanos rerum dominos, gentemque togatam;
Et populum latè regem belloque superbum.

RVDOLPHVS II.

O quem te memorem genus alto à sanguine Divûm?
Sola in te suprema salus: tu, cujus & annis
Et generi fatum indulget, quem nomina poscunt,
Sis bonus ô felixque tuis: in te ora Latini,
In te oculos referunt jam nunc & Caspia regna,
Extremique hominum Morini, Mæoticaque unda,
Indomitique Dahæ. rerum cui summa potestas
Roma tulit, viridique advelat tempora lauro.
Utere sorte tua, & susceptum perfice munus;
Non belli terrere minis, timor omnis & ira
Concessere Deûm: superi regnator Olympi
Insignem pietate virum justissimus unus
Defendit, sortemque animo miseratus iniquam
Improvisus adest, viresque animumque ministrat.
Fata viam invenient; possit quid vivida virtus
Experiare licèt, ducis & tu concipe curam.
Hæ tibi erunt artes, & pacis dicere leges
Auxilioque levare vires, vimque addere victis.

STIRPIS PHARAMVN-
DANAE.

COROLLARIVM, STIR-PES CONTINENS ILLVSTRES SEX:

I. LEGIONENSEM
Regum Hiſpaniæ:

II. TARRACONENSEM
Regum Arragoniæ.

III. SICVLAM
Regum Trinacriæ & Siciliæ:

IIII. LVSITANICAM
Regum Portugalliæ:

V. HVNNICAM
Regum Pannoniæ & Dalmatiæ

VI. SLAVICAM
Principum & Regum Bohemiæ:

A quibus omnibus genus ſuum maternum derivant Auſtriaci: unde & jure quaſi hæreditario regna iſta omnia ad inclytam hanc domum pervenêre.

ΒΑΣΙΛΙ-

ELIAE REVSNERI LEORINI

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI

De Familijs Regum & principum, aliorumque procerum orbis Christiani.

STIRS LEGIONENSIS

sive

REGVM HISPANIAE A REGNIS RESTAVRATIONE CONTINVA SERIES

& Genealogia.

Reges Asturum & Legionis. Familia I.

PELAGIUS ex regio Gothorum sanguine, Fafilæ Cantabriæ Ducis, à vitiza Gothorum Rege occisi,F. princeps religione, & militari virtute clarissimus: recuperandæ Hispaniæ divina clementia servatus: à Christianorum reliquijs,quæ in montes Asturiæ confugerant,Rex consalutatus anno quinto post excidium Hispaniæ: divino numine fultus,magna strage Maurorum edita, in ipso statim limine regni hosti Legionem civitatem eripuit: ubi sedem sui principatus figens novum castellum quasi propugnaculum adversus barbarorum vim extruxit: unde Comites postea Castellæ dicti: qui labentibus annis transgressi in domum Regum Legionis & Aragoniæ; Castellæ Reges nominati sunt. Dimissis autem Gothorum regum insignibus,insignia cepit Leonem rubrum in campo candido:quibus hodiè adhuc Reges Legionenses utuntur. Multis tandē rebus adversus Barbaros præclarè gestis, multisq; receptis oppidis: decessit A. C.735. regiminis sui XIX. Sepultus apud Canicas.

2. FAFILA patris in regno Asturum & Legionis successor: dum in consultiùs venationi operam daret, ab urso laniatus est A. C. 737. regni altero.

ORMISENDA nupsit Alphonso Cantabriæ Duci creato à Pelagio, ob præstitam opem & fidem adversus Saracenos felicem & integram: cujus matrimonij ergò Asturum & Legionis regnum ad eum posteà pervenit.

Familia II

3. ALPHONSVS cognomento Catholicus, filius Petri Ducis Cantabriæ, ex genere Ricaredi Catholici Gothorum Regis: post Fafilam Asturum & Legionis regnum annos tenuit undeviginti, mensem unum, diem unum. Religionis hic Christianæ non solùm observator studiosissimus, sed etiam amplificator extitit felicissimus. Etenim Arrianam hæresin, quæ in Hispania rursus pullularet, penitus extirpavit: regnum Navarræ magnamque Hispaniæ partem, & Lusitaniæ urbes atque oppida complura, ejecto Maurorum præsidio, Christianis restituit: in multis civitatibus Episcopos instituit: Ecclesias magnificè ornavit: omnibus denique amabilem se præstitit. Sepultus cum uxore in æde D. Virginis in territorio Canicensi A. C. 756.

4. FROILA Rex Asturum & Legionis, cum duce Cordubensium Omaro, Galleciæ fines infestante, collatis signis, insigni victoria potitus; hostium cæcidit LIIII. millia. In vindictam tandem fratris occisi, à fratre vicissim Aurelio occisus A. C. 767. Annos regnavit XI. menses quinque, dies XX. Vxor MENINA siva Monina, Navarræa.

5. AVRELIVS parricidio regnum adeptus: cum imperio fuit sesquiseptennio. Bellum servile prudentia sua sopivit: & servos in pristinam redegit servitutem. Rebus humanis sublatus ἄπαις: & apud Canicas sepultus. A. C, 774.

VIMARANVS sive BILMARAVS, heros forma & indole egregia, à fratre impia morte peremptus.

6. ODISINDA, sive Egimonda uxor SILONIS, regnum Legionis & Austuriarum consecuti A. C. 774. Galleriam hic rebellantem domuit: & cum Saracenis ignominiosam pacē pepigit. Obijt A. C. 783. regni nono. Oveti sepultus.

9. ALPHON-

Reges Legionis & Asturum.

9. ALPHONSVS II. cognomento Cast*, quòd à perpetua vitæ castitate meruit: vir omnibus virtutibus, optimo principe dignis, præditus: Silone in regno Legionis & Asturiarum communi omnium magnatum suffragio surrogatus, annis regnavit XLI. Regno à patruo Mauregato deturbatus: sed ei tandem cessione Veremundi restitutus: Caroli Magni Imp. Rom. auxilijs, bellum cum Mauris gessit atrocissimum: è quorum manubijs Ovetensem & Asturicensem ecclesias erexit, reditibusque dotavit: Vlissiponam Lusitaniæ urbem, hosti ereptam, regno subjugavit. Sororis indignum facinus graviſsimè ferens: ipsam in Parthenonem abdidit: Sanctium in arcem Lunæ vinctum conclusit, vinculorum & vitæ terminum eundem statuens: Bernardum apud se pro filio eduxit, cujus posteà admirabilis in re bellica virtus, multis magnisque prælijs frequenter enituit. Oveti ad divæ virginis ædem sepultus A. C. 824.

XYMENA mater Bernardi Carpiensis dictus ab arce Carpio, in territorio Salmanticensi. suscepti ex furtive concubitu Sancty Comitu.

8. VEREMVNDVS à Froila in regni successionem adoptatus: sed post Mauregatum patruum rerum demum potirus: in memoriam revocans, quòd sacris olim esset initiatus; regnum Alphonso patrueli cessit: & vxore IMILONE posteriùs abstinuit. Oneri cum ea sepultus A. C. 791. regni altero.

7. MAVREGATVS Alphonsi ex pellice F. comparatis Saracenorum auxilijs, fratruelem regno deturbavit: annuum eis pactus tributum centum virginum. Obijt 789.

10. RANIMIRVS sive RAYMIRVS Alphonsi Casti in regno Legionis & Asturiarum successor, annis regnavit sex, mensibus novem. Nepotiano Palatij Comite, qui regnum collectitio exercitu invaserat, mox in ipso regni limine oppresso, erutisque oculis in monasterium detruso: in Saracenos movens, ancipiti prælio ad Calagorinam civitatem eum hoste confixit, tantisper dum nox pugnam dirimeret. Normannis paulo pòst magna classe Galleciæ littora infestantibus, obviam profectus: magna eos clade affecit, naves LXX. incendit, ingloriosque domum repedare coëgit. Hostibus domitis, domestica Alderedi & Pincoli Comitum Palatij seditione (nefaria enim conjuratione ipsum regno deturbare conabantur) est agitatus: qua oppressa, triennio pòst fato concessit A. C. 831. Sepultus Oveti. Vxor VRRACA Ecclesiarum D. Iacobi, & S. Salvatoris locupletatrix.

GARSIAS juvit fratrem in Hispalis recuperatione.

11. ORDONIVS paterni regni hæres & successor, sub ipsis regni initijs Vascones rebelles ad obsequium suum subactos redegit: & Mauros ditionem ipsius infestantes magna vi depulit: accivitates Tudem, Asturicam, Legionem, Amajam, Patriciam, habitatoribus frequentes reddidit. Profectus exinde ad exturbandos Saracenos, qui Cæsaraugustam, Oscam, Tudellam, Toletum occupatant, & jam in Cataloniam, immò & in Galliam usque hostili agmine processerant: copijs suis bipartitò divisis, partem ad obsidionem urbis Albaidæ continuandam reliquit: partem contra Muzam, opem obsessis laturum, duxit. Cum hoc signis collatis, cruentum in Saracenos certamen edidit: ex quibus cæsa equitum duodecim millia, & in ijs Gersias Muzæ gener; peditum infinita propè multitudo. Muza tribus vulneribus graviter saucius, vix fuga mortem evasit. Lupus, Muzæ F. Toletanæ urbis præfectus, se in fidem & clientelam Ordonij dans, ipsi postea fidelem & strenuam in varijs contra Barbaros prælijs præstitit operam. Facta hæc expeditio A. C. 832. Triennio ab hinc Cauriam & Salmanticam expugnavit; occisis eorum regulis; & infinita Saracenorum multitudine partim cæsa, partim in captivitatem abducta. Oveti tandem podagra perijt, sepultus ad divæ Virginis: relicto magno sui desiderio, A. C. 841. regni decimo. Vxor MOMADONA.

GARSIAS.

12. ALPHON-

12. ALPHONSVS III. cogn. *Magnus*, Rex Asturum & Legionis secundùm patrem: heros religionis, pietatis, & justitia amantissimus, bellator fortissimus, manu & armis promptus: domestica seditione quorundam oppressa: Saracenos, Legionem oppugnatum venientes, magna virtute repulit: Conimbricam ab eisdem obsessam liberavit: Toletanos fines Christianorum hostiliter depopulantes, profligavit: eosdemque post aliquot annos crebris excursionibus eò redegit, ut trium annorum inducias magno redimerent. Cæterum Sublantiam ac Cejam muris ac turribus communivit: AEdem divi Iacobi lapido quadrato construxit, columnis marmoreis exornavit, reditibus annuis locupletavit. Filiorum tandem persecutionibus graviter pressus: (quippe quos fraternis vinculis graviter exacerbârat) eaque molestia defungi cupiens; regnum Garsiæ filio cessit: ipse superstitiosa illius seculi pietate Compostellam ad beati Iacobi limina visitanda profectus: post aliquot secundas in Saracenos expeditiones, anno vertente decessit ex hac vita Zamoræ Anno Christi 887. sexagenarius: regno laudabiliter administrato annis XLVI. Oveti ad aras Virginis conditus eodem monumento, cum vxore AMELINA Gallica, posteriùs XIMENA dicta: quæ tamen vivum maritum debita pietate prosecuta non est.

VFREMVNDVS, NVNIVS, ODOARIVS, FROILA } fratris vitæ insidiátes, excæcati ab eo. *Reges Asturum & Legionis.*

13. [illegible]SIAS matris [illegible] regno inhiás, [illegible] in vincula con[illegible] ei postmodò [illegible]ns, tribus dun[illegible] regnavit annis. Cô[illegible] Arabes movens, gravi ec[illegible] clade affecit: capto illo [illegible] regulo Ayo[illegible] qui tamen custodum in[illegible] effugit. Zamoræ obijt A. C. 890. sepultus Oveti.

14. ORDONIVS II. Rex Asturum & Legionis, patre adhuc superstite, hostili agmine in Beticam usq; profectus, malè Barberos mulctavit. Regno suscepto, Talabricam obsedit: & occisis, qui obsessis suppetias venerant, hostibus pariter & urbe est potitus. Cordubensi & Rege Tingitaniæ ad divi Stephani in ripa Durij collatis signis, gloriosa victoria triumphabundus ad suos redijt. In valle Iuncaria cum Abderamine Cordubæ Rege infeliciter conflixit, multis utrinque cæsis, & duobus Episcopis captis. Quam tamen egregiè rependit plurimis hostium oppidis sibi subjectis. Superiorem cladem suis adscribens: quatuor Castellæ Comites, publica fide per speciem colloquij evocatos, obtruncavit. Quæ re fecit; ut Castellenses ab obsequio Regis Legionensis deficerent. Zamoræ rebus humanis sublatus: & Legione in ecclesia cathedrali sepultus Anno Christi 898. regni sesquinono. Vxores eius tres: ELVIRA: ARAGVNTIVM ex Gallecia, quam repudiavit; & SANCTIA F. Garsiæ Enieci Navarriæ Regis.

15. FROILA II. fratris demortui regnum invadens: eo annum duntaxat, & duos menses est potitus: quo tempore nihil laude dignum gessit. Filios Olmudi viri nobilis innocentes morte affecisse; & fratrem eorum Fronimium, Legionensem Episcopum, exilio insontem mulctasse, traditur. Lepræ tandem contagione infectus, vitam ingloriam finijt A. C. 899. Sepultus Legione. Vxor MVNINADONIA.

GVNDISALVVS Archidaconus Ovetensis.

ALPHONSVS, ORDONIVS, RANIMIRVS } à Ranimiro patruele excæcati.

16. ALPHONSVS IV. quum regnum à Froilæ obitu sibi delatum, per annos quinque & menses septem administrasset: levitate magis quam pietate ductus, vitam monasticam ad divi Facundi professus, regnum fratri cessit. Verum post pœnitentia ductus, quum ad regnum amissum aspiraret: a fratre erutis oculis perpetuo carceri mancipatus est. Vxor XIMENA F. Sanctij Regis Navarræ: sepulta ad divi Iuliani non procul Legione.

17. RANIMIRVS II. Alphonso fratre oculis orbato, atq; in carcerem recluso, annos regnavit undeviginti, cum duobus mensibus. Regni principio, fines Toletanorum infesto agmine ingressus: Maditinum cepit & muris nudavit: ac spolijs onustus cũ magno captivorũ grege ad suos est reversus. Socijs inde armis cũ Ferdi-

Reges Asturum & Legionis.

19. ORDONIVS IV. Rex Legionis post patruelem: cui malitia sua & cognomentum Mali indidit: &, regnum pariter, quod legitimè non tenuit, unà cum vita ademit. Etenim à Sanctio Crasso prope Cordubam occisus dicitur. Vxor VRRACA F. Ferdinandi Gundissalvi Castellæ Comitis, ab Ordonio III. repudiata; & jam vidua.

nando Gundisalvo Castellæ Comiti, Arabum copias apud Oxomam civitatem fudit fugavitq; multis illorum occisis. Proximo ante mortem anno Talebricam in regno Toletano obsedit: cui dum Saraceni resistere conantur, ad duodecim ferè millia cæsi, septem millia capti sunt. His bellis confectus, ad monasteriorum aliquot fundationes conversus: Oroetii in fatalem morbum incidit: nec diu pòst superstes fuit. Sepultus Legione ad D. Salvatoris A. C. 924. Vxor TARASIA soror Garsiæ Tremuli R. Navarræ.

18. ORDONIVS III. Rex Legionis & Asturum, matrimonio junctus VRRACAE Ferdinādi Gundisalvi Castellæ Comitis filiæ: eam postmodò, ubi socerum hostem sensit, repudiavit: alia ipsi superinducta ELIVRA. Regnum adversus fratrem, & auxilia Garsiæ avunculi & Ferdinandi Gundisalvi, uti erat in armis strenuus, fortiter defendit: & Gallicos quoque ad Vlissiponam usque perdomuit. Obijt Zamoræ A. C. 929. regni anno quinto, mense sexto. Sepultus Legione ad Divi Salvatoris.

20. SANCTIVS frater auxilio Regis Navarræ avunculi, & Ferdinādi Gundisalvi Castelli Comitis, deturbare conatus: post eum annis regnavit XII. Hic à mole saginæ, prægravabatur, Crassus fuit cognominatus. Pinguedinis autem tantæ impatiens, ad Abderamenem Miramolinū & Cordubæ Regem, facta cum ipso pace, profectus: herbæ cujusdam virtute curatus, atque ad maciem est deductus. Reversus magna abs eo accepit auxilia ad recuperandum regnum, quod Ordonius Malus invaserat. Gallecos quoque rebelles ad Dorium usque domuit: paulo ante mortem, quam obijt A. C. 940. non sine suspicione veneni. Sepultus Legione juxta patrem.

ELVIRA virgo Vestalis Legione.

22. VEREMVNDVS II. à Gallecia Comitibus Compostellæ, ubi educatus fuerat, contra Ranimirum patruelem Rex salutatus: post unicum conflictum, neutro victoria inclinante, iram eius fugiens, ad Almanzorem Arabum Regem se contulit A. C. 955. Post decennium demum Ranimiro *mortuo* legitimè surrogatus, annis regnavit XVII. Delatoribus hic plus nimio attentas accomodasse aures; seq; duabus sororibus incesto miscuisse concubitu; uxore insuper legitima VELASQVITA repudiata, filiam ELVIRAM adulterino sibi sociasse connubio, traditur. Obijt miser & podagricus in oppido Beriza A. C. 982. ubi sepultus, paulò à filio Legionem est translatus: & communi cum ELVIRA monumento conditus.

21. RANIMIRVS III. quinquennis patri successit in regnis Legionis & Asturiarum: Per ætatem insolentior factus: matris amitæque consilijs obsurdescens, Comites Galleciæ contra se exacerbavit. Qui injuriæ impatientes, Veremundo Rege creato, bellis civilibus causam præbuere. Semel collatis signis dimicatū, æquo tamē marte: ad neutrū victoria inclināte, discessum est. Naturæ fatoq; concessit Legione, sine liberis: cōditus in monasterio Destrianæ A. C. 965. regnationis suæ XXV. Vxor VRRACA.

ORDONIVS.

ELVIRA ex incesto patris concubitu genita: eidem nupsit.

CHRISTIANA elocata Ordonio Cæco, Ranimiri Regis filio.

23. ALPHONSVS V. natus adulterio patris & Elviræ cōnubio: post ipsius fata regno inauguratus: Legionensem civitatem instauravit: & ab Abdalia Saraceno contra Cordubæ Regem pactus auxilia; sororem ipsi elocavit. Extremè Viseum in Portugallia obsidens, dum die quodam incautiùs sine armis urbē circumlustrat: sagitta in scapulis lethaliter ictus, vitam finivit: unde soluta obsidione Legionem delatus, juxta parentes est sepultus Anno Christi 1010. regni XXVII. Vxor ELVIRA sive Geloria F. Menendi Gundisalvi Galleciæ Comitis.

TARASIA renitens atque invita à fratre Abdaliæ Saracenorum Toletū Regi nuptum data: ab ipso relicta, monasticē est professa.

Reges Legionis & Castellæ. Familia III.

24. VEREMVNDVS III. patris in regno Legionis succeſſor: præcipuum ſtudium collocavit in oppidis, eccleſijs ac monaſterijs, quæ à Saracenis erant diruta, inſtaurandis. Ob fines cum Ferdinando ſororio manus conſerens ad Carrionem fluvium: in acie cecidit Anno Chriſti 1020. regiminis ſui decimo. Vxor TARASIA Sanctij Caſtellæ Comitis F.

ALPHONSVS puerili ætate deceſſit.

SANCTIA Ferdinandi Magni uxor: per quã regnum Legionenſe regno Caſtellæ unitum eſt. Deſpõſata hæc priùs fuit Infanti Garſiæ, filio Sanctij Caſtellæ Comitis, apud Legionem proditoriè obtruncato.

25. FERDINANDVS Sanctij Majoris Regis Navarræ F. frater germanus Garſiæ & Ranimiri primi Regis Aragoniæ (*vide infra fol. 86.*) Rex Caſtellæ: Veremundi in acie cæſi morte nomine uxoris SANCTIAE, quæ illius unica ſoror & hæres erat, Legionis acceſſione locupletatus: regna ſua contra Garſiam fratrem ſtrenuè defendit: & Colimbricam civitatem cũ potiore Portugalliæ parte, Mauris devictis, ſuæ fecit ditionis: hac in re uſus potiſſimum opera & induſtria Roderici Vivarij cogn. Cydi. Poſt fata inhumatus Legione apud divi Iſidori A. C. 1060. regni quadrageſimo.

2[illegible]. SANCTIVS II. ex pat[illegible] teſtamento Caſtellæ regn[illegible] obtinuit: ſed eius divi[illegible]onis impatiens, fratre altero pulſo, altero occiſo, ipſorum quoque regna ſuæ feci[illegible] teſtatis. A Vellido pr[illegible]ore per fraudem occi[illegible]us, vitæ & tyrannidis ſuæ finem fecit A. C 1066. ex uxore BLANCA Navarræa, ſua conſanguinea, nullis ſuſceptis liberis.

27. ALPHONSVS VI. Legionis & Aſturum Rex, à Sanctio fratre regno deturbatus; diu Toleti apud Maurorum Regem exul vixit Eo extincto, non Legionis ſolùm, quod ex voluntate patris obtinebat, regnum recuperavit: ſed & Caſtellæ & Gallecię occupavit. Alemayone Maurorum Rege filioq́;, quibus cum fœdus pepigerat, fatis abſumptis; Toletum longa obſidione in poteſtatem redegit. Senio confectus, Saracenis è Carthagine per Hiſpaniam omnia depopulantibus, obviam miſit filium cum ſeptẽ Comitibus: quos ad oppidum Alcazara omnes amiſit magna ſuorum ſtrage. Naturæ conceſſit A. C 1108. regni XLIII. Vxores habuit plures: ISABELLAM Franciæ Reginam: ZAIDAM Mauram, Sibiliæ Regis filiam, quæ Chriſto dans nomen, MARIAE accepit nomen: & CONSTANTIAM matrem Vrracæ.

GARSIAS Gelleciæ & Portugalliæ Rex, à Sanctio fratre occiſus.

VRRACAE & ELVIRAE pater Zamorã & Taurum pro dote legavit.

FERDINANDVS nothus, in Cardinalium collegium cooptatus.

Familia IV.

SANCTIA ex priore genita cõjugio, nupſit Roderico Comiti Hiſpano, qui in civitatẽ Cindad novas duxit colonias.

SANCTIVS ex Mauritana genitus, Infans Hiſpaniæ, cecidit in acie adverſus Saracenos.

VRRACA poſt RAIMVNDVM Berengarium, Comitem Toloſæ, nupſit Alphonſo Regi Aragoniæ: cũ quo regnum Caſtellæ & Legionis adminiſtravit annis quatuor; ſed qui Alphonſo VII. annumerantur.

Nothi

ALPHONSVS natus ex pellice XYMENA, occubuit in expeditione Aſiatica Gotefridi Bilionæi.

TYRESIA nuptui tradita Henrico Lotharingiæ (omiti cum regno Luſitaniæ: ductu ipſius ac virtute à Saracenis liberato.

24. ALPHONSVS VII. Toloſæ Comes, ad regni faſtigium evocatus: in ipſo ſtatim regni limine Mauris abſtulit Cordubam, Almeriam, & Bajonam. Potentiſſimus hic fuit omnium Regum, quotquot ante ſe fuerant: ideoque & Imperator Hiſpaniæ dici voluit. In reditu ab expeditione Solymitana, ad Bajezam morbo conſumptus deceſſit A.C. 1159. principatus ſui LI. Vxor BERENGARIA F. Raymundi Comitis Barcinonæ, ſepulta Beneventi ad divum Iacobum, juxta ſocerum.

Reges Legionis & Castellæ.

29. SANCTUS III. Desideratus cognominatus; quòd intempesta nocte & immatura morte decedens, ob egregios mores & in omnes justitiã, à suis desideratus fuerit: quippe qui clypeus nobiliũ, pater pauperum, defensor viduarum, pupillorum tutor, judex justus, vivus ab omnibus audijt: patris testamento Castellæ regnum gubernandum suscepit: cui unico duntaxat præfuit anno: occisus nimirum (ut quidem volunt) ab Arabibus, qui Mauris & Saracenis, Hispanias infestantibus, auxilio venerant. Vxor BLANCA Garsiæ Navarræ Regis F.

CONSTANTIA consors Ludovici VII. Regis Galliæ. BEATRIX elocata Sanctio IV. Regi Navarræ.

31. ALPHONSUS IIX. cognomento *Bonus*, patris in regno Castellæ successor: puer fida tutorũ cura ab injuria & injustitia patrui servatus: patris vindicaturus necem, adversus Arabes bella gessit gravissima. Contra quos quum semel adverso marte pugnasset: subinde tamen restaurato prælio iterum congressus, ducentorum hostium millium stragem edidit. Non multo pòst ad Tolosam quoque navale commisit prælium: pluraque loca, quæ, dum rem teneret Alphonsus VI. Arabes occuparant, eorum objecto præsidio, recuperavit. Obijt A. C. 1214. regnationis suæ LIII. Vxor LEONORA Richardi Angliæ Regis F.

SANCTUS infans; & FERDINANDUS annum agens XXIV. immatura morte ante patrem erepti.
HENRICUS I. Rex Castellæ, in urbe Palentia inter ludendum, ictu regulæ è tecto labentis oppressus, &c. A. C. 1116. regni anno altero.

BLANCA uxor Ludovici IIX. Regis Galliæ.
BERENGARIUS consors Alphonsi IX. Regis Legionis.
VRRACA elocata Alphonso Lusitaniæ Regi.
LEONORA nupsit Iacobo Aragonum Regi.

30. FERDINANDUS II. à patre supremis tabulis Legionis Rex institutus: à fratre, opera principum Legionis, quòd in eos sæviret, & susurronib' aures faciles præberet, in carcerem cõjectus: certis tamen illicò conditionibus dimissus: post fratris excessum, despectam habens ætatem Alphonsi; juri eum suo regnoque subijcere, fidei sacramẽto est conatus. Vxorem habuit VRRACAM filiam Alphonsi Regis Portugalliæ: cui tamen ipse, licet gener, populationibus multa intulit damna. Qua postea, quod consanguinitatis eum gradu tertio attingeret, dimissa; duxit TARASIAM F. Ferninandi Comitis Luniæ, relictam Nunij Comitis Castellæ; & ea mortua, VRRACAM filiam Lupi Comitis Najarensis, matrem Sancij & Garsiæ, ἀπαίδων. Mortuus A. C. 1190. regni XXXI. Beneventi: ubi & inhumatus est.

32. ALPHONSUS IX. Rex Legionis: post Henrici I. fata Legionis & Castellæ regna alterum conjunxit: Saracenis quoque multis prælijs devictis, regni terminos multum ampliavit. Naturæ concessit in Villa nova de Sarria A. C. 1216. Sepultus Beneventi ad divum Iacobum. In eius conjugio vixit primum TARASIA F. Sanctij Regis Portugalliæ: deinde BERENGARIA soror germana Henrici Castellæ Regis.

SANCIA, FERDINANDUS, & DULCIA ex Portugalliæ Regina nati, obière sine prole.

33. FERDINANDUS III. Rex Legionis & Castellæ, omnium, quotquot ante ipsum decessère, Hispaniæ Regum felicissimus atque potentissimus: quippe qui post multas clades Mauris illatas, Hispaniam ferè totam restituit: Hispall, Vandalia, Corduba, & Bætica magna ex parte recuperaris: qui & Mauros omnes, qui supererant, in angulum quendam Bæticæ provinciæ, quem Granatæ nunc regnum appellant, conclusit. Hujus quoque auxilijs Iacobus Aragoniæ Rex, hostibus fugatis, Bacalres: insul. is recepit. Obijt A. C. 1252. Liberi eius

CONSTANTIA Monialis Burgensis.
BERENGARIA Balduino Imp. Byzantino desponsata: nupsit Ioanni Brennio Regi Solymitano, in Hispanias ad Iacobum invisendum transfretanti.

ALPHONSUS Infans Hispaniæ de Molina.

MARIA nupsit agnat o Sanctio IV.

ex BEATRICE F. Philippi Romanorum Imp. uxore prima:

ex IOANNA F. Simonis Comitis Pontivi:

Reges Legionis & Castellæ.

34. ALPHONSVS X. primogenitus, Rex Legionis & castellæ; ad Romani deinceps imperij fastigium evectus: princeps excelsi ac magni animi: leges à majoribus in Hispania conditas, Partitas gennvocitaras, immensum opus, in septem digessit volumina: edidit, aliorum tamen ingenio, historiam Orbis, quam Generalem Hispani appellant: Astronomiã summè coluit: & unus ille extitit, qui numerorum & cœli motuum scientiam ex Orco quasi in vitam reduxit: in tabulas mathematicas, Toleti computatas, quadraginta aureorum millibus erogatis. Vnde quum pluris faceret cœlestium rerum cognitionem, quàm Imperij Romani administrationem: plus ex illius cognitione gloriæ se consecuturum existimans, quàm ex hujus administratione: jure suo, quod in id habebat, quinto decimo post inaugurationem anno (fuit is A. C. 1272.) Kal. Octobris sponte renunciavit. Liberalitas quoque eius & publica munificentia in eo prædicatur: quòd pauperes omnes vestibus vinum donaverit: Imperatorem Byzantium, ab Aegypti Sulthano captum, magno ære collato redemerit: Dionysio Portugalliæ Regi tributi immunitatem concesserit, regni proceribus reclamantibus. Cæterùm Saracenorum irruptionẽ an. 1265. factam, fortissimè compescuit & Hispanias à præsenti pernicie ac jugo vindicavit. Hispali ob rebellantes proceres ex animi dolore decessit A.C. 1284. V. Kal. Quintilis: sepultus Murciæ. Vxor VIOLANTA F. Iacobi Regis Aragonum.

FEDERICVS *EMMANVEL in matrimonio habuit* CONSTANTIAM *SABAVDAM.*

PHILIPPVS Abbas Vallisoleti & Archiepiscopus Hispalensis; relicto sacerdotio duxit CHRISTIANAN Daciæ Reginam; Alphonso fratri, de repudio Violantæ cogitanti, destinatam: cui ille in dotem dedit Alvam, & Valdecorneia & alia plurima castra ac dominia.

SANCTIVS.

HENRICVS Infans Hispaniæ, patria profugus, Romæ in ordinem Senatorium allectus: Conradino studens, à Carolo Siciliæ Rege bello devictus legitur.

FERDINANDVS & LVDOVICVS Infantes Hispaniæ.

LEONORA uxor Eduardi I. Regis Angliæ.

FERDINANDVS primo genitus Princeps Hispaniæ de la Cerda, vivo patre diem clausit. Vxor BLANCA F. Ludovici IX. Regis Galliæ.

ALPHONSVS Infans de la Cerda, è carcere, quo servabatur apud Iacobum Aragonum Regem emissus: arma in Sanctium patruum cõcipiens, Castellam regio nomine sollicitabat ad defectionem: sed à Iacobo desertus: infecta rediscessit. ... mortuus.

MARIA uxor Caroli Eboracensis: unde Caroli Valesij Comitis Alenconij.

FERDINANDVS Infans de la Cerda. Vxor eius Ioanna F. Ioannis Numnez de Lara.

Filia elocata Ioanni, filio Infantis Emanuelis: mater IOANNAE uxoris Henrici II. Regis Hispaniæ.

35. SANCTIVS IV. Rex Legionis & Castellæ, hæros strenu9 & animosus: cum Mauris felicissimè manus conseruit: q- bus præter plurima castra & oppida, Tarisam quoq;, quondã Carteiam dictam ademit, suæq; ditioni subjecit. Sed & Fesæ Regem Mahometum, ex Africa cum ingenti classe hostiliter in Hispanias solventem, navali prælio superavit, & singulari virtute prostravit. Cæterùm sævus natura fuisse traditur: quippe qui in disciplina præsertim militari minima de causa milites plectere sit solitus. Fatali morte absumptus A. C. 1295. regni vndecimo. Vxor MARIA Alphonsi Infantis Hispaniarum de Molina dicti F. neptis Alphonsi IX. Castellæ Regis: fœmina liberalis, in egenos & monachos.

IOANNES Infans Hispaniæ, valde strenuus & animosus in armis: multa contra Mauros bella fortissimè gessit. Vxor MARGARETA Marchionissa Montisferati.

IACOBVS.

PETRVS.

BERENGARIVS.

BEATRIX notha, elocata Alphonso Lusitaniæ Regi cum Algarbis Comitatu.

36. FERDINANDVS IV. novennis patri successit in regnis Legionis & Castellæ, sub tutela matris: cujus prudentia multa evasit pericula. Nam cum Alphonso de la Cerda, qui se Castellæ Regem dictitabat;

PETRVS Castellæ Infans Vxor MARIA F. Iacobi Regis Aragoniæ.

PHILIPPVS.

HENRICVS mutus fuisse perhibetur.

ISABELLA uxor Ioannis III. Ducis Burgundiæ.

Reges Legionis & Castellæ. tabat; Regibus item Navarræ, Portugalliæ & Aragoniæ, gravia per legatos gessit bella: & à Saracenis Zeliam & alia castra recepit. Delatoribus aures præbuisse faciles dicitur: ideoque duos nobiles è familia Carvajal sola perduellionis suspicione ex altissima turri præcipites dedisse: à quibus ad divinum provocatus tribunal, ut ad trigesimum diem compareret, apud Gienum subitaneè in fata corruit, dicto die vadimonij A.C.1310. regni XV. Vxor CONSTANTIA Dionysij Regis Portugalliæ F.

ALPHONSUS XI. Rex Legionis & Castellæ, cum infidelibus manus feliciter conseruit: & Almohaze Machometo, Hynzephio Bellamarini & Granatæ Regibus, magna clade debellatis Alcalam Regalem cepit. Quorundam inde pravo consilio nimis obsecundatus: Gundissalvum Martini magistrum de Calatrava, item Ioannem Alphonsi de Haro, viros nobiles, de se & regnis suis benè meritos, levibus de causis inhumaniter occidit. Vbi satis in suos crudeliter & injuriosè est debacchatus: in Arabes impetum convertens, post acerrimos conflictus, clades cruentas, longam & constantissimam obsidionem, Algeziram recepit VI. Kalen. Aprilis A.C.1344. In obsidione tandem castri Zibatar sive Gibralrar pestis contagione correptus, hominem exuit A.C. 1350. quum ad clavum sedisset annis XL. Liberi eius

ELEONORA vxor Alphōsi Regis Aragonum.

ex MARIA Alphonsi Lusitaniæ Regis filia, uxore legitima:

FERDINANDVS in pueritiæ annis extinctus.

39. PETRUS cognomento Crudelis: patris in regnis Legionis & Castellæ successor: tyrannide sua plus quàm diabolica Neronem ipsum & Domitianum æquavit: quippe qui uxorem BLANCAM, filiam Petri Ducis Borbonij & fratres, nullis culpæ causis obtruncavit: magnates non paucos ac nobiles, aut regni finibus exegit, aut securi percussit: Rubeum quoque Granatæ Regem exulem & hospitem, omni humano divinoq; jure posthabito, sola thesaurorum illius, quos advexisse secum putabatur, siti jugulavit. Regno ideo pulsus, id quidem Anglorum ope recuperavit: sed brevi ab Henrico fratre victus, & pugione cōfossus, impiam evomuit animā A.C.1369. Post BLANCAM duxerat MARIAM nobilem de Padilla, qui cum antea, uxore adhuc superstite, consueverat.

ALPHONSUS in infantia extinctus.

CONSTANTIA cōjux Ioanois Ducis Lancastrij: mater CATHARINAE, elocatæ Henrico III. Legionis & Castellæ Regi.

ex LEONORA de Gutzman concubina:

39. HENRICUS II. Trastamaræ Comes, Petri fratris consanguinei tyrannidē fugiens; cum superstitib⁹ fratribus *Tellio & Sanctio* ad Arragonū se recepit Regem: impetratoque auxilio, Castellæ fines odortus; confluentibus ad ipsum Gallis, qui vulgò Societates appellantur, Perro fugato, Rex dictus: varia fortuna per biennium regnavit. Illo autem obtruncato, quietè & pacificè regno præfuit ad annum usq; 1379. quo in fata concessit V. Id. Maij. Sepultus apud S. Dominicum de la Calzada Calagurritanæ diœcesis.

FRIDFRICVS Ordinis S.Iacobi Magister, unà cum fratribus PETRO & DIDACO à Petro obtruncatus.

Liberi eius

ex IOANNA F. Ioannis Emanuelis, Infantis de la Cerda; pronepte ex materna linea Infantis Fernandi, primogeniti Alphonsi X. Regis, uxore legitima:

ex LEONORA Boncia concubina:

FRIDERICVS ab Henrico III. patrueli captus in vinculis expiravit.

40. IOANNES I. Rex Legionis & Castellæ, duas ordine habuit uxores: LEONORAM Petri Aragonum & Siciliæ; & BEATRICEM Ferdinandi Portugalliæ Regum filias: hoc sterili, illo fœcundo usus conjugio. Duo gessit bella gravissima: alterum adversus Lusitanos; socero absque legitima prole defuncto, uxoris jus in successione prosequi volens: sed cui semel peste obsistente Vlisbonæ obsidionem solvere coacto; iterum bellum continuare volenti, diuturno superveniente morbo, res infeliciter successerunt. Etenim dum sui inconsultè rem gerunt, & prudentiorum consilio parére recusant: me-

LEONORA uxor Caroli II. Regis Navarræ.

sant: memorabili à Lusitanis victoria sunt fusi. Alterum contra Ioannem Alencastriæ ducem & Anglos, qui regno eum Castellæ & Legionis deturbare nitebantur: quod per subsequens filij matrimonium est sopitum. Compluti tandem casu equi oppressus, fato concessit A. C. 1390. regiminis sui XI. *Reges Legionis & Castellæ*

41. HENRICVS III. primogenitus, duodecennis patri defuncto successor datus in regnis Legionis & Castellæ: optimè Reipub. summam administravit annis XVI. Quamvis enimverò minus prospera corporis esset valetudine; unde & Valetudinatij cognomentum tulit: animi tamen sapientia, cæterisq; virtutibus, quæ in principe optimo desiderantur, satis pollens atque illustris fuisse prædicatur. Obijt Toleti IIX. Kal. Ianuarij A.C. 1406. Vxor CATHARINA F. Ioannis Ducis Alencastriæ.

FERDINANDVS Iustus sive Honestus cognomento, Rex Aragonum & Siciliæ juxta Farum. Vige signum ††.

MARIA Alphonso Magno Regi Aragonum, suo patrueli nupsit.

CATHARINA uxor Infantis Henrici, Magistri S. Iacobi, itidem patruelis.

42. IOANNES II. in Tauro civitate natus, bimus patri in regnis Legionis & Castellæ successit: tutelam eius justè sanctèque administrantibus matre & Ferdinando patruo: cujus filiam MARIAM, adultior factus, uxorem duxit. Multum apud hunc valuit auctoritate & gratia Alvarus de Luna ad invidiam usque, adeo ut pro eo cum Aragoniæ & Navarræ Regibus, suis patruelibus, sæpenumerò acri & gravi marte confixerit: quem tamen extremè ob nimiam insolentiam, in oppido Vallisoleti capitali affecit supplicio. De Saracenis Granatæ, magna hostium strage edita, clarissimam reportavit victoriam. Cæterùm suasu Vincentij monachi ordinis Prædicatorum, Iudæos omnes, ad Christianismum accedere nolentes, tota Hispania exterminavit, bonis eorum confiscatis. Vidisses tunc multos Iudæos, metu rei amittendæ, sacro fonte ablui: interim clam paternis legibus invigilare: Marranos hos vulgus hodie appellat, pessimum genus hominum. Quinquagenarius tandem diem suum clausit apud Vallem Oleti ex febre quartana A. C. 1453. regni XLVII. Princeps Catholicus, religiosus, literatus, & literatis summè favens. Liberi ejus

ex MARIA, Ferdinandi patrui, Regis Aragonum F.

ex ISABELLA F. Ioannis Infantis Lusitaniæ:

43. HENRICVS IV. Rex Legionis & Castellæ, Princeps Asturiarum: magna regni sui principum stipatus caterva, in Mauros movens, maximis eos effecit cladibus: nonnullaque castra & loca sibi subjecit. Valida quoque manu Navarram ingressus, non parvam eius partem expugnavit. Princeps bellicorum laborum patientissimus, armorum peritissimus, clementissimus tamen, sævitiæque detestator summus. Diem obijt ἄπαις A. C. 1474. III. Id. Decemb. in oppido Majerito quum annos regnasset XX. menses IV. dies XXII. ætatis suæ LI. Vxores habuit duas: BLANCAM Ioannis Aragonum Regis F. quam ob sterilitatem repudiavit: & IOANNAM F. Eduardi Regis Lusitaniæ.

CATHARINA & LEONORA puellæ in Francia mortuæ.

ALPHONSVS adolescens extinctus.

ISABELLA ulterioris Hispaniæ heres nata in oppido Matricali: nupsit Ferdinãdo Catholico. Mortua A. C. 1504. exeunte, ætatis LV.

††

FERDINANDVS cognomento Iustus & Honestus, Infans Castellæ: heros plurimis maximisq; virtutibus illustris: quum singulari prudentia & integritate Ioannis fratruelis sui tutelam aliquot annis administrasset: Aragonijs postea inter se de Rege dissidentibus: delectotum ordinum suffragijs, omnibus prælatus: Tarraconense, & paulo pòst Siculum quoque regna obtinuit unà cum Comitatu Barcinonæ. Ante regnum, acre intulit bellum Mauris

Reges Aragoniæ & Siciliæ

Granatensibus: quos, Antequera & alijs expugnatis oppidis, magnis cladibus affecit. Vita decessit prope Barcinonam in oppido Equalato IV. Non. Aprilis A. C. 1416. ætatis suæ XLIII. Sepultus in monasterio Populeti. Vxor LEONORA Sanctij Comitis Alburquerqui in vlteriori Hispania filia, in Castellæ oppido Methymna cognomento Campo, Sanctimonialium extruxit cœnobium: in quo diem suum clausit Nonis Ianuarijs A. C. 1435.

ALPHONSVS cogn. Magnanimus, patre defuncto, Aragoniæ, Cataloniæ, Valentiæ, Navarræ, & Siciliæ regna gubernare cepit; vixdum adolescentiæ anno egressus. Ex Sardinia, ubi Genuenses oppugnabat, Neapolim accersitus: quum virtute sua Ludovici Andegavensis & Sfortiæ vim repressisset: à Ioanna in filium & regni successorem est adoptatus. Sed Andegavensi Neapolis obsidionem ex Aversa, quam tenebat, nihilominus urgente: denuo à Ioanna ex Corsica, ubi Bonifacium urbem oppugnabat, revocatus: cum illustri Arragonicæ & Siculæ nobilitatis comitatu, Neapolim trajecit: Ludovicum ab obsidione urbis depulit; & inducijs factis, ex regno discedere coëgit. Regno pacato, quum Cajetæ, quò ob luem Neapoli grassantem concesserat, Sfortiæ alijsq; hostibus errorist veniam postulantibus facilè ignovisset: primùm Reginam adeo offendit: ut Caraciolo virulentas ei suspiciones ac odium erga Alphonsum instillante; illa clam, Alphonso Cajetæ relicto, Neapolim redierit. Alphonsus autem, ut antecelluit sapientia cunctos suæ ætatis Reges (unde & Sapientis cognomentum tulit) Reginam terrestri itinere secutus: quum amicis collocutionibus sanare offensiones conatus, nihil proficeret: sic paulo pòst impatiens muliebris imperij, & perosus spurcitiem intemperantis atque inverecundæ libidinis: Caraciolo Regni Gubernatore & Reginæ amatore, face totius incendij, in vincula conjecto, Ioannam palam armis oppugnavit, ac Neapoli expulit. Quocirca eum Ioanna ceu ingratum & impium exhæreditavit: & priore adoptione rescissa, Ludovicum Adegavensem in eius locum adscivit. Hinc gravissima secuta bella: in quibus alterna fortuna nunc Aragonij, nunc Andegavenses, Neapoli sunt potiti. Ad extremum tamen Alphonsus victor, regni possessionem transmisit ad Ferdinandum filium nothum. Pluribus tandem laboribus & periculis exantlatis, obijt Neapoli in Castello novo magnificè à se extructo IV. Kal. Quintil. A. C. 1458. sexagenario major quadriennio, mensibus quinque, diebus XV. Princeps sapientissimus, studiorum & literarum cultor ac Mæcenas benignissimus, vereq; ἀμφότερον βασιλεὺς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητὴς; & hinc meritò laudatissimis heroibus, qui unquam in genere humano vixerunt, annumerandus. In prælijs acer quidem erat & terribilis: post bellum tamen clementiam & humanitatem incredibilem exhibuit: omnium protinus oblitus injuriarum. MARIÆ, Henrici Castellæ Regis filiæ, sterili usus conjugio. Ex VALENTINA autem nobili concubina nati:

IOANNES II. Rex Navarræ & Aragoniæ. Vide signũ ✠.

HENRICVS Galleciæ Gubernator, sive Magister ordinis S. Iacobi, in conflictu cum Ioanne II. Castellæ Rege apud Olimerum oppidum lethaliter sauciatus; paulo pòst obijt. Vxores eius duæ: 1. CATHARINA patruelis, Castellæ Regina: & N. filia Pimentel Comitis Beneventi.

SANCTIVS Alcantaræ & Calatravæ Magister, juvenili ætate obijt.

PETRVS in Neapolis obsidione ictu molaris è tormento excussi occubuit A. C. 1439.

MARIA uxor Ioannis II. Regis Castellæ.

LEONORA consors Eduardi Regis Portugalliæ.

FERDINANDVS sive Ferrandinus, Dux Calabriæ, patris testamento in regno Neapolitano successor constitutus: vir admodum severus. prælio conserto cum Ioanne Andegavensi, Neapolim eum relinquere coëgit. Obijt Neapoli IIX. Kal. Februarij A. C. 1494. Carolo IIX. Gallorum Rege bellum ipsi movente. Ibidem sepultus ad S: Dominicum. Vxores eius duæ: CLERMONTIA Ducis Venusini filia: & IOANNA F. Ioannis II. Regis Aragoniæ, Navarræ, & Siciliæ.

MARIA consors Leonelli Marchionis Ferrariæ, mortua A. C. 1449.

LEONORA filio Ducis Suessani elocata: ad eum attulit Rossani principatum.

ALPHONSVS II. Rex Neapolis à Ioanne Borgia Cardinale Claremontano coronatus:

LEONORA uxor Sfortiæ Mariæ, Frãcisci F. Ducis Mediolani: eoq; mortuo, Herculis Esté-

*

FEDERICVS Ferdinandi fratruelis in regno Neapolitano successor A. C. 1497. à Ludovico XII.

†

IOANNES Cardinalis S. R. E. titulo S. Sabinæ.

FRANCISCVS.

vir crude-

*

vir crudelis & sævus: terrore armorum Gallicorum rebus suis propter nutantes procerum & vulgi animos diffidens; regno in ipso limine deserto, fugit in Siciliam: nec diu post Messanæ vita defunctus, & in summo templo est funeratus, mense Iulio Anno Christi 1495. Vxor HIPPOLYTA MARIA F. Francisci Sfortiæ Ducis Mediolanensis.

sis, Marchionis Ferrariæ.

FERDINANDVS II. Rex Neapolitanus, à Carolo IIX. Galliarum Rege regno ejectus: post eius fata, Hispanorum ac Venetorum auxilijs, Gallis pulsis. Neapolim recepit: sed in ipso victoriæ cursu, dum novæ nuptæ complexibus nimium indulget, dysenteria perijt IIX. Id. Octobris A. C. 1497. admodum adolescens: jure regni in Fridericum patruum translato. Sepultus Neapoli ad S. Dominicum.

ISABELLA uxor Ioannis Sfortiæ Ducis Mediolanensis; à patruo Ludovico. Italiæ perturbatore, veneno extincti.

†

Galliarum Rege, & Consalvo Hispano, pariter oppugnatus: quum neutri par esset ad resistendum; ad Ludovicum hostem in Galliam confugit: cæterùm alia longè, quàm speraverat fortuna. Ab eo siquidem, licet honorificè præbente sumptus, detentus: post aliquot annos ibidem decessit: Ticini in fano D. Francisci regia pompa sepultus. Vxor ISABELLA Balcia, apud Ferrarienses supremum diem clausit.

Reges Neapolis.

ALPHONSVS (Iovius Ferdinandũ vocat) Dux Calabriæ, Tarenti à Consalvo captus A. C. 1503. Valentiæ in Hispania absque liberis decessit.

MARIA desponsata Ioanni Geleacio Duci Mediolanensi; post fata primę eius uxoris: sed cui nõ nupsit.

✠

IOANNES Feninandi Iusti Aragoinæ Regis F. natus Methymnæ, nobili oppido Lusitaniæ III. Kal. Quintil. A. C. 1397. conjugio BLANCAE Caroli Navarræi filiæ, Navarræ regnum adeptus: fratre Alphonso absq; legitima prole defuncto, Siciliæ quoque & Aragoniæ regna obtinuit. Princeps animi magnitudine excellentissimus, virtutis bellicę studiosissimus laborum militarium tolerantissimus, natura lenissimus & clementissimus. In expeditione Neapolitana Alphonsum fratrem secutus: quum fratres sui & reliqui totius classis duces ab hostibus in mari Ligustico caperentur; solus ipse hostes à suæ navis ingressu, fortissimè pugnando, prohibuit: adeo ut eam capere non possent, nisi ipsi & suis omnibus oblata libertate. Cum Ioanne Castellæ Rege, quòd Alvarum Lunam ad invidiam usque ipsius & fratrum depetierat, sævissima varia fortuna gessit prælia: multa etiam cum Barcinonensibus & Gothalanis: de quibus vide L. Marineum Siculum. Bellis omnibus confectis, labore senioque consumptus, diem obijt Barcinonæ XIV. Kal. Februarij A. C. 1479. octogenario major annis quatuor, demptis mensibus quinque & decem diebus.

Liberi eius

ex BLANCA Navarræ Regina, uxore prima.

CAROLVS Viana Princeps, bellũ impie in patrem moliens, jure suo discessit Barcinone.

BLANCA ab Henrico IV. Castellę Rege repudiata; in Navarrã reversa, paucos dies supfuit.

LEONORA Gastoni Comiti Fecensi nupta, regnum Navarræ ad ipsum transtulit.

ex IOANNA Friderici Almirantis Castellæ F. uxore altera:

FERDINANDVS Rex Aragoniæ & Siciliæ ducta in uxorẽ ISABELLA Henrici IV. Castellæ & Legionis Regis sorore germana; ab eius obitu, *regna utriusq; Hispaniæ,* ulterioris & citerioris *copulavit* A.C. 1477. Heros prudentia, consilio, industria, virture & felicitate, nulli suæ ætatis regum secundus: qui continuo victoriæ usus cursu, primò Granatæ regnum, Saracenis, post octingentos fermè annos, quàm id possederant, penitùs exterminatis; mox Neapolitanum quoque, Orani in Africa, Hispaniolæ & Americæ regna: Fortunatas item insulas, & alias quatuor in Oceano meridionali sitas, suo adjecit imperio: Iudęos vel Christum agnoscere, vel regnis suis exulare coëgit:

IOANNA uxor Ferdinandi Regis Neapolis & Siciliæ.

MARIA in cunis extincta.

ex concubinis:

IOANNES Archiepiscopus Cæsaraugustensis.

ALPHONSVS Dux Villæ formosæ, post multas insignes victorias decessit in oppido Castellæ quod Linares vocant.

FERDINANDVS & MARIA in pueritia mortui.

LEONORA Lirini Comes.

Reges Hispaniæ.

Reges Hispaniæ.

Mahometica superstitione unà cum Saracenis profugata, templa DEO Opt. Max. condidit, unde *Catholici* nomen accepit: Sanctam Fidem civitatem apud Granatã construxit: alijsque rebus gestis plurimis nobilitatus, in pagano Madrigalegio apud oppinum Guadalupum, naturæ satisfecit X. Kal. Ianuarij A.C. 1516. ætatis suæ LXIV. Sepultus Granatæ cum uxore ISABELLA, quæ singulari prudentia ac magnanimitate, paribus cum marito auspicijs Castellæ regna gubernavit: mortua A.C. 1504. VI. Kal. Decemb. in oppido Methymna Campi. Duxit post hanc GERMANAM F. Ioannis Ferensis, Vicecomitis Narbonensis: sed ex qua nihil tulit liberorum.

Familia V.

IOANNES *Princeps Hispaniæ, post confectas nuptias cum* MARGARETA *Maximiliani I. Imper. filia. Salmenticæ diem obijt, ãnno A.C. 1497. Avilæ sepultus.* MARGARETA *eius uxor Belgis postea est imposita.*

ISABELLA primogenita, Alphonso IV. dehinc Emanueli Lusitaniç Regibus nupta obijt A.C. 1498. Cæsaraugustæ ex magno partus dolore.

IOANNA conjux *Philippi Archiducis Austriæ*, & Ducis Burgũdiç: qui Comitatũ Flandriæ cũ reliquis ditionibus regno Castellæ univit: & jus successionis in amplissimum Hispaniæ regnum ad filiũ Carolum V. Imp. attulit. Obijt A.C. 1555.

MARIA altera Emanuelis Lusitaniæ Regis uxor.
CATHARINA primum Arturi, inde Henrici IIX. Angliæ Regis uxor; à marito repudiata, obijt A.C. 1536.
ALPHONSVS nothus, Cæsaraugustæ & Montis Regalis Archiepiscopus.
IOANNA notha, nupsit Beruardino Velasco Castellæ Comestabili.

CAROLVS V. Rom. Imp. semper Augustus, Rex Castellæ, Legionis, Aragoniæ, Navarræ, Valentiæ, Granatæ, &c. de cujus rebus gestis vide suprà in stemmate Austriaco fol. 39. felici exitu vitam clausit A.C. 1558. Vxor ISABELLA Emanuelis Regis Lusitaniæ F.

FERDINANDVS Cæsar Augustus, Rex Vngariæ & Bohemiæ, Infans Hispaniæ, Exarchus Austriæ, &c. obijt A.C. 1564. Vxor ANNA Regina Pannoniæ & Bohemiæ, obijt 1547.

PHILIPPVS Rex Hispaniæ, Siciliæ, Neapolis, Hierosolymç, Portugalliæ, Magnus Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, &c.

MARIA uxor Maximiliani Imp.

MAXIMILIANVS Imp. Rom. Rex Vngariæ & Bohemiæ, &c. diem obijt A.C. 1576.

ANNA uxor Philippi Regis Hispaniæ.

RVDOLPHVS II. Imp. Rom. Rex Pannoniæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, &c.

ERNESTVS & Fratres Archiduces Austriæ

PHILIPPVS Infans Hispaniæ, &c.

REGVM
HISPANORVM
EX GENTE PRINCIPVM

GOTHORVM
LEGIONIS & ASTVRVM
CASTILIORVM
ARRAGONVM &
AVSTRIORVM.

REGVM HISPANIAE
Series.

A.C.	Ordo	Nomina.	Imperij.
411	1	Alaricus.	23
434	2	Adolphus seu Athaulph'.	6
440	3	Sigericus.	7
447	4	VVallia.	3
450	5	Theodoricus I. vulgò Rodericus.	23
473	6	Torimundus sive Thurismundus.	3
476	7	Theodoricus II. Rex Aquitaniæ.	7
483	8	Henricus sive Euricus.	18
501	9	Alaricus. II.	13
515	10	Almaricus.	8
523	11	Theodatus seu Thiodes.	12
535	12	Tendesilaus, seu Theodogisilus.	2
537	13	Agila.	5
543	14	Athanagildus.	14
557	15	Loyba sive Lymba.	3
560	16	Leonegildus.	17
576	17	Richardus.	15
591	18	Loyba II.	2
592	19	VVitterichus seu Victeric'	1
593	20	Gundemarus.	2
595	21	Sisebutus seu Sigebundus	26
622	22	Richardus II.	4
626	23	Suintilla.	10
636	24	Sisunandus.	4
640	25	Suintilla II.	4
644	26	Tulga.	2
646	27	Sindasundus sive Videsuindus.	10
656	28	Risisundus vel Recesuind'	19
674	29	Bamba.	11
686	30	Eringius.	7
693	31	Egyta.	5
698	32	Vitissa.	8
707	33	Costa.	3
710	34	Rodericus.	7
		REGES ASTVRVM & Legionis.	
717	35	Pelagius.	20
737	36	Favilla	2
739	37	Alphonsus Catholicus.	19
758	38	Froilla.	13
771	39	Aurelius.	6
777	40	Sillo.	6
783	41	Maurigatus.	3
786	45	VVaramundus seu Veremundus.	2
788	43	Alphonsus II. Castus.	41
829	44	Raymirus.	6
836	45	Ordonius I.	10
846	46	Alphonsus III. Magnus.	40
886	47	Garcias.	3
889	48	Ordonius II.	8
898	49	Froilla II.	1
899	50	Alphonsus IV.	5
905	51	Raymirus II.	19
924	52	Ordonins III.	5
929	53	Ordonius IV.	1
930	54	Sanctius I. Crassus.	11
940	55	Raymirus III.	25
965	56	VVaramundus II.	17
982	57	Alphonsus V.	33
1015	58	VVaramundus III.	10
		REGES CASTELLAE.	
1025	59	Ferdinandus I.	47
1073	60	Sanctius II.	6
1079	61	Alphonsus VI.	27
1106	62	Alphonsus VII. Arragoniæ Rex.	16
1126	63	Alphonsus IIX. Comes Tholosanus.	50
1176	64	Sanctius III. Desideratus.	1
1126	65	Ferdinandus II.	
1177	66	Alphonsus IX. Bonus.	38
1215	67	Henricus I:	2
1217	68	Ferdinandus III.	45
1262	69	Alphonsus X. Astronomus, qui Imp. Rom.	25
1287	70	Sanctius IV.	8
1295	71	Ferdinandus IV.	13
1308	62	Alphonsus XI.	42
1350	73	Petrus I.	19
1369	74	Henricus II.	8
1377	75	Ioannes I.	11
1388	76	Henricus III.	16
1404	77	Ioannes II,	50
1454	78	Henricus IV.	23
1477	79	Ferdinandus V. Magnus.	41
	80	Philippus Austrius.	
1516	81	Carolus V. Imp.	43
1558	82	Philippus II.	

PANTALEONIS CANDIDI Austriaci

REGVM HISPANIAE Elogia.

Principes Gothorum.

I. ALACRIVS.

PRimus in Hisperijs, Gothici dux sanguinis, orb
Sceptra gerit præstans Alaricus robore: quo non
Doctior hostiles prudenti cernere mente
Insidias, hostem aut frustratum excludere cœptis.
Alta priùs sed enim dederat documenta potentis
Ingenij, & fortis sæva ad discrimina dextræ.
Testes nubiferis canentes rupibus Alpes:
Testis Roma, graves tristi obsidione ruinas
Questa diu, & trepidæ Campanis fluctibus undæ:
Quæq; jacet vulsa Ausonio de littore tellus.

II. ADOLPHVS.

ALter ab hoc regni Rex Gottus Adolphus habenas
Accipiens, terris victor consedit Iberis:
Cognatusq; suæ agnovit tum denique gentis
Relliquias, Thracum æternas à stirpe nepotes.
Cernis ut, egregijs qui fulget ADOLPHVS in armis,
Spumantem premat acer equum, frænisq; remissis
Præcipitet campo cursum: quem Gottica circum
Fertur ovans longè pubes: cui fortia dextris
Arma sonant, clypeiq; humeris, superataq; tellus
Itala, & Gorrentes evictis rupibus Alpes:
Gallorum trepidis induxit & agmina campis;
Queis nuper sedem terris regnumq; legebat
Vandala gens, & Alana cohors, fortesq; Suevi;
Martiaq; Hunnorum soboles simul, agmine juncto,
Exorto cum sole viam affectavit, & orbem
Pervasit medium, & Gallorum insedit in arvis.
Hos igitur procul ille sequens immanibus armis
Ponè premit, subitisq; supervenit ensibus Heros.
Sed non illi animis perculsi tristibus hostes,
Tot celeresq; minas; atq; adventantia latè
Agmina sustinuére viri & bella ardua tanti:
Ampla sed æquorei linquentes arva Garumnæ
Nubibus æquatam cursu petiére Pyrenen:
Effusiq; vagi piscoso in margine Iberi,
Hispanis sedere jugis: sparsiq; per omnem
Hesperiam, virtute sibi duroq; parabant
Marte viam, veteres & suppreßére colonos:
Ingenioq; loci, fœcundæq; ubere glebæ,
Fixerunt capti sedes, pulcra arva tenentes,
Quà celer albentes in littore Batis olivas
Educat, & lætis humectat fontibus agros:
Turdula quà tellus simul & Tartessus habetur
Hîc sua magnanimi posuerunt castra Suevi,
Agnatamq; sibi urbem dixére Suevam.
Imminet ostrifero sublimis Barcino ponto,
Ante alias belli virtute potentior urbes:
Hic sedem egregius regni fundavit Adolphus

Gottorum primus terras ingressus Iberas.
Gens vicina illum magno dilexit amore;
Ac timuit, quanquàm fortissimus hostis, eundem
Vix Heros regno bis ternos præfuit annos;
Circumventus obit scelerata fraude suorum.
Quos timuit, vicit: quos fidos credidit, illi
Injecêre manus nec quicquam tale merenti:
Olim Romanæ quòd victor parserit urbi:
Nec Romam dederit Creticam pòst ore vocandam.
Barcino habet tanti monumenta insignia Regis
Extantes aliqua jam nunc quoque parte columnas.

III. SIGERICVS.

PRoximus imperij SIGERICVS munia cepit,
Auspicio electus populi. nam stirpe propinquus
Regibus, ac animi egregia & laude ferebat.
Nominis ille sui compleret pondera tanti,
Victor ovans multos numerans in Marte triumphos;
Ni pacem bello dulcem sibi crederet antè
Ponendam, patrias fundare & legibus urbes.
Namque suis regni commendaturus habenas
Hinc inde Hesperias natis, Romanaque poscens
Fœdera, se rerum stabilire parabat ad usum:
Gottica gens mox quem crudeli intercipit ausu:
Et solio Regem optavit quem nuper, eundem
Iam solio avulsum dira cum morte trucidat:
Quum septem imperium solus rexisset in annos.

IIII. VVALLIA.

BElla paraturus Romanæ VVALLIA genti,
Irrita promissam violent ut fœdera pacem:
Instruit ingentem vicino in littore classem,
In Libyæ magnos ut vela adverteret Afros.
At studia hæc inter, tantos interque paratus
Aequoreas in aquas actus, & robore fractus:
Vltro Romanam ferienda ad fœdera gentem
Sollicitans, multo pacem obside firmat: & ultrò
Placidiam, egregius quam rector Adolphus habebat
Vxorem, Italiæ prognatam sanguine Regum,
Reddidit ac multo decoratam affecit honore:
Scilicet & longè jam immanibus abstulit ausis.
Fortis adhuc illis sub finibus hæsit Alanus
Bæthica magnanimis exercens jura colonis:
Totus in hunc acri vertit se Vallia Marte:
Ingentem & diris superavit cladibus hostem,
Athacinum celeri dejecit funere Regem.
Cætera hinc subito plebis perculsa timore,
Quæ Lusitanis tenuit juncta oppida terris,
Protinus abscessit, vicinaque regna reliquit:
Galliciæque simul, quà Gundericus habebat
Vandalicæ imperium gentis, sese intulit ore.
Nec fuga tuta loco satis hoc: ruit efferus armis
Vallia; Vandalicos atque eminus ilicet hostes
Pone urgens, procul æquoreas ultra expulit undas.
Vomere qua sitiens steriles colit Africa arenas.
Quin etiam imperio fortes subjecit Alanos
Temporis exigui spatio: quo Sole sub alto
Tertia felicitus fulsit messoribus æstas.

 V. THEO-

V. THEODORICVS I.

VVallia Vandalicas Hispano è littore gentes,
Sceptra potens quarum data Gundericus habebat,
Fortibus ad rigidos armis ejecerat Afros:
Hinc ille iratam exacuens in pectore mentem,
Vindictamque animo secum meditatus acerbam,
Longè à Pannonijs excîvit sedibus Hunnos
Atila queîs tantis dux & conatibus auctor
Extitit, & totum implevit terroribus orbem.
Gallia quas (heu) tum, quas (heu) Germania clades,
Ausoniæ quas vidit humus! tunc omnia fato
Arserunt regna Europæ, tristemque ruinam
Traxêre: his adeò totum cœlestibus orbem
Collibitum superis, fatorum involuere pœnis.
Tunc Narbonensem Romano à Cæsare terram
Legatus validis frenabat Aêtius armis.
Ille repentino quasese opponeret hosti
Armorum socios tali in discrimine rerum
Præstantes bello populos; & Marte vocavit
Teutonidas te Francorum fortissime ductor
Meroboe, & patriæ gentis clarissime Sanguis;
Nec non te THEODRICE procul trans alta Pyrenæ
Saxa vocans, socia ascivit festinus ad arma:
Vrbs ubi fœcundis stat mole Tolosia campis,
Planicietque jugis pater interfusa remotis.
Quis fando illius tristissima funera cladis
Explicet? haud aliâs humani sanguinis usquàm
Tantum est effusum terris. Verùm Atila demum
Desistit pugnâ infrendens, campumque relinquit:
Gottorum hic claris Rex Theodoricus in armis
Occubuit, forti trajectus corpora telo:
Ipse suo æternam meritus cum funere palmam.

VI. TORIMVNDVS.

DVx comes huic bello TORIMVNDVS filius ibat:
Nomen habens patrium: seu quòd foret ore fidelis,
Seu verax, quo nîl homini est præstantius unquàm.
Ille sequi subitò cedentem cominùs hostem
Vindictæ fervens æstu, ob non læta parentis
Funera, reliquias Hunnorum exscindere suasit:
Et, modò quis mecum fusos properanter in hostes
Ibit? ait. vis tanta viget sub pectore nobis,
Tanta manes bello, tantaque ad prælia mentes:
Prædo fugâ trepidus nostros consistere ad enses
Ipse nequit: Semel has formidine solvere terras
Iam licèt: hinc laudum consurget adorea nobis:
Sed tamen haud monitis consensit Aêtius istis
Ille ergo ad patrios retulit se denique Gottos,
Quà mox à proprijs Germanis casus obivit.

VII. THEODORICVS II.

THEODERICVS ei frater successit: hic ipsos
Ingenti subitò devicit Marte Suevos;
Et læta Hispanæ possedit limina terræ:
Quà Tagus auratos devovit in æquora fluctus:
Quaque coloriferas Bætis procul egerit undas,
Tunc primùm tanti cœperunt nomina Regni
Crescere, & æternâ famam cum laude mereri.

HRNRICVS

VIII. HENRICVS.

HVic & qui subito mala funere fata parabat,
HENRICVS porrò successit in ordine frater,
Hic ideò ingenti celebrari est nomine dignus;
Quòd certas regni descripserit undique leges;
Quid iustum pravumque foret: qui cultus honestis;
Quid deceat; quæ sint rectum fugienda sequenti,
Tradidit hic scripto Rector, diuturnior annis
Omnibus est, formis quæ pagina pingitur atris:
Scripta patent; non scripta latent: oblivio chartis
Nulla venit; scriptæque manent in sæcula leges.
Hic & Massiliæ ingentem sibi subdidit urbem:
Bisque novem regni victor superavit ut annos,
Debita naturæ demum quoque munera solvit.

IX. ALARICVS.

FIlius imperij dignas ALARICVS habenas
Occupat; insignis virtute & fortibus ausis,
Magnanimo egregijs Clodovæo obsistit in armis,
Francorum regi: sed Marte egressus iniquo
Vincitur; & victâ subie ultima funera dextrâ.
Theodericus ut hoc generi miserabile fatum,
Cui quondam Heroi Verona dat inclyta nomen,
Audijt: ëxtemplòse fortibus induit armis:
Elatumque mens condenso milite in hostem,
Affectum ingenti Clodovæum strage repressit,
Has generi egregij sumens pro sanguine pœnas:
Vasconiam victusque recepit ab hostibus urbem,
Quam dein restituit maturâ ætate Nepoti.

X. ALMARICVS.

ACcepit patrias dein ALMARICVS habenas;
Huic consors thalamo, Clodovæi nata jugali
Iuncta Dotillà fuit: blandæ cui munera formæ,
Egregiamque animam cælestia fata dederunt.
At Regem hunc bello petit Hildebertus acerbo:
Insequiturque fremens longè, & vim surgit in omnem t
Indigna ulturus dilectæ probra sororis.
Huic etenim fuerat soror & germana Dotilla:
Quam suus ille volens ad dogmata falsa maritus
Cogere, blasphemi & jurare in verba magistri:
Sæpè modis, sæpè exemplis tractavit iniquis.
Arripit ille fugam subitò Rex, & vaga quærit
Aequora: sed campis procul interceptus apertis,
Heu fatum infelix gladio confossus obivit.

XI. THEODATVS.

TYDIVS egregiam meruisset nomine famam:
(Tydda Deum aut patrem linguâ Germanide signat)
Nobile ob ingenium, & divinæ Palladis artes:
Ni morum, ingenij fœdasset, labe, nitorem.
Non plus ingenium, quàm sancta modestia, laudis
Debet habere: probant castos pia numina mores.
Nam quos ille habitus, quæ corpore sæpè gerebat
Tegmina; larvato incedens procul agmine: & ora
Corticibus simalans per vultum horrenda cavatis,
Luce palàm mediâ, faciebat ut histrio ludos.
Non benè conveniunt, nec in unâ sede morantur
Scurrilis levitas, & Maiestatis honores.

Ille malas sævo persolvis pectore grates,
Amalesuntha, tibi, pro regni munere aviti:
Fluctibus obrueris calidis, mox cæsus ab hoste,
Italiæ magnas quum classe invaderet oras,
Supplicio mala facta luit Rex dirus atroci.

XII. TENDESILAVS.

SEditione peris procerum Rex iste suorum:
Qui tetros hominis mores, veneremque perosi,
Deturbant solio indignum, lethoque trucidant.
Ipse necabat enim castas sine more puellas
Matronasque, recusantes se labe pudoris
Polluere, & tetris vna indulgere hymenæis.
Ne vos, ne fœda turpate libidine, Reges:
Sed puros animos, & corpora sancta tenete:
Et colite egregio placidos moderamine mores.
Luxuries animos heroum, & pectora frangit:
Inque feras homines. & bruta in agrestia vertit:
Vt socios Circe in porcos mutavit vlyssis.
Mundicies homines est, quæ cælestibus æquat,
Et dat sidereos inter considere divos.

XIII. AGILA.

COrduba jam Ausonios urbs ferre coacta Quirites,
Invisos patitur dominos: & non sua jura
Questaque non dignos aliena ad vota labores,
Tam juga sæva gemit. veteresque requiris honores:
Hesperidumque vocat Regem, qui vindicet armis
Tot clade affectos cives, & mœnia servet.
AGILA magnanimus tunc jura ferebat Iberis,
Arduus imperij Rector: quem triste movebat
Vrbis servitium, possessi & ab hoste penates.
Continuò ingenti circùm se milite stipat:.
Innumerasque trahens animosa ad bella cohortes
Impetit, & latas obsedit milite portas.
Nec minùs Ausonidum telis assueta juventus
Tristia ad arma coit: surgunt fera prælia: sævit
Mars gravis, & fuso crudescunt sanguine pugnæ.
At Rex amisso, belli in certamine, nato,
Adversa fractus pugnâ concessit: in retem
Arripuitque fugam, & magnis se ad flumina Bætis
Contulit: inde suis casus fuit ipse ministris.
Tristia solvuntur pro finis præmia factis
Regibus interdum: majora pericula nemo
Sustinet; imperij quàm qui statione locantur.

XIIII. ATHANAGILDVS.

POst regni egregios capit Athanagildus honores,
Iustitiâ pariter, pariterque potentibus armis
Cognitus, & magnâ populos tum laude gubernat.
Hunc socerum sibi Rex tunc Francidos inclytus ora
Delegit; natam ille sui pro compare lecti
Accipiens, multo thalami lætatus honore est.

XV. XVI. LYEBA. & LEONEGILDVS.

LYMBA suo regni commendat pondera fratri,
Succedat, fascesque gerat: quem semper amore
Complexus, non ficto habuisset pectore carum,
Conveniente sui cum nominis omine fato.
Ergo micat sellis heres Libegoldus in aureis;

Auro

Auro nomen habent, quòd erat preciosior auro.
Martius horrisonis assuetus Cantaber armis,
Alta recusabat Regis perferre potentis
Imperia; & moto quærebat libera bello
Colla; ruens ferro pugnas molitur apertas:
Nagariæ ante alios cives, claræque Sabaræ.
Rex igitur justam subitò commotus ad iram,
Obruit infidos populos; gentemque rebellem
Ipse suis iterum parêre coëgit habenis:
Nec cæde abstinuit, sævos neque condidit enses
Donec vandalicâ fortes cum gente Suevos
Cogeret Hesperijs discedere prorsus ab oris,
Andeca victos ipso cum principe victo:
Hic jam bis centum queîs penè, ruentibus annis
Regnatum fuit, haud illis regionibus ortis.

XVII. RICHARDVS.

IMpia detestatus Arij dogmata sævi
Filius Hermeligundus obit, cadente Parente:
Pænituit tamen erroris quem fine sub ipso.
Sceptra RICHARDVS habet, magnâ indole, pectore magno,
Et pietate animi præstans, & munere mentis.
Impia is èxtemplò blasphemi dogmata Arij
Omnibus Hispanæ de finibus expulit oræ:
Et Christo celebranda Deo pia ritè dicavit
Templa; fidem veram vero de pectore amando.
Salve magne Dei assertor, fideique Patrone
Christiadum: non te serpens oblivio nostris
Auferet ex animis, venturo vè èximet ævo.

XVIII. LYEBA. III.

INde suum regnis excepit LYEBA parentem
Vix dum primævâ teneris lanugine malas
Signabat, studijs & honestus & integer ævi,
Moribus, ingenio, ante alios, & honoribus omnes
Insignis longeque animos & corda suorum
Conciliat sibi, & ingenti spe protinus implet:
Usque adeò à pueris magnâ se laude ferebat
Sed nunquam invidiæ preclara èxpertia facta:
Quò mage se virtus superas extollit in auras;
Hoc magis invidiæ est sævis obnoxia telis.
Infanda subitò jacet his Rex morte peremptus.

XIX. VVITERICHVS.

INvidit Lyebæ regni VVytericbus habenas:
Non animo, non ingenio, non stirpis honore
Par regni auspicijs: quanquàm genere ortus avito
Nobilium; & sceptri vano pellectus amore
Cum scelere imperium rapere, atque emergere sursum
Maluit, in lætâ quàm vivere sorte beatus.
Ille quidem regni crudeliter usus habenis,
(Heu) duro imperio, miseraque tyrannide cives
Exercens, verum VVyterichi nomen habebat:
Consona Germanâ si in gente vocabula spectes.
Ergo etiam fato Rex est sublatus eodem;
Quo Regem egregium fato pridem obruit ipse.

XX. GVNDEMARVS.

SPlendidus ingreditur spolijs GVDEMARVS in amplis:
Nulli posterior magnorum laude Getarum:

Tam bello invictus, quàm pacis amabilis auctor.
Hunc procul attoniti superatis Vascones armis
Horruerunt, victasque manûs, victa arma dederunt.
Huic & Romulidæ cumulata strage suorum
Cesserunt campo ejecti: tam cladibus illos
Tristibus affecit populos, & Marte repressit.
Religio inprimis illi sanctissima cura,
Et pietas veneranda fuit: nam plurima structis
Munera contribuit templis: tutosque receptus
Ad fana esse reis voluit, de more; nec inde
Abripier fuso permisit sanguine quenquam,
Aut violari aras cæde, aut fœdarier ense.
O si illum terris voluissent numina Regem
Ulteriùs superesse, & vitæ extendere fata:
Quàm multis patriam cumulasset laudibus oram!

XXI. SISEBUTUS.

Quo verò, quo te memorabo carmine tandem
Innumeris assuete Pater Sigebunde triumphis?
Tu clara ante alios fecisti prælia Reges
Pro laude egregia, pro relligionis honore
Bella gerens: primus patrijs egressus ab oris
Ausus es immanes armis petere acribus Afros
Trans mare, trans geminas, ponto coarctante, Columnas,
Amphitryoniadæ celebratas nomine Regis.
Africa victorem tremuit te, servaque misit
Colla sub imperium. tu victos dedere summo
Se Christo, & tractas divina ad dogmata mentes
Ritè coëgisti veteres dediscere mores,
Mentitosque deûm cultûs, conficta que sacra
Vertere & in melius fortunæ flectere cursus.
Hi demum celebres exoptatique triumphi:
Ergo hunc ante alios fas laude extollere Regem.
Ille feros populos etiam sua jura coëgit
Accipere, Hesperijs & se submittere regnis;
Quos Pyrenæa juga ad ardua Gallicus ambit
Oceanus, flavos contra, circum alta, Britannos
Littora: quà medios pandit Cantabria tractûs:
Inque fidem cunctos sua sub juga sponte redegit
Avulsos regno cives: & mœnia cepit,
Quæ ditione diu miles Romanus habebat.
Bisque decem quum jam solio regnasset in annos:
Invalidi tandem consumptus viribus ævi,
Æthereas animam fato exhalavit in auras.

XXII. RICHARDUS. II.

Regna suiceßit REICHARDUS in orba parentis:
Quem pietate fuit, quem totâ mente secutus.
Nec genitore minùs celebratus laude fuisset;
Si senium & canos illi fortuna dedisset:
Non lustrum sed enim imperij lætatus honore est.

XXIII. SUINTILLA.

Ecce autem ut properent trepidi dare terga Quirites:
Utque cruentati pleno flent sanguine rivi:
Marte potens furit attonitum SUINTILLA per hostem,
Obvia quæque metens ferro: cecidêre sub armis
Devicti Ausonidæ: adversum gens Romula Martem
Sentit; honoratos ducit Rex iste triumphos:

Solus

Solus & Hesperidum longè moderamina gentis
Inter opes, titulosque novos, magnum inter honorem,
Obtinet; & post se reliquos virtute relinquit.
Felix, si tales habuisset Iberia multos
Clara duces: haud illa graves pòst tempore longo
Tot Libya à populis clades perpessa fuisset.

XXIV. SISVNANDVS.

I*Vra SIGISMVNDVS terris hinc reddit Iberis:*
Non modo civiles causas qui lege regebat:
Imprimis sed jura Dei, sacrataque templis
Munera, constitui cum relligione jubebat.
Hoc demum officium Regum est, non corpora tantum
Subjectorum hominum tutari fortibus armis:
Sed cultûs superûm castos, divinaque jura
Protegere, & verâ populum in pietate tenere.

XXV. XXVI. SVINTILLA II. & TVLGA. P. & F.

T*VLGA SVINTILLÆ successit in ordine Regum;*
Sanguine prognatus claro: cui regia verè
Mens fuit, & pulcræ divino in pectore dotes:
Quo non justitiæ regnavit amantior alter:
Non famulus, sed opum voluit dominator haberi:
Nec tamen effudit res indulgentiùs ullas:
Ne, dum largus opes donaret, prodigus esset.
Felix ille, modum rebus qui ponere novit.
Quid memorem submissum animum, submissaque tanti
Corda viri, ac humiles generoso in pectore flatus?
Iura dedit pariter populis, & gratus amicis:
Musas nec digno simul aversatus honore.

XXVII. SINDASVNDVS.

N*Atus Heraclij Ròmani à sanguine Regis,*
SIGISVVINDVS habens sceptrum, jura aqua ministrat:
Et pietate suis, & relligionis amore
Præcellens, magnâ se animi virtute ferebat:.
Fortis in adversis rebus, moderatus in æquis.
Hic & conventus, synodosque coëgit habendas:
Inque pio tenuit documenta salubria cultu;
Sceptra quater quinos postquàm tenuisset in annos.

XXVIII. RISISVNDVS.

Q*Vem juxta regni excepit RISIVVINDVS habenas*
Filius: haud genitore minor pietate, nec ausis.
Hic ter concilium ad magnum, synodumque colendam,
Sacrorum proceres Toleti in tecta vocavit.

XXIX. BAMBA.

B*AMBA dein sceptris subijt præfectus Iberis:*
Non ullo veterum inferior regnator avorum:
Seu laudem ingenij, seu fortia prælia spectes,
Seu verum veræ ante alios pietatis amorem.
Extremos Mauros totis Rex viribus ille
Fervidus oppugnans; felici Marte potitur:
Atque omnem lato succendit in æquore classem:
Et dulci è patriâ infestos eliminat hostes.

XXX. ERINGIVS.

Q*Vem pater, Inachijs procul inde profectus ab Argis,*
Materno ediderat Gottorum è sanguine gentis,
Hesperiæ eductum terris, florentibus annis
Integer, imperio successit Eringus Ibero:

Non modò consilijs præstans, sed & vtilis armis:
Nec regni socium Thudefridum est passus honorum.
Sæpè & consilium sacris de rebus habebat;
Et verum studuis Christi defendere nomen.

XXXI. XXXII. EGYTA, & VITISSA P. & F.

FEcit idem, qui post frænos capiebat, EGYTA:
Cui longè VITISSA patri virtutibus impar
Induit Hesperidum non dignos principe mores:
Innumeris scelerum formis, & crimine multo
Degeneri; innocuoque sua impius ora cruore
Perluit; humanoque sitim de sanguine fœdam
Restinxit: turpique furens sua corpora stupro
Polluit: addictis aræ per templa ministris
Laxabat thalamo frænos, longeque sinebat,
Quas vellent, & quot, junctas sine more tenerent
Spontè Lupas: turpi amplexu hoc impunius ipse
Se peccare putans; sceleri Rex impia primus
Signa tulit, veniamque dedit, qui crimina fecit.
Sed Vitissa suos patitur pro crimine Mânes.
Nam Rodericus eum, Thudefridi filius, ultrò
Fortibus invadens armis regno exuit, atque
Lumine privatum (namque huic ferus antè parentem
Lumine privârat) vinclis circumdedit arctis,
Donec & extremo miserabile funere fatum
Solvit, & infernas moriens concessit ad umbras.

XXXIII. COSTA.

COSTA sequebatur solio regnator Ibero;
Vix sua ter roseus lustrans vestigia Phœbus
Axe receusebat niveos candente jugales:
Hic etiam quum Rex fatales cessit ad umbras;
Haud ulli ingenio regum, & virtute secundus.
Sed nihil hoc præstans firmum perdurat in ævo:
Credibile est voluisse tamen cœlestia regem
Subtrahere hunc regno venturis numina fatis,
Fatis quæ prono instabant jam proxima casu.

XXXIV. RODERICVS.

IMperium quando RODERICVS habebat Iberum;
Continuò horrendi procul instrepuêre tumultus,
Armorum & multo (heu) passim vada sanguine spumant.
Tunc etenim furiosa ruens in bella juventus,
Maurorum procul à terris, qua discolor Afer
Sole calet rapido effervens, hâc concita magno
Sarracena manus fremitu sese extulit: & jam
Hesperiam petit, ac fulgentibus irruit armis:
Crudelem exercens stragem, terrasque per omnes
Tramitem agit gladijs passim: quaque agmine lato
Fundit Doris aquas, quaque æquora tangit Iberus,
Ad Pyrenæo præruptos culmine montes
Ille peragravit latè furor omnia vastans.
Ipse gravi Rex est Rodericus clade peremptus;
Illis accumulans immensa cadavera campis.
Pars hominumque fuit propere confugit in illos,
Quos latè Oceanus undis Aquitanicus ambit:
Fortis equis vbi sese exercet ovantibus Astur:
Quaque stat invictus animosus Cantaber armis,

Scruposis tutus saxis, atque obice montis:
Contigit hoc septem nati post secula Christi,
Nec non bis septem delapsos insuper annos.
Causa libido fuit tantorum prima laborum.
Rex etenim vetitos Iuliani saevus in usus
Abripuit natam Herois Cantabribus oris:
Hanc ignominiam Pater, indignosque hymenaeos
Vlturus saevo extremos à littore Mauros
Excivit, tantâ & poenas cum strage poposcit.

REGES LEGIONIS ET ASTVRIS.

XXXV, PELAGIVS, Favillae Ducis Cantabriae F.

Primus Rex Legionis, & Asturum.

INtegrat Hesperiae Rex sceptra Pelagius auctor,
Cantabriae genitore satus de Rege potentis:
Collectamque fugâ, & sparsam circùm undique gentem
Strenuus imperio asseruit: proprioque volentem
Subjecit sceptro plebem: nixusque supremi
Numinis auxilio, non vi, non artibus ullis,
Egregiae tantum est virtutis adeptus honorem.
Quin etiam opposuit dire se cominus hosti:
Saepè domum victâ ducens è gente triumphos.
Quumque recepisses jam pluribus ardua muris
Oppida: mox etiam urbem hosti Legionis ademit:
Seque novum clarae Legionis & Asturis, illo
Extulit auspicio Regem: quae nomina longum
Egregijs remanent ducibus servata sub aevum.

XXXVI. FAVILLA.

BIs denis ubi gessit sceptra Pelagius annis,
Post fundata acri patriae molimine regna,
Et tot jam passim victricibus aucta tropheis:
Aethera conscendens lumen mortale reliquit:
Ardua magnanimo commendans sceptra Favillae;
Quem natum egregiae clarum virtutis habebat.
Ille rudimentis naturae pluribus altae
Exhibitis, quum fors silvis venator apricis
Spontè feras cursu passim sequeretur agrestes:
Oppetijt rabido miserè laniatus ab urso:
Vix ubi Sol geminos absolverat aetheris orbes.

XXXVII, ALPHONSVS CATHOLICVS.

INde Gener regni tuus ardua, magne Pelagi,
Sceptra tulit clarus titulis ALPHONSVS avitis:
Cantabriae magnis quondam de regibus ortus,
Sanguine Gottorum illustri. Viden' ut nova virtus
Fortibus assurgat coeptis, venientibus annis
Ereptam longè patriam quae liberet hoste:
Reddat & aucturis asserta nepotibus arva!
En hic depulsis quae munias oppida Mauris,
Navarrae excipiens regni ardua sceptra superbi!
Bellator procul ut saevos bacchetur in hostes:
Et Lusitanae cultas ut fertilis oras
Occupet, & tutâ cives in sede reponat!
Quid? quòd & infandi Rex semper hic hostis Arij,

Dogmata blasphemis quæ sparserat impia verbis
In te, Christe, tuumque, Deus ter maxime, nnmen,
Omnibus ex oris radicitùs exstirpavit:
Vera loco sacris passim augustissimus Haeos
Mnnera restitnens templis: verbnmqne per aras
Edocuit cœleste sacras, cultnque dicavit:
Vnde Pij meruit nomen qnoque regis habere.
Salve care Deo, fortnnatissime Rector:
Iamque poli felix age in altis sedibus avnm.

XXXIIX, FROILLA.

ECce nt magnanimis Froilla exultet in armis,
Tentonico possis qnem nomine dicere Lætum:
Qnod latè rigidos animosus agatnr in hostes!
Vtque Arabes, patrios turbantes milite campos
Gallicia magnæ, devictos strage trncidet;
Alta cadaveribus complens ingentibus arva:
Mox in Vasconios convertens arma rebelles
Subdidit imperio evictos, & jussa coëgit
Sceptra pati, & tanto se sponte addicere Regi.
Sed fratrem occidit; germano fratre vicissim
Aurelio inde perit, vitamque & sceptra relinqnit,
Post tres atqne decem dilapsos ætheris annos.

XXXIX. AVRELIVS.

PEr cædem AVRELIVS mox ipse potitnr habenis:
Servornm tristes compescnit ille tumultus,
Qui scelere in dominos consnrrexère nefando:
Hos vltrô obsistens magnâ vi tenterepressit.
Verberibus sed enim scuticarum ingentibus illos
Tractari edixit; terga & serviliadnris
Mandavit cædi virgis, & vincnla necti
Deprensis: qno mancipio sibi protinus omnem
Subjecit tnrbam; ac ad jnssa redire coëgit:
Post sex emoriens sine cæde & sangnine messes.

XL. SILLO.

ALphonsi gener hinc ad regia munia SILLO
Snccedens, Arabum firmavit fœdere pacem:
Turbatosque animi latæ per mœnia cives
Gallicia, in morem rursum, & snb jnra redegit.

XLI. MAVRIGATVS,

ILlicet Alphonso natus de pellice regi,
Illustri patrias fato suscepit habenas
MAVRIGATVS: turpis ille ducum, infelicibus orsis,
Auxilio fretus Libyæ, gentisque superba:
Cnm quibus ipse suum hoc stabilivit fœdere regnnm,
Vt lectas illis (facinus crudele) qnotannis
Sortitò egregias formâ & pietate pnellas
Mitteret (huic) diros diræ impietatis ad usus.
Hand ille egregio similis virtnte Parenti,
Nec pietate fuit: sceptro hoc indignus honornm,
Degener, infelix, æquicontemptor, & ex lex:
Sed tantùm geminos hic regno præfnit annos.

XLII. VVARAMVNDVS.

INde pius sceptris potitur VVARMVNDVS avitis,
Prima, nepos, ALPHONSE tuus: qui tempora sacris
Ritibus, & templo, qnàm regni impendere curis

Maluit,

Maluit, & Christo vitam moresque dicavit:
Relligionis amans, mundi & contemptor honorum.

XLIII. ALPHONSVS II. CASTVS.

QVis satis Alphonsum laudet, cui nomina Casti
Virginitatis honos, & lectus conjugis expers,
Castus habere dedit? nam relligionis amore,
Abstinuit thalamo cælebs, & labe carentem
Transegit vitam, & Christo se spontè sacravit.
Nec minùs egregijs viguit bellator in armis:
Quando repentinos patrijs èx urbibus hostes,
Marte trucidatos, aut forti milite abactos
Expulit, immani & passim cum strage repressit.
Vrbem prætereà clari quæ nomen Vlyssis
Structa gerit, multa captam virtute recepit:
Hostem armis superans, & magna plurima præda
Dona ferens, Sacras hinc inde impendit ad ædes
Templorum ingentes Christo de more struendas:
Quà castas servant sub mœnibus Astures aras.
Fama est, dum studijs templo, pro more, sacratis,
Ipse Heros sancta Christi cum gente vacaret;
Fixam aciem ad cælum vultu flexisse tenaci,
Cælestûmque choros animo affectasse fideli:
Et procul auratam sublimi in fornice templi
Affulsisse crucem: quam Rex prior omnibus unus
Viderat ipse; simul cunctis ex ordine mystis
Spectandam innuerit monitu; Divosque precatus,
Iusserit æternùm tecto interiore reponi.
Magnus ei Cæsar Germanide Carolus ora,
In Sarracenos Christi pro lege nefandos
Iunxit opem, auxilio subiens, ille optimus armis
Egregijs auctor, bello invictissimus Heros.

XLIIII. RAYMIRVS.

FIlius hinc VVarmunde tuus RAYMIRVS habenas
Excipit; & patrias magnis virtutibus oras
Imperio frænat, sævoque tuetur ab hoste.
Damna tot adversis conspiravêre procellis
Vnius hoc caput in Regis: Normannica sævis
Gens tonat hinc furibunda minis: ruit acrior inde
Maurorum rabies: intentatumque reliquit
Nil sors dura domi: dum bella domestica passim
Ipsa intra patrij consurgunt viscera regni.
Non tamen hunc tanti juvenem exhausere labores,
Perplexum spacijs aut arctavêre malignis:
Quin immota suo stetit in molimine virtus,
Omnibus & curis, insultu & fortior omni.
Namque Saracenis habitatas hactenus oras,
Hispalidosque iterum magnam sibi subdidit urbem
Ipse sui auxilio consortique agmine fratris.
Victus ei porrò per sæva Nepotius arma
Concessit: regnum ille palàm affectabat Iberum:
Frustatus sed pòst tanti molimine cœpti,
Relligione sacras fato est detrusus ad ædes.
Quid referam, qua vi, quo Marte hic inclytus Heros
In Sarracenos victor pugnaverit hostes:
Fortia quanta illos Calaginæ ad mœnia sedis
Strage trucidârit: quot millia fortibus armis

Exuerit; divinus ei quum fortè Iacobus,
Qui populi meruit quondam patronus haberi,
Visus adesse fuit, candenti belliger Heros
Vectus equo, & forti confundens agmina dextra?
Dij ne etiam humani patiuntur luminis auram?
Felicem ô Divis regem, fatoque beatum,
Qui magnas Arabum sævis ex hostibus oras
Accepit, patriam & spolijs ditavit opimis:
Post sex defunctus curis mortalibus annos.

XLV. ORDONIVS I.

VIx iterum imperio Hispana Rex gente rebelles
Vascones asseruit magnis ORDONIVS ausis;
Victor & arctatis populum subjecit habenis:
Gens inimica Dei quum Sarracenica veri,
Ad Lusitanas campis ingentibus oras
Marte furens omnem vastaret milite tractum.
Extemplò ingrediens bello Induperator Iberus
Advolat, & fuso regionem liberat hoste:
Ipsum & Maurorum, Musa cognomine, regem
Congressus diro affecit discrimine Martis;
Multa suo adijciens, quæ ceperat, oppida regno:
Cauria quà latas, & quà Salmantia turres
Erigit alta: Simul cultus exosa profanos
Iam Christo obsequio gestit servire decenti.

XLVI. ALPHONSVS III. MAGNVS.

TErtius egregias propter res undique gestas,
ALPHONSVS Magni meruit Rex nomen habere.
Quippe Dei veris patrias cultoribus oras,
A Lusitanis depellens finibus hostem
Tradidit: & Christo dignos sacravit honores:
Sollennes templis reparans in grandibus aras.
Quique pios subitis, tot acerbis cladibus, armis
Sarracenigenæ vexabant Vascones hostes;
Navarræ teneros vastantes undique tractus:
Alphonso procul hi terga adventante dederunt:
Aut fuso rubeos sparserunt sanguine campos.
Non virtutis egens hic, aut inglorius armis,
Nec laudis fuit, aut magnorum indignus honorum:
Iustitiæ gnavus cultor, gravis osor iniqui:
Egregijs patrias regni successibus oras
Ritè gubernavit: cum Christum pectore toto
Demeruit, longos regno præfectus in annos.
Ast hac nescio quo commisit tristia fato
Ille tamen: caros quòd eodem à sanguine fratres
Perspicuæ teneræ privari frontis honore
Iusserit immeritos, noctique immerserit atræ.
Ipse quater denos longis post messibus annos
In Christo vera fidei constantia obivit;
Cælo immortales capiens Alphonsus honores.

XLVII. GARCIAS.

QVando pij Christo sacrarent omnia reges
Munera, & veherent castos pietatis honores;
Ritè Deo spolijs devictæ ex hoste dicatis:
Magnaque cælesti ductantes agmina Christo
Ad veram conversa fidem, cultusque fideles:
Tunc quoque sunt belli fatis melioribus usi:

Victoresq; novam palmam cum laude tulerunt
Egregiã, & fractos superarunt fortiter hostes.
GARCIVS hic quales successus optimus Heros,
Alphonsi claro genitus de sanguine Regis,
Rex habuit; magnum Maurorum à rege triumphum
Captivo referens, spolijs oneratus opimis:
Quæ templis clari quum sponte dicavit Oveti,
Vsibus addicens sacrorum, & dulcibus aris:
Ter Phœbus niveos obsolverat æthere cursus;
Astra poli quum Rex obitu suprema petivit.

XLIIX. ORDONIVS II.

FRater ei regno subiens ORDONIVS heros,
Felici passim fractos bello atterit hostes:
Castra manu capiens ingenti plurima, & omnem
Lusitanam obijt victor: prædaq; petitus
Innumerâ, censum templis de more locatis
Addidit ingentem: sancta & locupletibus augens
Acria divitijs, castos induxit ad usus.
Sed tamen hec ab eo non dignum est laude patratum;
Ille quòd haud veræ heroas virtutis egentes,
Inclyta quos Comites nuper Castella tenebat,
Fraudibus accitos tacitis, & carcere vinctos,
Exuerit vita cæsos, lucemq; negârit
Aethereum. Sed justa gradu vindicta sequaci
Ponè subit: nam Castellæ se protinus omnis
Vinclis explvit populus: sibi denique gente
E propria legit, queis jura ferentibus ultrò
Obsequium studio declaravére fideli.
Insuper & sævus quum invaderet oppida Maurus,
Edidit ingentem fuso procul agmine stragem;
Præsulibus geminis dira inter prælia captis.
Ast annos postquàm regnando exegerat octo;
Inter vota Dei, lacrymas interq; calentes,
Inque fidè, Christi moriens sua funera dextra
Commendans, lethi somne compressus obivit.

XLIX. FROILLA.

FROILLA dein rapuit regnorum insignia pater:
Sejanum sed equum potuit rapuisse videri,
Atque Tolesani reperisse numismatis aurum.
Quippe brevis postquàm circùm se verteret annos,
Correptus fœdo mox ille in corpore tabo
Occubuit; nato patriam sceptrumq; relinquens.

L. ALPHONSVS IV.

ERgo ALPHONSVS obit sublimis munia regni:
Mox animi dubius Monachum se sponte professus
Contulit, addictum sacris, templisq; vacavit.
Quumq; suo fratri Raymiro sceptra dedisset;
Immemor en voti, & vitæ pertæsus inertis,
Continuo reddi sibi debita regna reposcit,
Multa movens. Sed non perculso est pectore factus
Ille sui compos voti: Germanus at ipsum
Spirantem, quum fors cepisset bella, repentè
Exuit & sceptris, & dulcia munera lucis
Perdidit amissa: melioris & excidit ævi
Spe miser, heu veteret questus non molliter annos.

LI. RAYMIRVS II.

QVi Comes in feudo tunc Gondesilaus habebat
Castellæ primus fasces, tulit acribus armis
Auxilium RAYMIRE tibi: vos territus hostis
Fugit Arabs, victoq; accepit milite cladem.
Osma fuit vestræ testisq; & gloria palmæ.
Mox ad frugiferæ pinguissima culta Samancæ,
Cæsaris Augustæ Maurum per mœnia regem
Abnerum, multo fœdatis sanguine campis,
Vicisti, & victo famam super hoste tulisti:
Auxisti & veteres simili virtute triumphos,
Quando novem atque decem complésses temporis annos.

LII. ORDONIVS III.

FIlius invictis pugnans ORDONIVS armis,
Gallicios fratris jurare in verba volentes
Subdidit, ac cives domuit virtute rebelles:
Germaniq; minas dextris infregit inanes
Fortibus accessuq; suo conterruit hostem
Quinque dein Sceptrum moriens post lustra reliquit.

LIII. ORDONIVS IV.

POst regno illicitis se ORDONIVS intulit ausis,
Alphonso genitus: populo nec fræna volente
Corripuit: gravis ambitio quo compulit illum,
Regnandiq; sitis, vetitiq; innata libido.
Demens, qui propria non lætus sorte, quieto,
Inq; Dei puro, virtute illustris, amore
Vixerit: haud ille exolvisset sanguine pœnas:
Dum plura appetijt, quod habebat, perdidit ipsum.

LIV. SANCTIVS I. CRASSVS.

SANCTIVS Ordonum contra fas sceptra ferentem
Commissa interimit pugna: meritosq; parentis
Defuncti repetens hæres accepit honores:
Corporis ob molem dictus cognomine Crassus.
Herba Machaonicam medicis inventa per artem
Miscuit huic solitas mensis exilibus escas:
Vnde saginatus decrevit pondere venter:
Et macies submissa loco: nec tempore longo
Marcidus æthereas animam exhalavit in auras.

LV. RAYMIRVS III.

NOndum ævi maturus obit RAYMIRVS habenas:
Gallæciam auspicijs, sævo tutatus ab hoste,
Fortibus asseruit: Normannica littore signa
Obruit, & fusam submersit in æquore classem
Quinque adeò sceptrum per lustra tenebat Iberum.

LVI. VVARMVNDVS II.

CVi VVARMVNDE subis; sævo qui victor ab hoste,
Accipis ingentem repetita ad prælia cladem:
Obrutaq; hostis habet Legiones mœnia capta,
Et Compostellæ florentem diripit urbem,
Vi superûm à Divi jussus cobibere Iacobi
Relliquijs dextram: cui mox te fortior armis
Innumeris offers; iterataq; bella capessens,
Omnibus exutum signis latè obruis hostem:
Ereptamq; priùs repetis per prælia palmam:
Tam benè parcere si tantùm, quàm vincere nosces.

LVII. ALPHONSVS V.

QVi regni ingentes animis æquabat honores,
ALPHONSVS solijsuscepit frana paterni:
Ve sua compositis per fœdera commoda rebus
Quæreret, & socium belli in discrimine haberet:
Expugnare tuum quum vellit Corduba regem,
Tiresiam Christi ornatam agnitione sororem
Magnati junxit Mauro, qui clara Toleti
Mœnia habens, fidei temnebat dogmata vera.
Ipsa soror tales est aversata hymenæos,
Haud lætis conjuncta animis: at libera tandem
Facta viro viduas ingressa est protinus ædes:
Muneribus divûm templis operata sacratis.
Rex ubi Visæam signis circumdaret urbem,
Quam Mauri multa propugnavêre manu, ac vi:
Forte cava ingenti percussus tempora saxo
Occubuit, lethale gerens in corpore vulnus:
VVarmundoq́ locum successit in ordine Nato.

LIIX. VVARAMVNDVS III.

HIc Fernande tibi (quamvis affinior esses,
Illius & thalami germanam lege teneres)
Quum vos nescio quæ stimulasset in arma simultas,
Occurrens validis belli discrimine signis,
Quà turrita novis conspecta est Carrio muris:
Vulneris occubuit plaga, sceptrumq́ reliquit,
Dum decies sua per vestigia fluxerat annus.

REGES CASTELLAE.

LIX. FERDINANDVS Primus Castellæ Rex.

DIvitijs pollens amplis, & honoris abundans,
Castiliæ magnas rexit FERDINANDVS habenas:
Matris in imperio succedens proximus hæres.
Hic idem regni fasces Legionis habebat:
Inde novos titulos ductor, nova nomina gessit.
Addidit his etiam Navarræ sceptra potentis:
Quum fratrem illatis ultrò fudisset in armis.
Ille feros dextro superavit numine Mauros:
Mœnia sublimis devicit & alta Columbræ:
Et Lusitanis victor subitò institit oris:
Et procul è magnis, statuit qua Gallia portum,
Ejecit Mauros terris: ubi nomen Vlysses
Ductor habens urbem fundavit Vlyssibonnam,
Huc vento Graijs errore advectus ab oris.
Præditus egregijs fuit hic virtutibus Heros;
Humanus, metuensq́ Dei, & servator honesti:
Grande Ducis specimen veri, lausq́ optima regum;
Lustra novem tantus superavit & integra regnis.
Iamq́ ævo gravior, longis ac debilis annis,
Ipse suis patrias urbes ex ordine natis
Delegans, multo assignavit honore tuendas,
Vrvius adhuc: tu Castella sceptra inclyta Sancti;
Tu Legionis habes campos Alphonse feraces,
Austriasq́ plagas, & cultam Tranisimenam:
Galliciæ servas fæcundos Garcia tractus.

LX. SAN-

LX. SANCTIVS II.

SOrte Patris capiens legatus SANCTIVS oras
Vlteriora petit: regnisq; adjungere regna
Plura parat. Subito & compulsum milite fratrem
Sede sua Alphonsum exturbat: tum Garciam adortus,
Immemor heu fidei sanctæ, ingratusq; parentis,
Germanum diris dejectum intercipit armis.
Ipse tamen meritas tandem cum sanguine pœnas
Turpis avaritiæ persolvit rursus: ut atris
Obrutus insidijs, & dirâ fraude petitus
Occubuit, lato transfixus corpora ferro.
Hunc tulit eventum regnandi insana cupido.

LXI. ALPHONSVS VI.

ALPHONSVS cæsi post tristia funera fratris,
Lætus ab exilijs ad debita regna vocatur.
Ille fatigatam longa obsidione Toleti
Obtinuit victor Mauris ex hostibus urbem:
Atque omnem circà terram ditione subegit.
Quum ferus ingrueret sævis tunc hostis in armis;
Ederet & tristes Hispana per oppida clades:
Septem illi Comites occursum protinus ibant,
Omnes qui fato cæsi periêre maligno,
Atque loco nomen factâ de clade dederunt.

LXII. ALPHONSVS VII.
Arragoniæ Rex.

SVccessit Gener huic & nomine dictus eodem:
Strennus egregijs, & longè invictus in armis.
Hic multis Mauros ex urbibus expulit Afros,
Tutela quà fortis, quà Dorada clara minaci
Aggere præfixit muros: quà Bilbilis alta,
Quaque Turissa stetit, Augustaq; Cæsaris ampla:
Et quà Borgia habet turres: pluresq; potenti
Præsidio exstruxit, præcelsis mœnibus urbes,
Berlangam ingentem, Bilfortaq;, & Almazenam.
Et quia tot populos frænabat, totius ille
Hispani voluit regni Induperator haberi.
Sed quò clarior hic bello Heros extitit: hoc &
Tractabat templis sacrata profanius almis
Mœnia: nec divûm cultus in honore tenebat.
Sæpe feras quadrupes sacras induxit in ædes,
Auteipsas stabulis indulgens turpibus aras:
Hinc sceleris pœnam meritò luit ille nefandi.
Cinctnrus sed enim forti edita milite Fragæ
Mœnia, & assiduis oppugnaturus in armis:
Continuò in tenues Rex hic disparuit auras:
Nulli hominum visus porrò: seu numina cœlo
Abstulerint, seu sit vivus delatus ad Orcum,
Ambiguum: vivum constat non esse repertum.

LXIII. ALPHONSVS IIX.

NOminis hinc consors regnis ALPHONSVS ijsdem
Succedens, magna patrum virtute regebat.
Ingenti superat coluit pietatis amore;
Iustitiam regno servans, legesq; perennes;
Egregijs felix natis, quibus ampla dicavit
Regna, & præcipuo conspectos auxit honore.
Post ubi jam longos ditioni præfuit annos;

Ad Se-

Ad Solymas ventosa per æquora terras,
Relligione sacras latè: & monumenta beata
Antiqua inspexit fidei, Christiq; sepulcra.
Nec sine fatidicis adijt loca talia signis:
In Saracenos pugnans hic fortiter hostes,
Proq; fide Christi, proq; altæ mœnibus urbis,
Asseruit sanctas multis conatibus oras.
Inde domum rediens, morbo præventus acuto,
Mœnia vicinæ propter composita Baëza,
Arboreos subter ramos (heu) viribus æger
Vitalem efflavit placidis singultibus auram:
Atque sui desiderium, lacrymasq; reliquit.

LXIV. SANCTIVS III.

NOn virtutis egens, pulcrisve inglorius armis
Filius huic vno succedens SANCTIVS anno
Præfuit: inq; Arabes malè, dum gerit arma, fideles,
Nomine pro Christi, pro relligionis honore;
Dicitur humanas liquisse emortuus auras.

LXV. FERDINANDVS II.

TVnc populos veteris rector legionis habebat
FERNANDVS; Sancti frater tum optime: natũ
Qui post fata tuum patrijs excludere regnis
Vix dum natum infantem, & adhuc ætate pusillum,
Insidias agitans, miro properabat amore:
Sedula tutorum nî vis & cura fidelis
Obstiterit, tantosq; impunè represserit ausus.

LXVI. ALPHONSVS IX. BONVS.

AT BONVS ut sortem bello sensisset acerbam,
Ac Saracenos malè bella tulisset in hostes:
Continuò numerum, fortissima lêgit in arma,
ALPHONSVS juvenum: sanctum quirîtè Iacobum
De Spata colerent dominum, Martisq; patronum.
Inde opibus melior, Christoq; in vota vocato,
Rursus in infestum se cominus intulit hostem:
Fortiaq; invita commisit prælia dextra;
Vrbs ubi sanguineis adlambitur Vbeda ripis.
Protinus hinc Arabes bello pugnavit in hostes,
Auspicio adjutus superûm: quum desuper alto
L[illegible]sa polo fulgens crucis astipulatur imago:
Fusaq; continuò super agmina victor abivit.
Felix bellator, pugna cui signa deûm rex
Molitur, cæloq; suum testatur amorem.
Victor abit Miles, qui militat auspice Christo.

LXVII. HENRICVS I.

LVdicra dum celebrat læto spectacula disco,
Funditur illiso percussam verbere frontem:
Vix sceptrum patriæ geminos HENRICVS in annos
Gessisset, magnam & de se virtute dedisset
Spem decoris, facta & propriata ad grandia mentis.

LXIIX. FERDINANDVS III.

ASpice nunc, qui fertur equo FERNANDVS in alto,
Corpore[illegible]: accinctus splendentibus eminus armis,
Fortibus egregius membris, & viribus acer,
Et regum ante alios bello fortissimus Heros:
Vnus qui magnos armis victricibus hostes
Expulit Hispanis, vicino littore, terris.
Assertas [illegible]ul ingentes & reddidit urbes:

Corduba

Cordnba quà jacet, & quà mœnibus Hispalis altis
Flnctibus assultans patitur mare, Vandala quà gens
Finibus insedit circùm: sed Batita regna
Annua ritè sibi solvisse tributa coëgie:
Materiem linquent venturis illa trinmphis
En decus, & vera magnnm virtntis honorem.

LXIX. ALPHONSVS X.

HVnc verò, hunc ocnlis propius nnnc adspice regem
ALPHONSVM: viden' ut solio sublimis eburneo
Aureus effulgens, & majestate perenni
Conspicuus, læva stellis fulgentibus orbem
Ipse manu gestet cæli, terrasq́ jacentes
Implexu involvat dextræ; sceptroq́ decorus
Insigni: simul arma, simul nitet anreus ensis
Rectori. Nempe ille polo stellisq́ supremus
Præscribis leges, metam ac præfigit eundi:
Subjectis idem dat jnra potentia terris.
Ille perrennantes alterni temporis horas,
Et cæli anfractus varios, lapsusq́, vicesq́,
Divinâ expedijt curâ, studioq́ sagacis
Ingenij, & docto numerornm indaginis usu:
Notior hinc nobis & mensis constat, & annus.
Nec minùs intereà popnlos cum lande paternos,
Ipse gnbernavit rector; legesq́ verendas
Ordine descripsit certo, in nnmerumq́ redegit:
Et gentem edictis, sanctoq́ coërcuit usu
Iustitiæ; sua dona ferens, ac præmia dignis:
Et scelera afficiens meritis enormia pœnis.
Ad Sicoris liquidas quæ mœnibus adjacet nndas,
Ex Arabum sævis erepta est Mnria dextris
Hoc duce: quæ firmam facto dein fœdere Regi
Servavitq́ fidem, & decorata insignibus armis,
Iam septem clypeis ostentat honora coronas.
Fortunate senex, tibi Sarracenica turba,
Hispanas mnltis invadens classibus oras,
Cessit pulsa retrò, refugnmq́ per æquor abivit:
Quando illos dextris aggressus es acribus hostes,
Et cruce signatas eduxit in prælia turmas.
Et tua quo pietas laudari nomine possit?
Tn reges dira abreptos in vincla fideles,
Hostibus ingenti precio, virtutis amore,
Spontè redemisti, vitamq́ impunè dedisti.
Tn qnoque Germanis tot de præstantibus unus
Principibus, qui res Romanæ gentis, & orbis
Totius imperium sub nutn Cæsar haberes,
Dignus eras: Salve æternos Alphonse per annos.

LXX. SANCTIVS IV.

SANCTIVS Alphonso genitus, clarissimus Heros,
Snblimi invictum spiravit pectore Martem:
Semper ei pngnæ, semper fera prælia cordi:
Nec nisi fnlmineis cinctus gaudebat in armis:
Panè patre invito regnnm ut sibi sumpserit ipse.
Is valido infestos superavit milite Manros:
Plnrimaq́ eversis rupis tentoria castris.
Protinus & pulso Carteiæ mœnia ab hoste
Obtinuit, modò cui nomen tribuere Tariffæ.

Post

Post ubi, sceptra tulit clara qui regia Iessa,
Ingenti appeteret Hispanica littora classe;
Sanctius occurrens signis sublimibus, illi
Obstitit: & forti opponens navalia bello
Classica, commisit felici prælia Marte:
Et tota hostiles immisit in æquora turmas.
Dumq; foret durus in Marte severior armis,
Sæpe minùs clemens potuit, comisq; videri.
Pax ubi sublimes ostentat Iulia muros,
Nescio quo moti infausto molimine cives,
Dum gravis interno correptam Marte per urbem
Fervet, & ingenti fatis exorta tumultu
Seditio, Alphonsum fraterno sanguine natum
Optarunt regno hæredem. quod Sanctius ipsum
Vt primùm indicijs manifestum agnovit apertis:
Ingentem subitò sub pectore concipit iram:
Immissaq; manu furibundi militis, omnem
Ensibus invasit populum: tum cæde nefanda
Innumeros cives tristem demisit ad Orcum.

LXXI. FERDINANDVS IV.

Filius imperium, nondum tamen integer ævi,
Ante novem vixdum in lucem puer editus annos,
Accipit folio insidens FERDINANDVS avito:
Quem juxta egregios genitrix informat ad usus
Imperij, & tantas rerum gerit ordine curas.
Ille puer quòd erat, cœpit contemptui haberi:
Hæc quia fœmina erat, regnis indignior illis
Visa fuit: sua quisque trahit discrimina sexus.
Ergo illam proceres sævis petere eminus armis
Continuò, & fatis procul oppugnare malignis:
Hinc qui Navarræ tenuêre insignia reges:
Hinc qui Gallorum sedêre ad littora Portus:
Ac Arragonios illinc qui milite tractûs
Protexêre, simul puerum contra arma gerebant.
Obstitit his cara solertia magna parentis:
Illa & fulmineos, licet impar, reppulit hostes;
Fortibus adjuta auxilijs, & mente sagaci
Prædita; vimq; animis prospectans exijt omnem.
Sic tres atque decem regnum moderatur in annos.

LXXII. ALPHONSVS XI.

Aspicis hunc senio, & patria gravitate verendum
Ponè ducem: qui res & debita regna potenti
Imperio ALPHONSVS multos fortissimus annos
Ritè ministravit ductor: gentemq; severa
Frænavit latè morum pietate bonorum,
Haud virtutis egens, fortunatiq; laboris,
Fortia nam, rerum non immemor ipse suarum,
Cum Mahometigena commisit prælia gente.
Oppida sævus adhuc Granata Maurus habebat:
Quem forti invadens animo, atque potentibus armis,
Multa repugnantem, & contra fera bella gerentem
Reppulit, & victum longè dare terga coëgit.
Tunc regem Almosum populi, tunc Hinsea regem
Magnanimo fudit congressu: atque oppida forti
Obtinuit devicta manu: quà regia vastos
Alcala nubigenas muros protendit in auras

Hoc unum sæva commisit percitus ira,
Indignum, Calatæ insignem quòd sponte Magistrum,
Hispanæ carum genti, & nil tale merentem
Iusserit (heu) dirâ delatum morte necari.
Rex hic unanimi bellantes Marte cohortes
Instituit, sociûm Blandæ cognomen habentes:
Indita quà celebris sustollit mœnia Burgis.
Clara Gibalteræ dum cingit milite castrum:
Pestis & invadit contagio regia castra:
Iura ibi & Alphonsus naturæ debita solvit.

LXXIII. PETRVS I.

I*Mperio tristi PETRVS truculentus, & ira,*
Sceptra suum qui post suscepit Ibera parentem,
Principis egregij Burbono stemmate natam,
Quam sociam sancto junxit sibi fœdere lecti,
Pellicis instinctu fœda, jussuq; procacis
Ejectam exegit thalamo procul omine lævo,
Sævijt in fratrem dirus mox ensibus ipsum;
Inq; viros quosvis magna se laude ferentes:
Vejaris inhians opibus pròh degener alti
A provavit, nullæ meruit præconia laudis.
Vlturi indignos mores & tristia facta,
Miscent inter se germani prælia fratres.
Henricus, validis qui pugnam exercuit armis,
Inde Petrum lato confossum cuspide ferri,
Fratrem obtruncavit proprium, dirasq́ue poposcit
Effuso cari fratris pro sanguine pœnas.

LXXIV. HENRICVS II.

F*Ratre capit tandem regalia sceptra perempto,*
Et parto rerum victor lætatur honore
HENRICVS, castis servans sub legibus urbes
Blandior hic procerum cõmi virtute favorem
Demeruit: sibi quos devinxit amore vicissim
Egregio: atque sui memores benè spontè merendo
Fecit: habet pietas dignam & sua gratia laudem.
Rex tamen ut solos bis quattuor extitit annos
Occubuit tristi, consumptus corpore, morbo:
Castaliæ nato commendans regna Ioanni.

LXXV. IOANNES I.

I*Lle potens animi & virtutibus inclytus Heros,*
Egregiós coluit sublimi pectore mores.
Illius imperio populi vixere beati
Hesperiæ, & læti vigerunt dotibus ævi.
At sex ut tenuit sceptra & quinque insuper annos,
Quadrupedis fœdo prostratus corpore lapsu
Occubuit, dulcis defunctus munere vitæ.

LXXVI. HENRICVS III.

Q*Vi Patris en alto præfert in pectore dotes,*
Et castos animi mores, mentemq; benignam:
Emicat HENRICVS Tyrio ut sublimis in ostro,
Et blandus vultu juvenis, mentoq; decorus!
Hoc vixit cari nec frater amantior alter:
Namque Arragoniæ Fernandum regna tenentem
Præcipuo coluit, dum vita manebat, honore:
Muneribus donans magnis, & xenia mittens
Regia; & ingenti complexum fovit amore;

Quin alios etiam junxit sibi fœdere reges,
Legatos ideò quibus & dona inclyta misit:
Ac passim ingentes eduxit ad æthera moles:
Ardua porticibus fundavit & atria longis;
Aeternaq́ sibi nomen cum laude paravit.
Octo bis at postquàm regnum tenuisset in annos:
Terdenas nondum messet ubi contigit ævi;
Aetherium linquens in corpore lumen obivit.

LXXVII. IOANNES II.

Parvus adhuc teneris in cunis vagijt infans,
Henrico egregio natus de patre IOANNES:
Ipsa sed imperij curam pia mater agebat,
Fœminea CATHARINA decus & gloria gentis.
Patruus hunc sed enim Rex Ferdinandus honestis
Consilijs juvit rector: consortibus istis
Integra res regni semper stetit. inclytus at jam
Ille puer vita bisseptem exegerat annos:
Egregio Patrui præstantem corpore natam
Adscivit thalami sociam, lectiq́ jugalis:
Vnde satus, qui post fasces Henricus habebat:
Quem jam vivus adhuc regnorum in parte locavit:
Disceret ut curis paulatim assuescere tantis.
Post quinquagenos regni pater occidit annos:
Gloria virtutis longum perdurat in ævum.

LXXIIX. HENRICVS IV.

Qualem se vivo gessit Rex iste parente,
Sub paribus regni titulis HENRICVS Iberi:
Talem magnanimi sese post fata parentis,
Egregijs rerum auspicijs, & pectore forti,
Solus ubi imperij curavit munia, gessit.
Quippe truces magnis affecit cladibus Afros:
Multa ferens sævis per martem incommoda Mauris,
Auxilio procerum, magna & virtute suorum:
Plurimaq́ obtinuit procul oppida victor Iberus,
Quæ foris porrò in manibus ditione tenebat.

LXXIX. FERDINANDVS V.

Inde sororis adis post illum regna maritus
Ille, Arragonias qui Rex Fernandus habenas
Cresserat: egregio ante alios insignis honore.
Hic ille est, qui bella movens victricia Mauris,
Granatæ obtinuit terras, urbesq́ fatentes:
Et Sarracenæ vicino è littore gentis
Colluviem magnis debellatam expulit armis:
Optatamq́ diu condit tum denique pacem
Indignis, lætam ac patria tellure quietem.
Quoque loco pietas studijs è versa profanis
Occiderat. sanctamq́ fidem Mahometica proles
Corruptis vano violarat numine sacris:
Omnia subvertens lacè, pia ritibus illic
Instituit templa augustis: Christumq́ doceri
Sincerè, & casta cœli pietate parentem
Ritè coli jussit passim: quo nomine nomen
Ille assertoris meruit pietatis habere.
Hic omni præstans virtute excelluit Heros:
Divinam referens sublimi in pectore mentem:
Iustitia pollens ardore potentis, & æqui.

Hic rex hic pulcro præstantem corpore natam,
Ioannæ cui nomen erat memorabile nata,
Consortem egregio thalami dedit esse Philippo
Regi; & avis, atavisq́, & opum splendore potenti;
MAXIME tellure, ô Cæsar, Germanide, nato
AEMYLIANE tuo, Austriacæ flos optime gentis.
Hanc sibi Rex juvenem tantum de millibus unum
Delegit generum sponte, ac succedere Iberis
Ante alios voluit regnis: quo principe lætum
Speraret patriæ imperium, gentemq́ beatam.

XXC. XXCI. PHILIPPVS I. Austriacus, & CAROLVS V. IMP.

REgna ubi magnanimus suscepit Ibera PHILIPPVS:
Implevit patrijs omnes virtutibus oras;
Et magna populos rexit cum laude potentes.
Extulit hic geminos de se, duo numina, natos,
CAROLE te, nec non te Ferdinande, potenti
Cæsar uterque sub imperio, Germanide terra.
Cujus posteritas non intereuntibus annis
Nascentem occiduumq́ suis virtutibus orbem,
Et res Christiadum fluxas, gentemq́ fidelem,
Auspicijs, fato divûm, moderabitur æquis:
Et cum supremo condet sua secula mundo.

XXCII. PHILIPPVS II.

ILle dedit, qui nunc Hispana gente PHILIPPVS
Tot missum per avos, per stemmata plurima regnum
Victor habet, clarum jactans ad sidera nomen,
Laude potens, nulli veterum virtute secundus.
At hic divino prognatum sanguine frater
Edidit Heroëm, quo non præstantior alter.
Salve Heros divine, Deo acceptissime Rector
Teutonici Aemiliane soli, Rex maxime, & orbis
Servator, triplici regum insignite coronâ:
Tuq́ omnis salve magis ac magis Austria proles:
Christiadum quæ res mundi ad suprema tenebis
Secula, & infesti franget molimina Turcæ.

FINIS.

ELIAE

ELIAE REVSNERI LEORINI
Med. Licent.

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI

De Familijs Regum & principum, aliorumque procerum orbis Christiani

STIRPS TARRACONENSIS
Sive
REGVM ARRAGONIAE GENEALOGIA.

RANIMIRVS Sanctij Majoris Navarræ Regis ex concubina domina de castro Aiuarum F. omnium calculis Aragonum Rex primus numeratur: pietate singulari in novercam celebris: quam à proprijs filijs adulterij accusatam, & in extremum vitæ discrimen adductam, ille fratribus monomachiam offerendo strenuè defendit. Quam ob rem ab ea in filium & hæredem legitimum adoptatus: sicque Aragoniæ regno est potitus. Post Sanctij Sobrarbrorum Regis excessum, quum Vascones hujus sese tutelæ committerent: à fratre Ferdinando per insidias obtruncatus est Anno Christi 1058. regni XL. Vxor ERMISENDA (alio nomine Gerbirga) Armeniacis & Bigorræ Comitis filia. *Familia I. ex Navarræ Regib'.*

2. SANCTIVS Rex Aragoniæ, multis magnisque corporis & animi virtutibus fervens, magna adversus Mauros gessit prælia victor: quib' oppida multa recuperavit: alia quædam, ut Stellam, Lunam, Aierbam, nova à fundamentis extruxit. Manus quoque conseruit cum Garcia patruo Rege Navarræ: quo victo & occiso, à Navarræ populis Rex appellari voluit. In oppugnatione tandem Oscæ civitatis sagitta ictus occubuit A.C. 1094. regni XXXVI. Sepultus primùm in Ecclesia Castrimontis Aragonum: inde translatus in monasterium S. Ioannis de la Pennya. Vxor FELICIA.

GVNDISSALVVS Episcopus Iacensis.

TYRESIA Provinciæ, SANCTIA Tolosano Comitibus elocatæ.

SANCTIO notho pater Aiuarium & alia opida cũ suis cõfinibus concessit: attributo Comitis titulo.

3. PETRVS Ribagorciæ & Montisoniæ Rex, patris in regno Aragoniæ successor: Oscam ciuitatem vi expugnavit: & Almozabenum Maurorũ Regem, id dedecoris ulcisci cupientẽ, in fugam coegit: capto Garcia fratre Regis Castellæ, qui Mauris auxilio venerat. Vnde ab Vrbano Papa impetravit decimas, & jus patronatus Ecclesiarum Navarræ. Obijt ἄπαις III. Kalen. Octob. A.C. 1108. ætatis suæ XXXV. regni XIV. Vxor AGNES.

4. ALPHONSVS Rex Aragoniæ, uxorem habuit VRRACAM Alphonsi VI. Legionis & Castellæ Regis filiam: cujus ergô Castellæ quoque regnum tenuit. Magnis victorijs multas Saracenis & Mauris abstulit urbes: quarum è numero sunt Cæsaraugusta, Tudela, Daroca, Bilbilis quã nunc Calatajud Hispani vocant, Tiriassona, Boria. Multas etiam alijs extruxit ex ruderibus veteris Numantiæ à Scipione deletæ: ut Soriam, ut Almazanum, ut Bilforatum, ut Berlangam, sive Burgam, Pompilionis. Tandem Fragam oppugnans; divino judicio (erat namq; vir sacrilegus & injustus) occisus repente; nec vivus, nec mortuus comparuit, A. C. 1126. regni XIIX.

5. RANIMIRVS II. Monachus Benedictinus in cœnobio de Tomerijs in Gallia sito: Pontificis dispensatione fratri in Aragoniæ regno successit. Saracenos egregia clade devicit: & in regni sui proceres, qui ipsum tanquam Monachum parvipendebant, memorabile exemplum edidit; cõvocatis ijs Oscam ad spectandum tintinnabulum illud magnum, quod ita factum divulgârat, ut ex totius regni locis audiretur: quos deprehensos securi percussit. Sacram inde isthic extruxit ædem: in qua post regni

Reges Aragoniæ. PETRVS, ISABELLA tenella ætate extincti.

resignationem reliquum vitæ exegit. Ibidem sepultus A. C. 1147. Vxor N. Comitis Peitei filia.

Familia II. Ex comitibus Barcinona. 6. RAIMVNDVS BERENGARIVS IV. Barcinonæ Comes, nomine PETRONILLAE suæ conjugis regnum Aragoniæ obtinuit: verùm quam diu vixit, non Regem, sed tantum Principem se scripsit: prout in conditionibus matrimonij convenerat. Heros fortissimus, prudentissimus, munificentissimus, alijsque magnis ac multis virtutibus excellentissimus. Confectis nuptijs, majores vires & potentiam nactus: Mauros Barcinonæ principatu & Aragoniæ regni finibus exterminavit: Dertosam pridie Kal. Jan. 1148. Ilerdam & Fragam civitates Kal. Novemb. 1149. & alia plura loca à Mauris occupata, eorum Regibus occisis, recuperavit: trecentas ecclesias ædificavit, & magnis reditibus dotavit. Fratre Berengario à suis occiso, Comitatum provinciæ recepit: & in necis eius ultionem, Arelatum & alia complura oppida castellaque deleuit. Hinc in Hispaniam reversus, obijt apud Gerundam civitatem in Burgo S. Danielis IIX. Id. Augusti A. C. 1162. imperij sui XXXII. Sepultus in monasterio R. pulli. Patrem, avum, proavum, habuit ὁμωνύμους, omnes Comites Barcinonenses: omnes militaribus rebus bellique gerendi fortitudine strenuos: quorum primus eius nominis Barcinonæ principatus partem à Mauris occupatam, non tantùm recuperavit: sed & Maurorum Reges duodecim, campestri prælio victos, sibi tributarios fecit: unde Propugnator & Murus Christiani populi à multis est denominatus. Obijt hic A. C. 1076. VI. Kal. Iunij. Alter, Caput stupæ cognominatus, à flava densaque cæsarie perfidè & crudeliter à Berengario fratre consanguineo, principatui illius inhiante, est occisus A. C. 1082. Tertius, pater nempè Raimundi Aragoniæ Principis, Majoricam insulam Mauris eripuit: eosdemque ab obsidione Barcinonæ fugavit: Ilerdæ, Dertosæ, & Valentiæ Reges sibi tributarios fecit. Mortuus Anno Christi 1131. summo senio prægravatus.

—PETRONELLA Raimundo Berengario Barcinonensi Comiti elocata; Aragoniæ regnum ad ipsum transtulit.

7. ALPHONSVS II. Rex Aragonum & Comes Barcinonæ, multa & præclara opera edidit: monasterium Populeti in Catalonia, in quo post fata sepultus est, à fundamentis extruxit & dotavit: Turolium item civitatem, & Russilionem, quam Perpinianum vocant, restauravit. Obijt VII. Kal. Maij A. C. 1196. regni sui XXXIV. Vxor SANCTIA Alphonsi Castellæ Imperatoris filia.

SANCTIVS Russinonis & Ceritaniæ Comes.

Filiæ duæ: DVLGIA Sanctio Portugalliæ Regi; Altera … mingando Comiti Vrgellensi elocatæ.

8. PETRVS II. Rex Aragonum & Comes Barcinonensis, in ulteriore Hispania apud Kubedam civitatem Alphonso Castellæ Regi opem ferens contra Mauros: de ijs devictis, insignem reportavit victoriam. Romam inde profectus: ibi à Papa Innocentio IV. coronatus, privilegium obtinuit, ut sui successores Cæsaraugustæ coronarentur ab Archiepiscopo Tarraconensi. Progressus inde instructo exercitu contra Simonem Comitem Montfortium & Tolosanum: collatis signis victor; dum Gallos fugientes à suis longè remotus insequitur: ab hostibus fermè solus interceptus, strenuè pugnans oppetijt A. C. 1213. regni sui XVII. Vxor MARIA F. Gulielmi Comitis Montispessulani, neptis Imp. Byzantini.

ALPHONSVS Comes Provinciæ, vir bonus & strenuus: uxorem duxit N. neptem Comitis Folocalquerij.
FERDINANDVS primum monachus Populenti; inde Abbas Montis Aragonum.

CONSTANTIA Regi Vngariæ nupsit; quo sine prole extincto, elocata est Friderico II. Imp.
LEONORA conjux Raymundi III. Comitis Tolosani.
SANCTIA Raymundo IV. Tertij filio, Comiti Tolosano nupta: ex eo enixa est filiam, uxorem Alphonsi Comitis Pictaviensis.

9. IACO-

9. IACOBVS Rex Aragoniæ, natus A. C. 1196. Kal. Febr. in Montepessulano: ob res magnificè gestas Fortunatus & Felicis memoriæ appellatus; egregia majorum suorum facinora superare contendens, Balcares insulas ingenti manu aggressus, Majoricam metropolim pridie Kal. Febr. 1229. Saracenis expulsis cum tota insula obtinuit. Nec unius regni acquisitione contentus: regnum quoque Valentiæ ac Murciæ ad novam usque Cathaginem, fugatis Mauris IIII. Kal. Octob. 1238. est adeptus. Ordinem quoque beatæ Mariæ de Mercede apud Barcinonam instituit sub regula S. Dominici. Febre correptus decessit Algeiræ IIX. Idus Augusti A. C. 1276. octogenarius. Sepultus in monasterio Populeti.

CONSTANTIA notha, elocata Raimando Monticatino cum dote Atonæ & alijs oppidis. A. C. 1212.

Reges Aragoniæ.

Liberi eius.

ex LEONORA Al[illegible] IX. Regis Ca[illegible]a, ob consan[illegible]em repudiata, ux[illegible] ima:

A[illegible]ONSVS puer [illegible]us.

ex IOLESIA filia Andreæ Regis Vngariæ, & Iolesæ Imperatricis Byzantinæ, uxore altera:

ex TYRESIA Ioannis Bidauræ filia, pellice:

PETRVS Dominus Castri Ayerbæ.

IACOBVS Dominus castri Xericæ in regno Valentiæ.

ex alijs concubinis.

PETRVS Ferdinandus Dominus Ixari, sociatus filiæ Regis Navarræ.

FERDINANDVS SANCTIVS, à quo Domini de Castro processere.

10. [illegible]TRVS III. pa[illegible]n Aragoniæ & Va[illegible]e regnis, principat[illegible] Barcinonæ suc[illegible]: ducta CONSTANTIA Manfedi [illegible]ciliæ Regis filia per mortem soceri Si[illegible]æ quoque regnum obtinuit: quod adversus Carolum Andegavensem strenuè defendit. Obijt apud Villafrancam oppidum Comitatus Barcinonæ III. Idib. Novemb. A. C. 1286. ætatis suæ LV.

IACOBVS Rex Balearium, h. e. Majoricarum, Comes Rosillionis & Ceritaniæ, Dominus Montis pessulani.

SANCTIVS Toleti Archiepiscopus, in prælio contra Mauros occubuit.

ISABELLA elocata Philippo III. Regi Franciæ cum dote Carcassonæ.

VIOLANTA uxor Alphonsi X. Castellæ Regis.

CONSTANTIA nupsit Emanueli fratri Alphonsi X. Castellæ Regis.

MARIA & LEONORA tenella ætate mortuæ.

11. ALPHONSVS III. [illegible]n Aragoniæ Valen[illegible]q[illegible]e regnis, Comitatu item Barcinonæ successor: homo liberalitate, fortitudineque præstantissimus: unde & Largi cognomentum [illegible]t: Iacobum patruum, [illegible]a[illegible]icas partes adversus fratrem germanum se[illegible], Majoricarum regno pr[illegible]avit: cui postmodò alteram Balearium insulam, Minoricam dictam, Mauris [illegible]jectis, adjecit; suæque [illegible] fecit. Mortuus Bar[illegible]æ cælebs Idib. Quin[illegible] A[illegible]o Christi 1292. ætatis suæ XXVII.

12. IACOBVS Rex Siciliæ Alphonso defuncto in regnó Aragoniæ, principatuq; Barcinonæ surrogatus: Friderico Sicilia cessit: adversus quem postea navali prælio eoque acerrimo in Sieulo mari decertans: re feliciter confecta, in Hispaniam remigravit. Mortuus Barcinonæ prid. Kalend. Novembris A. C. 1327. ætatis suæ LXVI. regni XXXV. Tres ordine habuit uxores: MARIAM, Alphonsi X. Castellæ Regis F. cum qua nondum deflorata, ob consanguinitatis gradum, jussu Romani Pontificis, divortium fecit: Deinde BLANCAM Caroli Neapolitanorum Regis F. decem liberorum matrem: Denique ELISENDAM Petri Comitis Monticatini filiam, fundatricem cœnobij juxta Barcinonam, quod Petras Albas appellant.

FRIDERICVS Rex Siciliæ, parricidiali illo prælio à Iacobo fratre victus; nihilominus Siciliam, Gallis invitis, retinuit. Obijt A. C. 1328. Vxor LEONORA, Caroli Regis Neapolis. Prosapiam eius require in Regibus Siciliæ.

PETRVS privatus mort.

ISABELLA elocata Dionysio Regi Portugalliæ.

VIOLANTA, sive Constantia, conjux Roberti Regis Neapolis.

Reges Aragoniæ.

IACOBVS conjuge LEONORA, Alphonsi X. Castellæ Regis filia, intacta; Magister Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani est designatus.

13\. ALPHONSVS IIII. cognomento Benignus, Rex Aragonum Cæsaraugustæ coronatus: patre vivente, in Sardiniam profectus; brevi eam tempore imperio patris subegit: multis tamen prælijs habitis, in quibus animi fortitudinem mirabilem, & rei militatis industriam, & magni Ducis officium ostentavit. Obijt Barcinonæ V. Idib. Februarij A.C. 1336. sepultus Ilerdæ in cœnobio S. Francisci ordinis Minorum.

PETRVS primò Prætensium, inde Empuriarum Comes.

RAYMVNDVS BERENGARIVS Comes Pretensium & Ribagorciarum.

IOANNES Toletanus Archiepiscopus, Tarraconensis, Alexandriæque Patriarcha.

CONSTANTIA uxor Emanuelis Castellæ Infantis.

MARIA consors Petri Castellæ Infantis.

BLANCA Abbatissa Xixensis, ordinis S. Ioannis.

VIOLANTA elocata Tarentino Principi.

ISABELLA uxor Ducis Austriæ.

IACOBVS nothus, ducta filia Lupi Lunæ IOANNA, cum ea Comitatum illum obtinuit.

Liberi eius

ex TYRESIA Gulielmi Dantensij filia, nepte Comitis Vrgelli; cujus ergó factus est quoque Comes Vrgelli & Vicecomes Agerensis; defuncta V. Kal. Novemb. A. C. 1327. uxore prima:

4\. PETRVS IIII. à morositate, & superstitiosa in domesticis officijs diligentia, Ceremoniosus vocitatus; Rex Aragoniæ & Princeps Barcinonæ: sedecim annorum adolescens, metuens insidias novercæ, in Pyrenæis montibus apud Ceritaniæ & Russinonis populos ad obitum usque patris latuit. Regno suscepto, Ferdinandum fratrem, qui multos Aragoniæ populos ad rebellionem concitaverat, occidit: & multos ex satrapis Ferdinando faventes securi percussit. A Petro Castellæ Rege, quòd Henrico Transtamaræ Comiti ipsius fratri faveret, bello petitus: magna eum vi ab obsidione Valentiæ fugavit; nec posteà quoque illi contra hunc opem ferre destitit. In Sardiniam inde rebellantem transiens; Genuenses, ad quos Sardi defecerant, multis cladibus affecit. Hinc in Hispaniam reversus, Iacobum Balearium Regem, suum sororium, quòd ipsi obsequium denegaret, Majoricarum, Russilionis & Ceritaniæ principatibus spoliavit: provincias eas regno Aragoniæ conjungens. Obijt Barcinonæ Nonis Ianuarij A. C. 1287. annos natus LXXII. Sepultus Populeti. Sunt, qui eum à procuratoribus Ecclesiæ Tarraconensis, cujus patrimonium tyrannicè occupare voluit, in sexagesimum citatum diem ad tribunal Christi scribunt: ipsoque vadimonij die obijsse. Fides esto penes lectorem.

IACOBVS Comes Vrgelli.

FRIDERICVS, ALPHONSVS, & TYRESIA, primis vitæ annis mortui: & Cæsaraugustæ in cœnobio Franciscano sepulti.

ex LEONORA Alphonsi X. Castellæ Regis filia. patruo Iacobo anteà desponsata, uxore altera

FERDINANDVS Dertosæ Marchio, à Petro Rege, fratre consanguineo, ut nonnulli volunt, occisus.

IOANNES puer obijt.

CONSTANTIA uxor Iacobi Majuricarum Regis ultimi.

Liberi eius.

ex MARIA Navarræ Regina, uxore prima:

IOANNA uxor Comitis Empuriarum.

CONSTANTIA uxor Friderici II. Regis Siciliæ.

PETRVS infans obijt.

ex LEONORA Regina Lusitaniæ:

Nulli.

ex LEONORA, Petri Siculorum Regis filia, uxore tertia:

ex SIBYLLA Forciana, uxore quarta:

ISABELLA uxor Iacobi Comitis Vrgelli & Vicecomitis Agerensis.

15\. IOANNES

15. IOANNES patris in regno Aragoniæ & principatu Barcinonæ successor: in subditos, seditionem adversus Iudæos moventes, graviter animadvertit. In venatu, lapsu mulæ oppressus, repente expiravit XIIII. Kalend. Iunij 1396. Populeti sepultus.

Liberi eius

ex MATTHAEA Arminiacensis Comitis F.

IOANNA elocata Matthæo Foxæ Comiti.

ex VIOLANTA Duci Ebaris F.

IACOBUS Gerundæ Delphinus, puer Cæsaraugustę mortuus.

VIOLANTA nupsit Ludovico Andegavensi Regi Neapolis.

16. *MARTINVS Dux Albi Montis; cum filio & nuru, paruisque copijs Cathalanorum, Aragonum, & Valentinorum in Siciliam traijciens: sedatis istis tumultibus, regno ei aliquot annis laudabiliter præfuit. Post Ioannis fata in Hispaniam revocatus, & Cæsaraugustæ Aragonum Rex salutatus: regnum quiete tenuit annis XIIII. Obijt in monasterio vallis Domicillæ prope Barcinonam prid. Kalend. Iunij A. C. 1410. Vxores habuit duas: MARIAM Lunæ Comitis filiam, ad quam Comitatus iste jure devenerat; in villa Regali regni Valentiæ defunctam A. C. 1407. & MARGARETAM Pratarum Comitis* Petri *filiam*, ánada.

Maria,

MARTINVS, Friderici Siciliæ Regis filia ducta, socero sine virili prole defuncto, matrimonij ratione eo in regno successit. Sardes quid rebellarant subactis, & in obsequium patris adductis: ex humanis excessit V. Kal. Sextil. A. C. 1409. in civitate Callari; ibidem sepultus à nau.

Fridericus puer obijt.

LEONORA consors IOANNIS I. Regis Legionis & Castellæ. *Reges Aragoniæ.*

HENRICVS III. Rex Castellæ.

Joannes

17. FERDINANDVS Honestus, Rex Aragonum & Siciliæ, obijt A. C. 1416. *Familia III. ex Regibus Hispaniæ.*

18. ALPHONSVS V. cogn. Magnanim[us] Rex Aragoniæ & Neapolis, annis XLII.

19. IOANNES Rex Navarræ & Arragonię annis XX.

20. FERDINANDVS V. Rex Catholicus, annis XXXVII. diem obijt A. C. 1516.

Vxor ISABELLA Castellæ & Legionis Regina obijt. 1504. *Familia IIII. ex Austriacis.*

IOANNA uxor Philippi Austriaci, Regis Hispaniæ.

21. CAROLVS V. Imp. semper Augustus, Rex Hispaniæ & Aragoniæ, &c.

22. PHILIPPVS Rex Hispaniæ & Lusitaniæ, &c.

Philippus. II. Rex Castellæ, et Aragoniæ f.

ELIAB

ELIAE REVSNERI LEORINI
Med. Licent.

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI

De Familijs Regum & principum, aliorumque procerum orbis Christiani

STIRPS SICVLA
Siue
REGVM SICILIAE GENEALOGIA.

Siciliæ Comites.

TANCREDVS Richardi F. Dux Normanniæ, è duabus uxoribus XII. susceptis filijs, SEMO, GODEFRIDO, DROGONE, GVLIELMO FERRIBRACHIO, MALOGERO, ALBEREDO, TANCREDO, FRVMENTINO, GVLIELMO S. Nicandri Comite, VNIFREDO, & ROGERIO; viris fortibus & magnanimis: quum eis non posset apud Normannos pro dignitate opes relinquere: coacta mediocri militum manu, filijs Ducibus, in Italiam contra Saracenos profectus: eos fauente fortuna non paucis oppidis ac castellis pepulit: Impp. insuper Bizantinis Apuliam, Calabriam, Tarentum ac Siciliam eripuit: imperante apud Germanos Conrado II. Ex his rerum in Italia potiti

DROGO primus ex Normannis Apuliæ Comes in Italia: quò victis ad Aufidum amnem Græcis, pedes fixit cum suis fratribus. Obijt A.C. 1050. III. Non. Sextil. regni anno sesquiduodecimo.

GVLIELMVS Ferribrachius dictus Comes Altauillæ, cū XII. fratribus præstantissimis omnem ferè Flaminiam, quam vulgo Romandiolam vocant, obtinuit. Hic inito fædere cum Saleonitano & Campano principibus, item cum Malocho Græci Imp. in Apulea legato; Panos Siciliæ ejecit. At cum Malochus contra pacta præsidijs suis oppida omnia firmasset: Gulielmus, dissimulata injuria Melphim urbem Apuliæ cepit: & Græcis prælio victis; bona regionis parte potitus, Comitem se Apuliæ dixit.

VNIFREDVS siue Hunfredus, cum fratribus, Apuliam & Calabriam Græcis, Saracenis Siciliā XIIX. annorum spacio, mirabili victoriarum cursu eripuit. Obijt 1057.

BAGELARDVS siue Belegardus, Comes Apuliæ, à patruo expulsus.

ROBERTVS Guiscardus, indignè ferens cōtre morem sibi prælatum nepotem in Comitatu, quem paribus auspicijs fratres acquisiuissent; Belegardo vi ejecto, gentis dominium sibi vindicavit. Primus Ducis titulo usus, approbāte in Nicolao II. Pontifice Romano: cui pro ditione fidelitatis præstitit juramentum. Res in Sicilia, Epiro, Piceno gessit maximas. Obijt mense Iunio A.C. 1085. apud promontorium Cassiopeiam insulæ Corcyræ, sexagenarius. Sepultus Salerni. *Liberi eius*

ROGERIVS Stirps Regum Siciliæ. ✱

Apuliæ & Calabriæ Duces.

ex ALBERARDA Franca:

BOHEMVNDVS Princeps Tarentinus, in maxima illa belli Sacri expeditione, capta Adelphi: Dux Antiochenus factus A.C. 1098. vita decessit A.

Filia *ἀνώνυμος*, uxor Gulielmi Marchionis de Grantemaisvil in Apulia: ma-
✱

ex GIHERARDA sorore Gisulphi Principis Salernitani:

ROGERIVS secundus Apuliæ & Calabriæ Dux; Sicilia recepta, Comes quoque Siciliæ appellari voluit. Obijt Salerni A.C. 1110. mense Februario quinquagenarius: C. 1108.
†

ROBERTVS Comes Apuliæ.

CON...
... Phi- ter Tancredi Co-
... Regis. mitis Tripolitani.

BOHEMVNDVS II. Prin- ... chenus occubuit in ... cum Rodoano Turco, A- ... Sultano A.C. ... Sepultus ... Antiochiæ. Vxor HALIS F. Balduini II. ... Regis.

IOANNES infans decessit.

CONSTANTIA hæres principatus Antiocheni, nupsit primo Raymundo Aquitanorum Duci: mater ex ipso facta ... III. Prid. ... & Philippi ... Andronico ... repudiata, ... Turonio: deinde Rei... cui peperit Mariam uxorem ... Imp. Byzantini.

ibidem sepultus juxtra patrem. Vxor ADELHEIDA F. Roberti Frisonis Flandriæ Comitis, vidua Canuti Daniæ & Angliæ Regis.

Apuliæ & Calabriæ Duces.

GVLIELMVS tertius Apuliæ & Calabriæ Dux; Salerni sine liberis decedens; principatum testamento reliquit agnato Rogerio II. Rogerij Gibbosi filio. Obijt autem V. Kal. Augusti A. C. 1127. ætatis suæ trigesimo. Sepultus ibidem in avito monumento. Vxor CATHARINA F. Roberti Comitis Aierolæ.

LVDVICVS infans, GVISCARDVS biennio ante patrem, mortui.

ROGERIVS cogn. Gibbosus, Tancredi F. vir belló strenuus, Saracenis ..., primus se Siciliæ appellavit Comitem. Obijt A. C. 1102.

... Co... ... A. C. ...

ROGERIVS II. Comes Siciliæ, & ex testamento Gulielmi agnati Dux Apuliæ & Calabriæ: post longam obsidionem ... apolim V. Kal. Octobris 1130. Imperatori Byzantino eripuit: renuncia... à Pontifice Anacleto II. Beneventi Rex Neapolis & Siciliæ; Regis Italiæ titulo, quem affectarat, repudiato: clientelare ipsi de regnis dicens sacramentum. Quo non obstante, varia gessit bella cum tribus Pontificibus, ac Afrorum ... regulis: sed ubique victor, gladio inscribi jussit; Apulus, & Calaber, Siculus, mihi servit, & Afer. Obijt Panormi in Sicilia III. Kal. Martij A. C. 1153. regni ... XXIV. ibidem sepultus in ecclesia cathedrali. Annos vixit LIIX. menses ... dies totidem. Vxores ipsi fuere tres: 1. ALBIRIA: 2. SIBYLLA Dux Burgundiæ, brevi post nuptias diem obijt: 3. BEATRIX Comitissa de Rerefte.

ROGERIVS primo..., Dux A..., patrem mortuus ... evertit A. C. ... Sepultus Panormi. Vxor N. filia Roberti Comitis Alersj in Apulia.

TANCREDVS pr. Tarentinus, ante patrem obijt.

GVLIELMVS cogn. Malus Princeps Capuanus secundus Rex Siciliæ, citra & ultra Pharum patre vivo inauguratus XIII. Kal. Maij A. C. 1150. à Papa Adriano II. diris devotus: mox in gratiam receptus, Tunetum diripuit. Ob tyrannidem à proceribus captus, sed brevi dignitati restitutus; diem obijt prid. Kal. Maij A. C. 1166 ætatis XLVI. Sepultus Panormi. Vxor MARGARETA F. Garsiæ Regis Navarræ.

HENRICVS.

CONSTANTIA.

CONSTANTIA ... primo pa... thoro, quinquagenaria à Celestino III. Pontifice Rom. e cœnobio extracta: regni Siciliæ hæres nuncupata: & HENRICO VI. Imp. Friderici Barbarossæ filio ... data. Pleni us huius stemma require in Genea logio Romano.

TANCREDVS è concubina natus, Comes Alerij: testamento Gulielmi Boni Rex utriusque Siciliæ creatus: sed qui Pontificis gratiam demereri non potuit. Præ mærore amissi filij, obijt nono imperij an. æræ Christianæ 1194. Vxor SIBYLLA.

ROGERIVS Dux Apuliæ, Rex Siciliæ cō tra patrem tu multu militari nominatus: non longè pòst, dum eū populus mutabilis deponere denuò studet, fortuitò est interemptus.

GVLIELMVS II. cogn. Bonus, Rex utriusque Siciliæ, pietate, prudentia, auctoritate summus: coronatus Kal. Maij A. C. 1166. obijt anno A. C. 1186. ætatis sua XXXII. Sepultus Panormi. Vxor IOANNA F. Henrici II. Angliæ Regis, postmodò nupsit Raymundo III. Comiti Tolosano.

ROBERTVS, HENRICVS Principes Capuani *infantes.*

FRIDERICVS

Reges Siciliæ,

FRIDERICVS II. Imp. Rom. Rex Neapolis & Siciliæ: ducta in uxorem IOLE IOANNIS Brennij Hierosolymorum Regis novissimi filia, jus Hierosolymitani regni est consecutus. Vnde Reges Siciliæ se postea Reges quoque Hierosolymorum scripsere. Multa magnaque contra Italos gessit bella. Senex ac ægrotus lecto decumbens, à filio notho Manfredo Tarentinorum Principe est suffocatus Nonis Decembris, A. C. 125[illegible].

ROGERIVS à patre Rex utriusque Siciliæ nominatus: brevi morte eum prævertit A. C. 1194. Vxor IRENE F. Isaaci Imp. Byzantini.

GVLIELMVS III. Rex Siciliæ post patrē: captus ab Henrico VI. Imp. excæcatus, ac testiculis orbatus, stemma Normannorum in Sicilia principum finijt A. C. 1195.

ALC[illegible]IA, CONSTAN[illegible]IA, & MIGDONIA, unà cum matre, ab H[illegible]nrico VI. Imp. captæ: in carcere diem obiere.

CONRADVS IMp. Rom. Rex Siciliæ & Neapolis: è Suevia in Siciliam rediens, recuperatis provincijs amissis (Manfredus namque Neapolitanos interim ad defectionem solicitaverat) brevi superfuit: veneno sublatus à Manfredo notho.

CONRADINVS Rex Siciliæ ac Neapolis, securi percussus à Carolo Andegavensi A. C. 1269.

MANFREDVS nothus, malis artibus regnum Siciliæ ac Neapolis adeptus: q[illegible]m tyrannicè viveret: Vrbanus IIII. Pont[illegible]ex Rom. contra eum Carolum Andegavensem è Gallia excivit: à quo ad Beneventum victus occubuit IIX. Id. Februarij A. C. 1265.

CONSTANTIA elocata *PETRO Aragonum Regi*, contra Gallos, Siculos omnis tyrannidis genere opprimentes, evocato: qui regio diademate redimitus, mari congressus cum Carolo II. victum cepit: ac post quartum demum annum ea conditione dimisit, ut contentus Neapoli, Calabria, Apulia, ac Tarento, sibi Siciliam ac Sardiniam relinqueret. Obijt III. Id. Novemb. A. C. 1286.

ALPHONSVS Rex Aragoniæ.

IACOBVS Rex Aragoniæ & Siciliæ, obijt 1317. prid. Kalend. Novemb. Vxor BLANCA Caroli Neapolitani Regis F.

ALPHONSVS Benignus Rex Aragonum, obijt V. Idib Februarij A. C. 1316. Vxor TYRESIA Vrgelli Comitissa.

FRIDERICVS, fratre Iacobo ad Aragoniæ regnum vocato, Rex Siciliæ inauguratus: eam licèt abipso bello parricidiali victus, nihilominus retinuit. Obijt A. C. 1328. Vxor LEONORA, Caroli Regis Neapolitani F.

CONSTANTIA uxor [illegible]berti Regis N[illegible]apolis.

PETRVS Rex Siciliæ obijt A. C. 1342. VI. Id. Sextil. Vxor ELISABETH Dux Tarentina.

IOANNES Dux Athenarum.

PETRVS Ceremoniosus Rex Aragoniæ, decessit A. C. 1387. Non. Ianuar. — LEONORA tertia uxor Petri Aragonum.

LEONORA consors Ioannis I. Regis Legionis & Castellæ.

IOANNES Rex Aragoniæ.

MARTINVS I. Rex Aragoniæ, Siciliæ quoque regnū post filium obtinuit: quod ad Hispaniæ Reges transmisit. Vxor MARIA Lunæ Comitissa.

HENRICVS III. Rex Legionis & Castellæ.

FERDINANDVS †

FRIDERICVS II. Rex Siciliæ. Vxores eius duæ: 1. CONSTANTIA F. Petri Ceremoniosi Regis Aragoniæ: 2. ANTONIA Andriæ Ducis F. sterilis.

MARIA primogenita, uxor Martini II. Regis Siciliæ.

BEATRIX uxor Ruperti Palatini, mater Ruperti Cæsaris,

LVDOVICVS Rex Siciliæ, patris in regno successor, cū maxima filiorū orbitate vitam exegit, Obijt A. C. 1355. postridie Id, Octobris.

Honestus

Reges Siciliæ.

Honestus, Rex Aragoniæ & Siciliæ, obijt A. C. 1416. Vxor LEONORA Comitissa Alburquerqui.

MARTINVS II. Friderico socero, ducta MARIA eius filia primogenita in regno successit. *Anno* mortuus A.C. 1409.

ALPHONSVS Rex Aragoniæ, Siciliæ ac Neapolis, adoptatus à Ioanna II. Neapol. Regina. Obijt A.C. 1458.

FERDINANDVS nothus, obijt IIX. Kalend. Februarij A. C. 1494. Contra hunc evocatus Ioannes Renati F. Lotharingiæ dux, & à Pio II. coronatus: post varia bella è regno tandem est pulsus.

ALPHONSVS Rex Neapolis ac Siciliæ, facinorum conscientia seipsum regno abdicavit. Obijt A. C. 1495. Vxor HIPPOLYTA MARIA F. Francisci Sfortiæ Ducis Mediolani.

FERDINANDVS Rex Neapolis ac Siciliæ, pulsis Francis, obijt A. C. 1496. *dxxxt.*

FEDERICVS post mortem fratruelis, Rex Siciliæ ac Neapolis: pulsus A. C. 1502. fugiens in Franciam.

ALPHONSVS Dux Calabriæ, Valentiæ captivus obijt.

IOHANNES Aragoniæ & Navarræ Rex obijt senex XIIII. Kalend. Februarij 1479. Vxor IOANNA Friderici Almirandi Castellæ F.

FERDINANDVS Catholicus, Rex Aragoniæ, nuptijs ELISABETHAE Castellæ Reginæ factus Rex Hispaniarum, ac tandem etiam Neapolis ac Siciliæ: obijt A. C. 1516.

IOANNA uxor Ferdinandi Regis Neapolis ac Siciliæ.

IOANNES Princeps Hispaniæ, obijt *annis* ante patrem A. C. 1497.

IOANNA nupsit *Philippo Austriaco*, Belgarum Principi; Maximiliani I. Imp. filio patrique in regna successit Italica ac Hispanica.

CAROLVS V. Rom. Imp. Hispaniarum, Neapolis ac Siciliæ Rex, Belgarum ac Insubrum Princeps, &c. Vxor ISABELLA Lusitaniæ Regina.

FERDINANDVS Cæsar, Rex Vngariæ & Bohemiæ.

PHILIPPVS Monarcha Hispaniarum, Rex Siciliæ, Neapolis, ac Sardiniæ, Belgarum Insubrumq; Princeps, &c.

MARIA uxor Maximiliani II. Imp. Rom. Regis Vngariæ & Bohemiæ.

ELIAE REVSNERI LEORINI
Med. Licent.

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI

De Familijs Regum & principum, aliorumque procerum orbis Christiani

STIRPS LVSITANICA
continens Stemma

REGVM LVSITANIAE
SIVE PORTVGALLIAE.

Reges Lusitaniae.

ENRICVS Dux Lotharingiæ, Comes Limburgius, vir manu & armis promptus; lares in Hispaniam transferens, duxit TYRESIAM Alphonsi VI. Castellæ & Legionis Regis filiam, dotatam parte Galliciæ, quæ nunc Portugallia appellatur, quasi portus Gallorum: (nam Galli in Hispaniam navigantes, Portugallo civitati in Oceano mari & toti regno nomen dedêre) quam non ita pridem ipsemet egregia sua virtute ex Saracenorum & Maurorum servitute vindicaverat. Rerum autem in Portugallia potitus est usque ad annum 1112.

|

ALPHONSVS I. paternarum virtutum ac ditionum hæres & successor unicus; Portugalliæ se Ducem appellavit: usus hoc titulo per annos XXVII. usque ad memorabilem illam pugnam in agro Orichiensi contra Ismarium & alios quatuor Saracenorum atque Maurorum Reges: qua Rex ab exercitu salutatus, victrici manu totam ferè Portugalliam, quanta nunc est, à barbarica tyrannide liberavit: & quinque scutorum insignia, facti monumentum posteris reliquit. Duo construxit monasteria, Sanctæ Crucis apud Coimbriam, & Alcobatio. Multa etiam loca, quæ patriæ utilitas exposcebat, & muris firmavit, & populis replevit. Matrem Tyresiam ad secundas transeuntem nuptias, in vincula detrusit: nec, licet Pontifice fulminante, dimisit. Ob quod faelnus justa Dei νεμέσει, cùm à Saracenis, tum quoque à Ferdinando Legionis Rege victus & captus: utriusque tamen clementia protinus suis est redonatus. Sepultus Coimbriæ in cœnobio S. Crucis A.C. 1185. regni LXXIII. annos natus plus minus LXXX. Vxor MAFALDA Comitissa Maurienæ.

SANCTIVS secundus Rex Lusitaniæ, vir magnæ prudentiæ, & in rebus agendis strenuus: contra Mauros plurima gessit bella: Sylvam nobilem civitatem obsedit, cœpitque: Caveam Iuliani, vulgò Covillanam dictam, Guardiam, Montem sacrum, Portum molarem, Turres novas, & alia plurima loca populis replevit. Ex morbo chronico decessit A. C. 1211. regni XXVI. Sepultus in monasterio S. Crucis juxta patrem. Vxor DVLCIS F. Raimundi Comitis Barcinonæ & Vrraeæ Aragonensis.

VRRACA uxor Ferdinandi Regis Legionensis.

MATHILDA nupta Philippo Comiti Flandriæ.

|

ALPHONSVS II. Rex Lusitaniæ, multa præclara facinora in Mauros edidit, majorum exemplo: Alchazare cum alijs castris Christiano asserto imperio. In cœnobio Alcobatiæ sepultus A. C. 1223. regni XII. Vxor VRRACA Alphonsi IIX. Regis Castellæ F.

SANCTIVS II. Rex Portugalliæ an. XXVI. Cujus temporibus

ALPHONSVS III. Comes Bonoiensis, Portugalliam pro
†

FERDINANDVS Infans Lusitaniæ. Vxor SANCTIA F. Ferdinãdi Comitis Castellę.

ELEONORA Daciæ Regi elocata, ἄτεκνος.

Helvi

Helvis, Iurmenia, Serpia, & multa alia castra, Christianorum accessere victorijs. Obijt A. C. 1249.

PETRVS Infans Lusitaniæ ... Vxor Filia Ermengaudi Comitis Vrgellensis.

FERDINANDVS pro Comitatu Flandriæ bella gessit gravissima cum Rege Galliæ. Obijt ante patrem A. C. 1233. Vxor IANA Balduini Flandri, Imp. Byzantini F. post illius excessum nupsit Thomæ Saubaudo. Marquettæ sepulta 1244.

TYRESIA uxor Alphonsi IX. Regis Legionensis.

MARIA uxor Thomæ, F. Sabaudi.

SIBYLLA conjunx Guichardi III. Bellocensis Dynastæ.

fratre jussu Innocentij Pontificis, apud quem Sanctius delatus erat, quòd nimis negligenter res ageret, administrate jussus: ab eius obitu Rex inauguratus: regno adhuc præfuit annis XXXII. Vxores habuit duas: MATHILDEM Francam, Comitem Babyloniæ; cujus ergò Comitatum illum obtinuit; & BEATRICEM Alphonsi X. Regis Castellæ filiam; cum qua regnum Algarbiorum in dotem accepit. *Reges Lusitaniæ.*

DIONYSIVS Rex Portugalliæ, ab avo materno tributi immunitate, quod pendere solebant Regibus Castellæ, impetrata; Algarbiorum quoque Regis titulum primus usurpare cœpit. Agricolas appellavit nervos Reipublicæ: & XLIV. oppida Portugalliæ partim instauravit, partim à fundamentis extruxit. Obijt A. C. 1325, regni XLVI. Vxor ISABELLA F. Petri III, Regis Aragoniæ & Siciliæ.

ALPHONSVS IV. Rex Lusitaniæ, interfuit memorabili illo prælio cum Alphonso XI. Rege Castellæ, genero suo, quod gestum est contra Allibohacen Regem Marrochiotum & de Benamarin, atque alios quatuor Reges: in quo desiderata sunt quadringenta quinquaginta Saracenorum millia; Christiani milites tantum viginti. Obijt A. C. 1357. regni XXXI.

CONSTANTIA uxor Ferdinandi IV. Regis Castellæ.

PETRVS Rex Portugalliæ, cum imperio fuit annis decem, mensibus septem, diebus XXII. Procuratores & causidicos è regno sustulit: Regem, quo die nulli benefecerit, regio nomine indignum dixit: scelerum autem acerrimus vindex fuit. Obijt A. C. 1367.

MARIA uxor Alphonsi XI. Regis Castellæ.

FERDINANDVS Rex Lusitaniæ, rebus humanis excessit A. C. 1383. regni XVI, mense nono. Vxor LEONORA postmodò nupsit petro IV Aragonum Regi.

BEATRIX c[illegible]rs Ioannis I. Regis Castellæ.

IOANNES nothus, ex Magistro militiæ ordinis Cistertiensis de Avys, declaratus Rex Portugalliæ: auxilio Nonij Alvari Pereya, tegnum id, à Castellanis pænè nobilium defectione possessum, recepit. Vir ingentis animi, mira agit. Primus nanque fretum Herculeum transgressus; tres insulas extra orbem ejectas (vulgo Dispersas vocant) regno conquisivit: & Septam Africæ civitatem, Mauris ademptam, Lusitanis dedit. Naturæ concessit A. C. 1433. regnationis suæ quinquagesimo. Vxor PHILIPPA Lancastria, soror Henrici IV. Regis Angliæ.

EDVARDVS Rex Portugalliæ, Tnein & Arcillã cepit. Vita defunctus A. C. 1438. regni quinto. Vxor LEONORA filia Ferdinandi Regis Aragonum.

IOANNES Infans Lusitaniæ, ob CAROLETAM Ioannis Regis Cypri ultimi filiam, Cypri Rex factus: licet Veneti jam in possessione prævenerant: à muliere quadam veneno sublatus.

ISABELLA conjux Ioannis II. Regis Legionis & Castellæ.

PETRVS Infans Lusitaniæ, in Africa tres amplas subjugavit civitates, Zeham, Tigiam, & Alazaram.

FERDINANDVS *bello Saracenico captus, apud hostes in vinculis ea vixit patientia: ut mola, qua vivere cogebatur, cum famulo per se satis sufficiente, suas partes obiret. Ob quam vitæ abstinentiam à Lusitanis Divorum albo est adscriptus.*

IOANNA Alphonso V. Regi; *LEONORA Ferdinando Infanti Portugalliæ,* fratruelibus nupsere.

ISABELLA elocata Philippo Bono D. Burgundiæ 1430.

Reges Lusitaniæ.

HENRICVS Infans Lusitaniæ, ampliandi regni paterni desiderio, Africæ littora classibus lustrare cœpit: & in Atlantico mari novas, & ab hominibus nunquam habitatas, reperit insulas: inter quas est ea, quæ vulgò de Madera nuncupatur, sacchato proferendo aptissima. Obijt A. C. 1460.

ALPHONSVS V. Rex Portugalliæ, primus Africani titulum meruit, multis magnisq; in Africa victorijs potitus: & meritò Regum omnium dici maximus poterat, nisi inauspicatum conjugium fecisset ultima regni ipsius minus prospera. Orbatus namq; priore uxore IOANNA amita; quum Castellæ regnum repeteret; quod sibi ratione matrimonij cum IOANNA (quam quidam Henrici Castellæ Regis filiam esse jurabant, alij suppostitiam tātùm contendebant) contrahendi, jure deberi cōtendebat: magna suorū clade, omnibus penè signis amißis, vix solus effugit: & beneficio noctis supervenientis evasit. Factum hoc prælium Kal. Martij A. C. 1476. Obijt A. C. 1481. regnationis suæ XLIII.

IOANNES II. Rex Lusitaniæ, Heros magnanimus, sed nobilitatem parùm habuit propitiam. Obijt ἄτεκνος, lapsu currentis equi extinctus A. C. 1495. regni XIV. mense altero. Vxor ISABELLA Ferdinandi Catholici Hispaniæ Regis F.

ALPHONSVS Infans Lusitaniæ, patrem morte prævertit.

FERDINANDVS Infans Lusitaniæ. Vxor LEONORA amita, Regina Lusitaniæ.

LEONORA conjux Friderici III. Imper. Rom. obijt 1467. 3. Septemb.

IOANNA uxor Henrici IV. Castellæ Regis.

IOANNES Dux Coimbriæ.

BEATRIX uxor Adolphi Marceni Ravesteinæ Domini.

EMANVEL Rex Lusitaniæ florentissimus, in regni administratione vigilantissimus, terrarum situs investigandi studiosissimus: plures insulas nunquam antehac ab hominibus habitatas invenit: in India amplissimum imperium constituit: Indiæq; extremæ merces novis per Notiale pelagus, & circum totam Africam navigationibus, primus in Europam intulit. Iudæos insuper & Saracenos aut regno suo exterminavit, aut fidem Christianam amplecti adegit. Res eius gestas duodecim libris descripsit Osorius: ex quibus illarum uberiorem cognitionem candidus petat Lector. Naturæ fatoque concessit A. C. 1521. regni sui XXVI.

Liberi eius

ex ISABELLA Ferdinandi Castellæ Regis F.

MICHAEL, cui infanti tota juravit Lusitania, obijt bimus A. C. 1500.

ex MARIA Isabellæ sorore, Castella Regina, uxore media.

ex LEONORA Caroli V. Cæsaris germana, quæ postea vidua nupsit Francisco Galliarum Regi.

MARIA virgo mortua.

ISABELLA primogenita, cōjux Caroli V. Imp. Augusti, mortua A. C. 1539.

PHILIPPVS Monarcha Hispaniæ, Rex Portugalliæ, Siciliæ, Neapolis, ac Sardiniæ &c.

PHILIPPVS Princeps Hispaniæ & Lusitaniæ.

IOANNES III. Rex Lusitaniæ Princeps singulari benignitate, pietate, in omnes gratiosus, pacis & tranquillitatis studiosus: obijt quinquagenarius Vlysbonæ A. C. 1557. regni sui XXXV. Vxor CATHARINA soror germana Caroli V. Imp.

MARIA prima uxor Philippi Regis Hispaniæ.

EMANVEL IOANNES princeps Lusitaniæ, ante patrem mortuus A. C. 1554. Vxor IOANNA Caroli V. Imp. F.

SEBASTIANVS Posthumus, Rex Portugalliæ, à Rege Fesæ in Africa cæsus A. C. 1578. prid. Non. Sextiles.

FERDINANDVS *ἄγαμος.* *ALPHONSVS Cardinalis.* HENRICVS Cardinalis postea Rex Lusitaniæ, obijt ἄγαμος A. C. 1580 æt. LXIIX. prid. Kal. Febr.

LVDOVICVS Prior de Crato. Cui ex concubina ἀνωνύμῳ

ANTONIVS Pseudorex Portugalliæ natus A. C. 1531. qui à Gallis & Anglis fotus, multa contra Philippum Hispanum pro Lusitaniæ regno est machinatus: irrito tamen successu.

EDVARDVS Princeps Lusitaniæ, pater duarū filiarum, MARIÆ uxoris Alexandri Farnesij Ducis Parmensis: defunctæ 1577. & CATHARINÆ, quæ elocata Ioanni Duci Brigantino, peperit ANNAM, quæ nuptura dicitur Philippo Regi Hispaniæ.

BEATRIX uxor Caroli Sabaudi.

ELIAS

Reges Pannoniæ.

ELIAE REVSNERI LEORINI
Med. Licent.

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI

De Familijs Regum & principum, aliorumque procerum orbis Christiani

STIRPS HVNNICA
Siue
REGVM PANNONIAE GENEALOGIA.

ROXIS Atilæ Hunni, flagelli Dei, trinepos, Dux Vgrorum, quò priscas Francorum injurias ulcisceretur, Gallicam affectatiùs expeditionem suscepit, sidere parum felici. Ea namque latè direpta, ubi oneratus exercitus Rhenum in reditu trajecisset: & jam in tres partes divisus Pannonias repeteret: pars vna à Saxonibus ad Isenacam Turingiæ magna clade victi, & ad internecionem omnes sunt deleti: septem duntaxat superstitibus, quos cladis hujus nuncios amputatis auribus in Pannonia dimisere.

GEYSA patris in principatu Hunnorum successor; Scythiam immanitatem non parum abominatus: Christiana fide prægustata, Numæ Pompilij exemplo, gentem feram ac bello assuetam, à belli studijs avertere, & ad mansuetudinem cultumque divinum revocare cæpit. Bella in Austriam duntaxat aliquanto obstinatiùs gessit: quam mortuo Rudigerio tyranno occupavit. Obijt A. C. 997. Vxor SAROLTHA Gylæ sive Geilæ Transsylvaniæ Vaivodæ F.

MICHAEL Dux Hunnorum. Vide pag. seq. ✠.

S. STEPHANVS Dux, dehinc *primus Rex Vngarorum*, explosa falsorum Deorum superstitione, Christi unius & veri & summi Dei cultum inter suos summo studio plantavit: & ne pacis fundamenta intercipecentur, varias leges & edicta salutaria plurima tulit: in sicarios, adulteros, fures, latrones, capitalia supplicia promulgavit: omnes generis in [illegible]as gravi censura coërcuit: viduarum & pupillorum causis mirificè favit. Bulgaros ferro & igne omnia depopulantes, in inferiore Mysia ¿acri clade devicit, ingentem prædam inde abegit & eos impe[illegible] facere coëgit. Beato tandem exitu vitam clausit mortalem A.C. 1038. Vxor GISALA Ducis Saxoniæ & Bavariæ, soror S. Henrici Imperator. Rom.

EMERICVS (Annales Boiorum Henricum vocant) vitæ sanctimonia celebris, regijsque virtutibus inclitus, morte immatura patrem prævertit A. C. 1031.

SAROLA uxor ABÆ sive OVONIS: qui abdicato Petro Rex creatus: post trienniū à Cæsareanis ter magna clade victus, regno que exterminatus: dum vices reparat, capitur: vinctusq; catenis ad Petrum deductus, supplicium capite luit A.C. 1044.

GISALA nupsit Gulielmo, fratri Sigismundi Ducis Burgundiæ.

PETRVS Alemannus, à Stephano avunculo successor nominatus: quum in Goselam Reginam crudeliter ageret; proceres meliora monentes, insolenter opprimeret & defraudaret, virgines & matronas stupraret; omnia venalia haberet: populari orto tumultu, in Bavariam confugit ad sororium Albertum Austriæ Marchionem: quo adnitente, post triennium Aba exacto atq; occiso, Cæsaris auxilio regno restitutus: quum ad pristinum rediret ingenium: ad Zamucem pagum circumventus; post triduanum conflictum, suis ad unum omnibus confossis, in legatorū venit potestatem: à quibus cōtinuò excæcatus, Albamq; ductus, præ dolore nimio paucis pōst diebus obijt A.C. 1047. Sepultus in Quinqueceleliensi basilica.

Vxor IVDITHA, Vratislai Seniorū Regis Bohemiæ vidua.

+ MICHAEL TOXIS F.
Dux Vgrorum.

Reges Vngariæ.

LADISLAUS Calvus, Princeps Vgrorum. Vxor N. Roxuna sive Ruthena.

VAZULEM à S.Stephano regno destinatum, Sebus, Budæ F. Gisalæ Reginæ instinctu, excætis luminibus, & auribus plumbo infuso obstructis, regno prorsus inhabilem reddidit.

ANDREAS ab Vngaris, à Petro Rege simul & Christo deficientibus Rex salutatus, hac lege atque omine, ut novum Crucifixi cultum exploderet, veterem & avitam religionem restitueret: imperij avidus, tunc quidem annuit. Regno autem, nemine refragante, suscepto; protinus edicto Christianismum restauravit: colere plures deos capitale, fore sanxit. Pacato regno, ac universo ferè populo ad rectum Dei cultum revocato: ad reprimendos finitimorum impetus & incursiones, animum advertit: cum Alberto Austriæ Marchione pacem fecit: Bohemiam & Poloniam post aliquot bella pacavit. Belam fratrem ex Polonia cum tota familia revocavit in Vngariam regnique participem fecit: spem quoque in regno succedendi ei dedit. Vnde primis annis summa cum ipso vixit concordia: communibusque auspicijs hostilem Henrici Imp. vim atque impetum bis sustinuit. Pòst ubi invitum compelleret assentari coronationi Salomonis, bello abs eo Polonorum auxilijs petitus; magnam primò vim hostium prostravit: verùm suis ad hostes deficientibus, retro sensim referre pedem, & in Bavariam cedere statuens; ubi iter sibi interclusum offenderet, & hostis à tergo ingrueret: fortiter pugnans equo excussus; dimicantium pedibus, carrucis, & equorum calcibus obtritus conculcatusque interijt A. C. 1059. In monasterio divi Aniani, à semet constructo, sepultus. Vxor AGMVNDA Dux Ruthenorum.

BELA Vngarorum Rex, &c. De eius prosapia, vide signum, *

LEVENTA, Petro & Aba apud Pannonios regnantibus, unà cum fratribus diù latuit apud Polonos & Ruxanos. Intempestiva morte ereptus, & Scythico more (erat enim Christianis satis superque infestus) in ulteriore Danubij villa juxta proavum Toxim sepultus.

SALOMON Rex Pannoniæ, patre occiso, cum matre & uxore exul in Germaniam ad Cæsarem profugit: à quo protinus post Belæ excessum in regnum restitutus, Albamque ductus, & more gentis Rex est salutatus. Fœdere exinde icto cum fratribus, patruelibus, mutuoque juramento munito: illorum fidem & industriam in multis bellis contra Bohemos, Chanos, Albenses, & Bulgaros, felicissimè est expertus. Ex iniqua autem hostilis prædæ partitione simultatibus inter eos exortis: quum Vide perniciosis consilijs nimium obsequens, sanguinem quoque illorum sitiret; ab eis ter prælio victus, regnoque exactus, exul in Mosoviensem profugit agrum, indeque Pisonium. A Ladislao Rege in gratiam receptus, ubi in caput eius conspiraret; Vissegradi in carcerem est conjectus; non quidem dehonestandæ dignitatis, sed molliendæ atrocitatis ergò. Brevi dimissus, ad Cuthesceum Chunorum principem, barbara manu potentissimum confugiens: eum ad bellum Ladislao inferendum animavit. Victus fugatusque, Chunorum vires in Bulgariam subinde convertit: Thraciam solicitat: prædis & rapinis vexat omnia. Itaque à Nicephoro Byzantino Imp. magna strage fugatus, in solitudinem se abdidit: ubi & diem supremum clausit. Polæ sepultus. Vxor IVDITHA, Henrici III. Imp. Rom. F. in Agmondensi cœnobio mortua & sepulta.

ADELHEIDA uxor Vratislai I. Regis Bohemiæ, obijt A. C. 1062.

DAVID ἄπαις.

GEORGIVS ex concubina, quam in Morothensi pago clàm alebat, natus.

*

BELA ab Vngaris ad avitam superstitionem deficere desiderantibus, in Andream fratrem armatus: bello fraterno superior, fusis hostibus, victoria clementer usus; Germanorum Duces apud eum captivos, humanissimè tractatos, gratis dimisit: Albamque contendens, à Pontificibus primatibusque Vngariæ universis Rex acclamatus, riteque est coronatus. Inito regno, ad pacan-

ad pacandam regionem & curanda gentis commoda illicò omnes intendens nervos: votum & predia reis constituit: vectigalium gravitatem levavit: provincijs tributa remisit. Primus omnium apud Vngaros ex argento monetam signavit. Vngaris magno agmine Albam ad ipsum confluentibus, magnoq; fremitu Christianismi abjurationem & extirpationem flagitantibus: antesignanis illorum summa prudentia oppressis: tertia fidei fundamenta jecit. Tertio regni sui anno ad Demes oppidum jus in hominum conventu dicens, fortè ex regio prolapsus solio: membris luxatis & dislocatis (unde Claudi cognomentum reliquit) decessit. Sepultus in cœnobio D. Salvatoris Zeutezard, quod ipsemet construxit, A.C. 1063. Vxor N. Mesiconis Poloniæ Regis F.

Reges Vngariæ.

GEYSA Magnus, Henrico Imp. Salomonem in avitum regnum reducente, viribus ac suis diffidens, cum Ladislao fratre in Poloniam profugit. Eo autem in Germaniam reverso, quia sine fraterno bello, neque dignitatem, neque paterna bona retinere posset, in Salomonem movens, & ad pacem & ad regni divisionem eum adegit. Cui postmodò in multis bellis contra Corinthos, Bohemos, Ghunos & Albanos præstò fuit. Ex prædæ autem hostilis inter ipsos dissensione orta; paulatimque gliscente ira, re ad cædem versa: Geysa à Rege victus, profligato exercitu terga vertit: transmissoque Tibisco in Chotoydum agrum aufugit: ubi reparato exercitu, Bohemorum auxilijs bellum instaurans; Salomonem, magna strage edita, in fugã conjecit. Hac victoria potitus, omnium consensu & acclamatione Rex inauguratus: regnum adversus Imp. vim strenuè defendit. Pacato ubique regno, Salomoni se reconciliare studet, regnoque cedere: sed dum de pace agitur: morbo correptus, rebus humanis excessit VII. Kal. Maij A.C. 1077. regni tertio. Vaciæ in Basilica D. Virginis, quam exædificarat, sepultus.

LADISLAVS Rex Pannoniæ, heros justus, pius & sanctus, perpetuæq; castitatis observantissimus: adeoque à Pontifice Romano divorum albo adscriptus: Zelomiro sororio, Rege Dalmatiæ, absque liberis defuncto: ex sororis legato, Dalmatiam & Croatiam Vngaricæ ditioni perpetuo jure conjunxit. Victoriosa gessit bella plurima contra Chunos: qui populata Transylvania, ac montibus Carpathijs superatis, in Pannoniam ter irruerant: quorum ferocium fortiter detrita; Ruthenos aggressus, qui Chunis auxilia miserant, in deditionem eos accepit. Quin & excurrentes Polonos repressit: & celeberrimæ principum Europæorum expeditioni in Palæstinam, se comitem adjunxit. Sed dum eandem collectis viribus in Bohemiam contendens: morbo ingravescente diem obijt III. Kalend. Augusti Anno Christi 1095 Varadini sepultus.

LAMPERTVS *Dux Pannoniæ.*

Filiæ duæ: quarum una Zelomiro Dalmatiæ Regi ultimo, altera Othoni Moraviæ Marchioni nupsit.

PYRISCA uxor Emanuelis Imp. Bizantini.

COLOMANNVS Varadiensis Episcopus, sacerdotali dignitate abdicata, ab Vngaris in regium fastigium evectus; rem in Dalmatia adversus Venetos bene gessit, hostium copijs profligatis, & ad internecionem ferè cæsis: quam ut majore sibi & diuturniore beneficio obstringeret, ultrò libertate donavit. Quam suam laudem intestina crudelitatis nota fœdè deformavit: quòd fratrem una cum nepote ex falsa quadam suspicione oculis privavit. Iusta hinc ultione Dei repentino & lethali morbo correptus: diem obijt III. Non. Februarij Anno Christi 1116. regni sui vigesimo, mense sexto, die quinto. Albæ sepultus. Vxor ADELHEIDA, Rudolphi Rhynfeldensis Cæsaris F.

SOPHIA uxor Magni Ducis Saxoniæ Septemviri.

ALMVS natu minor, vir mitiore ingenio & indole præstante: à Ladislao patruo hæres & successor script⁹: bona tamẽ simplicitate ductus Colomãno è Polonia redeunti regno cessit; ducatu contentus: sed à quo extremè, pristina malorũ arte est excæcatus, & in cœnobium Demensiense detrusus.

STEPHANVS II. optimatum cõsensu pa-

LADISLAVS immaturè obijt.

BORICHVS ex adulterio conjugis

BELA II. à patruo privatus luminibus, (unde ipsi Cæci cognomen natum)

a

Reges Vngariæ.

tri ritè suffectus: octo penè annis alieno ductu & auspicijs regnum gubernavit. Adultus deinde pro libidine sua cũcta gesturus; asperitate ac superbia, ferocia item & crudelitate, patri nequaquam cessit. In Bohemos, Polonos, & Ruthenos vario eventu arma movit: Mysos, Thraces, & Macedones, Rogerij Siciliæ Regis viribus & ingenio, atrociter infestavit: obvia quæque diripiens, & oppida nonnulla vi capta subvertens. Græcos bello lacessens: maximis ab ijs affectus incommodis, pacis conditiones accepit. Ex uxore Sicula, Roberti Guiscardi filia, quum nullam prolem haberet, aut speraret: in filium & hæredem adoptavit Belam Cæcum, fratrem patruelem: ipse non multo pòst ex ventris profluvio decessit A. C. 1135. regni XIIX.

b

NICOLAVS *mortuus A. C. 1112.*

ADELHEIDA uxor Borivorij Principis Bohemiæ.

c

Ruthenæ natus: regnum seditiosè affectans: Ruthenorum ac Polonorum ope bello suscepto, parum feliciter pugnavit.

d

post patruelem rerũ potitus: mira sapientia cuncta disposuit: regnũ pacavit; cultum divinum studiosissimè servavit: injurias ac vim passim inhibuit: edicta in sicarios ac latrones gravissima promulgavit: æqua in omnes iustitia & benignitate usus. A Boricho Colomanni notho gravem passus est seditionem: quam sine sanguinis effusione compescere nequivit. Pacato autem regno ex otio in ebrietatem delapsus: tandem in hydropem incidit: ex qua naturæ necessitati cessit Anno Christi 1145. regni decimo, Idib. Februarijs. Sepultus Albæ. Vxor HELENA Vri Macedonis, Augustalis Comitis F.

GEYSA II. primogenitus, secundum patrem ad regni fastigiũ elatus: optimos sibi quosque consiliarios delegit. Primis regni annis adolescens adhuc, ingenita quadam magnitudine præditus, Austriacos Vngaria expulit. Conradũ Imp. & Ludovicum Galliæ Regem expeditione Asiatica hospitio humanissimè excepit: Minoslao autem socero, Duci Kioviæ, adversus Ruthenos rebelles fidelissimè dis præstò fuit: nec sine victoria in Pannoniam redijt. Imperio autem præfuit annis viginti, mensibus tribus, diebus quindecim: inter liberorum & fratrum complexus animam efflans A. C. 1165. pridie Kal. Iunias. Albæ inter monumenta Regum conditus.

LADISLAVS Princeps pannoniæ, regnandi cupiditate tractus; subrepto varijs artibus sacrò diademate; regni potestatem sex mensibus usurpavit contra verum & legitimũ Regem Stephanum III. Sed obrepente subinde morte, diem supremum clausit Kal. Februarijs A. C. 1172.

STEPHANVS Princeps Vngariæ, secundùm Ladislai excessum, itidẽ imperium contra nepotem usurpans: quinto mense bello abs eo victus, regnoq; exactus: paulo pòst in castello quodam, quod Zemlen appellant, Aprilis Idibus, diem obijt. Albæ Sepultus A. C. 1173.

ALMVS fratres morte prævertit.

GERTRVDIS uxor Miecislai Regis Poloniæ.

STEPHANVS III. Rex Vngariæ & Dalmatiæ, regno suscepto, nihil sine senatus auctoritate egit: regnum triennij immunitate donavit: multa captandæ popularis auræ gratia edicta promulgavit: otium & quietem pro viribus ab initio retinuit: mox sociorum & regni causa in bella descendit, quæ cum Venetis vario gessit eventu. In re Dalmatica ubi aliquantulũ deferbuit: regnum contra ipsum usurparunt patrui, Ladislaus, & post eum Stephanus: cujus insolentiam non ulteriùs tolerandum ratus, bello victum regno exegit, haud parva procerum clade: nec abhinc diu superfuit, mortuus A. C. 1176. IV. Non. Martias, non sine veneni suspicione: quum annos regnasset decem,

BELA III. vir regno maturus & integer, justus & severus: fratri in regno suffectus: strenuè id tutatus; nihil à finitimis adimi permisit. Tumultuaria quædam & quasi momentanea cum Polonis & Bohemis bella gessit: Austriacos intra fines coërcuit. Illud sibi animo semper erat infixum, maritimam & nobiliorem Dalmatiæ oram, quam veneti occuparant, occupatamq́ue sæpius amiserant, ab Vngaris omnino occupari oportere. Quapropter audita Iadrensium, quartò Veneris rebellantium, defectione: magna vi in Dalmatiam concedens, Iadram validissimo munivit præsidio: & nonnulla eius municipia milite opti-

Filiarum vna nupsit Conrado Marchioui Motaviæ.

HELENA elocata Leopoldo virtuoso, Duci Austriæ.

menses

menses novem, dies V. Sepultus Strigonij ... Sponsus Agneta filia Henrici Ducis Austriæ.

mo complevit: sicq; omnem Venetæ classis operam omnino elusit Kal. Maij. A. C. 1199. regni sui anno XXIII. mense uno ac die undevicено. Funeratus Albæ inter Regum monumenta. Vxor MARGARETHA F. Ludovici VII. Regis Galliæ. *Reges Vngariæ.*

EMERICVS maior natu, Rex Vngariæ & Dalmatiæ, patri optimatum suffragio subrogatus: non modò regno gubernando, sed & propugnandis socijs, Dalmatis inprimis, incubuit. Iadram à Venetis terra mariq; oppugnatā, quum nutantem dudum urbis videret fortunam, hosti non sine cruenta victoria reliquit. Seditione cōtra ipsum à fratre suscitata, quum utrinq; acies instructæ constitissent: armis depositis, regijsq; indutus ornamentis, per medias fratris acies incedens, bonis verbis omnes compescuit. Humanæ necessitati concessit A. C. 1207. quum annis regnasset octo, mensibus septem & diebus sex. Sepultus in Agriensi templo. Vxor CONSTANTIA Regina Arragoniæ.

LA[illegible]AVS III. patris in regno successor, cum imperio[illegible] mensibus duntaxat 5. cum 7. diebus: immatura nepe morte subreptus A. C. 1208. Non. Maij. Albæ sepultus.

ANDREAS II. Hierosolymitanus dictus, quò aliqd se ac majoribus dignū præstare posset: imperandi cupiditate plus æquo æstuans, (verè autem ad imperandum Natura eum genuisse videtur: quippe cui neque animi magnitudo, neque religio & consilium, neq; justitia deerat) donis & largitionibus nobiles & præpotentes quosq; circumvenit: fratri clàm subducit, eius damnat ignaviam, & in populi invidiam omni arte cōpellit: belloq; indicto Marte vindice regnum occupare contendit: irrito tamen conatu, nec sine maximo suo discrimine. Post Ladislai demum fata, omnium suffragijs Rex optatus regijsq; insignibus Albæ ritè donatus; ad regni mox administrationē animum intendit: quod multos planè annos præ justitia & integritate sua pacatū habuit. Belli Sanct: Imperator declaratus: Damiatam post duodeviginti mensium obsidionem quidem cepit sine cæde: sed quam Christianis, Nili effusione, ad extremas angustias redactis, Soldano paulo pòst restituere est coactus. Ex Palæstina reversus, Banebanum virum nobilem, cui regiæ domus curam commiserat, reum quidem læsæ Majestatis regiæ, causa cognita absolvit. Obijt A. C. 1238. regni trigesimo. Elatus in cœnobium Egres. MARIAE Miecislai Haliciensium Ducis filiæ & hæredis, sterili est conjugio.

CONSTANTIA uxor Primislai Othocari Regis Bohemiæ, mater VVencеslai.

Maria uxor Isaaci Angeli Imp. [illegible] postea [illegible] [illegible] ejusdem Imperij [illegible]

Liberi eius

ex GERTRVDE F. Bertholdi Ducis Meraniæ, à Bancbano, quòd ipsius uxorem fratri suo violandam dederat, iteratis vulneribus confossa:

ex BEATRICE Aldubrandini Marchionis Estensis filia, uxore altera:

BELA IV. vivo adhuc patre Albæ in Comitijs Rex coronatus prid. Id. Octobris A. C. 1235. regni habenis susceptis, paternam æquitatem & justitiam æmulatus: pacem cum finitimis coluit: sed apud Austriacos invenire non potuit. Cumanorum extorre ac profuga gente in fidem & tutelā suam susceptа: quum his æquior, quàm suis, esset: haud parvā sibi conflavit invidiam. Tartaris, qui indomita libidine ac crudelitate ex Russia in Vngariam & Poloniam irruerant, magna vi occurrens: apud flumen Seco, signis consertis, victus; suis penè omnibus desideratis, vix evadens, in Dalmatiam aufugit: unde post triennium demum, audito Tartarorum abitu, in Vngariam reversus: dissipatis regni sui reliquijs coactis, adversus FRIDERICVM Austriæ Ducem movit: quo victo & occiso, ob Styriam quoque cum Bohemis

COLOMANNVS Rex Haliciæ in Russia: bello Tartarico fidele, fratri tulit suppetias. Vxorem habuit SALOMEN Lesci Albi Poloniæ Principis sororem.

ANDREAS tertio genitus, conditor, Stemmatis CROVIACI.

ELISABETH vitæ sanctimonia celebris, elocata Ludovico Turingiæ Landgravio, obijt 1231.

HOLESIA uxor Iacobi Regis Arragoniæ.

STEPHANVS Posthumus in Italia natus: ephebis nondum excesserat, quū immatura imperandi cupiditate percitus, avum dominatu ejicere conatur. Hinc ejectus, ad sororē fugit in Hispaniā: brevi reversus, à Ravennatibus urbi est præfectus: sed & illinc exactus Venetias confugit: ubi TOMASINAM Maurocenam cum amplissima dote uxorem accepit.

ANDREAS Venetus dictus, Ladislao interempto diademа sumsit annoque principatus sui secundo, bello domuit

prosperè

Reges Vngariæ.

prosperè pugnavit. Regno pacato, eiusque excidio per virili parte resarcto: senio confectus, multisq; laboribus malisque vexatus; diem clausit Anno C. 1275. Nonis Maijs. Sepultus Strigonij cum urore MARIA Emanuelis Imp. Byzantini F. Nupsisse quoque ipsi traditur CVNEGVNDA, Othonis Pij Marchionis Brandeburgensis filia, anno 1264. sed sterili ea usus est conubio.

Austriam. Annus mortuus A. C. 1301. quum undecim annos populos in officio, suaq; fide continuisset: Budæ conditus ad ædem Fratrum Minorum.

STEPHANVS IV. Rex Pannoniæ & Dalmatiæ, paterni nominis jacturã in re bellica, magna ex parte resarxit. Quippe qui Austriacos & Bohemos insigni clade ad Kapczam fluvium fudit & fugavit: Bulgaros autem cum universa Mysia, stipendiarios sibi fecit. Altero regni anno in insula Budensi defunctus, qui est A. C. 1277. Vxor FENVENNA Zemomysli Ducis Vladislaviensis in Masovia F.

CVNEGVNDA uxor Boleslai Pudici, Ducis Silesiæ.

HELENA uxor Boleslai Ducis Kalissiensis.

ELISABETH uxor Henrici Ducis Bavariç.

OTHO Dux Bavariç, à cõsobrino VVenceslao Bohemo corona recepta, in Vngariam venit: apud Albam Rex inauguratus A. C. 1304. Transsylvaniam lustrans, à Ladislao Vaivoda captus, solioque deturbatus, summa cum ignominia potestati regiæ renunciare, regnumque deserere est coactus Anno Christi 1308.

ANNA consors VVenceslai II. Regis Bohemiæ.

VVENCESLAVS ab Vngaris Rex optatus A. C. 1301. quum Carolo Martello: alij Othoni Bavaro faverẽt: nec omnes etiam qui eum evocarant, eius imperata facerent: quietis causa in Bohemiam ad patrem recessit, cum diademate: anno regni tertio.

LADISLAVS III. quem Chunum deinde Vngari cognominarunt, vir atroci ingenio & animo magno, belli quàm otij cupidior, honestati parũm intentus, propriaq; libidinis moderator exiguus: patri in regno suffectus: socijs armis cum Rudolpho Cæsare oppugnavit Othocarum Regem Bohemiæ: quo in acie cæso, arma in Cumanos vertit: qui Duce Oldamiro, Vngariæ fines hostiliter ingressi, omnia populationibus & rapinis compleraverant: qui magna strage fugati, Tartaros ad repetendam bello Vngariam facilè perpulerunt. Fuerat ipsi connupta N. soror germana Caroli Claudi Regis Neapolis: quam neq; pro dignitate tractavit, neque conjugali amore est prosecutus: illegitimo amore trium Cumanarum muliercularum plus æquo flagrans. Vnde Christianæ Reip. principibus haud parùm suscipionis injecit: ne Regis exemplo Vngari in pristinam majorum labem reciderent. A. Cumanis tandem quos in delicijs habebat, miserabiliter est occisus A. C. 1290. regni XIII.

MARIA uxor *Caroli Claudi* Regis Siciliæ & Neapolis: mater XV. liberorum: de quibus in stemmate Capetino Stirpis VVitichindeæ.

Filia [illegible], primò Vestalis: pòst Zavisio Rosensi Bohemo nupta.

CAROLVS Martellus, Princeps Salernitanus, Rex Pannoniæ inunctus A. C. 1289. obijt 1342. Vxor CLEMENTIA F. Rudolphi Habsburgij Imp.

CAROLOBERTVS Rex Pannoniæ, patrem morte prævertit. Vxor ELISABETH Regina Poloniæ.

IOANNES Princeps Dyrrachinus. Vxor N. Comes Valesiæ.

LVDOVICVS Dux Dyrrachinus, obijt A. C. 1352. Vxor MARIA F. Philippi Principis Tarentini.

CAROLVS Pazus Rex Neapolitanus, cõtra Mariam evocatus: in arce Budensi occisus A. C. 1385. 5. Iunij, regni mense V. die XXIIX.

ANDREAS Rex Neapolitanus, Aversæ occisus A. C. 1345.

LVDOVICVS à Casimiro Poloniæ Rege adoptatus: patri in Pannonia quoque successit. Tirnaviæ mortuus A. C. 1382. Idibus Septembris. Vxor ELISABETH Stephani Bani Bosnensis F. à Ioanne Hervato Croatiæ Bano submersa.

STEPHANVS Dux Sclavoniæ & Dalmatiæ.

SIGISMVNDVS Imp. & Rex Bohemiæ, connubio — MARIA Regina Pannoniæ nupsit Sigismũ- — HEDVIGIS Regina Po- — VLADISLAVS Iagello Dux Lith-

a b c d cum

a b c d

tum Maria celebrato, Pannoniæ regnum capessens, undiq; contractis copijs in Banum, socrûs cædem graviter est ultus. Regno Vngariæ Præfuit annis L. menses octo, dies duos. Ex BARBARA Ciliæ Comite ipsi nata.

do Cæsari: biennio pòst, quàm capitis insigne sumsit quum suo rum cōspiratione valdè laborasset.

loniæ, nupsit Vladislao Iagelloni, Duci Lithvaniæ.

vaniæ, à Poloni ad Reginæ consortiū & regnum accersitus: ethnica superstitione explosa, cum gente sua baptismum suscepit. Ex SCONZA Russa, Duce Kioviæ ipsi nati. *Reges Vngariæ.*

ELISABETH hæres regnorum Pannoniæ & Bohemiæ, nupsit ALBERTO Austriaco: qui socero cùm in Imperio Romano, tum cæteris in regnis successit.

LADISLAVS Minorennis coronatus A. C. 1445. regni gubernatione interim, donec adole[illegible] Ioanni Corvino Huniadi [illegible]a: in nuptiarum apparatu Pragæ decessit A. C. 1457. 23. Novemb. Huic successit MATTHIAS Corvinus, Ioannis H[illegible] F. è carcere Pragensi a [illegible]aris Rex electus A. C. 1458. Apoplexia èxstinctus 5. Aprilis 1490.

ELISABETH — Pannoniæ & Bohemiæ Regina, nupsit CASIMIRO Regi Poloniæ: obijt 1505. 30. Augusti.

CASIMIRVS Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, inter vivos esse desijt. A. C. 1492. ætat. 67.

VLADISLAVS ab Hungariæ procerib', Reginę ventrē expectare nolentibus, evocatus: ad Varnam ab Amurathę cæsus 10. Novēb. 1444. quum regnasses annos quatuor, menses III. dies XXIV.

VLADISLAVS II. primogenitus Rex Bohemiæ & Pannoniæ, Budæ decessit 4. Martij 1517. Vxor ANNA Comes Candallæ in Aquitania.

FERDINANDVS Austriacus, Cæ[illegible]r, jure hæreditario regnum P[illegible]oniæ occupavit A. C. 1526. C[illegible]a cum Ioannes de Zepulia [illegible]mes Scepusiensis Rex electus, [illegible] tyrannidem invasit.

ELISABETH, postea ANNA dicta, Regina Pannoniæ & Bohemiæ: *ἀνεπικλεὶς* perijt A. C. 1547.

LVDOVICVS II. in cunis Rex declaratus: à Solymanno victus, in fuga perijt 28. Augusti. 1526. regni 10. mense quinto, die 16.

MAXIMILIANVS Cæsar, patre [illegible]o Rex Pannoniæ coronatus 8. Septemb. 1563. Obijt 1576. 12. Octob. V[illegible]r MARIA F. Caroli V. Imp.

FERDINANDVS CAROLVS Archiduces Austriæ, &c.

RVDOLPHVS II. Imp. corona[illegible]s Rex Pannoniæ in patris præsentia [illegible] 25. Septemb.

ERNESTVS. MATTHIAS. MAXIMILIANVS. Magni Duces Austriæ, &c.

REGVM

REGVM PANNONICORVM SIVE HVNGARICORVM.

Series.

A. C.	Ordo	Nomina.	Regni. A.	M.	D.
1000	1	S. Stephanus I,	38		
1038	2	Petrus Alemanus.	3		
1041	3	Aba Hungarus.	3		
1044		Petrus Alemannus iterum.	3		
1047	4	Andreas I.	12		
1059	5	Bela I.	3		
1063	6	Salomon.	11		
1074	7	Geyza I.	3		
1077	8	Ladislaus I.	18		
1095	9	Colomannus.	20	6	4
1116	10	Stephanus II.	19		
1135	11	Bela II. cogn. Cæcus.	9	11	
1145	12	Geyza II.	10	3	18
1165	13	Stephanus III.	10	9	5
1176	14	Bela III.	23	1	27
1198	15	Emericus.	8	7	0
1206	16	Ladislaus II.	0	5	7
1207	17	Andreas II. Hierosolymitanus.	31		
1238	18	Bela IV.	37		
1275	19	Stephanus IV.	2		
1277	20	Ladislaus III.	13		
1290	21	Andreas III. cogn. Venetus.	11		
1301	22	VVenceslaus Bohemus.	3		
1304	23	Otho Dux Bavariæ.	4		
1310	24	Carolus Neapolitanus.	32	7	14
1242	25	Ludovicus I.	40	0	28
1382	26	Maria.	3		
1384	27	Carolus II. Parvus, Rex Neapolitanus.	0	5	28
1387	28	Sigismundus Cæsar.	50	8	2
1438	29	Albertus Austriacus, Cæsar.	1	9	27
1440	30	Vladislaus Dux Lithvaniæ.	4	3	12
1445	31	Ladislaus IV. Posthumus.	12		
1458	32	Mathias Corvinus.	32	2	14
1490	33	Vladislaus II. Rex Bohemiæ.	25	9	
1516	34	Ludovicus II.	10	5	16
1526	35	Ferdinandus Imp.	37	10	9
1563	36	Maximilianus Imp.	13	1	4
1572	37	Rudolphus Imp. Rom.			

IO. SOM.

IO. SOMMERI PIRNENSIS
REGES VNGARICI EX BONfinio & Iovio.

I. STEPHANVS I.

PRimus hic immanes fidei Christeidos hostes
Mergere sacratis corpus adegit aquis.
Vtq; pia firmos in rellígione teneret:
Condidit impensis templa scholasq; suis.
Nec tamen antiquis Hunnos erroribus, atque
Depulit hac patrij cultibus arte Dei.
Mota repentino quia factio sæva tumultu
Implicuit multos seditione duces:
Neve peregrinis idola domestica divis
Mutarent, vafris traxit in arma dolis.
Sumsit ab his pœnas sancti justissima Regis
Vltio: crescentis pressaq; flamma mali est.
Tunc demum Latia missam tellure coronam,
Et data securo pectore sceptra tulit.
Pacis amans junxit socios in fœdera reges:
Ne quis vicino terror ab hoste foret.
Constituensq; fori leges, servantia recti
Iura, suis vigili sedulitate dedit.
Vtque novus regni caperet successor habenas,
Illum Gycla sibi fecit amata virum.
Hac erat Henrici soror inculpata Secundi;
Eximijs animi fœmina clara bonis.
Prodijt inde puer longo dignissimus ævo:
Quem pietas superis addidit alma deis.
Sed perijt, raptus primævæ flore juventæ:
Vnaq; spem miseri perdidit hora patris.
Intestina pios auxerunt bella dolores,
Rursus in errorem plebe vocante deos.
Dacia cognato Regis parebat Iulo:
Ille novi sparsit semina dira mali.
Captus ad infido gestavit vincula collo:
Eius & imperium tota secuta domus.
Donec ab idolis ad Christi transijt aras,
Pectore salvificam concipiente fidem.
Movit & in Sclavos ultricia castra: suosq;
Ejectis Stephanus victor ademit agros.
Tunc vetus Henrici concordia funere læsa,
Penè novo regnum pressit utrumque malo.
Hæres Cæsarei quando Conradus honoris,
Invasit forti Pannona rura manu.
Nec tamen infestis commisit prælia signis,
Aetherei retrò numinis auctus ope.
Nam sua militibus positurus membra quieti
Res objecta novo plena stupore fuit.
Quale nec Iliados portentum tradidit auctor:
Si modò, quod narrant, debet habere fidem.
Tessera mandari quo præcipiente solebat,
Dicere Centurio talia visus erat:
Mane domum redeas miles: convellite signa:
Barbara ne nostro terra cruore fluat.

Prima instauratio religionis

S. Emericus.

At non ille fuit, quamvis notissima vestis,
Nota viri facies, omnia nota forent.
Fecerat humana nemo praeconia voce,
Fallor? an aethereo praepes ab axe fuit?
Tunc velut excussus superantes Strymona pennis,
Quum saevas aquilas extimuere grues:
Ni dux certa viae monstrat praecepta volandi,
Festinata vagas litera turbat aves.
Sic Eoa fugae studio dum tempora miles
Praecipit, & raucum turbida castra fremunt;
Omnia miscentur vario confusa fragore:
In medios hostis ceu ferat arma viros.
Attonitus tanta rerum novitate stupescit
Caesar, & auditas jam timet ipse minus.
Unde suas turmas firmata pace reducit:
Totaq; praecipiti castra soluta metu.
Exolvit meritas superis ex ordine grates:
Pacataq; tulit rex sua sceptra manu.
Dum fractus curis, graviorque senilibus annis
Exuit infirmae debile carnis onus.
Frigidaque includens optato membra sepulcro,
Ad superos placida morte petivit iter.

II. PETRUS.

PEtrus in imperium successit avunculus; atque
Regina sceptrum conciliante tulit.
Teutonicus vultus studijs, neglecta jacere
Hungaricae, sivit nomina magna domus.
Ac aliquem vili generatum Saxona stirpe
Fecit praecipuos inter habere locum.
Illius insignes, urgente libidine, nuptas
Polluit, insano caecus amore furor.
Nulla suum tuto potuit servare pudorem
Foemina per medias forte profecta vias.
Militis oppressa peregrina audacia multas,
Regis & ingenium turba secuta sui.
Verteret ut turpi quantumvis omnia luxu:
Non tamen admoniti tautior esse tulit.
Pulsus ob haec, adijt Germani Caesaris aulam:
Illius exilij damna levavit ope.
Rursus & eiusdem tectus victricibus armis,
Hunnorum tenuit frena recepta manu.
Nescijt usque sui finemq; modumq; furoris
Altera sustinuit praelia facta domi.
Secunda defectio à fide. *Impia plebs etenim Christi mandata perosis*
Mentibus, indigenas caepit adire deos.
Ethnica pollutis inducere numina templis
Prima; creare ducem cura secunda fuit.
Ille Ladislai Leventha propagine Calvi
Ortus erat patria nuper abactus humo.
Conjugis insidijs Stephanus quum nempe timeret
Immeritam patrui posse perire domum.
Fratribus & junctis in castra Polona duobus
Praecipiti juvenem cogeret ire fuga.
Illius imperio pietas exacta tyranni
Errori vacua cessit in aede locum.

Sacrificos animis, ac Christum voce professos,
Illius immani sustulit ira nece.
Illius auspicijs superato denique Petro,
Abstulit incisum dextra cruenta caput.

III. ABA.

ABba tulit regni populo tradente coronam,
Germanus inter dum Petrus exul erat,
Illius & mores studio vigilante secutus,
Consilijs meruit debita fata suis.
Nam malè propitio faceret quum prælia Marte,
Quando suam repetens Petrus adibat humum.
Omnibus immiti tergum præbentibus hosti,
Perdidit in media colla resecta fugâ.

IV. ANDREAS.

MItior Andreas violati numinis aras
Restituit proprijs templaq; sacra Dei.
Et socia Belam regni ditione recepit:
De tribus is quando fratribus alter erat.
Fortibus Henrici tentatus Cæsaris armis:
Quantumvis aciem reppulit inde virûm.
Et quia Rutheua geminos de conjuge natos
Sustulerat, thalami pignora cara sui:
Imperij Salamon patrij puer extitit hæres:
Dum fragili in tenero corpore robur erat.
Ante tamen generum Cæsar sibi legerat illum.
Prodijt inde novi causa reperta mali.
Bela suos ægrè posuit deceptus honores:
Sarmaticosq; iterum spretus adivit agros.
Hinc rediens magno vicit certamine Regem:
Viribus oppreßis, Pannonis aula, tuis.
Inque fuga crudo pereuntes vulnere fratris
Planxit honorato membra reposta loco.

Secunda instauratio religionis.

V. BELA I.

TEutonicas nullo damnavit carcere turmas
Bela, nec externo sævus in hoste fuit.
Iuncta quòd Andreæ sociassent arma: sed omnes
Incolumi retro jußit abire pede.
Aurea pax illo florebat rege: suoque
Lex in honore sacri normaq; juris erat.
Primus is argenti signata nomismata regum
Cudit in Vngaria nata metalla sua.
Vnica turbavit stabilitam factio pacem,
Susceptam populo prostituente fidem.
Iamque leves animos magno clamore professi,
Pascebant Scythicis sacra prophana deis.
Pertulit insanos fremitus Rex: ferrea donec
Agmina nudato vidit adesse loco.
Illa trucidarunt stolidos immissa colonos;
Excußusq; novæ est relligionis amor.
Tres ubi regnasset tandem feliciter annos:
Cunctaq; tranquilla tuta quiete forent:
Dum populis leges, decretaq; facta recenset;
Protinus ex lapsu debilitatus obit.

Tertio defectio à fide.

VI. SOLOMON.

QVando Bela manus fraterno sanguine tinxit:
Sumsit & audaci sceptra negata manu:

Interea soceri Solomon accerserat aulam:
Vt procul hostili tutus ab ense foret.
Hunc, ubi jam fatis patruum cessisse videret,
Spes cepit regni semisepulta sui.
Filius abstabat Bela patre Geysa creatus:
Tutari partas ille volebat opes.
Longa sacerdotum precibus suspiria multis
Iam pugnaturos continuêre duces.
Sustulerant animos externo fisus uterque
Milite: pax ista conditioue data est.
Imperij titulos Solomon, ducis alter haberet
Nomen: ut amborum fecerat auté pater.
Tunc sua regali diademate tempora cinxit;
Et Geysa Solomou fortiter usus ope est.
Dalmatico rigidos ejecit rure Carinthos:
Reppulit Vngarico castra Boëma solo.
Atque suas uimium clades hostiliter ultus,
Intulit illorum tristia damua focis.
Massagetas fudit: diros oppressit Alanos.
Redditaq́ est dominis præda recepta suis.

Alba obsessa.

Obsidione tribus vexavit mensibus Albam:
Bulgariæ piugues quà Sauus ambit agros.
Diripuitq́ ustam flammis crudelibus urbem,
Captiva primam subijciente facem.
At malè concordes disjuuxit, barbara fratres
Præda: nec ignava res fuit acta manu.
Sæpius ancipiti Rex iu certamine victus,
Cæsarea soceri vixit in urbe diu.
Et varijs iterum fortuua vicibus actus,
Excidit imperio terve quaterve suo.

Solomon Eremita factus.

Donec ad extremum pietatem veste professus;
Mortua desertis condidit ossa locis.

VII. GEYSA.

SVmserat interea regalem Geysa coronam:
Et tribus hanc annis fratre juvante tulit.
Eximia clarus pietate, & fortibus actis,
Hostis iuhumanæ seditiouis erat.
Sæpius ingeute Solomonem clade repressit,
Teutonici fretum viribus imperij.
Redderet ille etiam pulso diadema: nec ultrà
Præferret titulis regia sigua suis.
Mors uisi præcipiti fato properata tulisset,
Innocua cordis simplicitate virum.

IIX. LADISLAVS I.

SCeptra Ladislaus vivo Solomone recusans,
Noluit augusto regis honore frui.
Sed media solij revocatum parte recepit:
Cujus ab iusidijs post malè tutus erat.
Barbara Cuuorum bellis felicibus arma
Contudit, & vires Russia fracta tuas.
Percita vicinæ terrore Polouia cladis,
Dura peregrini frena momordit heri.
Paruit illi etiam multis urbs clara triumphis,
Et dedit exteruo colla premenda jugo,

Cracovia.

Quæ vetus à Domino jactat Grachovia uomen,
Atque tuas ripas Istule flave jacet.

Ille Pa-

Ille Palaestinas aditurus milite gentes,
Vnicus imperij nomine ductor erat.
Ni priùs instabiles ulturus Marte Boemos
Mortuus inceptum destituisset iter.
Nobilis illustri princeps virtute, nec ullo
Inferior placidæ pacis amore fuit.
Aspera conspicuum regni fortuna locavit:
Hinc statuit forti parta tropæa manu.

IX. COLOMANNVS.

COrporis ingenio Colomannus damna rependit:
Nam pedibus claudus, lumine læsus erat.
Tantùm sanguineæ paulò indulgentior iræ,
Maluit insano sæpe furore trahi.
Teutonicas aditu voluit prohibere cohortes:
Ne premerent castris Hunnica rura suis.
Tunc ubi Syriaco dederant pia nomina bello:
Et forti Solymas asseruere manu.
Rustica prædatus Violentis arua rapinis,
Reginæ tumido reppulit ore preces. Lance reginaRuthenorum.
Illa sed injustam crudeliter ulta repulsam,
Milite delevit castra superba suo.
Vix inventa fuga medios via tuta per enses,
Eripuit certæ regia colla neci.
Dalmatas insigni Venetorum clade recepit
Victor: & oppresso rettulit arma duce.
Frater ei regno cessit: nec turpe putavit Spolia opima.
Almus honorata posse quiete frui.
At non credulitas hunc suspiciosa sinebat
Non intestinos pertimuisse dolos.
Sæpius hinc illi civilia bella paravit,
Figmentis odio conciliante fidem.
Dissidium placuit populo finire duello:
Alterius victum regia jura pati.
Noluit imparibus committi viribus Almo:
Acqua pacem conditione dedit.
Pōst tamen effossi caruerunt luminis usu Almus cū filio excæcatus.
Infans cum misera Bela parente nepos.
Non tulit immanis crudelia facta tyranni
Amplius, ac mores vltio justa feros.
Abstulit & fœdas cerebro stillante per aures
Insolita Regem Parca severa nece.

X. STEPHANVS II.

FIlius octavum Stephanus regnavit in annum;
Alteriusq́ puer paruit imperio.
Mox ubi robustum fecisset firmior ætas,
Indolis ostendit signa pudenda suæ.
Effrenus in mores venit successor avitos:
Et sine tutoris pleraque gessit ope.
Ille pharetratos vexavit Marte Polonos:
Illius expavit terra Boēma minas.
Vtraque succubuit victrici Mœsia dextra,
Audacem fregit Græcia sola virum.
Rußiaq́ elusi risit certamina regis:
Quum proceres nollent prava signa sequi.
Exquisita domi pœnarum exempla novarum
Repperit insontes tormina facta viros.

 Parvaq́

Parvaq; supplicijs delicta recisa cruentis,
Invidiam populi sustinuêre gravem.
Ad rigidos patruum Thraces ejecerat Almum;
Quem comes exilij Bela secutus erat.
Illius Armonia repetens tellure cadaver
Transtulit, in patrio deposuitq; solo.
Improba Cnuorum, neglectis civibus, acta
Pertulit, ingenio dißimulante nimis.
Stupra, nefas, cades, illis impunè licebat,
Et facere effraeni quodlibet ore scelus.
Mortuus informi vestiuit membra cucullo:
Hac pia mutata symbola mentis erant.

XI. BELA II.

HVnc ingrata ferè tenebris oblivia pressum
Exsulerant, Graja dum foret exul humo.
Sors tamen eductum patrui in fastigia regni,
Vngarica voluit jura tenere domus.
Sapius optata Stephanum spes irrita prolis
Iußit in alterius ponere sceptra manus.
Principis AEmathij cui filia tradita conjux,
Bis duo facunda pignora ventre dedit.
Cacus in aeterna quamtumvis nocte sederet:
Non tamen à forti degeneravit avo.
Nam quia non oculis potuit cali astra tueri,
Acrius intentum mentis acumen erat.
Candida simplicitas illum, devotaq; mentis
Integritas, clara nunc quoque laude vehit.
Infami dederat quem mater adultera partu
Imbelles Borichi contudit ense minas.
Borichus nothus. *Creditur hic verus Colomanni sanguis, in Hunnos*
Conflarat vires Sarmatis aula tuas.
Ast ubi jam certum fortes didicêre Poloni,
Protinus ignavum deseruêre ducem.
Bela suos alta securos pace regebat:
Et latè pietas extulit alma caput.
Longa sed in multam ducens convivia noctem,
Fecit virtutis turpia damna sua.
Ebrius audaces non aversatus amicos,
Plura rogaturis munera multa dedit.
Quin etiam cordi veteres poscentibus hostes
Tradidit, ut calido perluit ora mero.
Dirus hydrops illum, proles patre digna Lyao,
Sustulit: hac luxus debita pœna fuit.

XII. GEYSA II.

FIlius extincto succeßit Geysa parenti:
Geßit & invictus prospera bella puer.
Contudit Austriacos Henrici principis ausus:
Exuit ac armis Teutona castra suis.
Vindice mox socerum texit feliciter ense:
Ruthenosq; manu vicit ovante duces.
Heroës hospes geminos excepit, eosque
Qua potuit, semper juvit amicus ope.
Ludovicus Gallorum Rex. *Quando Palaestinam Conradus Casar adivit,*
Auxilijs fretus, Rex Ludovice, tuis.
Sequana quem fixo suspexit sapè meatu;
Miratus domitus fortia facta sui.

Auspicijs

Auspicijs sed enim pejoribus usus uterque,
Retulit amisso milite signa domum.
Principis Argivi deceptus turpiter arte,
Noxia qui gypso mistaque farra dedit.
Hoc sub rege fames, qua non magis horrida pestis,
Ungartam viduus esse coëgit agris.
Dum deserta suis spoliat cultoribus arva,
Plurimaque heu dirâ corpora tabe necat.
Ille ubi viginti placidè regna verat annos:
Tranquilla clausit fata suprema nece.

Immanuel II. Græcorum Imp. Fames.

XIII. STEPHANUS III.

ANcipiti Stephanus Venetam certamine classem
Ausus non una sustinuisse vice est.
Factaque dispari successu prælia sæpè
Speque metuque suos implicuêre duces.
Insidijs tandem patruelibus actus, avito
Bella foris quærens excidit imperio.
Patre Ladislaus cæco satus, arte coronam
Abstulerat, magnis partaque sceptra dolis.
Sexto mense tamen præventus morte, reliquit
Omnia: fraus æquos non habet ulla Deos.
Illius ad regni veniens fastigia frater,
Noctivagæ vidit cornua quinque Deæ.
Interea Stephanus livori cesserat ultrò:
Dum sua civilis poneret arma furor.
Ne tamen eriperet regnum cognominis hostis:
(Quando tenet metas factio nulla suas)
Expulit atroci patruum certamine victum:
Pannoniæque graves res ea clade stetit.
Exulis interijt: cujus Rex fata secutus,
Nobilis ad veteres umbra recessit avos.
Factaque funesto Respublica libera bello,
Solvit honorato debita justa rogo.

Ladislaus Belæ Cæci F.

Stephanus, Ladislai Fr.

XIV. BELA III.

PÆnè nihil bello Rex hic memorabile gessit:
(Cui placita mulsit pectora pacis amor.
Dalmatas elusa Venetorum classe recepit:
Totius hunc titulum summa laboris habet.
At purgata domi sævis prædonibus arva
Præstitit, & vacuas esse timore vias.
Nemo scelus pœnis unquam gravioribus ultus,
Noluit audaces omnia posse minas.
Inveterata priùs quoniam discordia Regum
Sparserat istius semina prava mali.
Quum sua perfugio tegerent delicta nocentes:
Desererent veteres præque timore duces:
Ille dedit leges: ac vires addidit illis:
Ne sine præsidio muta tabella foret.
Neve incomposito regem sermone salutans,
Ingratam faceret rustica turba moram:
Instituit geminos peregrina lege ministros;
Qui possent populi supplicis esse loco:
Inspicerentque preces hominum, cerasque petaces:
Et responsa sui Regis ab ore darent.
Scilicet optavit gravitatem regibus ille,
Et constare suum, ceu meruêre, decus.

Magistri libellorum supplicum.

Quinta ferè placidos numerarat Olympias annos:
Quum superos carnis mole solutus adit.

XV. EMERICVS.

Filius amisit Venetorum Dalmatas arte:
Quum subijt servum Iadera victa jugum.
Andreas illum conatus pellere frater,
Traxerat in partes oppida multa suas.
Dicta dies pugnæ: certamen voce diremtum;
Et pax optata conditione data est.
Nam medias acies inter progressus inermis,
Audacique gerens Rex sua sceptra manu:
Ecquis, ait, sacro pollutam sanguine dextram,
Augustaque cupit cæde referre domum?
Ecquis, in offenso violari numine Reges
Sperat, & ignavos in scelus hosce trahit?
Quæ miseris, quæ tanta animis fiducia crevit?
Impius unde pijs mentibus iste furor?
Ergo nihil, præter nomen regale, tenemus?
Sanctaque majestas numine tota caret?
Non ita, mortales: divûm nos cura tuetur:
Et sanguis noster publica damna trahit.
En ego securè medios incedo per enses:
Meque satis tutum sacra corona facit.
Quæ levitas igitur, quæ vos oblivio recti
Signa aliena docet, fratre jubente, sequi?
Dum sivit exigui mora temporis, abijce miles
Tela: nec injusta pollue cæde manus.
Disce Deum monitus, & regia jussa vereri:
Erratis veniam nunc brevis hora dabit.
Dixerat: & gemitu compleri cuncta repentè,
Et cœpere suum quisque timere scelus.
Exoptata priùs damnarunt protinus arma:
Pro se quisque nocens jam minus esse velit.
Exuit hostiles animos Rex optimus: atque
Durior in fratrem noluit esse suum.
Cætera barbaries tenebris involuit: eumque
Ac memori vetuit posteritate cani.
Sic ubi Pierias Mars obruit impius artes:
Obscurum sequitur gloria nulla rogum.

Emerici oratio ad exercitum Fratris.

XVI. LADISLAVS II.

Parva Ladislao regnandi tempora nato
Mors dedit, ante suum præcipitata diem.
Præfuit imperio sextum sine crimine mensem:
Et spes regalis indolis alta fuit.
Quum tulit immitis puerum violentia fati:
Orbaque rege fuit Pannonis aula suo.

XVII. ANDREAS II.

Nuper anhelatos Andreas cepit honores:
Qui Rex naturæ factus ab arte fuit.
Edita Teutonico Gertrudis sanguine conjux,
Fecit eum quarta prole beata patrem.
Ille prophanatas aggressus milite gentes,
Aspera Syriacis intulit arma plagis.
Atque Saracenis bello Damiata cruento
Capta, sub hoc iterum rege recepta fuit.

Vrbs vetus, & Graio Solis cognomine nota,
Quà rigat Aegypti Nilus adauctus agros.
Sed veluti primis arrisit subdola cœptis,
Militiæ studijs visa fovêre novæ:
Sic fortuna dolo Babylonia mœnia texit,
Heu nimis in nostros insidiosa duces:
Aggere Soldanus quoniam majore coërcens,
Clauserat ignavis pigra fluenta vadis.
Quem simul ac vacuos formidine senserat hostes,
Ireque securo per vaga rura pede:
Soluit, & emisso detraxit vincula Nilo:
Perdidit atque isto castra sacrata modo.
Ille ruens magno fremitu, pecudesque virosque
Traxit, inexplesis pernitiosus aquis.
Farraque corrupit putri vitiata madore:
Hinc peperit morbos dira secuta fames.
Ac nisi victori pacem, sibi sæpe negatam,
Barbarus obsessa tutus in urbe daret.
Illa dies Europa tuas clarissima vires,
Frangeret, amisso milite, nuda foret.
Reddita composuit pacem Damiata, ducesque
Abscissêre suum quisque regressus iter.
Mæstior Andreas alijs (quis credere possit?)
Aula spectavit regia tecta sua.
Felix ille etiam, si non malè provida conjux
Passa foret gladio conficiente necem.
Non quia pollutum temeraret adultera lectum,
Proderet aut turpi seditione virum.
Frater habet mortis titulum deceptus, ob illum
Perdita, confossum vulnere corpus habet.
Venerat infelix ut viseret ille sororem,
Dum procul externo sub Iove bella forent.
Laudavit studium fratris Regina, paresque
Officio cuperet reddere posse vices.
Ergo regali struxit convivia luxu:
Sæpius alternos instituitque choros.
Cumque ita protraherent lepidis sermonibus horas;
Ferret & innocuos libera mensa jocos:
Vnius exarsit correptus amore puellæ:
Qualis ubi silvas arida flamma capit.
Nobilis illa fuit Bancboni militis uxor:
Cui fuit augustæ credita cura domus.
Nam quia barbarico collegerat agmina bello:
Nec poterat populo Rex dare jura domi:
Illius eximiæ commiserat omnia dextræ,
Patria dum reduci tangeret arva pede.
Hæc fuit ad tristem iuveni via prima ruinam:
Reginam quando viserat illa frequent.
Et ferus è longo furor assuetudine crevit,
Perpetuas forma subjiciente faces.
Nec tamen insignes laudati corporis artus
Moverunt tantum saucia corda viri:
Quantum divini pudor inviolabilis oris
Impulit, in medijs castaque lingua jocis.
Sensit & insanum fratris miserata dolorem,
Flagitio causam præbuit ipsa soror.

Nam

Nam quia blanditijs minimè concessit amantis
Illa, per injustas facta proterua precos:
Vim Regina parans, ac miscens sacra profanis,
Dum placeat fratri, malnit esse nocens.
Abdiderat juvenem tacitis furiosa latebris:
Huc ignara doli fœmina missa fnit.
Sic vicit frustrà divosque virnmque votantem:
Et spolinm rapto triste pudore tnlit.
Qualis ut hirsutnm fugiens tremit agna leonem:
Cujus ab infesto saucia dente gemit:
Talis ab insidijs abijt violata: locisque
Credidit abstrnsos omnibus esse dolos.
Non tulit indignnm facinus Banchanus: & irâ
Percitus, in dominæ protnlit arma caput.
Cordaque transfixit gladio nîl tale timentis.
Hæc lanocinio debita pœna fuit.
Mox procerum turbâ peregrè comitante profectus,
Quà fuit augnstis Bosphonis arctus aquis.
Et gladinm gestans Reginæ cæde crnentum,
Scribitur hoc facinus proposnisse modo:
Iustitiæ Rex magna tuæ fiducia cogit;
Ne veniant humiles in mea verba preces.
Hic gladius justi servat monumenta furoris:
Nam regina meâ concidit icta mann.
Conjugis illa meæ muliebri fraude pudorem
Prostituit fratri lena prophana suo.
Ergo hoc, si merui, peream jugulatus ab ense:
Vt capiam facti præmia justa mei.
Sui scelus & fraudem damnas; salvaque puellas
Esse pudicitia, ceu decet, esse cupis.
Instítiæ exemplnm statnens memorabile cnnctis,
Fac ut eam pœnas jure dedisse sciam.
Ac absolne renm: jnbet hoc pietasque pudorque:
Sic tibi pro votis cœpta secunda cadant.
Audijt ut magnâ Rex illnm voce locntum;
Monstrantemque iræ signa cruenta suæ:
Iussit ad afflicti properare negotia regni:
Dum redeat cæso victor ab hoste domum.
Et simul ac sedit judex de lite severa;
Reginæ jnstam censuit esse necem.
Illa fuit magno virtus dignissima Rege:
Arbitrio reges flectere nolle suo.
Gesserit æterna quamvis dignissima cedro:
Mnlta foris peragens prælia, nulla domi:
Non tamen eximinm tantâ res bellica lande
Extulit, exhaustus militiæue labor:
Qnantum justitiæ decus, & custodia legum:
Hinc erit æternâ nothus in historia.
At senio fessus, sceptrum curasque relinqnit,
Innctus terdecimo quartus ut annus erat.
Hoc patre nata fuit longè clarissima virgo
Doctrinæ veris Elysabetha bonis.
Hæc quia præstanti Dominum pietate colebat:
Digna fuit divos inter habere locum.
Sponsa priùs nupsit Ludovico: (ad flnmen Hieræ
Tyrigetum patrias ille regebat opes)

S. Elisabetha.

Pôst à morte viri, regno depulsa marito,
Vixit apud monachos relligiosa diù.
Denique Marpurgi felicia condidit ossa:
Amplaque divinæ premia lucis habet.

XIIX. BELA IIII.

Invidiam rabidæ furiosaque murmura plebis
Magnanimos forti pectore Bela tulit.
Pannona quòd Chunus hospes patefecerat arva,
Quos patriâ expulerat Tartarus acer humo:
Tartarus horrisono genus ex Aquilone profectum;
Quo nihil asperius totus hic orbis habet.
Illis delitiæ spirantia rodere membra:
Hostis & invastam condere viva gulam.
Sanguine crudeles illi perfundere fauces,
Et laceri venas sugere ludus equi est.
Nulla fides illi; jus omne recumbit in armis:
Quodque libido jubet, fasque piumque putat.
Dij precor immanem nobis avertite pestem:
Ne cadat in dirum cæsa puella cibum.
Non impunè licèt, satis est vidisse: reversos
Non pascet populis Pannonia ampla suis.
Nil igitur mirum, sortem miseratus acerbam
Hospitium profugis si dedit ille viris.
Pôst tamen ingrato deceptus ab hospite, sumsit
Nequaquam meritis præmia digna suis.
Quando cade ducis moti, vitaque periclo,
Adversa Chunis scuta tulere manu.
Et sua Tartaricis junxere cohortibus arma,
Iurati in clades Hunne proterve tuas.
Vix castris avidum defendit Bele furorem,
Præcipiti vitans hostica tela fuga.
Tradita multa neci ceciderunt millia: plures
Flebilis iratis præda fuere Scythis.
Illa diu infelix populis fœcundaque tellus
Cultorem ruris non habet orba super.
Neglectoque petens aliquis de palmite botros,
Hic fuerant grati vina saporis, ait.
Tres adeo totos crudelis Tartarus annos
Pannona barbaricis perdidit arva modis.
Sensit inhumanas oppressa Silesia gentes:
Oderaque externi sub juga venit heri.
Sarmatis expavit victorem terra superbum:
Flevit & illius jussa timere minas.
Nulla satis doctæ præstans facundia linguæ
Dicet in offenso tristia damna sono:
Quæ ferus, & nulli planè tolerabilis hostis,
Intulit Europes igne manuque plagis.
Interea profugum superato milite Belam
Ceperat Austriaci dux Fridericus agri.
Restituensque suis magna mercede redemptum
Sub certa pacti conditione dedit
At memor injustæ fraudis rex Bela, cruento
Victor inexpletum sustulit ense virum.
Teutonas edomuit: fortisua terga Boëmo
Vertis: & infausta cœpta reliquit avo.

XIX. STEPHANVS IIII.

Vlturus clades ignominiamque parentis,
Austriaci Stephanus contudit arma ducis.
Stravit & elatos, Odoacro rege; Boëmos:
Quorum vim timidus fugerat antè pater.
Bulgaria dominum sibi pendere censa coëgit,
Saepe recusati signa tributa jugi.
Cederet eximia nulli virtute priorum:
Mors nisi crescentem tolleret atra virum.

XX. LADISLAVS III.

Serva Ladislaus Veneri sua pectora tradens,
Virtutis graviter nomen inane tulit.
Et tamen ille tubam cithara, fera bella quieti
Pertulit, & pictis Martia signa deis.
Nam conjurato junxit sua castra Rudolpho:
Potavitque undas Albi Boëme tuas.
Et ducis infidos Odoacri repulit ausus;
Quo spolia occiso victor opima tulit.
Cumanos etiam miseranda strage peremit:
Cusos Danubij vincla parare vadis.
Tartarorum crudelitas. *Rege sub hoc iterum spoliatis Tartarus arvis*
Adservit servo corpora multa jugo.
Decantata nihil vigilantia principis illum
Terruit, aut vanas aula professa minas.
Namque peregrino violans connubia amore
Rex, mollis dudum corpore fractus erat.
Chunlaslie. *Et quia deperijt Chunas magis ille puellas,*
E faedo Chuni nomen amore tulit.
Praesulis Ansonij contemsit fulmen; & ausus
Caelestes contra sumere tela fuit.
Non fuit infami propior miseranda ruinae
Pannonia, in clades officiosa suas.
Quàm fera quum rastris mutavit nobilis arma
Miles, & adducto junxit aratra bove.
Tunc aliquem veteris jactantem nomina stirpis
Vexit clamosis sordida biga rotis.
Occubuit tandem Chunorum fraude peremtus.
I nunc, externis omnia crede viris.

XXI. ANDREAS III.

Andreas Veneto matrem cognomine fassus,
Haeres cognati verus honoris erat.
Illo natus avo, cujus censura probavit
Vxoris meritam, lege jubente, necem.
Austriacos magnis tentavit viribus hostes;
Et spolijs fecit templa beata suis.
Illum civili Mars seditione retraxit;
Ne ferus hostiles ureret ultor agros.
Nam procerum studijs, magno ferventibus aestu,
Diducta in partes Pannonis aula fuit.
Carolus in regni spem sollicitatus aviti
Venerat, illorum sat benè fultus ope.
Ille nepos Stephani materno sanguine Quarti;
Has sibi deberi jure putabat opes.
Nec tamen imperij quaesitos gessit honores,
Dum fuit Andreae vita caduca super.

Vndecimus

Vndecimum regni qui vix numeraverat annum:
Clausit ut extremo lumina fracta die.

XXII. CAROLVS.

AT non seditio cum Regis funere cessit:
Pontificis populo despiciente minas.
Qui licet insontes diris defixerit Huunos:
Fleret ut ereptos inclyta Buda deos:
Non tamen effecit, statuendi regis ut ipsi
Arbitrium facili traderet aula manu.
Carolus imperij consortes ferre coactus
Non potuit veri regis habere locum:
Antè duos plebis quàm sic cogente tumultu
Æmula vidisset nomina ferre duces.
Pertulit adversa ludibria plurima sortis:
Successu dignus quum meliore foret.
Intulit immeritis temerarius arma Valachis:
Fraudibus ac horum turpia damna tulit.
Cumpulerat turmas angustæ vallis in arctum
Error, & ignoti cura remissa loci.
Hic veluti certum quos destinat arcus ad ictum
Ignava titulos promeruere necis.
Per juga præcipiti quum grandia saxa rotatu
Concita, prostratos comminuère viros.
Barbara, mentitus vestem, Rex fugerat arma:
Iste virum sævo texit ab hoste dolus.
Ivit Idumæas ut viseret advena terras;
Obstitis at cœptis factio dira pijs:
Bellaque deducta tenuère domestica classem:
Ne bene susceptum conficeretur iter.
Rege sub hoc avidis seges est depasta locustis:
Quà Tiberis, Ligeris, Albis & Ister eunt.
Insidijs etiam civilibus ille petitus,
Vulnus ab infidi militis ense tulit.
Articulos uxor collegit Elisa recisos:
Spectavitque sua membra revulsa manus.
Penè novem senior regnârat lustra, rogoque
Membra prius rapida febre perusta dedit.

Budenses excommunicati.

Elisabeth regina vulnerata.

XXIII. VVENCESLAVS.

DVm proceres inter discordia sævijt atrox:
Et malè pacatos traxit in arma duces:
Venerat in solium rex Venceslaus avitum:
Cui pater è Stephani nepte creatus erat.
At quia juratum vidit confundere fœdus
Pannonas, ancipiti pressus utrinque metu:
Deseruit regnum, patriam revocatus in aulam:
Civibus acceptus, Praga Boëma, tuis.

XXIV. OTHO BAVARVS,

VEnit ad imperium populi promissa secutus,
Eximio Bavarûm sanguine natus Otho.
Et quia regalem secum attulit ille coronam,
Quam Venceslaj munere nactus erat:
Protinus ingenti captans suffragia plausu,
Sumsit honoratâ tradita sceptra manu.
Ille suas placido dum lustrat pectore terras;
Ostentans aulæ noxia dona suæ:

Fraude Ladislaj, quem Transsylvana colebat
Natio, captivo vincula crure tulit.
Exutusque suis quos gessit honoribus: exul
Degeneri liquit perdita regna metu.
Acta Pontificis crudelia fulmina tandem
Fregerunt animos regia Buda tuos.
Carolus ut dudum quæsitas rector habenas
Sumeret, ac Hunnis jam sua jura daret.

XXV. LUDOVICUS I.

Qualis ab aërea quum primos rupe volatus
Tentat, & ex alto subdita saxa pavet,
Indolis ostendit prænuncia signa futuræ,
Fulmina quæ superis serva ministrat avis;
Et sibi tunc primum visas impunè columbas
Spe vorat, at motis unguibus arma ciet:
Talis in Augustâ Ludovicus principis aulâ
Signa puer magni prodidit ampla viri.
Nec latuit virtus animi, seu fortè paternos
Quale solent pueri luderet ante pedes:
Seu fragili virgâ belli simulacra cieret,
Lassaretque rudes mollis arundo manus.
Ictaque quum generet vibratis aura lacertis,
Fortiter occisi militis instar erat.
Ille patris suasu præcepta secutus avita,
Artibus imbuerat pectora docta bonis.
Inde vago poterat currentia sidera cælo,
Fixaque sublimi dinumerare polo.
Noverat eventus magnarum cernere rerum:
Ac erat in sancto plurimus ore Deus.
Utque domi fœdus coluit, pacemque togatam:
Sic etiam belli clarus ab arte fuit.
Illi fata viro linguam invidere quietem:
Major ut eximio Martis honore foret.
Nam puer augustæ sumens diadema coronæ,
In Transsylvanos protulit arma duces
Impia conantem Litavorum tollere sacra,
Militibus socerum juvit & ore suum,
Vindice mox iterum compescuit ense rebelles:
Et detracta duci restulit arma domum.
Illius auxilio Graccbovia libera, capto
Frena Boëmorum reppulit ore procul.
Illi Sarmatico diademate tempora cinxit
Consilio regis terra Polona sui.
Tartarus accepto bellantem vulnere fugit:
Ac avidas didicit continuisse manus.
Appulus insignes victori tradidit urbes:
Pannoniumque tulit Daunia serva jugum.
Conjugis insidijs Andreæ quando necato
Fregerat intortam carnificina gulam.
Unde sui fratris manes atrociter ultus,
Regna gubernavit Parthenopæa diu.
Pontificum precibus tamen emollitus, ab illis
Abstinuit justas pro pietate manus.
Reddidit & pulsæ deperdita sceptra Ioannæ,
Occiso fratri quæ priùs uxor erat.

Aspera cum Venetis diuturno prælia bello
Fregerat intortam carnificina gulam.
Sæpius incautos cæso duce fudit acerba
Dalmatiam prohibens obsidione premi.
Fata pium tandem, postquam Rex conderet octo
Lustra senem placidâ præripuere nece.
Non habuit simili regem virtute, nec ultrà
Inveniet temerè Pannonis aula parem.
Quicquid habet laudis, Ludovico debet: ab illo
Promeruit verum nobilitata decus.

XXVI. MARIA.

PRospera quàm fuerit regni fortuna paterni,
Edocuit populi plenus amore favor.
Nata tulit sceptrum, nec plenis nubilis annis:
Nec Mariæ titulis tuta futura fuit.
Illa Sigismundo, Conradi Cæsaris orto
Sanguine, solenni fœdere sponsa fuit.
Et licèt in partes evecta puella viriles
Imperio premeret grandia regna suo:
Non tamen imbelli voluit regina vocari
Nomine: tam celso pectore virgo fuit.
Rex inscripta legi meruit, quum sæpe tabellas
Figeret edictis publica cera suis.
Mater jam monitis formavit anilibus: illa
Præcipiente suis filia jura dedit.
At velut insolito popularis fervor honore
Fœmineas voluit condecorare manus:
Sic priùs inversus studijs decreta refixit:
Altera quàm caderet falce resecta seges.
Ne temerè, ne crede dolis variabilis aulæ:
Tranquillo tutus qui cupis esse loco.

XXVII. CAROLVS II. cogn. PARVVS.

CArdinalus Andrea Ludovici fratre creatus:
Cujus in arbitrio Daunia terra fuit:
Consilio procerum Rex designatus: in arma,
Pannonijs mutans Parthenopæa, ruit.
Sæpius hunc mœsto gemitu deterruit uxor:
Vngariam turpes fingere certa dolos.
Sæpiùs egressum revocavit limine: nullum
Aut lacrymis faciens criminibusúe modum.
Traxit at infelix miserum violentia fati:
Neglexit surda conjugis aure preces.
Venit, & astutè venterem mentitus amicum,
Reginas Italâ circuit arte duas.
Et funesta sibi rapiens insignia regni,
Ferali miserum cinxit honore caput.
Paruit imbelli Maria concussa timore:
Tradidit in patris sceptraque seque manus.
Commoda vindicta sed tempora quando videbant
Mater, & è summo pulsa puella loco:
Militis auxilio tunc inter utramque sedenti,
Securum Regi dissecuêre caput.
O miseras hominum curas, ô tristia fata,
Quos juvat aguato sanguine partus honos.
Illa Palatino cædes mandante patrata Palatinus Gara,
Optata fomes seditionis erat.

Primus at is perijt properati funeris auctor,
Reginas stricto dum tegit ense suas.
Nam dum secura per libera rura vehuntur:
Principis Horvatæ succubuere dolis.

XXIIX. SIGISMVNDVS.

COnjuge barbarico jam de prædone recepta,
Vt tenuit regni debita jura sui:
Prima Sigismundo vindicta cura subivit,
Ne submersa socrus nuper inulta foret.
Neve Cathenati dilectæ conjugis artus,
Pertulerint frustrà ferrea vincla diù.
Præbuit Horvathes immani fissa dolore
Carnifici miseris membra secanda modis.
Edocuitque manus regali sanguine tinctas,
Vltores vetita cordis habere Deos.
Victa pij Regis sensit Moldaria vires:
Annuaque insolito more tributa dedit.
Edomitus serva frenos service recepit,
Qui sua trans Alpes rura Valachus arat.
Detestata licèt sceleratis fœdera Turcis
Iunxerit, & clades emerit ære suas.
Interea Mariæ primæ surrepta juventa
Deseruit viduum sed sine prole torum.
Vnde novi subitò provenit causa tumultus.
(Cui fera regnandi quemque libido trahit)
Nupta Ladislao quoniam conjuncta Polono,
Reginæ petijt Pannona sceptra soror.
Fortiter opposuit sed miles regius arma:
Vnde diremta etiam lis fine cæde fuit.
Bistonium validis tentavit viribus hostem,
Nicopolin præter, quà vehit Ister aquas.
Cumque peregrino fremerent præ milite castra:
Non timor elato regis in ore fuit.
Quinetiam cœli subitam fulcire ruinam,
Iactavit peditis spicula posse sui.

Clades ad Nicopolim.

Quum tamen infelix successus pugna negaret:
Vix fugit miseram nocte tegente necem.
Abripuit tenui vectum per cærula scalmo
Militis ex illo nobilitata fides.
Quale fuit Xerxis fatum miserabile, quando
Iratis Asiam victus adivit aquis.
Contemtoque priùs pelago vix salva reduxit
Relliquias belli corpora quinque sui.
Perfidia procerum tum dissedente Senatu
Vngaria in partes scissa repente fuit.
Inde Sigismundus servili grandia collo
Clausus in obscuro carcere vincla tulit.
Hinc tamen elapsus deperdita regna recepit,
Civibus adjutus, nobilis Albi, tuis.
Terruit & dira pœnæ gravitate rebelles,
Infami quorum crimine captus erat.
Aspice fortuna, quisquis legis, aspice lusus:
Et miseras rerum disce timere vices.
Sustinet invidiam captivi principis aula:
Servati titulum fœmina Regis habet.

Fœmina perpetuo pietatis honore superstes,
Digna Palatine nupta relicta viro.
Versa Ladislaus violentis reddidit Euris
Vela, tui princeps Appule dure soli.
Noluit & regnum spe commutare paternum:
Quum verum dominum disceret esse super.
Quarta coronatos numerârat Olympias annos,
Signaque permensus tertius orbis erat:
Quum Regis meritò Romani tractus honores, Sigismundus Rex Rom. Rex Boëmæ: Cæsar.
Nobile curarum congeminavit onus.
Hunc etiam patriâ donavit Praga coronâ:
Cæsaris attribuit Teutona terra decus.
Intulit Hussitis non prospera bella: fugamque
Arripiens, cæso milite damna tulit.
Et quia concordi pietatem nomine fassos
Vnanimi cuperet voce docere Deum:
Concilium, Papa non indignante, coëgit, Constantiense concilium.
Vir pius, & patriæ relligionis amans.
Fortis ubi flammis perijt crudeliter ustus
Hussius, Ausonio victima grata lupo.
Rustica supplicijs atrocibus arma repressit:
Vertit & in dominos exitiosa suos.
Quanta seni fuerit quàm fidaque cura suorum,
Egregiam dubio res facit ipsa fidem.
Nam licèt Hussitas languens decumberet inter:
Quum tibi subsidio, terra Boëma, fuit:
Noluit ille tamen fugitivæ parcere vitæ:
Pannoniam peteret quin priùs æger humum.
Vtque dolo meliùs crudelem falleret hostem:
Néue daret morbi signa videnda suis:
Comtior erecto spem vultu finxit: & album
Canitie ornavit florida serta caput.
Scilicet instabilis discordia plebis adegit,
Hac servare virum Pannonas arte suos.
Attigit Vngariæ quum fesso corpore fines:
Maturæ subijt fata suprema necis.
Alterius segetis spem quinquagesima messis
Fecerat: ut posuit regia sceptra senex.
Viderat in vita bis septem lustra: nec ullus
Crimine fortunæ tristia plura tulit.
Barbara quam partu dederat fœcundior uxor,
Nata sue regnum tradidit orba viro.

XXIX. ALBERTVS.

OMnibus Albertus regnavit honoribus auctus:
Quos pius ex merito gesserat antè socer.
Et velut imperij sumsit geminique coronam
Regni: sic simili prosperitate tulit.
Aspera consulto voluit fortuna videri
In bene cordatos invidiosa duces.
Inclyta discordi subitò concussa tumultu Seditio Budæ.
Buda, dedit magni semina prima mali.
Orta peregrinas inter dissensio gentes
Germanis damnum Pannonibusque dedit.
Illi Teutonico se magnos rege ferebant:
Hi patria moriens adseruere decus.

Hic odij fomes bellum crudele paravit:
Ac uno perijt Teutona turba die.
Non potuit madidas civili sanguine dextras
Rex pius imperio continuisse suo.
Irrita deservit superandi cœpta Boëmos,
Qui vetus Hussitæ de duce nomen habent.
Sumpserat in Turcas prædones arma: sed antè
Deposuit, morbo castra vetante sequi.
Classica quàm veniens hostis fremebunda cieret:
Et daret inflatis murmura prima tubis.
Bis maturas suas vindemia presserat uvas;
Mortuus ut terræ corpus inane dedit.
At regina gravi sobolem celabat in alvo;
Sed nec erat certum, fœmina masne foret.
Ergo ne rabidæ ferret ludibria plebis:
Proderet aut uteri pondera tarda fuit:
Sponte sua mulier regni moderamine cessit;
Horrescens Mariæ suspiciosa vitem.
Pòst ubi nata virum monstravit posthuma proles;
Pœnituit nullas sustinuisse moras.
Quando repentinò nova contita factio motu
Defixa in Litavum verterat ora ducem.
Vladislaus erat Casimiri frater: ad illum
Detulerat procerum missa tabella preces.
Ladislaus IIII. *At festinatum sumsit diadema puellus,*
Vagitu capitis testificatus onus.
Callida tunc rapuit sacram Regina coronam,
Vsaparum tulit Elisabetha dolis.
Totius atque oculos aulæ frustrata fefellit:
Tantus in hac prolis matre vigebat amor.
Corona Vngariæ Friderico Imp. commissa. *Insidiasque timens, Friderico credidit illam:*
Cui simul infantis tradita cura fuit.
Pannonia longum peperit solertia bellum
Ista: nec exigua res ea clade stetit.
Austriacus quoniam conatus fallere princeps
Depositum, Vngariæ pertulit arma diu.
Donec Corvino Mathias sanguine cretus,
Asseruit forti regia jura manu.

XXX. VLADISLAVS.

Interea procerum studia ac promissa secutus
Pannoniæ Litavus ceperat ater agros.
Et quia sustulerat veterem regina coronam;
Quaque salutatus Rex fine nemo fuit:
Præbuit angustum forti diadema Polono;
Effigies divos inter adepta locum:
Effigies veteris referens simulacra figuræ,
Quâ Stephanus primus conspiciendus erat.
Obstitit incepto juvenis regina: diuque
Gessit civili prospera bella manu.
Pontificis monitu tandem quum poneret arma:
Intempestivo funere rapta fuit.
Auspicijs hic sæpe suis Rex contudit hostes:
Et docuit Turcos Hunnica frena pati.
Fœdera quin etiam pacemque rogare coacti,
Obtinuere annis arma quieta decem.

Perdidit incautum ficta pietate Sacerdos: Iulianus Cardinalis legatus Pôtificis.
Ista docens nullis pacta colenda modis.
Non in fraude nefas, non hoc in crimine crimen
Esse: nec ultores ista vetare deos.
Audijt insano juvenis sermone locutum:
Movit & excusso fœdere bella prior.
Contulit invictis Amurathes signa maniplis:
Thrax ubi Varnensis prospicit Hæmus agros.
Ancipitiq; diu furientes prælia Marte,
Ambiguas reges sustinuere vices.
Donec ad extremum sua frangi cornua sensit
Turcus: & oppresso milite signa trahi.
Tum verò superos audax in vota vocavit:
Et tabulas pacis protulit antè datæ.
Suscipiensq; polum clamavit dira precatus:
Talia sunt populi fœdera, Christe, tui.
Te trahit in partem culpæ perjura tuorum
Lingua: tui nec enim numinis arma timent.
Si Deus es, turpem vindex ulciscere fraudem:
Quando non veris fraus placet illa deis.
Dixerat: & subita formidine Pannones acti,
Victrices dudum continuere manus.
Hinc animis auctus repetivit prælia Turcus: Clades Varnensis.
Cepit & ingenti castra soluta metu.
Rex medios inter pugnans acerrimus hostes,
Occidit ante suos barbare prædo pedes.
Ille sua fœdus violatum morte piavit:
Pro lasa pœnas exolvitq; fide.
Rege sub hoc miles primis inclaruit armis Ioan. Huniades.
Huniades, Hector temporis ille sui.
Huniades Romanus honos: quem Martia clarum
Perpetua celebrans gloria laude vehet.
Inclyta Messalæ plausit gavisa propago,
Hunc super eximij sanguinis esse virum.
Ille genus Corvi nigricantis imagine fassus,
Fecit Romulea prælia digna domo.
Hoc duce devictos stravit vicesima Turcos
Pugna, bis effusam præcipiente fugam.
Disparili natos peperit castissima fato
Illius insignes uxor utrumque viros.
Nam sua carnifici jugulum præbere coactus,
Ense Ladislaus colla secanda dedit.
Hunnica Mathias regni fastigia scandens,
AEquavit summos prosperitate duces.
Scilicet in magnis voluit fortuna jocari,
Muneribus ludens perfidiosa suis.
Frena gubernator regni moderatus habebat
Huniades, caperet dum rudis arma puer.
Quem pia tradiderat Friderico mater alendum:
Austriacas princeps ille tenebat opes.

XXXI. LADISLAVS IV.

P*Osthumus in patria Friderici principis aula*
Vixerat Huniade bella gerente domi.
Sexta Ladislao dum bis flavesceret æstas:
Pingeret & teneras vix sua barba genas.

Redditus Vngariæ, quum parvus sceptra prehendit
Grandia, non ista sceptra tenenda manu.
Primus in obsequium regis jurata vocavit
Vindicis Huniades numina magna poli.
Inclyta Taurini texit quoque mœnia quando
A Mahumetano cincta fuêre duce.
Quà Savus inventum tandem delapsus in Istrum
Sæpe volutatis exoneratur aquis.
Heu puer infelix, non te natura ferocem
Fecerat, aut matris perfida cura tuæ.
Aula tibi morum leges vitæq; ferebat:
Monstratrix culpæ sustinet illa notam.
Florida nupturo frustrà tibi serta parabat
Virginea nectens Gallica sponsa manu.
Ipse tuos, nitido pectebas dente capillos:
Iuq; novos thalamos uxor itura fuit.
At fera juvenri despexit lumine tædas,
Et secuit vitæ stamina Parca tuæ.

XXXII. MATHIAS.

INclyta Mathiam niveis victoria pennis
Ardua sublimem semper in arma vehet.
Gloria quem patriæ nunquam virtutis egentem
Cœlitibus divis reddidit alma parem.
Is velut à duro revocatus Consul aratro,
Romuleos docuit jura severa patres:
Carceris edoctus fœdo squallore capeßit
Arbiter Vngariæ regia sceptra suæ.
Et licèt ingenti puerum mercede redemtum
Vendiderit populis aula Boëma suis:
Nulla tamen precij gravitas deterruit Hunnos:
Vt cuperent alio sub duce castra sequi.
Scilicet hoc meruit sanctis clarißimus armis
Huniades, patrij murus ahenus agri:
Et generosa bonæ vis indolis, illa paternos
Infera spondebat ducere bella deos.
Ac velut adversis virtus exercita rebus
Emicat, & quassæ lampadis instar habet:
Sic juvenem triplicis preßit discrimine belli,
Et fortuna animo subdidit ipsa faces.
Fortia collisit Friderici Cæsaris arma:
Quem penes Vngariæ prisca corona fuit.
Fecit & ut dextram spectans Halybertus inermem
Linqueret infami Turcica signa fugâ.
Mœsia qui latè populatur rura, superbo
Vinxerat indigenûm libera colla jugo.
Impiger Illyricam vi belli cæpit Iasam:
Turca triumphato vinclaq; crura tulit.
Tunc veniens valido Mahometes ipse paratu,
Vlturus captæ dedecus urbis erat.
Territus at solâ Corvini militis umbrâ,
Euxinas profuga classe relegit aquas.
Fœda latrocinijs expurgans arua Boëmis,
Compulit Hußitas fœdera justa pati.
Bellaq; sex totos geßit feliciter annos:
AEqua vitiq; sui strenua facta patris.
Antè coronatum sacris diadema capillis,
Quàm gereret celsò frontis honore caput.

Extitit Austriaci iuratus nominis hostis:
Marteq; Cæsareas sæpe recidit opes.
Victor ad extremum captiva signa Viennæ
Intulit: hacque suum clausit in urbe diem.
Vix septem lustris geminos adjecerat annos:
Regia Teutonico quum dedit ossa solo.
Ambigui ancept rumoribus omnia miscet
Fama: nec indubiam mors habet illa fidem.
Credimus oppressa subitò sine voce iacentem
Indignante gravem corde subesse necem.
Ille fuit princeps multis diguissimus annis:
Si quem felicem multa senecta facit.
Extulit hoc altè sese doctrina resurgens
Tempore, laurigeras Rege fovente comas.
Nam velut Ausoniæ moderator Iulius urbis,
Accesit doctos ipse poëta viros:
Nobile de versu quando certamen inibant:
Et voluit vates inter habere locum.
Sic sua Mathias vocalibus atria Musis,
Coniuq; dedit præmia magna lyræ.
Nunquam visa fuit maiori condita sumtu,
Omnigenos servans bibliotheca libros.
Inclytus usque adeò pacis belliq; sequester
Noverat æternæ laudis utramque viam.
Nata Podebracio decessit sanguine conjux,
Exactus regni quartus ut annus erat.
Altera Aragoniâ fuit edita stirpe Beatrix,
Italicas inter fœmina clara nurus.
Utraque ploravit sterilis regalia lecti
Damna, gemens vacuos & sine prole thoros.

XXXIII. VLADISLAVS II.

PActa Beatrici socia connubia tædæ
Pannona Sarmatico sceptra dedêre viro.
Vladislaus enim Casimiri stirpe Poloni
Editus, hac dotis nomine regna tulit.
Is priùs imperij moderatus sceptra Boëmi
Rexerat auspicijs aspera corda suis.
Pacis & humanæ custos fuit ille quietis,
Nec fecit ductu prælia multa suo.
Sæpius objecto repressit milite Turcas,
Hostis ut incusso poneret arma metu.
Castaq; propitios superos in vota vocavit:
Hacque suis tristem depulit arte necem.
Illo rege, gravi coierunt rura tumultu, Crucigerorũ seditio.
Nobilitas magna pulsaq; clade fuit.
Strigonij Præsul, Latio mandante senatu,
Militiæ extulerat signa verenda sacræ.
Et cruce signatis mandarat agrestibus arma,
Arma salutiferam cuiq; datura necem.
Credidit ætheræ spe vitæ plenus arator:
Ruricola clypeum corripuitq; manu.
Vomere conflato falcatum maluit ensem,
Erepturus tenui cœlica regna mora.
Ac ita spem præter numerus fuit auctus: ut illi
Iam nollent ultrà regia jussa pati.

Sensit,

Sensit, & edicto vetuit Rex pluribus addi
Purpuream, mota seditione, crucem.
Tum verò rabidam plebs concita perdidit iram:
Proijciens animi sensa recepta sui.
Nobilibusq́ necem sævo clamore minati,
Oppida barbaricis diripuere modis.
Dira sacerdotes ausa est mactare libido,
Tollere in erectum fixaq́ membra sedem.
Seckelsörg. Dux fuit è Siculo genitore Georgius acer,
In facinus fratrem traxerat ille suum.
Sæpius hi latis bellis successibus usi,
Fortiter hostiles sustinuere minas.
Temesburg Vna moram cœptis arx attulit illa Temessa,
Tutior ad muros prætereunte fuit.
Hic sua dum vano studio tormenta fatigant;
Ridet & invictus languida tela locus.
Adfuit à flavo dux Transsylvanus Alutha,
Ioannes Zepusius. Zepusiæ dominus fidaq́ cura domus.
Cujus ad imperij properans fastigia virtus,
Audaci gessit regia signa manu.
Auspicijsq́ suis prædones fudit: utrique
Protinus injciens vincula sæva duci.
Dij, quibus exemplis secti sua membra rebelles
Exhibuere feris dilanianda modis.
Quicquid inhumana potuit furor asper ab arte,
Protulit insontes carnificina viros.
Ferrea collisio de vomere facta corona
Vssit stridenti principis ære caput,
Illius & saliens laceratis undique venis
Rustica potavit tabidus ore cruor.
Et tamen hæc vocem tormenta Georgius inter
Continuit, siccis obticuitq́ genis.
Immeritò tantùm fratri crudele remitti
Supplicium petijt voce rogante diu.
Denique concisos assati corporis artus
Militibus diras præbuit ille dapes.
Fama Lycaoniæ raurescat barbara mensæ,
Si tales Christi plebs parat ipsa cibos.
Venimus ad summum, quid non audebimus ultrà,
Si damus invita corpora viva gulæ?
Territa convertet retrò Mezentius ora:
Et fugiet tantum corde tremente scelus.
Pasce tuas securus equas Rex Thraciæ: fraudes
Differet infami carmine nemo tuas.
Sed meruit facinus crudeles, nobile pœnas:
Hoc sublata fuit seditioq́ue modo.
Fortis Olympiaco bis sex certamine palmas
Pulvereo tulerat carcere missus equus.
Quum sua defessa subiens Rex fata senectæ,
Vngaricas placida morte reliquit opes.

XXXIV. LVDOVICVS II.

Filius in regnum venit Ludovicus avitum:
Vernanti teneræ frontis honore puer.
Qui licet uxorem de magno sanguine regum
Duxerat, Austriacâ progenitamq́ domo:

Non tamen immanes affini fœdere Turcas
Terruit, illorum continuitve manus.
Sæpius accepta ne moti clade feroces,
Ipsius inferrent barbara signa solo.
Gesserat octenos regalia sceptra per annos,
Spemq́ bonam magni fecerat ille viri:
Totius imperij Solymannus robore fultus,
Innumeros quando traxit in arma viros.
Scilicet Eous bellanti militat orbis:
Gensq́ coloratam tota perusta cutem.
Ipsaque Christicolam dat Græcia robur in hostem:
Improba victoris quum jubet ira Getæ.
Concilium procerum Rex Ferdinandus habebat,
Quà vitreas Rheni Spira salutat aquas. Comitia Spirensia.
Multa gemens frustrà misit Ludovicus, ab illo
Teutona qui molli posceret arma prece.
Sed dum cunctando longùm consulta retractant:
Pensitat & rerum provida cura vices:
Interea domitum sua castra locarat ad Istrum.
Turca, gerens sceleri bella peracta manu.
Inclyta Bisthonios spectabat Buda phalanges,
Ferre per Vngaricas jam vaga tela domos.
Non tulit indignam regni miserata ruinam:
Non potuit siccis ista videre genis.
Et veteres revocans animos: seu vincere donet,
Sive mori, rapuit tela, premente Deo.
Ampla cucullatus dederat promissa sacerdos,
Noxia Turcarum tela futura minùs.
Paulo nomen erat Tomoneo: fortiter ille
Sæpe vagabundas fuderat antè manus.
Si qua levi forsan stimulata cupidine prædæ,
Nunquam visa priùs sumserat arma cohors.
At ita paucorum dum viribus æstimat omnes:
Perdidit impulsu regia castra suo.
Quid faris infelix? dabit hæc audacia cladem:
Non tibi pastorum rustica tela vides?
Hos Bellona viros exercuit ipsa: sub acri
Impavidum fortes pectore robur alunt.
Et numero vincunt, & vincunt fortibus armis,
Cæde, nec imbellem confer inepte pedem.
Sed rapuit magno pugnæ fervore calentem
Gloria, funestam spernere jacta necem.
At ita nec procerum passus meliora probari
Consilia, accelerans in sua fata ruit.
Exiguas igitur ducens in prælia turmas,
Ferali statuit Rex sua signa loco.
Illa ferè nullo Turcarum vulsa cruore,
Confestim dominos sustinuere Getas.
Alba tegens campus Mogacius occulit ossa: Clades Mohaciana.
Et monumenta gravis tristia cladis habet.
Rex miser incusso lustrans terrore paludem,
Dum sibi quà fugiat quæric in amne vadum.
Mersus limosa perijt crudeliter undâ:
Substravitq́ suo corda supinus equo.
Post aliquot tandem menses illustre cadaver
Albanâ tumulum pressit in arce suum.

Hic

Hic perijt, veteri quicquid de stirpe Scytharum
Conspicuum prisca nobilitate fuit.
Dicitur insanum Turcus risisse furorem,
Pannonij numerans agmina parva ducis.
Splendidaq́ inspicient spoliatæ mœnia Budæ,
Læta per Istriacas castra revexit aquas.
Nobilis eximio Mathiæ structa paratu,
Bibliotheca Matthię direpta. *Barbaricas sensit bibliotheca manus.*
Sparsaq́ disjectis aurata volumina chartis,
Sub Ioue vix aliquem promeruere locum.
Si quid habet veri, nulli non creditus olim
Rumor, & ad cunas garrula fama sedens.
Insolitus regis cladem portenderat ortus;
Nulla cui toto pectore pellis erat.
Nudatiq́ caro monstrabat pectoris ossa,
Dum medica nascens cresceret arte cutis.
Scilicet hæc regno nudandum signa docebant;
Præsidio tectum nec satis esse suo.

XXXV. XXXVI. FERDINANDVS CAESAR, & IOANNES ZEPVSIVS.

Hactenus in prima leviter decurrit arena:
Dum caveæ plausus noster anhelat equus.
Maxima difficilis pars est servata laboris,
Non bene per versus conficienda meos.
Abdita magnarum celant penetralia rerum,
Implicitos operum consilijq́ue sinus.
Ceu duo præstantes animis vigentibus, ambo
Certarunt summi viq́ doloq́ viri.
Siste gradum, fessos dum lentus anhelitus artus
Fumantesq́ levet mollior aura pedes.
Iam satis est: forsan palmæ sperata feremus
Præmia, laurigeris præmia danda viris.
Altera quum referet priscus certamina lusus,
Et festiva suos reddet arena jocos.
Hæc ego montana scripsi securus in umbra,
Qua jacet excelsis pressa Corona jugis.
Eximias urbes inter numeranda Corona,
Qualis Iazigia rara videtur humo.
Illa patefecit fugientibus atria Musis:
Quum premerent pavidas Martia signa deas.
Illa peregrino tutas mihi præbuit ædes:
Læsis & oppressæ fragmina quassa ratis.
Tunc ubi Moldava fugerem de clade superstes:
Et mihi mille forent vita tuenda dolis.
Natus ad Albiacæ ripas Sommerus arenæ,
Qua spectat rupes edita Pirna suos.
Nondum quinque meæ numerabam lustra inventæ:
Quum levis hæc facili Musa labore dedit.
Solymanni mors. *Alter ab hoc clarus Solymanni funere nuper*
Mœnia Sigethi straverat annus humi.
Mœnia multiplici novies defensa labore,
Quæ stagnans gemina fossa tuetur aqua.
Giula arx. *Captaq́ funestis arx Iulia cladibus, hosti*
Cesserat, externum pertuleratq́ jugum.
Denique literulas, quibus ista notare solemus,
SI VIDeas prorsVs teMpora Vera Leges.

ELIAE

Principes Bohemiæ.

ELIAE REVSNERI LEORINI
Med. Licent.

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI

De Familijs Regum & principum, aliorumque procerum orbis Christiani

STIRPES SCLAVICAE

Quæ

Stemmata continent illustria & Genealogiam

PRINCIPVM ET REGVM BOHEMIAE.

ECHVS Sclavus gener ex Illyria (quæ hodie Croatia) patrato homicidio, domo profugus: Occidentalem ad Albim fluvium Germaniæ partem occupavit; quam à veteribus incolis Boijs, in vicinam trans Danubiũ Bojariam immigrantibus, Pojemiam posteà appellarunt; fratri Lecho, fugæ comiti, Orientali planicie relicta; quæ à Pole, hoc est planicie Poloniæ nomen traxit.

CRACVS, qui & Croccus, post obitum Zechi avi (de quo tamen valde ambigitur) multis regimen ambientibus, populari spreto imperio, ad ducale evectus fastigium, magna cum laude Bohemiam rexit: arcibusque eam, pagis, & alijs ædificijs novis exornavit atque amplificavit. Quidam eum Poloniæ principem, & Cracoviæ conditorem suspicantur.

BELA sororum natu maxima, her bis incãtandis Medęam imitata: ex mercenaria pecunia arcẽ Belinam extruxit.

TECHA seu Tetcha, Magicis carminibus Circen reddẽs: ex pecunia mercenaria arcem Thetin condidit.

LIBYSSA sororũ natu minima, puella & ipsa fatidica, sed in hac re liberior, utpote quæ à nemine quicquam extorquebat post patris interitũ Bohemis pręfecta: Primislaum & lecti & regni cõsortẽ legit. Post obitum in arce sua Lybus sepulta.

PREMISLAVS rusticus à Lybissa in tori & regni consortiũ adscitus: principatum Bohemiæ ab eius morte retinuit: vir æque superstitiosus atque uxor. Sub eo Vlasta sive Valasca virago cum virginibus Bohemos septennio integro graviter afflixit. Quibus sublatis, magna exinde tranquillitate principatum ad mortem usque tenuit: argentique fodinas primus reperit & coluit.

NIMISLAVS sive Nezamislius, tertiògenitus, fratribus natu majoribus prærmatura morte abreptis, secundùm patris excessum more solenni in arce Vicegradensi Princeps inauguratus: stupidi fuisse ingenij & prorsus iners traditur: inter scorta & concubinas otio marcescens.

MNATHA haud æquè quidem, ac pater, ingenio hebes animoque stupidus: attamen nec ipse ad imperandum amplum quid atque magnificum attulisse est visus: dum venationibus magis, quàm rebus agendis se exerceret. Versovicensem, proditione in se cõperta, suo semet gladio jugulare coëgit. Ipse lue pestis infectus, vitam clausit.

M VOR-

Principes Bohemiæ.

VORCIUS five Vogenus, feptimus Bohemiæ princeps, Rohovitium Vetfovicenfem tutorem fuum, adolefcens adhuc antequàm pofitâ prætexta virilem togam fumeret, oppugnatum captumque, laqueo vitam finire coëgit. Lupnicam arcem flammis abfumfit: Betoviam folo æquavit: Mifnios & Moravos domuit: pacatiorem inde Bohemiam habuit.

VINSLAUS five Vnceslaus, ætatis prætogativa Bohemiæ principatu potitus: focijs armis cum fratre Vratislao contra Carolum Magnum res geffit.

GREZOMISLAUS five Crevomyslius, Princeps Bohemiæ, à Vratislao patruo armis crebrò petitus: eo perempto principatum redintegravit: cæterùm degener.

NECLAN Princeps Bohemiæ, ingenio animoq; degener, unicum timoris & pavoris exemplar: à Vladislao agnato armis laceffitus, pacem orando licèt nihil proficeret: nihilominus tamen ad aciem protrudi non valuit. Omnibus tandem urgentibus mifit Siderium à Chaynovo equitem ftrenuum: qui ea in pugna, qua Vladislaus cæcidit, ipfe quoque occubuit: non tam ab hoftibus, quàm à fuis popularibus, qui virtuti ipfius invidebant, oppreffus.

VRATISLAVS, cui proceritas corporis & forma principe digna plus, quàm fratri, lenocinari viſa; Septentrionalem Bohemiæ plagam obtinuit. Fratrem morte prævertit.

VLADISLAVS ad principatus faſtigium aſpirans, armata manu in Neclami agros populabundus irruit: eiusq́ legatos, pacem orantes, altero orbatos oculo domum remiſit. Vrbem intra duos montes Mednam & Pabecham condidit: quam de ſuo nomine Vladislaviam nuncupavit. In monomachia tandem cum Siderio à Chaynovo, equite ſtrenuo, Neclamum principem facie referente, confoſſus.

SBISLAVS ſeptennis à præceptore Turingo, agrorum ipſius ſacra fame victo, miſerè peremptus eſt: qui eius caput amputatum, linteolo involutum, Neclam principi attulit.

HOSTIVITIUS in pattis locum ab ordinibus fuffectus Princeps, fratri poft aliquot conflictus Gurimenfem conceffit regionem. Stoymirium regni æmulum, Bilinæ quòndam tyranni fratrem, in exilium ejecit: qui è Bavaria ad principatum Bohemiæ revocatus: brevi ob linguæ patriæ oblivionem principatu iterum deturbatus eft.

BORIVORIUS primus ex ducibus Bohemiæ Chrifti fidem profeffus, & à Methodio Moraviæ Epifcopo eft Baptizatus Anno Chrifti 895. Qua de caufa domi redditus exofus: in fpontaneum exilium conceffit ad Suantocopium Regem Moraviæ. Poft decimum inde menfem fuæ dignitati reftitutus: fecum Methodio Præfule abducto, nullum non movit lapidem in popularibus fuis nova religione & folius Chrifti cultu imbuendis; & inveteratis monftrofæ multitudinis deorum atque abominandorum rituum opinionibus extirpandis. Obfuorum tandem pervicaciam fponte fe principatu iterum abdicavit. Vxor LUDOMILLA Slaviborij Melnicenfis F. à Drahomira nucru in templo per ficarios confoffa.

MYSTIBOGIVS quia in nullam principatus partem, non ad Lucenſem, non ad Gurimenſem regionem fuerat aſſumptus; ſed ab hæreditate quaſi excluſus: fratri bellum intulit, Crosmilio Verſovicenſe frigidam affundente: editiſſimumque oppidum Caſinum cominùs oppugnans, in fugam eſt verſus. Inſolito tandem mortis genere animam efflavit; à Diabolo nempe, ſub humana ſpecie ipſum invadente, ſuffocatus.

RADISLAVS Princeps Gurimenſis, cum S. VVenceslao monomachia decertans, audaciæ venia petita, victoris ſe poteſtati permiſit.

SPITI-

SPITIGNEVS sub initio principatus permodestè se comiterq; erga omnes gessit: parentumque religionem amplexus, ædem B. Petri & Pauli in oppido Budeco haud procul Praga extruxit; juxtaque ludum literarium aperuit. Sensim dein sui factus arbitrij, in vitiosos erupit mores: protervus & insolens in parentē optima monentem. Decessit in arce Vicegradensi ǎnnu: [sic] *sepultus in æde B. Virginis Deiparæ.*

VRATISLAVS Princeps Bohemiæ patre & præsule Methodio destitutus: quorum ille in fata concesserat, hic Romam abierat: pleraque quæ ad Christi religionem longè lateque propagandam pertinerent, matris Ludomillæ consilio administravit: Christianos ab omnibus vitæ periculis tutos reddens: propria quoque uxore, ne quid in hos auderet atque statueret, cohibita. Fuit hæc DRAHOMIRA Lucensis, forma præstanti fœmina: quæ Vratislao nubēs, ipsi quidem promiserat, se à Catechismo baptismum suscepturam: verùm longè immaniorem in Christianos, quàm olim Iezabel in Prophætas, se posteà exhibuit. Post mariti siquidem excessum, filijs adhuc impuberibus, ipsa regimen tyrannicè invadens; virulento animo quem malè diù dissimularat, in Christianos effuso, persecutionem in eos movit acerbissimam: templa succendit & diripuit: ipsam quin etiam socrum, sicarijs immissis, è medio sustulit. Iusto randem Dei judicio apud arcem Pragensem eo loci, quo occisorum candavera adhuc insepulta jacebant, viva terræ hiatu est absumpta unà cum curru; auriga solo incolumi servato.

BOLESLAVS.

Principes Bohemiæ.

S. VVENCESLAVS principatu cum fratre diviso, australem tenuit Bohemiam. A Ludomilla avia in Christiana philosophia à puero institutus, in pietatis & alijs virtutis studijs princeps omnibus numeris absolutissimus evasit. Patis autem licèt studiosissimus esset; à suis tamen coactus, contra Radislaum Gurimensem, militem atq; aciem instruere est coactus: sed qui protinus, ubi ad monomachiam fuerat ventum, divino prodigio territus, armis abjectis, victoris se potestati permisit. Vormatiæ in Imperialibus Comitijs ab Othone I. regio ornatus titulo; eo per totam vitam abstinuit. A fratre ad natalitia invitatus Boleslaviam, sed immissis abs eodem sicarijs in templo confossus, animam Deo reddidit IV. Kal. Octob. A. C. 938. Sepultus in Cathedrali æde S. Viti. Pragæ, quam ipsemet extruxit.

BOLESLAVS Borealem sortitus Bohemiam; matre sive juvente, sive in cædem consentiente, fratrem ad se Boleslaviam sub specie convivij vocatum, in templo nefario ausu obtruncavit: sicque toto principatu audacia & scelere parto; audacter eum initiò nec sine scelere administravit. Sævitiam namq; eam & impietatem cum ipso lacte materno imbiberat: de qua tamen extremè prodigijs territus nonnihil remisit. Hungaros quoque & Moravos armis debellasse legitur. Vxor BRENA sive Brenna.

PRIMISLAVA VVenceslai fratris aurem abscissam, ad limen templi repertam, arcula inclusisse scribitur.

STRACTIQVAS Ratisbonæ apud S. Emeranum vita monastica studiū amplexus, regnū reliquit fratri. Ad Pragensem Episcopum vocatus, primò abnuit; quòd non is, quem deposcebat, videretur locus. Denuò eū ambiens, sub consecratione à Diabolo strangulatus legitur.

BOLESLAVS II. cogn. *Pius*, Princeps Bohemiæ, patruo quàm patri similior: in egentes cultumq; Dei munificus: viginti paræcias possessionibus locupletatas constituit. Cracoviam armata manu occupans, ei præfecit Crasotam exercitus sul antesignanum, virum manu consilioque promptum. Cum imperio fuisse traditur an. XXXII. Moriens magnum sui apud omnes reliquit desiderium. Vxor HEMMA Ducissa Saxoniæ.

MILADA Monasterij S. Georgij in arce Pragensi, quod ipsa extruxit, Abbatissa.

DAMBROVCA Christiana, A. C. 965. Gnesnam advecta, Miecislao Regi Poloniæ matrimonio jungitur.

BOLESLAVS III. Princeps Bohemiæ, avarus, iners & imbellis: qui Cracovia

obnega-

Principes Bohemiæ.

ob negata stipendia amissa; à Poleslao Polono, admota oculis lumina ignita, excæcatus A. C. 1003, quum non amplius ad regnum esset idoneus; principatu resignato, privatus consenuit. Obijt 1030.

IACROMIRVS patris in principatu successor; ingenio ut pater simplici ac minùs callido: in venatione, cui multùm indigebat, insidiosè captus: & à Cochano proditore seminudus ad quercum deligatus, telisq; confixus; nihilominùs quidem supervixit. A fratre tandem ex bello Saxonico reverso excæcatus, principatum illi reliquit.

VDALRICVS adolescens D. Henrico Imp. bello Gallico militavit. Patria exinde à Polonis laborante, venia à Cæsare impetrata, Bohemiam repetens: magno labore hostibus repressis, fratrem regno non satis idoneum excæcavit: quem tamen protinus in regni societatem recepit. Praga à Mescone Polono expugnata, ipse viribus recollectis in medios hostes irruens, multos internecione delevit. Principatu laudabiliter aliquot annis administrato, vita functus circa Annum Christi 1036. fratre filioque superstitibus. Vxor BEATRIX sive Bozana mulier rustica.

PRÆDISLAVS sive Bisetislaus, Princeps Bohemiæ domi militiæque juxtà clarissimus: Moraviam Polonis ademptam regno Bohemiæ conjunxit: Cracoviam expugnavit & incendit: Gnesnam diripuit: Polonos ipsos sibi tributarios fecit. Idcircò ab Henrico I. Cæs. & alijs Imperij proceribus oppugnatus, quasi publicæ pacis turbator: ex insidijs prodiens, hostes palantes atque inermes aggressus: stragem haud parvam edidit: à quibus tamen anno vertente denuò Pragæ intra mœnia obsessus, pacem petere est coactus. In Pannoniam inde movens, eam longè latéque ad Strigonium usque depopulatus est: quàm tertiùm ingressus, repentina febre correptus in in reditu naturæ concessit Anno Christi 1052. mense Aprili. Pragæ ad D. Vitum inhumatus. Vxor eius IVDITHA Othonis II. Imp. F. à Prædislao ex cœnobio rapta: ab hujus excessu nupsit Petro Regi Vngariæ: mater priùs facta quinque filiorum: quorum

SPITIGNEVS post patrem Bohemiæ principatu potitus: utroq; genere totus fuit: quippe qui & germanici nominis odio omnes externos, vel matrem quoque, Bohemia expulit: & fratres suos germanos parricidiali bello petere non est veritus: quibus tamen postmodò, è lupo factus agnus, cuncta quæ armis abstulerat restituit: augustumque Pragæ templum extruere cœpit: cui quòminùs fastigium imponeret, mors intercessit.

VRATISLAVS primus Bohemiæ Rex ab Henrico IV. creatus est: cujus prosapiæ delineationem mox subijciemus.

Brunnæ & Znoymæ Domini.

CONRADVS Brunnæ & Znoymæ Dominus in Moravia: aliquando à Vratislao fratre obsessus, vxore sua VVALPVRGI pro ipso iram deprecante, & veniam impetravit; & in celebri ordinum conventu in regno successor est nominatus: sed qui jam senex regio nomine abstinuit. Septimo gubernationis mense extinctus Anno Christi 1094. duos reliquit filios: inter quos Brunam & Znoymam æqua portione divisit:

VDALRICVM Brunnæ Dominum: sed à Prædislao ditione paterna exutum. In Austria itaque exul dum ex arce Rax Moraviam popularetur: incautus aliquando obequitans, à Moravis interceptus, & in arce Glacensi arctæ custodiæ est mancipatus. Borivorij inde principis beneficio liberatus, urbis receptis, toti jam regno inhiare cœpit. A Cæsare itaque auro corrupto, jure legitimæ successionis impetrato, principatum quidem armis invadit: sed Borivorio resistente à suis desertus, & re infecta discedere coactus: in Moravia consenuit. Eius F.

VRATISLAVS ob inquietum animum Sobieslao principi suspectus, perpetuo carceri est addictus. Vxorem habuit VACSILCAM Principem Ruthenam.

LEO-

LEOPOLDVM Marchionem Moraviæ, Dominum Znoymæ, eisdem cum fratre fortunæ telis jactatum. Etenim & ipse exul in arce Austriæ Rex, unde crebras in Moraviam populationes faciebat, à Prædislao Principe obsessus: vix fuga est elapsus: piscatoria scapha clàm quàm longissimè avectus. A Borivorio ab exilio revocatus, urbibus receptis, quietus consenuit. In eius vixit consortio N. soror Sancti Leopoldi Marchionis Austriæ, ex qua ipsi genitus *Marchiones Moraviæ.*

CONRADVS Marchio Moraviæ, Znoymæ dominus, ob captum Vratislaum patruelem, seu pacis quietisq́ publicæ turbator in Moravia, delatus apud Sobieslaum Principem: ipse quoque carceri est traditus. Liber inde dimissus: cum primoribus regni, auro à se corruptis, in Vladislaum II. conspiratione inita; eum Belæ Vngarorum Regis (cujus sororem uxorem habebat) auxilijs oppugnavit: & post satis cruentam pugnam, intra Pragæ mœnia se recipere adegit: ipse foris interim populationibus omnia implevit; templa succendit: Pontificijs etiam minis neglectis. Brevi ab hoc vicissim obsessus Snoymæ: urbe capta, vix fuga ex arce elapsus: vagus errabundusq́ per Austriam & Bavariam, quorundam tanden persuasione ad Cæsarem Conradum profugit: nomenq́ sacræ dedit militiæ. A Friderico exinde principe, Vladislai F. Moravia donatus: ubi illum nobilitati aliquatenus invisum animadvertit: denuo principatus libidine stimulatus, ipso absente Vicegradum occupavit: & Pragenses quoque post XV. dierum obsidionem ad deditionem adegit: qui idcirco à Cæsare proscripti, & ad restitutionem Friderici jurare sunt compulsi. A quo ad Ludomirum pagum cruento prælio victus fugatusque, ementito tabellarij habitu culpam deprecatus, se cum omnibus suis fortunis in victoris potestatem tradidit: cui reconciliatus, iterum sacræ militiæ nomen profiteri cœpit: ex qua reversus, morte Friderici audita, protinus Pragam ad capessendum principatum se contulit: quem ubi vix primis labijs degustasset; Neapoli, ubi Henrico VI. Imp. militabat, peste correptus diem obijt A. C. 1190. Inhumatus Pragæ.

OTHO Marchio Moraviæ, Olomucij Dominus, ex filia Belæ I. Pannoniæ Regis, binos tulit filios:

SVATOPLVCVM sive Suantopultum, Marchionem Moraviæ Olomucensem: qui Borivorio in exilium pulso, Bohemiæ principatum invasit A. C. 1105. Othone fratre Olomucio præfecto. Qua de causa apud Cæsarem criminatus: custodiæ quidem est traditus: mox tamen promissa Cæsari pecunia restitutus: quam ut exolueret, nihil intentatum reliquit; rapinas passim & injustas exercendo exactiones. Socia exinde Cæsari jungens arma contra Vngaros: populationibus omnia replevit: quas injurias postmodò ulturis in Moraviam occurrens, alterum amisit oculum à ramo arboribus ipsi excussum. Sanitate recuperata, hostilem in Pannones instaurat expeditionem: ubi præda ingēti potitus: communibus auspicijs cum Cæsare in Polonos movit: in cujus castris ad Glogoviam sagitta transfixus, magnum suis desiderium reliquit XI. Kal. Octob. A. C. 1110.

OTHONEM Nigrum cogn. à fratre Olomucio in Moravia præfectum: cui postmodò à Cæsare Henrico V. in principatu surrogatus: sed à Bohemis repudiatus: Vladislaum Borivorij fratrem salutavit principem: à quo magnis muneribus in Moraviam est remissus, & adhuc donatus bonis, quæ Leopoldus ante mortem pessundarat. Ab eodem postmodò ob rebellionem in vincula conjectus, post triennij captivitatem, uxoris suæ precibus & liberatione, & bonorum restitutione impetrata, fidelis ipsi permansit. Filius eius

VVENCESLAVS Marchio Moraviæ Olomucensis, quia quieto esset ingenio, & obsequio fidelis, summam meruit gratiam Principis Sobieslai.

IACROMYRIVS fratrum natu minimus, sacris destinatus: ara relicta apud Boleslaum Anducem Poloniæ Principem militarem sectari cœpit disciplinam: à quo impetrato milite tumultuario, Vratislaum fratrem lacessens, parvo negotio est repressus. Pragensis tandem & Olomocensis factus Episcopus: Gerardi nomen tulit.

Principes Bohemiæ.

Vratislai primi Bohemiæ Regis prosapia.



Rex Bohemiæ I.

VRATISLAVS Marchio Moraviæ Olomucensis, armis Spitignei fratris sui germani oppugnatus, in Vngariam fugit ad Regem Andream: qui cum & generum sibi legit, in matrimonium ipsi tradita ADELHEIDA filia: (prior namque N. maritum exulem in Hungaria visitatura, partui proxima, unà cum fœtu in itinere perierat) & fratri reconciliavit. Cui defuncto in principatu Bohemiæ successor datus: Moraviam inter duos fratres juniores divisit. Vir strenuus, reique militaris eximiè peritus: ad Glacium Silesiæ adversus Polonos exercitum coëgit: Austriacos Moraviam incursantes feliciter abegit: Henrico IV. Imp. contra Henricum filium & alios rebelles, pacto Lusatiæ præmio, fida tulit auxilia: quapropter abs eo REX BOHEMIAE primus creatus; ab Engelberto Moguntino Archiepiscopo consecratus est unà cum SVATANA, sorore Boleslai Audacis Regis Poloniæ, uxore tertia. XVII. Kal. Quintil. A. C. 1086. Bretislao tandem filio ob insolentiam excluso; & Conrado fratre successore nominato: in venenatione repentina morte interijt A. C. 1093. Ad ædem D. Petri Vicegradensem, ab ipso conditam, tumulatus. Liberi eius memorantur octo:

Principes Bohemiæ.

BRETISLAVS II. Princeps Bohemiæ, ad compescendos Lusatios, qui à genitore ipsius ad Saxones defecerant, missus: primùm se periculis objiciendo, præclarum rei militaris specimen edidit. Ob Desiderium parasitum aulicum peremptum, gravem in se offensionem concitavit: qua de causa in Pannoniam exulatum abijt ad Regem Ladislaum: cujus ope patrio principatu, à quo exclusus erat, restitutus; omnibus se benignum exhibuit. Vladislaum exinde Poloniæ Principem, debitum tributum non exolventem, bello indicto gravi clade affecit. Conradi filios exosos habens, Brunna & Znoyma ejecit: Borivorio fratre eis substituto. Tandem à Loreco Versovicense in venatione telo trajectus, triduo post expiravit. Corpus Pragæ ad D. Viti ædem inhumatum. Ex LVCRETIA Principe Palatina genuit.

VLADISLAVM paternarum copiarum ductorem in Italia pro Cæs. Henrici VI.

BORIVORIVS Princeps Bohemiæ ab Albi ad Meridiem vergentis, Vlricum Conradi F. regni æmulum, Germanorum auxilijs suffultum, fortiter repressit: & Versovicenses duos in integrum restituit. A Svatopluco patruele regno pulsus, ubi suorum quoque animos alienatos reperit, voluntarium subijt exilium. Post cujus necem, Pragam quidem proditione recepit: verùm bello civili exorto ob principatum, causaque disceptionis ad Cæsarem delata, in vincula ipse est conjectus. A fratre Vladislao postmodò in regni societatem admissus: cum eo biennium summa regnavit concordia: qua Bohemorum [illegible] turbata, ipso insalutato denuò in exilium abijt ad Stephanum Vngariæ Regem; ubi extremum vitæ diem clausit. Corpus in Bohemiam relatum; & in æde Pragensi funeratum. Ex HELTOPYRGA S. Leopoldi Austriæ Marchionis sorore, tulit

IAROMIRIVM, Cæsaris ad expeditionem Italicam comitem Anno Christi 1132.

Vladislaus Princeps Boemiæ, de quo mox.

OTHO

OTHO à Vladislao fratre in principatus successione præteritus: Sobieslao de arce Vicegradensi prius non cessit, quàm comperit, principalibus eum comitijs, omnium ordinum consensu, principem designatum. Ea igitur relicta, anxius minaxque in Moraviam concessit: ubi à Sobieslao bello oppressus, in acie occubuit. *Principes Bohemiæ.*

SOBIESLAVS fratrum minimus, exul, Polonorum auxilijs bellum Vladislao fratri movens; in conflictu sauciatus, matris Suatanæ intercessione, non delicti modò veniam impetravit: sed & redux Lucensem accepit ditionem. De invidia apud eundem fratrem, quem in ludis Martialibus humi stravisset, sibi conflata suspectum habens Vaceconem, fratri apprimè carum; per insidias eum obtruncavit: quapropter in Lusatiam ad VVigbertum sororium fugam meditans; in via ab Ercomberto, Doninæ arci à Cæsare Præfecto, interceptus: corruptis custodibus carcerem evasit: ad veteremque nidum in Poloniam profugit. A Vladislao posteà morituro successor nominatus: in Othonem alterum germanum se armavit: Brunnamque & alia bona ipsi adempta, Vratislao Vdalrici filio, hæredi legitimo restituit. Idcirco à Lothario Cæsare, Othonem restituere volente, oppugnatus: insignem de eo reportavit victoriam, trucidatis eo prælio, præter alios, Hartungo Holsatiæ Comite, ipsoque Othone. Cum Cæsare exinde pace icta, fidele ipsi præstitit auxilium in oppugnatione Bambergæ: Romam item eunti ad Imperiale diadema suscipiendum, trecentis missis equitibus præstò fuit. Bela quoque Panoniæ Regi contra Polonos tulit suppetias: ab ijsdemque pacta tributa armis exigens, Silesiam devastavit. Ad pacis abhinc conversus opera, Prindam mirificè expolijt: Mysam condidit: Pragam non domibus solùm & insulis lapideis, vicisque ac plateis saxo constratis; sed legibus quoque & privilegijs summè excoluit: Gorlicium igne exustum instauravit: Budissinam vetustate squallentem renovavit. Successori tandem suo Vladislao II. filiorum suorum tutela demandata, Pragæ vivendi finem fecit. In templo Vicegradensi juxta patrem sepultus. Ex ADELHEIDE F. Colomanni Regis Vngariæ quinque genuit liberos:

VLADISLAVM.

SOBIESLAVM II. Principem Lucensem: à Vladislao II. Rege Bohemiæ, quòd per seditionem Olomucium fœdè direptum occupasset, Prindæ arci inclusum: unde post multos annos Cæsaris ope, necnon Vdalrici fratris intercessione, libertati restitutus, Regique reconciliatus: ab eius obitu principatus Bohemici quinquennium rexit habenas: fratre Vdalrico sponte ipsi cedente. A provincialibus tandem & Friderico, qui cum ob principatum fortiter, dubio licèt marte, aliquoties manus conseruit, ejectus: exul extorrisque aliena in terra consenuit, [illegible].

VDALRICVM Principem Bohemiæ, regimen à cæde Præfecti arcis Prindæ auspicatum. Regnum hic à Cæsare sibi delatum, ad Sobieslaum majorem natu fratrem transtulit: principatu solo contentus. Cæsari adversus Genuam rebellantem laturus suppetias, ad tertium mensem in eius castris permansit: qua capta, commeatu accepto cum octo tantùm comitibus domum inglorius repedavit: cæteris omnibus partim furtim dilapsis partim occisis. Vagus inde, alienæque opis indigus vitam in exilio clausit.

MARIAM uxorem Leopoldi Ducis Austriæ.

VVENCESLAVM Bohemiæ interregem: qui tertio principatus sui mense à Primislao ad pugnam lacessitus, quum se illi opponere non auderet: sed ex urbe clàm elapsus, Bambergam ad Imp. contenderet: in itinere ab Alberto Lusatiæ Marchione interceptus, in custodia vitam finijt: superstite F.

SPIDIGNEO, cujus tutelam pater Henrico Pragensi Præsuli commiserat. Adultior hic quum Præmislaum capere conatur: ipsemet captus, oculisque orbatus, in vinculis miseram exhalavit animam.

IVDITHA Vladislao I. Principi Poloniæ elocata, obijt 1086. IX. Kalend. Ianuarij.

LVDOMILLA uxor VViperti II. Comitis Groicensis, Marchionis Lusatiæ, obijt 1109. XVI. Kal. Ianuarij: sepulta Pegaviæ.

BOLESLAVS.

VLADISLAVS Princeps Bohemiæ, maximis à fratribus affectus injurijs, multa cum eis [illegible] gessit bella: victorque decreta [illegible] semper eis ignovit.

Principes Bohemiæ. Primò namque suorum defectione cognita, ab itinere ad Comitia Imperialia Ratisbonam versus, regressus; & Praga exclusus: ad arma se & arcis Vicegradensis, in quam Borivorius se receperat, oppugnationem convertere est coactus. Causæ disceptatione ad Imp. delata, in principatu ab ipso confirmatus: quò gratiam ei referret, in Italiam ad diadema suscipiendum profecturo, auxilia decrevit tercentum equitum cataphractorum: ipse Pragam reversus, de conjuratis sumsit supplicium. A Sobieslao postea Polonorum auxilijs oppugnatus: post gravem conflictum, illi, matre Suatana intercedente, non solùm ignovit; sed & Lucensem terram tradidit. Othonem quoque post triennij captivitatem libertati bonisque restituit: Borivorium verò regni consortem legit, attributa illi parte Bohemiæ, ab Albi ad meridiem vergenti. Sobieslao tandem matris auctoritate reverentiaq; successore nominato, Othone præterito, obijt: in cœnobio Chaldrona sepultus: quatuor superstitibus liberis:

Vladislao II. Principe; posteà Rege Bohemiæ secundo.

THEOBALDO expeditione Cæsaris Italica contra Mediolanenses rebelles, in eius castris peste extinctum: & Clatoniæ (Bohemiæ est oppidum) ad Dominicanos sepultum.

HENRICO Episcopo Pragense, qui postea ordinum consensu Bohemiæ quoque principatum, at invitus, suscepit. Premislaum hic fratruelem & Albertum Marchionem Brandeburgium acri devicit prælio: è Strigomensibus verò nuptijs domum reversurus, in Moravia vim hostium vix effugit. Morbo correptus principatu abdicato, Ægræ vitæ finem imposuit. Corpus Doxanam illatum, quo in loco matrem quoque sepeliverat.

Filia ἀνωνύμη, uxore Friderici Ducis Bavariæ.

Rex Bohemiæ II. VLADISLAVS II. Princeps Bohemiæ, represso Conrado patruele seditioso: à Friderico Aenobardo, in Italiam ituro ad diadema accipiendum, Imperij vicarius relictus in Germania: armis apud eundem denuo sibi suisque in posterum regiam dignitatem promeruit; coronatus in Comitijs Ratisbonensibus A. C. 1158. Cui pòst industriam suam in expeditione Mediolanensi mirificè probans: Brixianos, Cæsare adhuc absente, adortus, ad officium redegit. Domum cum laude reversus, Sobieslaum patruelem seditiosum obsessum, Prindæ arci inclusit: quem tamen post aliquot annos, offensionis culpa deprecata, libertati restituit. Calumnijs tandem in aula Cæsaris oneratus: suorum item levitatem & inconstantiam perpendens; in Lusatiam ad regionem Budissinensem concessit cum filijs & gaza regia: ubi quatuor duntaxat mensibus superstes, hominem exuit A. C. 1174. Rebus Bohemicis dexterrimè annis præfuit XXXV. pontem Pragensem, operis & arcuum excellentia celebrem, construxit; cœnobium Strahoviense (olim Seon dictum) in quo sepeliri voluit, Plassense item, & Teplisense à fundamentis extruxit. Ex bino conjugio quinque ipsi nati filij:

ex GERTRVDE, Conradi Cæs. filia, defuncta 1152.

FRIDERICVS Princeps Bohemiæ, Cæsari contra Mediolanenses rebelles auxilio missus: Mediolano, eversa, amplis onustus spolijs domum redijt. A patre posteà in regni societatem assumptus, invidiæ declinandæ gratia in Hungariam ad Regem Belam exulatum abijt, patre ipsomet quoque in exilium secedente A. C. 1174. Post triennium Friderici Imp. ope regnum recipiens, Sobieslao agnato ejecto: cum eo aliquoties cruento marte decertavit: Conradum Znoymæ principem, æmulum, ad Ludomirum pagum acri prælio victum fugavit: Premislaum fratrem Olomucio donavit. Sub reditum Principum ab expeditione sacra mortuus A. C. 1189. ex ELISABETHA uxore suscepta

Filia ἀνωνύμη, Petro nepotulo Emanuelis Imp Byzantini desponsata.

SVATOPLVCVS Vogislaum ob integritatem eius invidia prosequens; pugione lædit coram patre Regem Vladislao: in cujus posteà conspectum nunquam venire ausus; in Vngaria aliquandiu apud regem Stephanum, cujus sororem uxorem habebat; ea deinde mortua, in Bavaria apud Albertum fratrem, ad vitæ usque finem delituit.

ALBERTVS Archiepiscopus Salisburgensis 1168. post sexennium à Friderico Imp. dejectus; post aliquot verò annos restitutus: obijt A. C. 1200. VI. Id. Aprilis.

VLADISLAVS III. Princeps Bohemiæ, cum Premislao fratre populationes exercens, à Pragensibus captus, & in arce Clevoclata carceri est mancipatus: è quo post Henrici fata ad principatum evectus: eo post quinque menses Premislao fratri spontè cessit sola sibi retenta Moravia. Velegradi in cænobio, quod extruxerat, sepultus. Princeps de

ceps de omnibus bonis bene meritus: omnium utilitati pace, justitia, æquitate, civilitate optimè consulens: in orphanos, viduas & egenos pius. Filium reliquit *Principes Bohemiæ.*

VLADISLAVM Marchionem Moraviæ, ab Austriacis Moraviam populantibus, patrui Regis ope insigni potitus præda.

℞ ex IVDITHA F. Ludovici III. Hassiæ & Thuringiæ Landgravij.

PREMISLAVS, pulso VVenceslao cognato, principatus Bohemici nactus habenas, quatuor duntaxat menses tenuit. Cæsaris quippe potentiam metuens, suæque diffidens causæ (erat namque animo levi & inconstanti, & in religionis quoque exercitio satis frigens) in Moraviam concessit: ex qua crebras cum fratre exercens populationes: eo capto, ipse fuga elapsus, Ratisbonæ latomis suam navavit operam. Exul, fratris cessione, principatu iterum potitus: totus primum Philippo Cæsari adhæsit: à quo regium quoque deadema tertiùs suscepit, coronatus Moguntiæ A. C. 1199. Sed ab eo brevi, ob falsam criminationem Arnulphi Archiepiscopi de damnis Bavariæ illatis, totus alienatus: factioni Othonis adhærere cœpit: utque se Othonianum (hinc OTHOGARI est cognomentum, quod cùm ipsi, tum aliquot eius successoribus obtigit) ostenderet: nimis impotenter cædibus, igne, vastitate, Philippi imperio subjectos oppressit. Obijt senex octogenario major biennio Kal. Ianuarij A. C. 1231. quum rem Bohemicam regio titulo tenuisset annos XXVI. Pragæ ad S. Vitum sepultus juxta aram. Vxores eius tres: 1. MARGARETA Alberti Vrsi Electoris Brandeburgij F. exoss. 2. ADELA Theoderici Marchionis Misniæ & Lusatiæ soror, sub sterilitatis prætextu repudiata, obijt Kal. Febr. 1211. 3. CONSTANTIA Belæ Regis Vngariæ F. in cœnobio Tisnaviensi sepulta. *Rex Bohemiæ III.*

VVENCESLAVS Othogarus primò, dehinc Monoculus (Inter venandum enim parum cautus in ramum obvium impingens, alterum amiserat oculum) Rex quartus Bohemiæ: patre vivo, bis Austriam populatus: nec deinceps eam vastare destitit socijs Bavarorum armis: præsidi[illegible] busimposita depellendo; oppida alia oppugnatio[illegible] alia deditione capiendo. Posteà ad prodigalitatem [illegible] liberalis, quum æs alienum grave contraheret; nec [illegible] us esset solvendo: ideoque tributa alia super alia indi[illegible], vectigalia supra modum augeret, nec vllum genus ex[illegible] onum prætermitteret: apud nobilitatem & proceres [illegible] tam sibi conflavit invidiam, ut rebellionem quoque adversus eum molirentur. Ex venatione tandem intempestiva, morbo contracto, Pragæ diem obijt A. C. 1245. regim[illegible] is sui XIV. In æde D. Francisci, quam ipse extruxerat inhumatus. Vxor CVNEGVNDA, Philippi Cæsaris F. antea Othoni VVitelsbachio Palatino pacta.

Filiæ IIII.
ANNA elocata Henrico Pio, Silesiæ, Lusatiæ & Poloniæ majoris Princip.
AGNES, spreto Friderico II. Cæsare, monasticen professa.
LVDOMILLA consors Ludovici Palatini, Ducis Bavariæ.
BEATRIX nupsit Othoni Marchioni Brandeburgio.

PREMISLAVS III. vulgo OTHOGARVS, Italis Odoacer, potens & bellico[illegible] Rex Bohemiæ, Dux Austriæ & Carinthiæ, Marchio Moraviæ: ad rebellandum pa[illegible] lo citatus, parricidiali cum ipso confligere bello non dubitavit: in quo profligatus, Amplex quidem misericordiam paternam imploravit; sed rigorem eius flectere non valens carceri nihilominus est dicatus. Libertate iterum donatus, ex patris mandato valida manu in Bavariam profectus: undiquaq; eàm ad Danubiũ usq; crudeliter diripuit. A patris morte regnum Bohemiæ armatus adiens: eo recepto, in paternos consiliarios d[illegible] ter animadvertit: forum judiciarium optimis legibus constituit: pondera & men[illegible] s emendavit: itinera latronibus infesta purgavit: flagellatorum sectã abolevit. Amp[illegible] Vdalrici agnati, prole carentis, ditiones pacta pecunia recepit: bellum Prutenicũ, subacta Russia, feliciter confecit: Belam Pannoniæ Regem, fœdere rupto, Styriam, Austriam, Moraviam hostiliter diripientẽ, cum omnibus copijs fudit cæciditq;: à Stephano [illegible] us filio bello lacessitus; Poloniũ obsedit, ad deditionẽ coëgit, arcẽ ipsam expugnavit. Ad Imperij habenas capessendas invitatus: pertinacissimè recusavit. Rudolphũ dehinc Habsburgiũ, priùs curiæ suę magistrũ, Cęsarẽ designatũ, nõ solùm petulãter fastu quodã contẽ[illegible] obseq[illegible] q; ipsi prastare negavit: sed & magnis conscriptis copijs Austriã Transdanubianam hosti[illegible] ter invasit, & pleraq; oppida vi expugnavit. Debellatus abs eo semel atque

ornatus: fundator Academiæ Pragensis A. C. 1360. & Aureæ Bullæ auctor anno 1356. obijt A. C. 1278. Pragæ in æde D. Petri sepultus. Vxores eius quatuor: 1. BLANCA Caroli Valesij F. 2. ANNA F. Rudolphi Pr. Palatini ad Rhenum. 3. ANNA Bulconis Ducis Silesiæ Suidnicensium F. 4. ELISABETH F. Bugslavi D. Stetini & Pomeraniæ.

Boij, Marchionis Brandeburgij: tandem Rudolphi Archiducis Austriæ.

Reges Bohemiæ.

IODOCVS Imp. & Marchio Moraviæ, obijt A. C. 1411. XIII. Kal. Aprilis.

PROCOPIVS Marchia Moraviæ.

VVENCESLAVS cogn. ignavus, IMP. Rom. & Rex Bohemiæ: ob desidiem ab imperio remotus A. C. 1400. moritur an. 1419. Pragæ sepultus. Vxores eius duæ: IOANNA Alberti Hollandi, & SOPHIA Ioannis Monacensis, Ducum Bavariæ F. F.

SIGISMVNDVS Imp. Rom. Rex Pannoniæ & Bohemiæ, Marchio Moraviæ: princeps doctrina, humanitate, sapientia, laborum patientia, animique magnitudine præstantissimus: obijt diem suum septuagenarius, in Moravia Znoymæ V. Id. Decemb. A. C. 1437. Varadini sepultus. Vxor MARIA Regina Vngariæ, primo à nuptijs anno extincta: & BARBARA Hermanni Comitis Ciliæ F. profligatæ pudicitiæ fæmina.

IOANNES Dux Lusatiæ & Gorlicensis, Marchio Moraviæ.

Habent Car. IV. X filias legitimas, elocatas.

ELISABETH hæres regnorum Pannoniæ & Bohemiæ, nupsit *ALBERTO Austriaco, socero tam in Imperio Romano, quàm cæteris regnis successori*; in Alba reguli sepulto A. C. 1439. Genealogiã eius require suprà in quarto stemmate Stirpis Pharamundanæ.

LADISLAVS Posthumus, Hungariæ & Bohemiæ Rex, Archidux Austriæ, à nostris König Lassla appellatus: in flore ætatis & nuptiarum apparatu, non sine veneni administrati suspicione moritur A. C. 1458. *Eo extincto, GEORGIVS Podiebracius, quem nostri* König Girsig *appellant, Rex Bohemiæ renunciatur, & à Rochezana Episcopo coronatur. Laudem hic habet pietatis & constantiæ in religione. Obiit A. C. 1471. 22. Mart. Stirps est Ducum Monsterbergensium & Olsuccensium: de quibus infrà. Contra Georgium à pontif. cijs Olomucij Rex Bohemiæ renunciatus & coronatus an. 1459. MATHIAS Hunniades Corvinus*, Heros invictissimus: cui paruit Moravia, Selesia & Lusatia. Obijt A. C. 1490.

ANNA elocata GVLIELMO Duci Saxoniæ, Marchioni Misniæ, &c. qui & ipse post Ladislai fata à quibusdã ordinibus Rex Bohemiæ inauguratus; Georgio sponte cessit.

ELISABETH consors CASIMIRI Regis Poloniæ & Magni Ducis Lithvaniæ principis bellicosissimi: obijt III. Kal. Septemb. A. C. 1505.

VLADISLAVS primogenitus, frater germanus Ioan. Alberti, Alexandri, & Sigismundi Regum Poloniæ: (Consule hîc Stirpem Iagellonicam) Georgio extincto, in Cuthna Bohemorum, Rex inauguratus: post Mathiæ quoque fata ad Pannoniæ regnum postulatus: decessit Budæ A. C. 1516. IV. Id. Martij. Vxor ANNA Candallæ Comitissa.

ANNA, priùs ELISABETH dicta, consors *FERDINANDI Austriaci IMP. Romanorum*, in Regem Bohemiæ inuncti Pragæ A. C. 1527. & pòst Iohanne Scepusiensi, Transsylvaniæ Palatino, pulso, regio diademate Insignitus: decessit ex *Αὐτοκρατ* IV. Kal. Februarij A. C. 1547. Ipse verò Viennæ Austriæ IIX Kal. Sextil. A. C. 1564.

LVDOVICVS Rex Pannoniæ & Bohemiæ, vivo patre in ipsis cunis coronatus: à Turcis ad Mohacium cæsus A. C. 1526. IV. Kal. Septemb. *Ἄπαις*. Vxor MARIA soror germana Caroli V. Ferdinandi Impp. Rom.

MAXIMILIANVS II. Rom. IMP. Augustissimus, Bohemiæ & Vngariæ Rex, Archidux Austriæ, &c. defunctus Ratisbonæ IV. Id. Octob. A. C. 1576. Vxor MARIA, Caroli V. Imp. F.

FERDINANDVS Magnus Dux Austriæ: regnum Bohemiç in fratris Hispaniç præsentis absentia, diù administravit.

CAROLVS Archidux Austriæ.

RVDOLPHVS II. Imp. Rom. Semper Augustus, Rex Vngariæ & Bohemiæ, Archidux Austriæ, &c.

ERNESTVS Archidux Austriæ Prorex Pannoniæ.

MATHIAS Magnus Dux Austriç.

MAXIMILIANVS III. Magnus Dux Austriæ, Rex Poloniæ designatus.

SERIES REGVM AC DVCVM BOEMICORVM.

DVCES BOEMICI.

A. C.	Ordo	Nomina	Regni.
	1	Zechus	
	2	Gracchus Romanus, qui & Croccus.	
	3	Lybuſſa nupta Premislao.	
	4	Premislaus.	
	5	Nimislaus vel Nezamislus.	
	6	Mnata.	
	7	Voricius, ſive Vogenius.	
	8	VVenceslaus I.	
	9	Neclan.	
	10	Hoſtuitus ſiue Noſtricius.	
	11	Borzivorius primus dux Chriſtianus.	
	12	Spitigneus I.	
	13	Vratislaus.	
	14	S. VVenceslaus II.	
	15	Boleslaus I.	
	16	Boleslaus II.	
	17	Boleslaus III.	
	18	Iaromirus.	
	19	Vlricus,	
	20	Bretislaus I.	
	21	Spitigneus II.	

A. C.	Ordo	Regum nomina.	Regni A.	M.	D.
		REGES.			
1086	1	Vratislaus II.	7		
1093		Interregnum primum ſub ſex ducibus; quorum nomina ſunt	65		
		Conradus.			
		Bretislaus II.			
		Borziveus ſeu Borivorius II.			
		Suatoplucus vel Suenropelcus.			
		Vladislaus I.			
		Sobieslaus I.			
1158	2	Vladislaus II.	5		
1163		Interregnum ſecundum ſub quinq; ducibus	36		
		Sobieslaus II.			
		Fridericus.			
		VVenceslaus III.			
		Henricus qui & Bretislaus.			
		Vladislaus III.			
1199	3	Premislaus II. qui & Othogarus.	31		
1231	4	VVenceslaus IIII.	14		
1245	5	Othogarus, aliàs dictus Premislaus III.	33		
1228	6	S. VVenceslaus V.	26	9	28
1305	7	VVenceslaus VI. Degener.	1	2	5
1306	8	Rudolphus Mitis, Auſtriacus.	1		
1307	9	Henricus Carinthius.	2		
1309	10	Ioannes Lucemburgenſis.	37		
1346	11	Carolus IIII. Imp.	32	3	5
1378	12	VVenceslaus VII. Imp.	40	8	17
1419	13	Sigiſmundus Imp.	18	0	10
1438	14	Albertus Auſtrius, Imp.	1	5	21
1440	15	Ladislaus Poſthumus.	17		
1458	16	Georgius Podjebradius.	13	0	20
1471	17	Vladislaus IIII. Rex Vngariæ.	44	9	14
1516	18	Ludovicus Rex Vngariæ.	10	5	16
1527	19	Ferdinandus Imp. Rom.	37	5	[illegible]
1562	20	Maximilianus II. Imp.	14	0	23
1575	21	Rudolphus II. Imp.			

PANTALEONIS CANDIDI
Austriaci

DVCES BOEMICI.

I. ZECHVS.

ZECHVS Croiadum quondam regnator in oris,
Aequa dabat populis cum patre iura suis:
Non virtutis egens, armisue inglorius heros:
Nec fuit egregijs ille secundus avis.
At ignava quies patriâ sordebat in aulâ:
Martia, quàm pacem, maluit arma sequi:
Ingentesque suo volvens sub pectore curas,
Nobile praestanti corde parabat opus.
Certum erat, & patriam mollesque relinquere fasces:
Inque peregrino castra locare solo.
Terra iacet quondam Boijs habitata propinquis:
Sed quos indè fugat Marchiomanna cohors:
Huc iter, huc cursum Zechus cum fratre tenebat:
Munivit tutis hîc sua castra locis.
Hîc sua constructis eduxit culmina tectis:
Terruit hîc trepidas in sua septa feras.
Sedulus incurvo glebam dimovit aratro:
Et Cereris largo munere sensit opem.
Ille suos vitae formans melioris ad vsum,
Iura dedit populis aequa fidemque suis:
Et castos venerans patriâ formidine lucos,
Instituit nitidis aunua sacra focis.
Saepè metus aut seps, aut quercus opaca ferebat:
Saepè volans animos terrificabat avis.
Vana superstitio fecit sibi nomine divos:
Effinxit quosvis & sibi quisque deos.
Esse deos, homines sed enim sci visse fatentur:
Sed verum studio non coluêre Deum.
At divos coluêre tamen, quibus arida thura,
Thurave, seu calidis exta dedêre focis.

II. GRACCHVS ROMANVS.

ZEchus ubi placidè fato concessit ad vmbras,
Et caruit proprio terra Boëma Duce:
Imperij fortes accepit Gracchus habenas;
Inter honoratos optimus ille viros.
Gracchus in Ausonijs, Romanus origine, terris,
Anco Romulidûm sub duce, liquit humum:
Parrhasiasque procul se contulit exul ad Arctos:
Sarmata quà curvos asper arabat agros:
Et latè populos magnâ ditione premebat,
Quà pater undisonis Istula currit aquis.
Firmaque turritis incingens oppida muris,
Nobile sublimis condidit urbis opus.
Et nunc servat adhuc cognata vocabula Gracchi:
A fundatoris nomine nomen habens:
Hospita quae floret teneris Gracchovia Musis:
Nota sub Eois occiduisque plagis
Illum Sarmatiae populi, Schythiaeque feroces
Mirati celeres & tremuêre Getae:

Nec non cærubeas gens si qua Boristhenis undas,
Aut Tanais gelidas si qua bibebat aquas:
Tantus erat belli virtute, & pectore tantus:
Boja sub hoc latè creverat ora Duce.

III. LYBVSSA.

NAte fuit Gracho præstans virente Libyssa:
Virgo Sibyllæo nobilis ingenio.
Illa Boëmorum dux imperitavit in oris:
Fœmina tot magnis præfuit ipsa viris.
Prima VVisegardi vallatam munijt urbem;
Hîc ubi turritis Praga stat alta jugis.
Laude pudicitiæ insignis, dextraque potenti:
Pectore non ipso, quo fata, Patre minor.
Eius ad exemplum leges defendit honestas,
Iuraque pugnaci reddidit æqua foro.
Gentis amans fatis perfungitur Herojna:
Linquit & accito patria regna viro.
Condidit exstructâ quos mole Libyssa penates,
Nomen adhuc, illa nomina dante, gerunt.
Illic arma frequens, & equos, currusque tenebat:
Post obitusque sub hac membra locavit humo.
Et nunc illa quidem cunctos memoratur in annos
Vna sacras inter nota Sibylla deas.

IV. PRIMESILAVS.

EGerat incultis qui Primesilaus in arvis,
Ruris odoriferas horridus inter opes:
Ecce loco medijs ad sceptra vocatur ab agris:
Omine fatalis cœpta probante rei.
Non erat ambitio populis, non fastus in illis;
Sed decus in niveâ simplicitate fuit.
Nondum structa suis coluêre horrentia tectis
Culmina, nec muris oppida clausa novis.
Vtque fagum latè, & dispersum montibus altis;
Cogeret in septis ad meliora, genus:
Coctilibus fundat turritam mœnibus urbem:
Hospitium populis, confugiumque suis.
Quam, medios lene distinguens agmine tractus.
Corniger irriguus Mulda pererrat aquis.
Indidit huic urbi nomen memorabile Praga:
Hac ipsum, quid agat, voce rogante Deâ.
Sic ab agendo suum ceperunt mœnia nomen:
Iam quoque quæ Pragam lingua Boëma vocat
Vrbs olim Ausonij ten crevit agendo Quirini;
Atque suum toto sustulit orbe caput:
Pragi labore suas ita condidit inclyta vires:
Quæ nunc in tantæ molis abivit opus.
Ipse tulit leges, regni munimen, honestas;
Et pondus leges jussit habere pias.
Tum castos æquo coluit moderamine mores:
Exemplum vita civibus ipse suis.
" *Iura potest alijs dare convenientius ille,*
" *Paruit imperijs qui prior ipse bonis.*
Sic virtus, sic alma fides, sic optima crevit
Pax, & quæ lætâ pace parantur opes.

V. NIMISLAVS.

NI Pater hanc tantis fundasset legibus urbem,
Ipsa piam & fati cura tulisset opem:

O quæ

O qua pernicies, quæ damna secuta fuissent,
Sceptra Nimislaus regia quando tulit!
Quàm non ille fuit sublimibus aptus habenis!
A patre quàm vixit degener ille suo!
Fregit iners turpi muliebre libidine corpus:
Mollia securis otia rebus agens.
Ingenio quòd hebes, quòd nulli accommodus arti
Esset, ab hoc illi nominis illud erat.
Hic meruit quoque Dux Epimetheus jurè vocari:
Nomine cum rebus conveniente suis.

VI. MNATA.

Mnata dein capiens defuncti fræna parentis,
Muneris expediit non benè jura sui.
Ille feras silvis per inhospita lustra secutus,
Venatu rigidos exagitabat apros.
At Versobitius, proceres non vltimus inter,
Sæpè sui impleret quum Ducis ille locum.
Mox clandestinis populi affectavit habenas
Fraudibus, excussâ, cum probitate, fidê.
Fraus patuit: regni pro munere, funera letho
Rettulit: hoc illi perfida cura dedit.

VII. VORICIVS.

Filius egregijs subit inde VORICIVS ausis:
Et patrias amplis viribus auget opes.
Mysorum domitor, Moravorum victor & ipse:
Clarus & armorum, clarus & arte togæ
Militia carus socijs, & civibus æquè:
Aeternùm nescit vivida fama mori.

IIX. VVENCESLAVS I.

Nec te Calliope mea VVENCESLAE silebit,
Digno pio æterna laudis honore coli.
Fortis, & acer eras magnis bellator in armis:
Terror & est hosti nominis umbra tui.
Seu faciem pugnæ componere, seu fera velles
Cuspide moliri prælia, doctus eras.
Ducere quà fossas, quà propugnacula fossis
Addere, quò deceat castra tenere loco:
Hostibus ad versos quali defigere nervos,
Et posses castris exuere arte suis:
Singula tu noras: semper tibi miles in armis,
Fortibus aut hastis experiundus erat.
Tum post egregios belli pacisque labores,
Terrenas linquis, fidus & ipse, domos.

IX. NECLA.

NECLA dein regnis successit natus avitis:
Hæret has fati munere nactus opes.
Non ille ingenio, non fortibus utilis armis;
Non, qui tot populis dux foret, aptus erat.
Invidet hos patruus tunc Vratislaus honores:
(Invidia ah quantum perniciosa nocet!)
Ille suis multos parêre coëgit habenis:
Multa dolet, metuit plurima Necla pavens.
Forte Duci corpus Silericus habebat, & artus,
Consimilesque oculos consimilesque genas:
Illius hic vltrò se fortibus induit armis:
Et verum ficto sustinet ore Ducem.

Et Neclam referens, campis procedit apertis:
Illaque vix paucis res manifesta fuit.
Impia sunt illo consulta oracula bello:
Et Dijs heu juvenis victima casus obit.
Quid dijs humanâ ô miseri quid cæde litatis?
Lædunt, non placant talia sacra Deum.
Fulget utrinque acies densis asperrima telis:
Anceps pugna diu: multus ubique cruor.
Ad Neclæ tandem flexit victoria partes:
Fusaque sunt vasti castra superba Ducis.
Pro Duce quique suo steterat Silericus in armis
Strenuus, infesto casus ab hoste cadit.
Felix, egregio decorant quem funera casu:
Pro patriâ decus est sustinuisse mori.

X. NOSTRICIVS, qui & Hostvitus.

NEc mihi NOSTRICIVS numeris indictus abibit:
Qui suâ defuncto sceptra parente capit.
Mystobegius huic regni detrectat habenas:
His pater & genitrix uno duobus erat.
Concurrunt bello, & campis certatur apertis:
Heu scelus! in fratres Mars quid inique paras?
Bella silent tandem: sic res composta quiescit:
Nostritius regno jam fruiturque suo.
Cui Mars, & Martis semper fera prælia cordi
Vltor opes texit strenuus ipse suas:
Fortiter & patrijs rejecit finibus hostes:
Inque suo semper limite victor erat.
Affuit huic virtus, & veræ gloria laudis:
Principibus magni pars quod honoris erat.
Si tamen & veris coluissent numina votis
Vera, foret plus hic cumulatus honos.

XI. BORSIVIVS PRIMVS Dux Christianus.

PRimus BORSVVIVS Christo sua ritè professus
Nomina, cælesti sub duce miles erat.
Baptismi ille novas est fonte respersus ad undas:
Methodius tanti muneris auctor erat.
Tunc orbis rexit validas Arnulphus habenas:
Secula post Christum lapsa fuêre decem.
Læta sub hoc placidos rectore Boëmia vultus
Extulit: est tantum quo duce nacta decus.
Non quoque, si vitam dederit, majora dedisset
Dux populo, quàm quòd dogmata vera dedit.
Principis hoc summum decus est & gloria, veri
Dogmata cum sacris asseruisse Dei.
Quæ claris dederat miracula plurima factis,
Huic Ludmilla pijs dotibus vxor erat.

XII. SPITIGENVS.

SPITIGENVS regni suscepit munia natus:
Quum sua solvisset fata suprema Pater.
Ille sui coluit vestigia sancta Parentis:
Et merito sacras auxit honore domos.
Strenua seu belli Mars posceret efferus arma:
Candida seu lætæ tempora pacis erant:
Strenuus egregijs bellans se gessit in armis:
Lætus, & optatâ pace quietus erat.

XIII. VRATISLAVS.

Alter ab undecimo dein VRATISLAVS habenas
Excepit, frater Spitigenaee tuus.
Non minor ingenio Dux, aut virtutibus ullo:
Sedulus hic patrias fovit & auxit opes.
Et curam sacrae quia relligionis haberet,
Est habitus veri dignus honore ducis.
Caetera facta latent densis abstrusa tenebris:
Conscia dum vates non habuere suos:
Totque piae laudes, tot jam periere labores,
Quos magni quondam sustinuere Duces:
Cura quòd Aonidum non adfuit ulla sororum:
Quarum perpetuo carmine vivit honos.

XIIII. VVENCESLAVS II. SANCTVS.

VVENCESLAVS ab hoc regni gerit inclyta Sanctus
Sceptra, chori manibus tutus ab angelici.
Clarus hic emicuit per sancta oracula princeps:
Edidit ac miris facta stupenda modis.
Hic avia castâ puer enutritus in aulâ,
Semper amans verae relligionis erat.
Omnibus ornatus virtutibus extitit Heros:
Exegit castos & sine labe dies.
Carus ob id populo, totique ex ordine plebi,
Semper eum meritò qui coluere, fuit.
Invidet huic animi, genitore creatus eodem,
Invidet & regni Bodesilaus opes.
Ille modum meditans, fratrem quo tollere posset,
Invenit astutas, ingrediturque vias:
Mater huic doctas ostendit Debrona fraudes:
Caedendus frater quâ ratione foret.
Ergo lauta vocant ipsum ad convivia fratrem:
Frater adest, nec quid, cur malè fidat, habet.
Sed miser ut primùm fraternas venit in aedes;
Innocuo sparsam sanguine tinxit humum.
Sorpta sed est tristi saeva telluris hiatu
Debrona, quae tanti funeris auctor erat.

XV. BOLESLAVS I.

IMperij cupides ita BODESILAVS honores
Ingenij rapuit calliditate sui.
Non hic posterior belli fuit artibus ulli:
Improbior quamvis, asperiorque fuit.
Acrem animum, saeves animi referebat & astus:
Tinxit & innocuo sanguine saepè manus.
Ingemuit miseros enervata Boëmia casûs:
Fata querens aevi, servitiumque sui.
Dux demum tristi morbo consumptus obivit:
Et scelerum statuit mors inopina modum.

XVI. BOLESLAVS II. PIVS.

NAtus ab hoc, & erat qui nomine dictus eodem
Boia, suo melior, regna, parente tulit.
Inclyta tot structa qui condidit atria templis:
Quot digitos hominum corpus habere solet.
Adjecitque sacris ingentia munera fanis;
Unde Sacerdotum copia posset ali.
Ergo Pij verè meruit praeconia regis:
Quodque fuit dictus nomine, mente fuit.

At simul imperio ter denos præfuit annos:
Ipse Deum, procè quem ritè colebat, adit.

MILADA.

AT quo te memorem, pia Milada, carmine virgo?
Digna pios inter nomen habere Duces?
Quâ non est studijs illustrior altera sacris:
Altera nec magis est digna puella cani.
Vera tibi pietas, divûm & reverentia cordi,
Quaque fides justos nos facit esse, fuit.
Tu veros Christi asservisti semper honores:
Tota ministerio dedita cujus eras:
Tu sacra fundasti nitidis collegia templis,
Quà pubes studijs est bona culta pijs.
Tu veneranda Dei docuisti jura sacerdos:
Auratas texit sic tibi vitta comas.
Ritè loquebaris, filo seu sulta Boëmo,
Seu velles Latijs fundere verba sonis.
Conspicitur quod adhuc Viti venerabile templum,
Nominis est ingens munus honorque tui.
Ergo tuæ laudes, & gloria vera manebit:
Cultus adhuc sanctæ dum pietatis erit.

XVII. BOLESLAVS III.

TErtius hinc fatis patre functo BODESILAVS
Succedens, regni munia natus obit.
Inclytus hic animi cum sortiretur habenas:
Non quod ego, sed quod lex jubet (inquit) agam.
Sint modò tranquillæ, sint dulcia tempora pacis:
Neu subitus patrias appetat hostis opes.
Vana nec augurij sacâ tulit omina mente:
Advena (vix frænos sumpserat) hostis adest.
Namque, vetus validas Gratchus quas condidit arces,
MESO Poloniacis ceperat ortus avis.
Illàc, ut dulcem posset componere pacem,
Suscipit infelix Bodesilaus iter.
Placato nihil hîc sibi triste timebat ab hoste:
Factus at heu nimiâ credulitate miser.
Nam simul hûc animis venit deductus amicis
Infelix oculos perdidit ipse suos.
Nec numero quisquam sine cæde relictus ab illo,
Fidus ei domino qui comes ibat, erat.

XIIX. IAROMIRVS.

DEbita IAROMIRVS capis hinc insignia frater:
Croigenûm lætas qui moderetur opes.
Eximiæ juvenis, spem præbuit indolis ille:
Tanta animo pietas, tantus in ore decor.
Si par ingenio tantùm fortuna fuisset,
Damnaque sensisset perniciosa minùs.
Heu mihi, quàm fatis fuit exagitatus iniquis!
Quanta tulit tanto non patienda Duci!
Forte per umbriferos, nemora inter inhospita, colles:
Insidias timidis dum struit ille feris:
Heu procerum capitur sceleratâ fraude suorum,
Dum sequitur prædam, præda fit ipse suis:
Invictisque cavâ religatur ab arbore vinclis,
Pectora supremum nudus adusque femur.

Ipse dolo

Ipse dolo juvenis procerum superatus inique
Invocat (heu) sanctam numine teste, fidem.
Fataq; vos silvae, mea tristia cernitis, (inquit)
Vos testes colles, vos nectis antra meae:
Si merui; simul hi lunato spicula cornu,
Et jaciunt densa tela trisulca manu.
At scelus obstupuit gravis execrabile Tellus:
Et Dryades vultus occuluere suos.
Intereà cælo subitum comparuit alto,
Attulit optato quod pede, numen, opem.
Insignis specie juvenis, vultuq; decorus
Astitit: humanus non fuit ille decor.
Ille feræ exuvijs & pelle Libyssidis, alto
Vertice, & hirsuto tegmine cinctus erat:
Obtensoq; Ducem corij prætexit amictu:
Et ferri in ventos irrita tela dedit.
Numinis objectu juvenis servatus amici,
Illæsus membris constitit ille suis.
Baptistamq; refert hunc fama fuisse Ioannem;
Corporis indicium forma decorq; dedit:
Quæ nunc testantur posito delubra sacello:
Illius & tractum nomen honore tenent.
Praga dein tristi Mesone sub hoste Polono
Passa fuit longas obsidione moras:
Capta sed est tandem, geminos vallata per annos:
Iaromirus salvâ tutus in arce fuit.

XIX. VLRICVS.

Lumine jam captus quum Bodesilae fuisset,
Et Praga victas Meso teneret opes:
Ipse novas rapuit Dux VDALRICVS habenas:
Mensoni celeres opposuitq; manus.
Cæsaris Henrici fuit hic eductus in aula:
Germanus frater Bodesilae tunc.
Cepit is ingentem Diebiza in rupibus arcem:
Protinus & Pragæ mœnia victor adit.
Obruit & celeri sternentes Marte Polones:
Ipse quibus Bojam rursus ademit humum.
Mesco fuga patrias subitò dilapsus ad oras,
Tristia cum turpi damna pudore tulit.
Solus is ut regni posset ditione potiri:
Iaromirum lucis privat honore suæ.
Egit hic assiduis duros venatibus annos:
Suetus in herbosa tendere valle sinus.
Hoc illi studium fuit, has exercuit artes.
Hic locuples illi præda petita cadit.

XX. BRETISLAVS.

Albiatâ genitus nymphâ mox BIZETILAVS,
Alta capit valida regna tenenda manu.
Adsuetus bello, Martisq; laboribus ille,
Militiæ claros egit in arte dies.
Nec patriæ solas protexit ab hostibus oras.
Addidit & regnis extera regna suis.
Exuit excelsam muris sublimibus urbem.
Quæ fuit à Gracho nomen adepta Duce.
Et quas antè ferus sibi fraude paraverat hostis,
Vrbe sub hac captas victor ademit opes.

Indita Grazenia forti quoque mœnia bello
Cepit, & imperio subdidit illa suo.
Crux erat è flavo, gemmis ornata, metallo;
Ingentes regum quæ superabat opes:
Quãq; patrum multos adytis servata per annos,
Sacra diu magna relligione fuit:
Abstulit hanc spolijs: tristes dant templa querelas:
Sancta profanata congemit ara cruce.
At non Henricus Cæsar tulit illa secundus:
Imperij rexit qui moderator opes:
Magnanimumq; Ducem data damna rependere jussit,
Et sua quæ fuerant reddere quæque loco.
Arma capit subitò collectis undique signis:
Et rapido Bojos milite vastat agros.
Mox certo latam pepigerunt fœdere pacem:
Cæsar & Austriacam rursus adivit humum.
Pace domi facta Boijs regnator ab oris
Pannonios sævo Marte petivit agros.
Acris at huic calidos artus mox febris adussit:
Et nequijt forti cæsus ab hoste mori.

XXI. SPITIGNEUS II.

QVi, Ducis imperio, regnis successit avitis,
SPITIGNEVS patrias forte regebat opes.
Indole non clarum, nec dexteritate parentem
Rettulit, ingenua nec pietate, suum.
Asper & indomitus nutrivit acerbiùs iras:
Gessit & austeri jura severa Ducis.
Ille Boëmiacæ de finibus expulit oræ,
Teutonico nati sanguine quotquot erant.
Iutha nec exilij tu fato libera, quamvis
Dona suæ per te lucis haberet, eras.
Invasurus erat sævo quoque milite fratrem:
Fugit at in terras, Pannonis ora, tuas.
Dulcis at intereà vinclis constringitur uxor,
Illa sui sortem ferre coacta viri.
Illa perit partu; viduo fit nupta marito,
Filia Pannonico Rege parente sata.
Ergo Spitigneus perculsus mente pavente,
Inugeret Hungaricas ne sibi frater opes:
Sponte sua veniam placato à fratre reposcit:
Et domino reddit mox bona adempta suo.
Tum simul unanimi coierunt pectore fratres:
Duxerunt placidos & sine lite dies.

PANTALEONIS CANDIDI
Austriaci

REGES BOEMICI.

I. VRATISLAUS I.

SPitigeus cæli teneras ubi cessit in auras,
Dux fate ponens animam: tunc frater avitas
Accipit VRATILAVS opes: qui debita forti
Sceptra manu gestans, subjectis æqua per urbes
Iura dabat latè populis; vitaq; decentes

Ipse gerens casta mores, exempla sequendi
Clara relinquebat virtutum, atque omnis honesti,
Per vitam: sanctâ pollens pietate, Monarchas
Aequabat studio recti, Christumq; colebat:
Aliaq; continuis fundans collegia sacris
Erexit templa; atque scholis templisq; dicavit
Munera multa, Dei deservitura decori.
Atria quando novis struerentur & ardua muris,
Quæ cernuntur adhuc, magnæ sublimia Pragæ;
Ipse humeris subijt, saxorum & mole gravatus,
Grande gerebat onus Princeps, fundoq; locabat,
Tunc fratres Moravûm frænabant legibus urbes,
CONRADVS præstans, & OTHO, sanctamq; colebant
Inter se læti socialis fœdere pacem:
Et templis castos mores, cultusq; sacrorum
Multo instaurabant ritu, censuq; juvabant.
Austrius at postquam sævis Leopoldus in armis
Flaventes Moravûm vastaret milite campos,
Infestam exercens per rura, per oppida cladem:
Austriacas Rex tunc signis digressus ad oras,
Induit & spolia, & magnam tulit acer opum vim;
Inde domum repetens cum milite victor abivit,
Germanum ipse vicem prægrandibus ultus in armis.
Acribus interea tendentes Saxones armis,
Discordes egère manus; bellumq; parantes,
Plurima vicinos faciebant damna per agros:
Fortia quos fuerant scari per prælia nati
Devicit justaque premens compescuit irâ.
Quin & Germanum insidias sibi sponte parantem
Expulit Olmizæ tectis: urbemque vicissim
Ipse dedit nato, patria virtute regendam.
Sic forti egregios meruit sub Marte triumphos.
Idcirco tantis ductor virtutibus actus,
Ob bene res gestas, animiq; virilibus ausis
Inclytus, insignes accepit Regis honores;
Mogus ubi vitreis Rheni confunditur undis:
Cæsaris Henrici auspicijs, qui rector habebat
Imperium Quartus, magnâ Germanidos orâ:
Post Christum nitidis ubi mille absolverat orbes
Phœbus equis, deciesque octo, & sex insuper anuos.
Salve magnanimûm decus immortale virorum:
Hæc te majestas, hi te splendoris honores,
Munera virtutis veræ, preciumque laborum,
Digna fuère: Deo virtus est inclyta curæ.

INTERREGNVM.

POst CONRADVS obijt Regis datà munia fratri:
Tres alij cui mox fratrum subiere nepotes;
Ordine quique suo, ceu cuilibet obtigit ætas.
Non hi se tanto dignati nomine Regum,
Indultum quod avo duntaxat scilicet uni
Crediderant, titulis procul abstinuère superbis.

VLADISLAVS REX II.

PRoximus Vratilaë tuo de sanguine cretus
VLADISLAVS, opum regniquè assertor aviti,
Insignes titulos, patriæ & decora alta recepit.
Nam Fridericus ei, fuit hoc qui nomine Primus,

Illustrem

Illustrem veteri regum de more coronam
Ferre dedit: fortēq́; insignia splendida jussit
Gestare in clypeo, rufi simulacra Leonis,
Cui bifida alternos sinubus cauda implicat orbes;
Pro meritis pretium, & pro magnis munera gestis,
Quæ bonus ediderat forti, pro Cæsare, dextrâ,
Italiâ in magnâ, Medijq́; ad mœnia Landi.

INTERREGNVM.

INde SOBISLAVS frænos moderatur avitos,
Qui procul errabat Boijs à finibus exul;
Auspicio electus vulgi: quum sidereus Sol
Quinquies ipse suus lustrasset cursibus orbem.
Post FRIDERICE subis, & qui CONRADE quirites
Cæsare vidisti comitante, in Apulidos orâ:
Ipse tuam mœsto solvisti funere vitam.
VVENCESLAVS III. *BRETISLAVS ab hoc; quem VVenceslas secutus*
Frater erat; bis Ducum titulos & munus habebant.

PRIMISLAVS REX III.

TErtius hinc magni tulit inclyta nomina Regis
PRIMISLAVS ovans: Cæsar diadema Philippus
Cui dedit, & tanto regni insignivit honore.
Ille Ducem VVanceslaum victricibus armis
Exuit imperio: referens te clare parentem
VLADISLAE suum; regni qui sceptra Secundus
Nuper, & insigni gentem virtute regebas.
Hic geminos habuit carâ de conjuge natos:
Quorum Zechiadas hic VVENCESLAVS avitos,
Accepit magna rector ditione tenendos;
Alter at OTTOCARVS magni post fata parentis
Iura dabat Moravis, custos in limite, terris.

IV. VVENCESLAVS IV.

REs adijt regni dein VVENCESLAVS opimas:
Haud exors animi, nec avitæ laudis egenus:
Cui facies oculo informis se infecerat uno.
Non ullam thalami sobolem, non pignora vidit:
Bis septem stabiles at regno præfuit annos.

V. PRIMISLAVS, qui & Ottocarus.

PRotinus OTTOCARVS successit in ordine frater:
PRIMISLAVS & hic fuerat quoq; nomine dictus.
Ingens ille animis, ingenti & pectore notus:
Non modicas possedit opes; regnumq́; tenebat
Immensum, quà se Oceanus sub parte Boréa
Impedit, & quà se volvit Mavortius Ister:
Et quà cæruleo vagus insonat Adria ponto.
Sed non his opibus vitam contentus agebat:
Et quò plus habuit, tantò majora petebat.
Idem Martigenas forti lætissimus Hunnos
Invasit bello victor, magnisq́; recessit
Indutus spolijs, & opum successibus auctus.
Quin & anum Austriacâ nuper de stirpe relictam
Connubio adscivit sterili, dotalia captans
Arva magis, culti & pinguissima jugera fundi.
Inq́; Carinthiacis magnas regionibus urbes,
Principe ab Vlrico, precio mercatus opimo,
Adjecit regnis: proprio & sub jure redegit
Finitimam Italiæ terram: quà saxeus antro

Desilit,

Desilit, absorptoque refunditur amne Timavus:
Queq; nivosa colunt crassi juga gutture Carni.
Huic simul Imperij deferret sceptra Senatus
Inclyta Germani, & summi Rectoris habenas:
Abnuit, & santos animo contempsit honores:
Pluris Conjugenum jactans gerere ardua regni
Munia, quàm gentis Germanidos esse Monarcham.
Felix, ni magno gestans sub pectore fastus,
Cæsarei solij se submisisset honori:
Nec dubij potius ferret discrimina belli.
Ottocarus ruit hinc, Cæsar ruit inde Rudolphus:
Inter se cupidis procul adversantur in armis.
Ille suo fidis numero, sed robore Cæsar,
Ac causæ bonitate suæ: quæ scilicet acres
Militibus stimulos virtutis inertibus addit;
In pugnasq; vocat plena spe, & numine dextro.
Sed læto tandem victoria læta Rodolpho
Applicuit, cæso & pugnam Fors Rege diremit:
Regis at occisi nudum atque exangue cadaver,
Funestis ereptum oris, victore volente,
Vicina Znamæ subter fuit urbe sepultum
Hoc fatum, hic tanti Regis fuit exitus, hæc fors:
Cui ferus exitio vanæ fuit impetus iræ,
Visque animi, & tumido collecta superbia fastu.

VI. VVENCESLAUS SANCTUS V.

TOt celebres inter generoso sanguine Reges,
Qui pietatis habent veræ, & virtutis honorem,
Sancte micas multo tu VVENCESLAE *decore.*
Heroum si quod fuerat nam laudis in ullo;
Illud in hoc multis tumulatum præstitit uno
Principe: hominibus non hoc mansuetior alter,
Non humanior, aut metuendo strictior æquo.
Huic semper magnæ fuit ipsa modestia curæ,
Et pietas, & sancta fides, & sedula vota
Ad superos: primis Christum observavit ab annis
Religione pia mentis: quum pectore toto
In precio castos templi servavit alumnos:
Doctorum egregius pater, assertorque virorum.
Ille pias amplis stabilivit legibus urbes;
Facta suis prohibens diris enormia pœnis:
Iustitiamque fovens, res & virtutis honestas.
Fœda voluptates irritamenta malorum
Semovit procul ex oculis: vitamque pudicam
Sobrius exegit: modici mediocria victus
Munera amans: luxus acerrimus osor inertis.
Pragensem quum fortè furor Vulcanius urbem
Invasisset, & ad terram cum strage dedisset
Eductas cælo moles, & structa sub aurat
Culmina divorum, simul ipsas civibus ædes
Exustas: Rex ipse vicem miseratus iniquam,
Ingentes huc vertit opes; & munera magna
Contulit eversæ cultoribus urbis alumnus:
Extuit in miseros princeps & largus egenos:
Sic magna merita est ea munificentia laudem.
Adde quòd illustres patria virtute Polonos
Imperijs princeps subjeceris ipse volentes

Spontè suis, quorum frænos & sceptra gerebat.
Ter denos & tres quum Rex vixisset in annos;
Ipse diem placidè post VVenceslaus obivit,
Nominis æternam laudemq́, decusq́, relinquens.

VII. VVENCESLAVS VI. MALVS.

NOmine, non ipsum retulit virtute parentem
Ille novus regni qui gessit Natus habenas.
Seria postbabuit levibus nam munia rebus:
Ocia pravus agens, exangue libidine corpus
Polluit, & teneros maculavit sordibus annos.
Nec tulit hoc impunè Deus: subit ultio turpes
Fatalis mores: tria corpore vulnera cæso
Accipit, & tristes persolvit sanguine pœnas.

IIX. RVDOLPHVS AVSTRIVS.

FOrte Carinthiacis veniens Henricus ab oris,
Cui thalami fuerat sociali regia lecto
Iuncta soror, Bojas Dux affectabat habenas.
Cæsar at Albertus signis victricibus illum
Reppulit; & nato dedit inclyta regna Rodolpho,
Quin etiam socij sancta ad connubia lecti
Egregiam huic animi conjunxit Elisabetham
Herois: quæ Divæ sibi, dum vita manebat,
VVenceslaë thoro conjux vivebat amico.
Ille quidem magna regni spe munia cepit:
At tristi subito correptus corpora morbo,
Decessit vitali aura: gentiq́, Boëmæ
Ipse sui desiderium, lacrimasq́, reliquit.

IX. HENRICVS CARINTHIVS.

TVm locus Henrico regni datus: illum adeò omnes
Vno animo, ac studijs æquis, magnoq́, favore
Croigenæ legêre Duces: fratremq́, Rodolphi
Affectatorem sceptri pepulêre: nec illum
Aut regere imperium sivêre, aut sceptra tenere.
Multa quidem Albertus Germana per oppida Cæsar
Ipse laborabat: Bojûmq́, ingressus ad oras
Acer in Henricum bello sæva arma ferebat:
Sed nihil his actum impensis: non deijcere illum,
Aut movisse loco potuit: tandemq́, cruento
Funere præventus, magnis procul excidit ausis.

X. IOANNES LVCELBVRGIVS.

INde Boëmorum tenet ardua regna IOANNES:
Cui pater Henricus terra Germanide Cæsar
Fœdere connubij junxit, Rex Dive, sororem
VVenceslaë tuam: magnæ quam ad mœnia Spiræ
Allectam blando alloquio, & spe divite traxit.
Ipse Carinthiacas furtim se Henricus ad oras
Proripit, ingentem servans sub corde dolorem.
Ille per Italiam multas ditione recepit
Latè urbes, gravibus quas est tutatus in armis:
Immunis fati vice, bellorumq́, tumultu
Quæ duo tùm inter se regni pro sede gerebant
Magnates; Bavarus quorum hic fuit, Austrius alter.
Multa etiam belli vi subdidit oppida regno,
Martia fertilibus quà læta Silesiæ campis
Claret: & excurrens Australis ad inclyta terræ
Limina, se prædâ atque suos ditavit opimâ.

Atque hinc cognatis quum sese immitteret armis,
Gallorum auxilio fubiens, se Marte Britannis
Oppofuit; multosq́ atrum demifit ad Orcum
Ipse viros dextra ingenti fortißimus Heros:
Occubuit fimul, ætheræ & fe reddidit aulæ:
Quum feptem regnum tenuiſſet ſceptra Boemum.

XI. CAROLVS IV. IMP. ROM.

Filius egregijs ut CAROLVS inclytus armis,
Tartaricas forti pepuliſſet Marte cohortes:
Et juvenis patrias defenderet acribus oras
Belli aufis: ac Veronæ jam figna potentis
Fudiſſet: nulla folitus defiftere pugna,
Dum robur dextræ, & fupereſſet corpore fanguis:
Inclyta defuncto fufcepit regna parente;
Acceptus plaufu ingenti, populiq́ favore.
Et quanquam curæ jam fat, vel honoris haberet,
Croigenum tamen invidit Germania fatis:
Carolum ad imperium folenni more vocavit,
Iura daret, ſceptrumq́ potenti Marte teneret.
Hic res Zechiadum egregia virtute fovebat:
Divitijsq́ ornans late cumulavit opimis:
Structa dedit pulcris immenfa palatia tectis,
Et magnam taſtis formavit moribus urbem:
Impofuitq́ pias leges, & vincula legum:
Omnia quæ tanti reſtant monumenta laboris.
Martia dein veteris repetivit tecta Quiritū,
Sedatos poſt Florenti fuper urbe tumultus,
Pacatosq́ Duces, & amata in fede locata
Gente Gibellina, Guelphis procul inde repulfis:
Ante nec Aufoniam quisquam digreſſus ad urbem,
Magnatum fimili pompæ fufceptus honore eſt.
Inde per Italiam compoſitis undique rebus,
Teutonidum invifit terras, populumq́ue potentem,
Et magnis patrias rexit virtutibus oras:
Quemq́ procellofa dejecerat aſpera paßim
Vertice tempeſtas, Moldæ per flumina pontem
Reſtituit: magnam & VViſſegradi munijt arcem.
Sed tulit hoc longè majorem nomine laudem:
Inclyta Pierijs quòd condidit atria Mufis:
Hoſpitioq́ ſuo, patriaq́ in tecta recepit
Accitas Helicone deas: facrisq́ vacare
Artibus, & teneram ſtudijs formare juventam
Imperijs dedit ipſe ſuis: magnusq́ue repentè
Emicuit juvenum numerus: queis dulcia curæ.
Dogmata, & æternum cum Muſis quærere nomen.
Hinc plantata novis Mufarum floribus arva,
Fertilis humentes quà volvit Eliſter arenas,
Ad liquidas Phylira turres, connexa verendis
Ex hedera & myrto fuderunt ſerta Camœnis.
Hæc igitur tibi laus, hæc gratia Carole habetur,
Aevi perpetuos longùm manſura per annos:
Donec viva piæ remanebunt nomina Muſæ.
Salve perpetuumq́ vale, flos optime Regum.

XII. VVENCESLAVS CAESAR.

Heu quantum Imperium Nato tot grandibus emtum
Impenfis nocuit: genitor quas Carolus ultrò

Electis septem ipse viris dare sponte recepit:
Insuper ac dedit, & stabili pro pignore dites
Præbuit aut urbes, aut vectigalia solvit:
Ipse sui tantùm voti quò compos abiret:
Et natum Imperij rectorem sedis haberet.
Degener at clari genitoris moribus ille,
Otia, desidiamq; animi sectatus inertem,
Posthabuit curam regni: luxuque solutus,
Farsit sesquipedem præpingui abdomine ventrem:
Amotus donec regnis, inglorius atro
Carcere conclusus, tituli spoliatus honore est:
Et tandem exegit privatus honoribus ævum

XIII. SIGISMVNDVS. IMP.

SVmma dehinc regni cessit revoluta Boëmi
Fratris ad arbitrium: qui fortibus inclytus Hunnis
Iura SIGISMVNDVS magnâ ditione ferebat:
Res idem Imperij Germanus Cæsar habebat.
Ille novercantis exercitus acribus heros
Fortunæ vicibus, casus toleravit acerbos,
Pannonijs captus manibus: sed liber abivit
Rursus, & ad veteres regni pervasit honores.
Hoc misera ô quantas sub Rege Boëmia turbas,
Quamq; graves sensit se commovisse furores!
Quàm nihil in patriâ vidit regione quietum!
Quàm nil dulce! fuit diris fataliter actum
Hoc ævi: trux humanu ea inhorruit oris
Tempestas: simul Ausonia, simul Hungara tellus,
Teutonidumq; status regni, divûmque hominumque
Res convulsæ illo labem traxere tumultu.
Quum nova sparsissent Bojemæ semina genti
Christiadum versura fidem, vulgaria contra
Scita patrum, nomen qui gesserat Anseris albi
Hussus, quiq; comes captus Hieronymus ibat:
Sacrorum addicti studijs: unde eminus omnis
In varias abijt distracta Boëmia sectas.
Ne gravis augeret porrò contagia pestis,
Fortiter occursum primo fuit: ignibus ambos
Tristibus auctores, magno Regumq; patrumq;
Concilio addictos Constantia misit ad umbras,
Sulfureos inter strepitus, flammasq; crepantes:
Et cineres Rheni flaventibus obruit undis:
Has flammas, simul has undanti flumine lymphas
Protinus omne luis vitium absumpsisse putatum est.
Eheu quanta sed hæ genuêre incendia flammæ:
Quum passim populos hic corrupit ignis, & urbes.
Nec satis est, quantum Rhenus, quantum Ister inundat,
Hos cineres abolere, gravesq; exstinguere flammas.
Quod bello nequijt, componit denique Cæsar
Fœdere, relligio sua fraudi ne foret ullis.
Non illo Regum vixit præstantior alter:
Nec mage consilijs aptus, nec fortiter armis
Cæsar: in egregiâ Varadini mole sepultus:
Mortuus ipse Getis etiam trepidantibus horror.

XIV. ALBERTVS CÆSAR.

EGregius animi gener, egregiusque laborum
ALBERTVS, claro Austriadûm de stemmate natus,

Inde

Inde gubernandas studijs ingentibus urbes
Accepis patrias, socero populoq́ volente:
Tarso ferox animis, & Pogebracius acer
Contra instare odijs, tantisq́ obsistere curis
Audet, & imperij committere jura Polono.
Magnâ pugnatur vi: sed fortuna Boëmo
Risè favet victrix: simul & Germanide terrâ
Totius imperij qui Cæsar habebas habenas.
Ille etiam Hungaricas tandem revocatus ad oras,
Immanes forti compescnis ense Tomitas.
Vix ubi sed fusos pepulisset milite Turcas;
Quum Budæ reditu victor jam tecta subiret,
Plurimus infestis premeretq́ caloribus æstus;
Frigida tunc peponum funesto fercula morsu
Appetijt: diro & correptus corpora morbo,
Dum patriam repetit, fato suprema subivit
Funera, post vidui disposita negocia regni.

XV. LADISLAVS II.

INde ducem, Bavaris qui præfuit inclytus oris,
Zechiadum gnarus linguæ, & fortissimus armis,
ALBERTUM Boijs poscunt succedere regnis:
Magno animo oblatos sed qui aspernatus honores,
Legitimo hæredi deberi ea munia mavult.
Aetas quem patrijs jam tunc insistere regnis
Immatura vetat puerum, nec talibus aptum
Imperijs: regerent sed suasit Cæsar ut æquis
Auspicijs, inter proceres se, quiq́ potentis
Pollerent generis titulo, quiq́ optima rebus
Consilia, & forti possent se ostendere dextrâ:
Donec ad has ævo juvenis foret aptus habenas.
" *Nulla diu socios inter manet æqua potestas:*
" *Sic etiam stetit ista ducum concordia discors.*
Vix tandem magnis compulso Cæsare bellis,
Ad præcincta Novæ quæ mœnia pertulit urbis,
Ipse manumissus puer est, & traditus ultrò;
Austriacas ut res, & Pannona sceptra teneret:
Et stabili invictos regeret moderamine Bojos.
Incingit teneram fulvo diademate frontem,
Ingentes inter proceres, confertaq́ vulgi
Agmina gratantis: juvenum pulcerrimus unus
Ingenio ante alios LADSLAVS, & indole clarus:
Nec pietate minor nam se maturior annis
Extulit angusto vernans sapientia flore.
Sed nihil ô miseris fexum mortalibus unquàm,
Perpetuumq́ nihil: vix tantos nactus honores,
Humano eripitur fatis puer ilicet ævo.
Namque ubi sollennes læta ad sponsalia pompas,
Galle tuam thalamo juncturus Carole natam,
Apparat, ingentis sub splendida mœnia Pragæ:
Ipse gravi (heu) juvenis casu collapsus honestum
Deposuit caput: & Christo in sua vota vocato,
Ipse suos inter flentes & acerba gementes,
Humanas posuit curas, vitamq́ reliquit:
Efflans æthereas animæ spiramen in auras:
Vix semel Eoas quum Phœbus ijsset ad undas:
Et juvene (heu rediens graviter doluisset adempto.

XVI. GEORGIUS POGEBRACIUS.

EXempto humanis jam funere Principe rebus,
Regna vacant pariter Bojorum, & Pannonis oræ.
Tum multi magis ultrò conatibus instant:
Sceptra petunt: petit ante alios Rex CAROLUS, ingens
Sequana flave tuas qui gesserat altus habenas:
Aut nato, aut natæ, fieret quicunque, marito
Deberi imperium memorat: quando illius ultrò
Ipse sibi generum regem jam adsciverat ora.
Tuq; Polone parem curam CASIMIRE gerebas:
Regia cui fuerit conjux soror; & tibi Regis
Iuncta soror thalamo Saxo GUILIELME manebat
Cæsar & hanc pariter curam FRIDERICUS habebat
Pro se quisque pari studio, & ratione laborant:
Austriadum & proceres jam pacta urgere parabant:
Quòd soboles defecisset modò mascula Bojos.
Nil Cæsar, nil affines potuere, socerve:
Ipsa fidem nec habent jam fœdera pacta, piumq;
Ipse sed ante omnes Rex POGEBRACIUS exit
Victor, & egregios gerit insignitus honores,
Fortunâ moderante vices, & numine fatum.
Scilicet hic mores in relligione novatos,
Sensaq; scriptorum, inventor quæ protulit Hussus,
Asseruit longè, & studio complexus amico
Dogmata, consuetis pugnantia ritibus alti
Præsulis, Ausonia qui regna tenebat in ora.

XVII. VLADISLAUS.

EXin VLADISLAUS obit data munia Regis:
Cui Germana Ladislai pulcerrima mater,
Et genitor Casimirus erat rex ille Polonus:
Ingenio, & multo juvenis spectatus honore.
Quem simul ut regem maturior attigit ætas,
Ingentes animis proceres virtutibus omnes
Exsuperans, fama in cœli sese extulit auras.
Non alius regum gessit felicius illo
Imperium, aut plures sceptrum protraxit in annos.
Et quia Pannonia quoque gessit sceptra sub ora:
Ipse pharetratris exterritum ab hostibus Istrum,
Ac Istro sua qui commiscet flumina Alutham,
Asseruit: retroq; Getas & Turcica victor
Reppulit arma, proculq; fugâ dare terga coëgit.
Tunc ultrò placidum juncto se fœdere Pontus
Exhibuit; rapidis fervens Euxinis in armis
Et septemplicibus fuit æquior Istridos undis.

XIIX. LUDOVICUS.

TRistia sed tua quo signabo carmine fata,
Infelicem obitum, miseramq; in funere sortem,
O sate magnanimo juvenis LUDOVICE parente?
Sceptra tulit genitor Bojum quò pluribus annis;
Hoc breviore tuos fixisti tramite cursus:
Ante annos mala fata ferens, canosq; seniles.
Nil tibi tam multa regnatum laude paternum
Profuit imperium, decorataq; nomine tanto
Boica majestas: quin & magis obfuit illud;
Quòd duo te pariter fecerunt regna Monarcham.
Ex quibus hoc quum tu forti defendere dextra

Rite parus,

Ritè paras, sævosq́ avertere clade Tomitas:
Et te virtutemq́ue tuam dejectus utroque
Subtraxti imperio, vitamq́ue per arma dedisti.

FERDINANDVS IMP. ROM. XIX.

Inclytus bini populi moderatus jura Boëmi;
Immensas tenuit, magno sublimis honore,
FERDINANDVS opes, Germanus Cæsar, & idem
Pannoniæ rector terræ: qui sanguinis ortum
Et decoravit, & æternos provexit in annos:
Austriadum clarus titulis, & origine gentis:
Tot quæ jam tulit, & reges fert, & feret olim;
Quorum cum sceptris mundi quoque sceptra supremi
Deficient: ubi erunt cæli altera regna receptis.
Fortunate senex, ergo tua fama manebit,
Lætaque posteritas, vestræq́ potentia gentis
Donec adhuc pietas candorque vigebit in ævo.
Salve sancte hominum Rex, & pia gloria salve,
Immarcessibili divûm redimite coronâ.

XX. MAXIMILIANVS II. ROM. IMP.

Esse Deo curæ ante alios, majoraq́ Reges
Dona, suo & majus gestare in pectore numen,
Cætera si desint magnorum exempla virorum;
Maximus hoc ævo Cæsar docet Aemylianus.
Teutonidum quem gens, totus quem suspicit orbis
Observans merito & laudem veneratur honore,
Omnibus heroëm insignem virtutibus unum.
Quòd pia Relligio Germanis floret in oris:
Aeterno quòd fas laudes persolvere Christo,
Et cæli ad superas post fata emergere sedes:
Quòd divina palàm supremi oracula verbi
Vera sonant Christi, sacrorum verus & usus
In patrijs regnat templis: tua, maxime Rector,
Efficit hoc pietas: tibi totâ cognita mente
Verba patent superûm: merito tibi Christus honore,
Atque fide colitur verâ: cui conscia vota
Ritè facis, cunctat vel corde, vel ore per horas.
Te cursusq́ tuos, & tantæ pondera molis
Commendans superûm regi: quò numine dextro
Te moderante ingens fruetur legibus orbis.
Prima tuo Pietas tenet ergo in pectore sedem:
Altera cui stabili jungit se fœdere inhærens
Iustitia; & geminas æquato pondere lances
Dextra gerens, quos vis hominum discriminat actus:
Cuique suis reddens pro dignis præmia gestis,
Fas æquumq́ue regit: ne præponatur honesto
Vtilitas, vitiumq́ ferat pulcerrima virtus.
Hinc adeò pulcris sibi constat legibus orbis:
Vt Nemesia, justasq́ timent in crimine pœnas:
Sic peccare boni virtutis amore verentur.
Pone sedens altâ fulget Sapientia mente:
Quæ res arbitrio dispensat ubique sagaci:
Singula vestigans oculis vigilantibus antè
Eventum eventus varios: quàm facta sequantur;
Sic malus absistens è vitâ excluditur error:
Ac pede succedunt rectè consulta secundo.
His adeò comes augusto Pax optima vultu

Incedens, figitq́; gradum, atque immota locatur.
Hac reliquum gravidis virtutum amplectitur ulnis
Diva eborum: rursumq́; ab eo defenditur ipsa:
Quam circum omnigenis illustrat Copia donis,
Dives opum, divesq́; bonarum illa optima rerum
At tibi pro tantis meritis, pro talibus ausis
Dij superi aeternam laudem & divina rependant
Munera, & incolumem longos tueantur in annos:
Nunc quoque regnorum titulis te pluribus ornent
Sancte Heros. tardè & cælesti accesseris aulæ.

XXI. RVDOLPHVS II. IMP. AVG.

EXin magnanimi vestigia sancta parentis
Ingressus, multo populi gratantis honore,
Sceptra nova, & regni sumis RVDOLPHE coronam:
Et patris adjuncis gemini ex ordine regni.
Lætitia fremuit latè regio inclyta Bojum
Ore favens, placidoq́; erupit gaudia vultu.
Intereà sed dum longos mea musa labores
Cunctanda gradu, & pavida suspensa timore
Distinet, ac studijs fatum felicius optat:
Ad cæli revocari aulam, sedetq́; beatas
MAXIME te visum patri AEMILIANE supremo est.
Europa hunc tristem ut deflevit territa casum:
Gaudia sic animis accepit læta vicißim
Exultans; RVDOLPHE tui quòd in alta parentis
Magne ministeria, & regni suffectus honorem,
Imperij teneas æquo moramine fasces:
Et nunc ingentes sustollit ad æthera plausus,
Te missum accipiens cælesti munere Regem:
Cujus in Adventu pariter, rumore secundo,
Et pietas maneat patrijs sanctißima terris
Jamdudum, & puro demissa ex æthere cultu
Religio; qua summa poli duce sidera adimus:
Et castum in terris læti traducimus ævum.
Cujus in adventu, nostris quæ sempe. in oris
Auspicio tulerit gressus Astræa secundo;
Nunc quoque firma gradum teneat, regnetq́; per urbes
Inviolata omnes, æquiq́; ministra, boniq́;
Cujus in imperio Pax bis lætißima terris
Adsuescat, nullos unquàm temeranda per annos:
Unde sacri læto solvantur munere cultus
Supremo; ut semper rerumq́; hominumq́; parenti:
Ut pia consilijs operetur Curia sanctis;
Publica successus habeantq́; negocia lætos:
Perpetuumq́; vigens almus decor urbibus adsit:
Et pietate domus simul, & re divite crescant:
Et nova cælestis soboles nascatur ad auras,
Quæ placida referat caros virtute parentes.

GASP. CROPACII PELSINENSIS P. L.

DVCES ET REGES BOHEMIAE.

ZECHIVS Primus Dux.

FActa cæde domi, metuens causaque sibique,
Zechus Illyrico transfuga cedit agro:

Et procul à patriâ peregrinũ quærit in orbẽ,
Cum socijs, sedes spe meliore novas.
Longum iter emensus, tandem quibus undique cincta est,
Hercinios saltus, terra Bohema, subit.
Fructiferos inibi colles, & amæna vireta
Cernens non uno, pascua læta, loco:
Tum vitreos fontes, & plenos piscibus amnes,
Arvaque culturâ fertiliora novâ:
Hunc sibi præ reliquis habitandum deligit orbem;
Indigenas poscens in sua vota Deos:
Dent aditus lætos, regnique exordia firment:
Hinc Ducis illius gens ea nomen habet.

CROCVS.

Fatidico populus defert insignia Crocco,
Quòd celebris morum dexteritate foret.
Principis ille boni sapienter munere functus,
Virtutum specimen, criminis ultor erat.
Difficiles æquo flexit moderamine causas,
Iudicio præstans liberiore fidem.
Tardus ad obsequium, nisi res manifesta vocaret:
Si quis fortè tulit munera, mancus erat.
Tres thalami fructum præstantes indole natas
Liquit præ,anus post sua fata senex.

LYBVSSA.

Filia defuncto dat jura Lybussa parente:
Et populum placidâ pace quieta regit.
Primaque turritæ ponit fundamina Pragæ,
Vultana quâ resonis corniger errat aquis.
Sed quia fœmineas gens detrectaret habenas:
Vincla subire tori virgo coacta fuit.
Præscia venturi thalamos exquirit agrestes:
Tradens ruricolæ sceptra paterna viro.

PRIMISLAVS.

Ille salutatus, dum scindit vomere terram,
Princeps imperium conjuge dante capit.
Ex qua tres natos suscepit pignora lecti,
Fœmineâ regimen sed retinente manu.
Conjuge defunctâ, fatorum arcana secutus,
Aspera demissâ plurima mente tulit:
Virginibus, septem latè grassantibus annos,
Dantibus armatâ mulcaque damna manu.
Tandem fraude dolos superat, vim vique repellit:
Agmina dum regno perniciosa necat.

VVLASDA.

Blasta puellares ducens in prælia turmas,
Infert incautis arma cruenta viris:
Horribilique refert crebros è strage triumphos:
Dum præter sexum bella nefanda movet.
Septenne imperium plenis sibi vindicat armis;
Ferro subijciens obvia quæque suo.

Iamque potestatis, populantibus arva puellis,
Spes quæ restaret parva virilis erat:
Usa dolis, quando perit astu victa doloque,
Consilio prudens Primislae tuo.

NEZAMISLIVS.

FRatribus extinctis in primo flore juventæ,
Hæres morte patris fert diadema sui:
Expers consilij, tractandis rebus ineptus,
Tardus, hebet, vitâ desidie, mollis, iners.
Quodque suos rexit, alieno munere rexit:
Quàm regere, insipiens maluit ille regi.
Defensus populi virtute, furentibus armis;
Quod reliquum vitæ, desidiosus agit.

MNATA.

MNatha nihil clarum, nec dignum laude peregit;
Otia dum sequitur, factaque clara fugit.
Abditus in sylvis, studiumque secutus inane,
Gessit enim rigidis non nisi bella feris.
Figere doctus apros, sed apros nil figere præter
Utilis: haud regno vixit, at ille sibi.
Publica quò coleret majore negotia curâ,
Admonitus populi seditione fuit.
Pace salutari sed mox cessante tumultu,
Ad veteres mores ingeniumque redit.
Vogenio tandem fatis hærede relicto,
Pestiferâ oppressus concidit ille lue.

VOGENIVS.

VOgenius viridi rebus pollentibus ævo,
Et votis procerum sceptra relicta capit.
Acer & assumtis Princeps animosus in armis,
Asseruit regni jura potente manu.
Arva molestantes Mysios, prædasque trahentes
Depulit à ripis spumifer Albi tuis.
Parte aliâ Moravos violentis contudit armis;
Efferavis patrios ne popularet agros.
Insignis bello, pacis quoque clarus honore,
Civibus acceptus militibusque fuit.
Distribuens natis sacra regni sceptra duobus,
Parte suâ placidè jussit utrumque frui.

VENCESLAVS.

VEnceslae tibi fasces efferre paterni,
Pars potior terræ nobiliorque tibi.
Zatecij tractus fratri, septemque triones
Quæ spectat regio, jure regenda datur.
O decus, ô rarum fraterni pectoris æstum!
Quàm nunc diverso pectus ab igne calet.
Invidet alterius parto non alter honori,
Unanimique gerunt pectora nexa fide.
Nunc diris odijs, regnique cupidine feruent,
Quos decuit pariter consuluisse sibi.

NECLAM.

DEses & infami stertens torpedine Neclam,
Dedecorem vitam turpiter egit iners.
Impatiens duri Martis, fugiensque laborum,
Exutus regno penè benneque fuit.

Marte lacessitus patri, non cingitur armis,
Sed bellum alterius munere tutus obit:
Qui facie referens Neclami Principis ora,
Strenuus audaci pectore miles erat.
Irruit adversos pugnans pro Principe in hostes:
Lætaque devictis Marte tropbæa refert.

HOSTVITVS.

SVccedit solio, populo plaudente, paterno
Hostuitus, sortem fratre dolente suam:
Quòd regni tum non consors adscitus habenis,
Præteritusque omni conditione foret.
Carpitur hinc odio fratris, cæcusque furore
Hostili invadit jura paterna manu.
Mox tamen absistit, procerum de pace receptis
Legibus. Hostuitus cætera lætus obit.

BORZIVOIRVS.

PRimus hic è ducibus linquens idola Bohemis,
Amplexus Christi sacra fidemque fuit:
Rore salutiferi conspersus ritè lavacri,
Conjuge cum socij pignoribusque tori.
Quæ pietas regno exutum privavit avito,
Gentiles cultus plebs ubi tota probat.
Exul apud Moravos privati nomine vixit;
Et placidè sortem fortis utramque tulit.
Non sibi præreptum jus sumtis asserit armis:
Quàm ferus, in patriam maluit esse pius:
Cujus ad excussas tandem revocatus habenas,
Sopitâ populi seditione, fuit.
Fertur ab hoc ingens extructum Principe templum,
Quâ patet antiquo Praga vetusta foro:
Curia sub titulo Mariæ quod Læta vocatur,
Addictum sacris nobile rebus opus.
Pertæsus tandem regni, gravioribus annis,
Assignat nato sceptra relicta suo.
Qui postquam fato cecidit properante, subivit
Frater onus, vivo sic statuente patre.

Desiderantur reliqui Duces, itemque Reges interjecti.

VVENCESLAVS Rex Boëmiæ XII. Rom. Imp.

VT pater insignis, præstansque virilibus ausis,
Eximiâ virtute animi, multoque decore
Romanos fasces & sceptra Bohemica gessit:
Sic eadem luxu, nimio torpensque veterno
Filius, heu nimium neglexit deside vitâ.
Degener à patrijs ætatem moribus omnem,
Implicitus venerique gulaque, tyrannide mixtâ
Exegit. Non hunc monitis à tramite lævo
Imperij proceres, non regni cura retraxit.
Forsitan à primo labem contraxerat ortu,
Culturæ impatiens, mores mutare ferinos
Indocilis, vitium naturâ pronus ad omne.
Namque ubi sacrato Baptismi fonte lavatur,
Dicitur infausto lustrales omine lymphas

Fedasse; & sacras, novuus ut Rex ungitur, aras.
Hæc præsaga mali jam tunc quoque signa futuri,
Non sine successu nimis infelice, fuêre.
Imperio tandem, frugis quum nullius esset,
Deturbatur iners: melior nec postmodò factus,
Noctes atque dies Bromio Venerique vacabat:
Crudelis, pravique tenax, osorque bonorum.
Invisus posthac patribus, populoque Bohemo,
Veneris ob ingluviem fœdam, moresque malignos:
Admoto vinctus Pragæ custode tenetur.
Pertulit ipse sui captus quoque vincula fratris:
Fraude sed evasit de carcere salvus utroque;
Et regno & sceptris regali in sede potitus.
Mox ubi commotâ plebs seditione laborat:
Expers consilij, subitoque exterritus amens
Concidit: hunc talem meruit vita impia finem.

SIGISMVNDVS Cæsar.

EXcellens acie mentis, studijsque Minervæ
Clarus; ut assumtis infelix Marte sub armis.
Nec tamen adversis fortunæ flatibus unquam
Devius à recto, aut pavidâ formidine fractus,
Digna Sigismundus meruit præconia Cæsar.
Quicquid enim debet Princeps laudatus habere
Virtutis, quicquid veri belloque togâque
Consilij; decus id fortis sub pectore clausum
Possedit: nec dote fuit fraudatus ab ulla.
Munificum Clarijs sese facilemque deabus
Exhibuit, doctosque viros reverenter habebat.
Felix, si fatis non colluctatus, in omnem
Eventum intrepidus dubio quoque Marte fuisset.
Sæpè manu validâ Geticos invasit in hostes:
Sæpè Bohemorum tentavit milite robur
Indomitum, pugnans fortunâ semper iniquâ.
Multa tamen gessit triplici diademate digna,
Digna salutari turbatis Principe rebus:
Ausonias lustrans oras, & schismata purgans,
Queîs tunc Romulidûm fervebat factio patrum.
Rege sub hoc Synodus, varijs ex partibus orbis,
Pontificumque Ducumque ingens celebrisque coacta est:
Quâ jacet urbs clarum jactans Constantia nomen,
Dives opum, frugumque ferax, contermina Rheno.

ALBERTVS Cæsar.

EXtincto fatis socero, rectore Quiritum;
Mox gener Albertus regnis ipsoque potitur
Imperio: parent Hunni, pariterque Bohemi:
Obsequiumque palàm faciunt, Regemque salutant:
Et quæ longa priùs peperit fastidia vulgi,
Diversa unanimi cessavit opinio voto.
Iam nihil externis metuunt confidere; postquam
Iudici, gravitas rerumque innotuit usus
Cæsaris Alberti: postquam devota voluntas
In populum manifesta fuit: se protinus illi
Subijciunt, pendentque omnes mandantis ab ore.
Ille velut salso nauclerus in æquore fluctus
Et superare graves, interdum carbasa ventis
Subtrahere, & moto novit decedere ponto:

Sit etiam

Sic etiam fasces discrimine cautus in omni
Gessit, perque vices fortunam flexit utramque,
Excultus longo rerum prudenter ab usu.
Consilio nam cuncta prius, studioque sagaci
Tentabat; dubijs quàm se committeret armis.
Sic tempestivos aditus, momentaque norat
Temporis: instanti nonnunquam cessit & hosti.
Atque utinam vitæ producere longiùs annos,
Et cita paulisper licuisset fata morari:
Mentis erat, valido Sciticas penetrare cohortes
Milite, Christiadûmque gregem virtute potente
Eripere hærentem rabiosi faucibus hostis.
Sed lethale malum conatus fecit inanes:
Dum cupiens sedare sitim, correptus ab æstu
Arderet nimio: & peponum nimis esibus usus,
Profluvio ventris prævent9 morte periret.
Ante tamen conjux prægnans de semine facta
Illius, hæredem tumidâ gestabat in alvo.

LADISLAVS.

CÆsaris Alberti de sanguine posthumus infans,
Quattuor ætatis menses Laslaus agebat:
Hungariæ quando procerum viduæque parentis
Consilio atque operâ, regni est diademate cinctus:
Quo cum tutela patrui, Romana gerenti
Sceptra, donec justis adolesceret annis.
Hic etiam tandem toto poscente senatu
Bojemiæ gentis, patrio succedit honori:
Regali frontem redimitus ritè coronâ,
Egregius formâ juvenis; celebrisque futurus
Bellator, si non crudelia fata vetarent.
Iamque tori sociam clarâ de stirpe petebat
Gallorum Regis: vitreis ubi labitur undis
Sequana, Parrisiam mediusque intersecat urbem,
Iam cojere animis ambo de tempore Reges
Conjugij, jam munera dans capiuntque vicissim:
Quum mors atra caput tristi circumvolat umbrâ.
Qualis ubi sese flos effert aureus ortu
Mane novo, & latè suaves exhalat odores:
Mox Sole infuso terris, à falce resectus
Concidit adflatus ventis & marcidus aurâ:
Talis hic ante diem, primo vernante vigore,
Dum famam ingentem de se promittit in horas,
Purpuream expirans animam, Rex funere mersus
Atroci, pulcros artus in morte reliquit.
O spes fallaces hominum, fortisque malignæ
Ludibria! ô rerumque vices, incertaque fata!
Pro thalamo tumulus Regi, pro conjuge bustum
Extruitur: subitus turbat nova gaudia luctus.

GEORGIVS.

STrenuus audaci casus vir pectore in omnes,
Bojemâ cretus de gente, Georgius heros
In Regem, populi eximio patrumque favore
Eligitur: regnum quum tandem hærede careret
Legitimo: multum ille odijs vexatus iniquis
Pontificum, veri studio, fideique receptæ
Pertulit affectu: multum furtalibus armis

Hostitis

Hospitis ingrati: quem vinctum carcere duro
Eduxit: regniqne Hunni nataque Hymenæi
Participem faciens, multo cumulavit honore.
Ille instar palmæ, quæ quantum pondere ad ima
Truditur, arctaturque gravi velut obruta mole,
In tantum tendit vegetas erecta sub auras:
Sic animo forti eventum perstabat in omnem.
Nec fuit ille domi patrio sub sidere solùm
Marte potens, patrijs non solùm industrius oris:
Sed peregrina etiam victrici castra secutus
Milite, quæ fuerant præsentia damna fugabat.
Illius auxilio durâ obsidione levatus
Cum consorte tori, thalami cum pignore Cæsar,
Ipse sui fratris vires, astumque suorum
Vindibonæ elusit cinctus Fridericus in arce.
Et dubitamus adhuc, virtuti insistere avitæ?
Et juvat externo nequicquam fidere Marti?
O pia gens oblita tui: num fortia frustra
Pectora, pugnacesque animos, roburque virile
Infernit natura potens? quid mollia captas
Otia? quid confert peregrinis moribus omnem
Transigere ætatem? quid ludo perdere tempus?
Semina Naturæ, & vestigia sacra tuorum
Præstat rite sequi, & duro invigilare labori.
Fide Deo; virtute animum pietateque firma:
Subsidia æternis nunquam mortalia præfer:
Pendeat à solo solùm fiducia Christo.
Sic tibi constabit tua gloria salva: nec ulla
Quantumcunque feræ poterunt te evertere gentes.

VLADISLAVS.

FActo completis urgente Georgius annis,
Rebus ab humanis vitæ satur atque dierum,
Postquam decessit, natis post fata relictis:
Solliciti incumbunt proceres de Rege creando,
Antiquo pro more patrum, regnique salute.
Pars animis propensa cupit de sanguine Regis
Defuncti prolem: pars prolem è gente Polona
Rex Casimire tuam, tandem sententia constans
Bladislaë tibi subscribit, cessat utrinque
Lis odiosa, capit sceptrum regale Polonus,
Insignis pacis studio, virtutibus ingens:
Multa tulit, patiensque tulit, vicitque ferendo
Plurima, frugiferæ devictus amore quietis.
Corpore præstabat juvenilibus integer annis,
Invalidum senior quod morbis æger habebat.
Et licet æternum coleret studiosus amorem
Pacis: vesanique togam discrimine Martis
Plus faceret: tamen assumptis metuendus in armis
Et fuit, & nulli cessit de jure priorum.
Hungariæ Regem sibi conditionibus æquis
Iunxit amicitiâ, postquam contendere contrà
Destitit: inque locum defuncti lectus, utrumque
Pacatis populum sapiens direxit habenis.
Maximus imperium tunc Æmylianus habebat:
Permotusque animo tanti pietateque Regis,
Cessit ab Hungaria; quam milite cinctus adibat,

Et spe conceptâ potiunda ingente petebat:
Noluit at sese paribus committere in armis.
Cecidit, qui Regem falsò culpatis inertem.
Quid? quòd & optavit jungi hunc sibi fœdere Cæsar,
Dans neptem nato Regis, natamque nepoti
Poscens, à facili per pacta jugalia Regi.
Confectis tandem feliciter ordine rebus,
Occubuit, lentâ nimiùm vexante podagrâ.

LVDOVICVS.

NOndum bella satis, Geticos nec noverat hostes;
Impare congressu quando Ludovicus ad arma
Hungariæ procerum stimulis protenditur, ingens
Gloria militiæ. sed proh quàm præcoce fato
Insignem bello juvenem Mars Thracius hausit!
Digna hic sceptra puer cunis tractavit in ipsis
Hunnorum, teneram cinctus diademate frontem,
Regali præcox infans perfunctus honore
Blaslai patris. mox Bœmica regna capessit
Quadrimus, populi totâ plaudente coronâ.
Pòst ubi succrevit paulò maturior ætas,
Cæsareæ neptis talamos Maxamyliani
Lætus adit, Mariamque tori sibi fœdere jungit.
Omnis in hoc spes Hungariæ, spes omnis in illo
Bojemæ gentis? quis enim vel alacrior alter,
Vel potior virtute fuit? quis promtior hastâ
Sive manu? quis eo fuit observantior æqui?
O nimium confise tuis! ô invida virtus!
Excelso præstans animo Rex inclite, quis te
Impulit in Scythicas non æquo Marte cohortes?
Necte moras, differre para, nec prodigus aude
Ante diem vitæ, veniant priùs auxiliares
Subsidio turmæ, veniant priùs agmine longo
Finitimi populi, numero qui & fortibus armis
Sufficiant, bellique æstus hostemque potentem
Sustineant. tunc tempus erit, tunc lata patescet
Area pugnandi: tunc tunc audentior ibis.
Sed quis fata Deûm, quis non mutanda moretur
Consilia, aut leges præfixas ætheris alti?
Dum ruit adversos acer Ludovicus in hostes,
Arma arma ingeminans: dum plus juveniliter audet
Milite quàm valeat, longè hosti viribus impar
Occidit innocuus belli certamine Princeps,
Cum ducibus populique manu: regnumque sorori
Post obitum casu miserando liquit utrumque.
Cæsaris hæc conjux Fernandi reddita, in ipsum
Amborum regimen regnorum transtulit hæres.

FERDINANDVS Imp.

HIc vir hic est, quo non Regum sapientior alter,
Seu pax tuta domi, seu classica rauca vocabant:
Austriaci generis flos & præclara propago,
Fernandus diâ nôtus super astra nepotum
Progenie: cui longa ævi, seclique futuri
Assurgit series, terris venerabile numen.
Hic rem Bojemam fatali clade ruentem,
Heu miserè magno sese miscente tumultu
Restituit: multâque malum pietate repressit:

 Iustitiæ

Iustitiæ rectique tenax, insignis amore
Virtutis: non hunc à tramite vitæ
Ira ferox, non luxuries, non prava libido
Præcipitem dedit: æquali moderamine flexit
Omnia, tranquillæ pacis studiosus in armis.
Hoc Romana etiam Respublica Cæsare crevit,
Post varios belli motus, populique furores;
Aurea pax quando ferro successit & igni.
Imperium sub eo securis floruit annis,
Europæque sinus à bello & cæde quierunt.
Namque ubi conjunctis cum fratre in Saxonas armis
Felici sapiens pugnasset Marte: satisque,
Quantum consilio valeat dextrâque, probasset:
Unanimi procerum voto, Caroloque volente,
Totius imperij molem subit: omnis in illo
Protinus & pendet cura, atque innititur uni.
Quæque priùs maduit fraterno sanguine tellus,
Dissidijque fuit distractus & obrutus orbis,
Consedit tandem, rigidisque recessit ab armis.
Tanta viri pietas, tanta oris gratia, tantus
Consilij splendor, mentisque exculta facultas.
Quodque solent alij vixdum Mavorte feroci,
Insidijs, sumtuque gravi, dextrâque potente
Efficere: hoc placido, sine cæde & sanguine, vultu
Præstitit invictus quovis discrimine Cæsar.
Quin etiam sævo nequijt quod Marte domari
Commotum belli pelagus, quod & horruit Oenus:
Placavit sapiens, divinâ industrius arte:
Quando feros animos dictis mulcebat amicis.
Ergo quòd excessit terris furialis Erinnys,
Quòd procul ex animis est omnis pulsa simultas,
Fœdera quòd constant, nec pax firmata labascit:
Illius hoc munus, nobis hoc ille reliquit
Insuper hic abavo Romanus origine Cæsar
Descendens, fratris successor Cæsaris idem,
Cæsareos nato fasces designat: & ipsum
Imperij decus hoc producit ad usque nepotem.
Dij faciant, ut in hoc longum post fata superstes
Evivat: semperque novo sese offerat ortu.

IN DUCES ET REGES BOHEMIAE, MARTINI CUTHENI BOHEMI distıcha.

CECHIUS Dux primus.

ILlyrico profugus primùm dat jura Boëmis
Cechius: hinc nomen gens trahit illa suum.

CROCCUS.

MOrte Ducis patriam varij excepêre tumultus:
Quos aufert genio Crocce benigne tuo.

LYBUSA Princeps.

FIlia dein regimen populi capit acta furore:
Quâ duce Praga recens condita nomen habet.

PRIMIS.

PRIMISLAVS.

MOx rude fœmineas vulgus dum temnit habenas:
Agricolæ subdit colla superba viro.

VLASTÆ puellæ Tyrannis.

ARripit imperium junctis sibi Vlasta puellis:
Victa sed arte suâ, quâ priùs usa, cadit.

NEZAMISLAVS.

PAx fit, Primislaus moritur, natumque relinquit:
Cui sua cognomen gesta dedêre rudis.

MNATA.

QVi longa ignavus dum pace quiescit, obitque:
Accedunt Mnatæ sceptra paterno pio.

VOGENIVS.

VOgenius curâ gravior jam factus & ævo;
Imperium natis dividit ille suis.

VVENCESLAVS.

INclyta Praga datur Vinslao, gensque Bohema:
Vratslaus Vandaliam sorte cruentus habet.

GREZOMIL, qui & NEKLAN.

INde metum Neklau timidus deponit inanem:
Egregiâ victor militis arte sui.

HOSTVITVS.

HOstuitus patrio juvenis perfunctus honore.
Quod reliquum est, partâ pace quietus agit.

BORZIVOVS Dux primus Christianus.

PElluitur primus sacrâ Borzivous unda:
Gensque sui factum tota secuta Ducis.

SPITINEVS & VRATISLAVS.

SPitineus tenerâ moritur sine prole juventâ.
Vratslaus defuncti munia fratris obit.

S. VVENCESLAVS II.

VVencesilaus vitâ castusque, sub aram
Fraternâ cecidit victima sancta manu.

BOLESLAVS I.

OCcupat imperium sublato fratre Boleslaus:
Matre quidem sævâ sævior ipse suâ.

BOLESLAVS II.

FIlius ingenium patrui moresque secutus,
Nil patrium præter nomen & ora tulit.

BOLESLAVS III.

TErtius hostili captus miser arte Boleslaus,
Orbus agit reliquos lumine utroque dies.

IAROMIRVS.

SOrtem à fratre suo patitur Iaromirus eandem,
Quam fuit invisô passus ab hoste pater.

VLRICVS.

PRæripit Vlricus rerum moderamina fratri:
Sarmaticum patriâ dum fugat urbe ducem.

BRETISLAVS I.

CÆsareo Bretslaus rapuit de sanguine natam:
Pannonas inde suo perdomat ense ferox.

SPITINEVS II.

TEutonicæ gentis proceres, ipsamque perosus
Spitineus matrem pellit in exilium.

VRADISLAVS primus Rex.

REgiâ tum primùm Vratslaus insignia fertur
Præmia virtutis digna tulisse suæ.

CONRATVS Dux.

QVum septem menses fraternam rexerat aulam,
Conradus subitâ morte peremtus obit.

BREDISLAVS II.

DEfuncto patruo repetunt sua jura nepotes:
Bretslaus infidâ concidit antè manu.

BORZIVOVS II.

INfestum patriâ fugiens Burzivous hostem,
Fortè pius moritur, quàm revocatus adest.

SVATOPOLCVS, qui & COCLES.

DIctus ab eventu, non vero nomine Cocles,
Insidijs procerum cæsus & ipse jacet.

VLADISLAVS I.

VLadislaus ter quinque pius dominatus ad annos,
Extremum digno clausit honore diem.

SOBISLAVS I.

FOrtis in externum Sobulaus dum ruit hostem:
Cernere victorem fata maligna vetant.

VLADISLAVS II. secundus Rex.

PErpetuâ expertam meruit virtute coronam,
Vladislaus domito Cæsaris hoste sui.

SOBISLAVS II. Dux.

ACer Sobislaus Alemanni nominis osor,
Vincla parans fratri, turpiter exul obit.

FRIDERICVS.

IMperat hinc pulsis Fridericus ab urbe Moravis:
Vt clarus bello, sic fuit arte togæ.

VVENCESLAVS III.

ACtus in exilium patrui livore superbi
VVenceslaus, tetro carcere clausus obit.

HENRICVS, qui & BRETISLAVS.

PRincipis officio simul atque antistitis usus
Henricus, patriæ præfuit inde suæ.

VLADISLAVS III.

VLadislaus fratri victus concedit honorem:
Privatus patriam vertere jussus humum.

PRIMISLAVS Rex tertius.

PRimislaus regale ferens diadema Severus,
Ingenuâ moritur non sine prole senex.

VVENCESLAVS IV. Rex IV.

MArte ferox Scythicum VVenceslaus dejicit hostem
Saucius hinc oculum perdit, obitque diem.

PRIMISLAVS II. qui & OTTOCARVS.

TOtius imperium Primislaus despicit orbis:
Ancipiti tandem fortis agone cadit.

VVENCESLAVS V. SANCTVS.

VVencesilaus regum nulli pietate secundus,
Cepit defuncti sceptra relicta patris.

VVENCESLAVS VI. MALVS.

FIlius at luxu vitam quum ducit inertem;
Confossus perijt militis ense sui.

RVDOLPHVS.

HEnricus rigido cedit sua jura Rudolpho:
Sed rapit hunc nimiùm mors inopina ducem.

HENRICVS.

CÆsareis iterum Henricus depellitur armis,
Hicque domum patriam non rediturus abit.

IOANNES.

LVmine Ioannes post facta ingentia cassus,
Fortiter occubuit Gallica castra sequens.

CAROLVS Cæsar.

CArolus hic merito patriæ pater esset habendus:
Vnius nati si pater ille foret.

VVENCESLAVS VII. Cæsar.

VVencesilaus multùm Rex vitâ inglorius acta:
Bis captus populi seditione sui.

SIGISMVNDVS Cæsar.

ARma Sigismundus postquam ciuilia tentat;
Quo fuerat victor milite, victus abit.

ALBERTVS Cæsar.

ALbertus regimen socero moriente recepit:
Sed mox ventre nimis profluitante perit.

LADISLAVS.

POsthumus imperium Ladslaus aquaret auitum:
Si vita implesset tempora justa sua.

GEORGIVS.

FOrtis, & invictus, nullique Georgius asper,
Pralia multa ciens, commeda multa tulit.

VLADISLAVS II.

HVnc sequitur longâ Vladislaus pace secundus:
Qui fera bella adimens, aurea secla dedit.

LVDOVICVS.

ANte diem Ludovice capis diadema paternum:
Victus ab hoste Getâ concidis ante diem.

FERDINANDVS Cæsar.

ARma para, compesce Getas, Fernande, superbos:
Te Duce fata canunt aurea secla fore.

ELIAE REVSNERI

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI

PARS II.

De Familijs Regum & principum, aliorumque procerum orbis Christiani

STIRPS CAROLINA:

Quæ
ex vetustißimis Boiariæ Regulis orta

Stemma produxit illuſtre

PRIMORVM IMPP. GERMANICORVM, REGVM FRANCIAE, ITALIAE BAVARIAE,
à quibus post varias fortunæ viciſsitudines prognati

PRINCIPES PALATINI AD RHENVM
S. ROM. IMPERII ARCHIDAPIFERI:
SIMERENSES, ad quos hodie hæreditario jure Septemviralis dignitas pervenit:
BIPONTINI & VELDENTIANI:
DVCES VTRIVSQVE BAVARIAE.

Ex eadem quoque ſtirpe pullularunt præter Reges Galliæ Pipinos ſive Carolinos. Marchiones Auſtriæ, Comites item Andechiſij, Abuſini, Bogij, Dachunenſes, & alij.

ILLVSTRISSIMIS CELSISSIMISQVE PRINCIPIB. AC DOMINIS.

D. IOAN. CASIMIRO ELECT. PALAT. Administratori,

D. FRIDERICO IV. ELECT. PAL. HAEREDI.

D. GVLIELMO, D. FERDINANDO, ET D. ERNESTO utriusque Bavariæ Ducib.

D. RICHARDO SIMEREIO,

D. PHIL. LVDOVICO, D. IOANNI, D. OTHONI HENRICO, D. FRIDERICO, D. CAROLO,

Omnibus Comitibus Palatinis ad Rhenum, Comitib. Veldentiæ & Sponheimæ, DVCIBVS BAVARIAE,

DOMINIS CLEMENTIS.
D. D. D.

STIRPIS

STIRPIS CAROLINAE RADIX.

Stirpem Carolinam à primis Bojorum, atque adeò primis Teutonum Regibus, suam deducere originem, gravis auctor est Ioan. Auentinus, antiquitatis indagator studiosissimus: qui Annales de rebus gestis Bojorum felicissimè edidit: eiusce modiq; nobis Regum eorum genealogiam reliquit.

TVISCO, Mosi procul dubio ASCENAS Homeri F. Iapeti N. Noæ Pron. in Armenia natus: anno post cataclysmum CXXXI. à Noa in Europam est missus: eique, quicquid inter Rhenum & Tanaim amnes continetur, assignatum. Hic itaque Germanorum pater ex Armenia venit in Europam cum XX. ducibus, circa primordium regni Assyriorum: & quidem, ut Beroso placet, vigesimo quinto anno imperij Nimrodi: ubi mores & victum introduxit, quem Cæsar lib. 6. Germanis tribuit. Obijt sexto imperij Semiramidis anno, qui est orbis ab aquis liberati CCCVII. regni sui CLXXVI. Prisci illum communi omnium suffragio, ob miraculum sapientiæ & bonitatis, tanquam indigetem & Dei interpretem ac nuncium consecrarunt: proque Deo colere cœperunt. *Reges Teutonum.*

MANVS secundus Rex Teutonum, rerum potitus annis LXVI. regnum alteri filio Ingevoni cognomine per manus tradidit. Ipse post obitum, qui ei accidit A. M. 2037. ob animi fortitudinem in numerum Deorum est relatus.

INGEVON tertius Rex Teutonum, publica literarum studia ad hominum audaciam comprimendam instituit: & Ingævonibus h. e. Selandis nomen à se dedit. Regnavit annos XLV. obijt A. M. 2074.

TREVIR. Treviros condidit, gentem Galliæ Belgicæ in ripa Mosellæ. Tacitus Treviros asserit ambitiosos in affectatione Germanicæ originis. Cæsar Belgas à Germanis ortus scribit.

ISTEVON aviti regni hæres & successor, annos id tenuit quinquaginta unum: & Istevones (Plinio VVistevones) Rheni accolas condidit.

HERMINON, qui & HERMION, quintus Rex Teutonum, nomen à se dedit, Hermionibus (quos Plinius rectiùs Herdevones appellavit) h. e. Suevis, Cattis, Francis, Hermunduris, Boijs, Cheruscis. Vir animis ferox: disciplinam militarem apud Germanos instituit: qualem Suevis & Germanis describit. Ob virtutem tandem à suis in cœlum sublatus, & pro Deo cultus. Fuit autem summo cum imperio annis LXIII.

MARSO ab augmentando ita cognominato, Germania exinde paruit annos sex & quadraginta. Condidit hic Marsos & Marsingos: & zythum conficere primus docuit. Opus eius est Marsoburgum oppidum Misniæ. Fatali morte absumptus A. M. 2234.

GAMBRIVIVS (Kämpffer) à pugnando exercitandoque sic dictus, qui & CIMBRVS: à Teutonum regni exortu septimus rei summæ administrator: vir ferox: condidit Cimbros, hoc est Danos, Selandos, Succos, Gothos. Vita excessit A. M. 2278. regni XLIV.

SVEVVS.

Reges Teutonum. SVEVVS, Suevorum conditor, secundùm patrem Germanis imperitavit annis XLVI. Eius autem imperium potissimùm fuit à Carpatho monte, ubi patria sedes erat, qui ab Ipso Suevus nominatur, usque ad Rhenum. Obijt A.M.2324. Eo regnante, Isis, Herculis Libyi mater, in Germaniam venit: quæ postmodò tanquam Dea in Helvetiorum præsertim tractu, est culta.

VANDALVS auctor Saxonum & Venedorum, qui hodie Sclavi dicuntur (cuiusmodi sunt Bohemi, Mazovij, Moravi, Podolij, Roxolani, Lithvani) à Tuiscone nonus Germaniæ regno potitus est annos unum & quadraginta.

TEVTO decimus inter Germanos rei summam adeptus A.M.2365. eam tulit annis XXVII. Auctor est Teutonum (quod nomen nunc communium omnium Germanorum) qui olim fuerunt in littore sinus Codani inter Albis & Vistulæ ostia: hodie sunt Lunæburgij, Megapolensis, Pomerani, & Borussicis Vistulam. Eum quidam interpretati sunt Mercurium Germanicum. Tacitus.

Bojorum Reges. ALLEMANNVS cognom. HERCVLES, postremus Regum Germaniæ magnæ, quos Berosus enumerat: conditor primus Bojorum: ob virtutem Divorum albo inscriptus: post rei summam LXIV. annos dexterrimè administratam, in fata concessit A.M.2456. Eius insigne fuit Leo: unde alere leones adhuc gentilitium est Bavariæ principibus. Galli siue Celtæ omnes Germanos vocant Alemannos.

NORICVS primogenitus, regnavit intra Danubium, Oenum, Dravum, Italiam: Rheno, qui tum temporis trans Rhenum in Gallia imperitabat, per fratrũ dissensionem regnum ita dividente imperijque terminos singulis distribuente. Condidit Noricos, Tauriscos antè dictos à Taurisco Rege, quem Hercules interemit.

HVNNVS, à quo Hunni, regnavit in Sarmatia, ubi hodie sunt Tartari.

HELVETIVS Helvetiorum conditor, Istævonas possedit inter Herciniam sylvam, Rhenum & Mœnum fluvios: qui postea Rhenum sunt transgressi in Galliam Celticam.

BOIVS fratrum natu minimus, Alemannos à patre conditos, & non parvam Hermionum partem à se nũcupavit Bojos: ubi hodie sunt Bohemi. Suevi postmodùm Bojos Bohemia ejecere. Bojus autem sexagesimo anno, quàm summum inijt magistratum, vita excessit.

INGERAMVS cogn. Hermînius, tertius Bojorum Rex, summam administrationem inijt A. M. 2516. quam annos tenuit LII.

ADALOGERIO quartus ab Alemanno Bojorum Rex, vitam clausit A.M.2617. regnationis suæ undequinquagesimo.

LAERTES quintus Bojorum Rex, fuit cum imperio annos unum supra quinquaginta.

VLYSSES patris in summa Bojorum administratione successor A. M. 2668. annos regnavit LIII.

BRENNVS septimus rei Bojorum summam adeptus A. M. 2721. eam tulit annos XXXVI.

HECTOR regni aviti hæres atque successor, id administravit annos XXXI.

FRANCO à quo Francones sive Franci, nonus Bojorum Rex, fato sublatus post felicem per XLI. annos rei administrationem A. M. 2829.

*

Qui post hos Germaniæ Bojariæque imperitarunt: eorum certa series tradi non potest: usque ad ADALOGERIONEM, Hunsboldi F. cujus prosapiam nunc subjecto. Bojorum Reges.

*

ADALOGERIO paternam originem ad Alemannum Herculem referens: vir fortis & prudens: post Atilæ interitum Bojorum Rex creatus A.C.459. cum Alemannis contra Francos profectus: in prælio cum Clodoveo Magno ad Tolbiacum vicum Vbiorum cæsus occubuit A.C. 493.

THEODO I. Rector Bojorum, Clodoveo Magno Francorum Regi ex fœdere auxilio profectus adversus Gotegiselum & Gundebaldum Burgundionum Reges; post etiam contra Alaricum Vestgothum: in præmium strenuæ novatæ operæ, ab eodem vicissim adjutus: primus Vindeliciam atque Norici partem occupavit, & à Romanorum asseruit imperio: superatoque Danubio, hostium magna strage edita, Augustam Tiberij, quæ hodie est Ratisbona, expugnavit A.C. 507. Animum post hæc ad porta tutanda adijciens, Danubij oram præsidijs formavit Bathaviam & Tiberij Augustam instauravit: in ripa Danubij Neoburgum & Salingostadium (hodie Ingolstadium) condidit. Expeditionem tandem in Noricum meditans: naturæ concessit A.C. 511. Fuit in ipsius conjugio REGINOBIRGA: à qua Augusta Tiberij, mutato veteri cognomine Reginoburgium est appellata.

THEODO II. cui Magni cognomentum à rebus gestis postea est inditum, Dux Bojorum, Reginoburgij consedit. Anno à salutifero Virginis partu vigesimo supra quingentesimũ, ad Brundunum & ostia Marychæ, Oeno superato, Romanos inopinatos aggressus, ad internecionem cæcidit: oramque Oeni ad angustias Alpium usque subegit. Ad Perilacham exinde pagum eosdem, denuo belli aleam tentantes, simili effecit clade: Augustam Vindelicorum evertit, & solo æquavit: nec ita exsariatus, fugientium hærens vestigijs; ad Inutrium, mox ad Stiraciorum quoque urbem, & tandem inter Tridentum & Pisonium, hostes magno invadens impetu stravit, fudit, fugavit. Sic itaque Norico & Vindelicia sub imperium suum coactis, pacem genti suæ peperit: peregrinationi longinquæ finem fecit: Boijs hactenus sine lare, sine focis palantibus atq; vagis, sedes fixas stratasque assignavit. Provincijs divisis, ad pacis artes animum intendens, suis leges condidit. Obijt A. C. 537. potestatis suæ XXVI.

VTILO, à quo STIRPS CAROLINA porrò radicem ducit: de quo eiusq; posteris paulo post.

THEODO III. natu maximus, Tetrarcha Bojorum, paternas cum fratribus partitus ditiones, accepit Nariscos, Ratisbonam, & loca illa inter Oenum & Danubium: hodie inferiorem Bavariam vocamus. A S. Ruperto Præsule Vormaciensi persuasus; avita superstitione deserta, religionem Christianam primus suscepit: primus ab ipso Ratisbonæ, ubi Regiam habuit, sacro fonte lotus. Conjunctis armis cum Sigeberto Francorum Rege, in Hunnos, qui igne ferroque omnia depopulabantur, movens: primò quidem impetum hostilem fortiter sustinuit, finibusque suis pepulit: mox tamen, quum redintegratis viribus prælium restaurarent, victus & vivus in illorum pervenit potestatem. Brevi exinde, custode præmijs corrupto, clanculum dimissus: quò ignominiam hanc ulcisceretur, denuo milite conscripto in Hunnos irruit: & Caeane rege ipsorum capto, perpetuum cum Hunnis & Abaribus fœdus icit. Naturæ concessit A. C. 565. Salisburgæ cum uxore REGINOTRVDE, filia Theodoperti Austrasiæ Regis, humatus.

THEODOVALDA natu minimus: cujus prosapiam vide fol. seq. sub signo. ✣

VTO sive OTHO Tetrarcha Bojorum, in divisione paternarũ provinciarum sortitus Laureacum, Noricum ripense, Vindeliciam Alpibus subditam, & quicquid inter Taurum atque Alpes; inter Anassum, Danubium, & Oenum amnes clauditur. A beato Ruperto sacro lavacro ablutus, Christo nomen dedit Oetingæ: quam urbem extruxerat, aque suo nomine Vtinum appellaverat. Obijt ... A. C. 545.

Radicis Carolinæ ramus bifurcatus, Rectorum Boiariæ, & Regũ Longobardorum.

Reges Longobardorũ.

THEODOPERTVS, Theodovalda patruo defuncto, cum patruele Thessalono Bojariam æquis legibus partitus: eam accepit partem, quæ est ad Oeni fluenta inde usque ad Hunnos, Henetos, & Italos. Obijt A. C. 577.

GARIBALDVS pulso Tessilone, cui jure Bojariæ regnum debebatur, vi ac armis illud occupavit: ob Francorumque Regem ignaviam (qui stupris luxuque perditi, mutuis insuper seipsos vulneribus conficiebant) Regem se nominavit. Quò verò suas firmaret opes, Longobardorum proceres affinitate sibi junxit. Ab Childeperto tamen Francorum Rege, Tassilonem in paternum ducatum restituente, victus regnoque ejectus: biennio pòst obijt A. C. 592.

GVNDOALDVS sive GVNTHOLDVS Princeps Bojorum, patre à Francis regno ejecto, exulavit apud sororium in Italia: à quo ducatu Astensi est donatus.

ARIBERTVS seu HERIOBERTVS, post Ratholdi interitum Rex Longobardorum in Italia electus: naturæ concessit A. C. 661. post rei summam quinquennio administratam.

Filia ἀνώνυμος, Evino Duci Tridentino in matrimonium collocata.

THEODEILINDA Autbario Longobardorum in Italia Rege, marito priore, Papiæ extincto: in tori & regni communionem legit AGILVLPHVM Taurinatium Ducem, hominem bellica laude insignem. Fuit ipsa spectata prudentia, & rara in Christum pietatis fœmina; sexusq́ muliebris unicum decus: quæ gentis ferocissimæ animos bonis artibus inflexit, armorumq́ desuetudine mitigavit. Ex postremo conjugio mater facta duorum liberorum.

ADOALDVS Rex Longobardorum in Italia, post decimum regni annum venenato poculo ad amentiam redactus: & cum matre in exilium est pulsus.

GVNDOPIRGA Arioaldo Taurinatium Duci, & post eum Rotbari, Longobardorum Regibus, utrisque Ariana hæresi imbutis, nupsit.

PERTHARICVS Longobardorum in Italia Rex, principatu cũ Gundeperto fratre diviso Mediolani consedit. Cujus cæde audita, in timorẽ sui adductus, ad Cacanum Hunnorũ Regẽ profugavit, Post Grimoaldi inde interitũ in regnum reversus: Rodelindam uxorẽ cum filio ab exilio Beneventano (eò enim à Grimoaldo fuerant deportati) reduxit. Obijt A.C. 690. à regni recuperatione XIIX.

CVNIBERTVS patris in regno Longobardorũ successor, vir mira elegantia vitæ ac morum suavitate ornatus atq; in bello audaciæ singularis: cum Alahi Duce Tridentino collatis signis prosperè pugnavit: ipsum acie victũ interemit; exercitum in fugã vertit, castrisq́; exuit. Obijt A.C. 703. regni tertiodecimo. Vxorem habuit Hermelindam à Regibus Anglosaxonum oriundam.

LVITBERTVS sub tutela Asprandi, viri summæ nobilitatis ac sapientiæ, Lõgobardorum in Italia regnũ octo duntaxat menses tenuit. Agnatorũ quippe perfidia tum regno exactus, tum in balneo suffocatus, miseram exhalavit animam.

GVNDEPERTVS, qui & Godopertus, paribus cum fratre auspicijs, sedibus tantùm divisis, Longobardis in Italia dominatus: quum forte sua non contentus, adversus fratrem evocasset Grimoaldum Ducem Beneventanum, suum sororium: cumq́ copijs eum recepisset Papiam: ipsimet ejusdem fraude à Garibaldo Taurinatium Duce confossus, perijt in ipso regni limine A. C. 661.

RAGVMBERTVS sive REGINOPERTVS Dux Taurinatium, secundùm patris interitum infans periculo subtractus clam educatus: ubi adolevit, Asprando Italia pulso, & Luitperto puero capto, magna vi Longobardorum regnũ invasit A.C. 764. quo tamen non diu est lætatus: quippe qui eodem anno invitam exhalavit animam.

ALBERTVS II. Rex Longobardorum in Italia, in ipsis statim regiminis sui auspicijs, Luitberto Regi ejecto bellum internecinum redintegravit: cumque eo & Asprando, illius tutore, cruento apud Papiam prælio decertavit: in quo Luitbertum Regem puerum cepit, vitaq́ privavit. Asprando verò fugato, in illius familiam horrendum in modum sæviens; Sigebrando ejus filio oculos eruit: Theoderatæ uxori & Auranæ sorori nasum auresq́ vulnere fœdissimo detruncavit.

detruncavit. Qua tamen crudelitate postmodùm remota, regnum prudenter administrare cœpit, tantaque industria: ut per noctem mutato habitu urbem lustrans, quid de se singuli dicerent, & quomodo jus à suis judicibus diceretur, exploraret. Cæterùm ubi cognovit, Theodobertum Bojorum Principem vi & armis Asprandum in Italiam reducere: fugâ sibi consulere conatus; auro, quantum ferre potuit, è regia sumpto, clam urbe excessit. Verùm in tranando flumine Lario, auri pondere ac fluminis unda oppressus indigna morte occubuit A. C. 712. Cadaver postridie inventum, Ticini in Basilica Salvatoris est conditum. *Bojariæ Rectores.*

THEODOVALDA, Theodonis Magni minimus natu F. in divisione principatus paterni accepit Pisonium, montes Athesinos, Oeno continuos, & Italiæ finitima: fratribus tandem solus superstes, tota potitus est Bojaria. Fratrum exemplum imitatus, similiter gentili numinum cultu exploso, Christo nomen dedit; Pisonij à S. Ruperto Præsule Vormaciensi cælesti aqua lustratus. Fratris Theodonis & captivitatis & bellorum contra Hunnos particeps & consors fuit individuus. Quoniam autem Italiæ fuit conterminus: à Narsete Eunucho contra Romanos concitatus; urbes quosdam Italiæ cis Padum sibi proximas invasit, indque suum obsequium redegit: quapropter à multis quoque Rex Italiæ audijt. Post paucos exinde dies rebus humanis excessit A. C. 567. regni sui XXXI.

TASSILO sive THESSALONUS, Bojorum Princeps, ducatum cum patruele æquis legibus partitus, eum accepit tractum, qui ab Oeno ad Lycum, inde ad Francos veteres Bohemiamque porrigitur. VVeltenburgium cœnobium (anno 575.) condidit. Sigeberto Austrasiæ Regi auxilio profectus adversus Chilpericum illius fratrem; domi interim principatu excidit: quem tamen auxilijs Childeberti Francorum Regis recuperavit; pulso Garibaldo suo agnato. Obijt anno duodesexcentesimo, paucis diebus post cladem à Cacano Heneto acceptam: in qua duo millia Bojorum periere.

GARIBALDUS Princeps Bojorum, atrox ac cruentum cum Henetis in Norico ad Agunrum gessit bellum: ubi ab hostibus victus, & terga vertere coactus: collectis rursus viribus, eos præda onustos adortus fudit, fugavit, Norico exterminavit; prædam omnem recuperavit. Vita excessit A. C. 612. Nupta ipsi fuit GAELA, fœmina pudica, filia Sigulphi Principis Venetorum, & Rhomildæ; quæ Cacani Avarum Regis amore capta, nuptiasque pacta, Forum Iulij ipsi prodiderat: sed à quo palo confixa, meritum proditionis suæ supplicium expendit.

THEODO IV. Bojariæ principatum à patre per manus accepit. Obijt Anno Christi 630.

THASSILO II. Bojorum Regulus, Nariscos possedit: nobilitatus bello cum Henetis gesto: quos socijs armis fratri junctis victos, sub jugum religionis Christianæ misit: quibus postmodò contra Hunnos fida tulit auxilia. Obijt Anno Christi 650.

THEODOPERTO II. Bojorum Rectori, in divisione principatus, Vindelicia & Narisci obtigêre.

THEODO V. Princeps Bavariæ, Reginoburgum, Nariscos, Vindeliciam post patris excessum sortitus: fundavit cœnobium S. Haimerani Ratisbonæ.

VTA à Segibotho quodam decurione equestri compressa, ubi alvo intumescente prodere-

LANDOBERTVS Bojorum Princeps, sororis ignominia & sceleris indignitate commotus: D.

*

GRIMOLDVS Bojorũ Princeps, ditionum paternarum divisione facta, in portionẽ hæreditatis accepit Bathaviã, Laureacũ, Iuvaviam, Vtinum, Nori-

†

THEODOPERTO III. Principi Bojariæ in principatus divisione, ea Norici pars, quæ inter Oenum & Athesim amnes in montibus cubat, obtigit. Asprando exuli diu hospitium præbuit: tandemq; vi & armis in Italiam reduxit, & Longobardis Regem dedit.

LANDOFRIDVS VALDOMA-

*

GAELOVINDA virginibus in cæ-

(*)

Q

tur flagi-

Bojariæ Rectores.

*

tur flagitium, S. Haimeranum Præsulem Ratubonensem, ceu auctorem culpæ honestiorem parentem nuncupans: ipsi exitium, sibi exilium perpetuum attraxit.

Haimeranum Romam euntem insecutus: apud Hellendorf superioris Bojariæ pagum, nequicquam tantum scelus abnuentem, miserũ in modum excarnificavit.

Quam ob causam profugus ad Abares & Hunnos, exul in Pannonia obijt. Eius soboles omnis à ducatu & fastigio Bojariæ exinde deturbata, & in ordinem equestrem est redacta.

†

cumRipense,cum locis cõtiguis. Inter vivos esse desijt Anno Christi 695.

*

RVS. & *ELILANDVS Bojariæ ducatu ob ætatẽ impuberem exclusi: eius portionem postea postulantes, Antheryphos, loca Isara & Lyco fluminibus finitima accepère: ubi octo sacras ædes construxere: pro maribus quidẽ Beurn, Schlechdorff, Seurstad, Sandau, Vessobrunnam: pro fæminis Pollingum, Stapfelsee, & Cochelsee.*

(*)

nobiqs Pollingo, Stapfelsee, & Cochelsee præfecta. GVTRVDA Litoprando, Asprandi F. Longobardorum Regi, nupsit.

THEODO VI. Princeps Bojorum, pietatis & prudentiæ fama domi militiæque insignis: vivus Bojariam inter filios distribuens; Ratisbonam, Bojariam inferiorem, & Natiscos sibi gubernandos retinuit. Obijt Anno Christi 708. Vxor GLISONOTHA.

PLECTRVDIS consors Pipini Ducis Brabantiæ, Coloniæ sepulta.

HVGOPERTVS Bojorum Princeps à genitore Bathaviæ, Iuvaviæ, Vtino, & finitimis locis præfectus: fratribus solis superstes, à Carolo Martello toti Bojariæ est impositus. S. Corbinianum ex Italia, missis legatis, revocavit: Fruxinique in arce sua collocavit. Martello contra Saracenos in Aquitania militavit. Obijt A. C. 735.

GRIMOLDVS II. superiori Bavariæ Alpibus subditæ, à patre impositus: post Theodonum patris & fratris excessum, ipsorum quoque partes usurpavit. D. Corbiniano familiariter usus; in castro suo Fruxini pastorem eum designavit: regiæque mensæ convivam ferè semper adhibuit. A quo postea liberiùs reprehensus, quòd fratriam uxorem duxisset: insidias illius vitæ struere cœpit: quas tamen nocturna fuga ille evitavit ipsemet non multo pòst tumultu in Bojaria orto, perijt: post cujus interitum VVILLETRVDA uxor cum liberis in Franciam confugit ad Carolum Martellum.

ALBERTVS, OTGERIO, VTO, à fratruelibus in Comitatus missi, agrum inter Oenum & Isaram homagij jure impetrarunt. Conditores perhibentur cœnobij S. Hyppolyti in Austria, haud procul Vienna.

THEODO VII. Dux Bojorum, Athesinam vallem supra Tridentum & conterminos fines administravit. A Gregorio II. Pp. Roman. anathematis fulmine percussus, Romã adijt: nec multo pòst redeundo debitum naturæ exsolvit A. C. 718. Vxor VVILLETRVDA successus postmodò nuptijs juncta est Grimoldo leviro.

SVINHOLDA uxor Caroli Martelli Francorum Ducis.

VTILO Princeps Bojorum, educatus in aula Ducum Franciç, HILTRVDEM Caroli Martelli filiã rapuit uxorẽq;, duxit. Generosi hic spiritus, ingentisque animi princeps: qui Franciæ Regum pertæsus ignaviam, se quoq: Regem appellavit: præsertim, quia opibus polleret, & regiam haberet uxorem. A Pipino tandem, ad regiam dignitatem evecto, ad obsequium reductus: rùm nomine regio abdicato, in Ducum ordinẽ iterum se redegir: rum multis in bellis contra saxones, multoties fidem frangentes, ipsi affuit. Plurima & ipsi fuere bella cum Laudofrido & Godefrido Suevorum Rectoribus: quæ feliciter confecit. Suasu D. Bonifacij septem construxit monasteria: quorum ex numero sunt Altaichium superius, & Nidrobutgum Barhaviæ. Obijt Anno Christi 765. XV. Kalend. Februarij, regiminis sui XXX. Sepultus in Austravia.

TASSILO III. postremus suæ stirpis Bojariæ Princeps: duodecimum ętatis nactus annum, à patre missus est in aulam Pipini Regis Francorũ, sui avunculi; ubi duodecim plus minus annos versatus; omnib' bellis in Saxonia, Aquitania, Vasconia, Italia, Gallia interfuit.

interfuit. Certior postea redditus de parentis morbo: Rege insalutato, nec commeatu impetrato, de exercitu clàm se subduxit: domumque contendens, mox à patris obitu Bojariam occupavit. Summè ab initio rebus divinis favisse: religionisque amantissimus ac studiosissimus fuisse traditur: multaque cœnobia atque ædes sacras instaurasse. LITOPYRGAE postea uxoris (erat hæc Desiderij Longobardorum in Italia Regis F.) illecebris nimiùm deditus: illius suasu, & paucorum procerum scelere, à Carolo Magno, suo amitino, deficiens; non solùm habere eum despectui cœpit: sed & adversus eum Hunnos atque Avares, religionis & imperij Francici hostes acerrimos, concitavit. Quare lege Salica læsæ majestatis condemnatus: & instar monachorum tonsus, Laureacum in cœnobium est relegatus: ubi supremum clausit diem Idib. Decemb. A. C. 787. ætatis suæ XLVI. Ibidem sepultus. *Bojariæ Rectores.*

GVNTERVS in venatione haud procul Laureaco ab apro interfectus.

THEODO cum genitore sacris initiatus, & sacerdotum tribui cooptatus.

VTILO, Theodonis I. Bojorum Regis F. Adalgerionis N. cum Theodoperto Austrasiæ Rege adversus Danos, pyraticam exercentes, armato milite profectus: terra marique hostes invasit, fudit, cæcidit: & Rege Cochelarico perempto, prædam omnem atque captivos recuperavit. Vnde quòd eo bello fortiter egerat, & anteà quoque egregia virtute cognitus erat; à Theodorico primo Austrasiæ Rege, Theodoperti genitore, limiti inferioris Germaniæ, inter Scaldim, Mosam, & Rhenum amnes est præfectus: & Marchio sive Satrapa Antuerpiensis vocitatus: gener quoque ab ipso adscitus, accepta in uxorem CLOTILDE illius filia. *Marchiones Antuerpiæ.*

HVGOPERTVS, alijs Sigebertus, Marchio Antuerpiensis, obijt A. C. 563. Vxor N. Farraconensis.

ASOPERTVS sive Hausbertus, qui & AMBERTVS, Satrapa Antuerpiensis, obijt Anno Christi 579. Vxor PLVTHYLDA Clotharij primi Regis Francorum F.

ARNOLDVS Marchio Antuerpiensis, Dux Brabantiæ & Hasbaniæ, naturæ concessit Anno Christi 601. Vxor ITHA sive ODA Gunzonis Ducis Sueviæ F. *Duces Brabantiæ.*

ARNOLPHVS Dux Brabantiæ, & Palatinus sive Major domus Franciæ, bigamus fuisse legitur. Vxores eius memorantur DODA Caroli Hasbaniæ Principis F. & altera DODA Saxonica. Repub. postmodùm relicta, in sacerdotum curiam ac senatum adlectus Mediomatricibus datus est Pontifex: & post obitum, qui ipsi accidit A. C. 641. divorum albo adscriptus.

MATHILDIS nupsit Ottoperto Tungrorum & Hasbaniæ Principi.

TARSITIA virgo Vestalis, ob vitæ continentiam inter divas relata.

LVDOLPHVS Episcopus Metensis.

ANGISVS sive ANSEGISVS, Marchio Antuerpiensis, uxorem duxit BEGGAM, Pipini Senioris Brabantiæ Ducis F. germaniam Grimoldi & D. Gariotrudæ: aulæque Orientalis præfectura, Brabantiæ item ducatu à Dagoberto Magno Francorum Rege est donatus. In bello tandem ab Henetis occisus, hominem exuit A. C. 670.

FEVDVLPHVS sive Ferdulphus.

MARTINVS Major domus Franciæ sub Clotario, & eius filio Dagoberto: ab Ebroino contra fidem datam insidiosè occisus Neustriæ.

PIPINVS cognom. *Crassus*, Dux Brabantiæ, postea Regij quoque

LANDRADA Palatij

Duces Brabantiæ. Palatij in Francia Majori: junctis copijs cum Germaniæ principibus, arma movit contra Lbroinum, Barochum, Gilomarium, invicem ob aulæ præfecturam decertantes: omnibusque sublatis, & Theodorico Rege capto, mox tamen pristinæ dignitati ac libertati restituto, magnam apud Francos nobiles consecutus est gratiam atque famam; & ad præfecturam etiam promotus: in qua multa cum laude se gessit: præclara excelsi animi signa ædens, augendo dilatando & Regni pomœria in Germania D. Landobertum Trajecto restituit: Frisios cum Duce Radbodo Christianam fidem suscipere, armis compulit A. C. 697. Godefridum Suevorum regulum ad obsequium redegit. Obijt A. C. 714. XVII. Kal. Ianuarij.

mater Chrodogundi Mediomatricum Episcopi.

Liberi eius

ex PLECTRUDE, Grimoldi Bojorum Ducis F. uxore legitima:

DROGO Comes Campaniæ, eam possedit primæ Galliæ Belgicæ partem, quæ Matrona fluvio à Celtis dividitur, ubi Catalauni sunt. Patrem morte prævenit.

GRIMOLDVS Nordoberto extincto in Prætorij præfectura à parente successor datus: ipsum gravi morbo decumbentem visendi gratia ex Gallijs in Germaniam iter faciens: Leodij à Frisio quodam milite in æde S. Landoberti episcopi est confossus A. C. 714. mense Martio. Vir justus & modestus. Vxores eius duæ: 1. THEODOVINDA Radbodi Frisonum Regis F. 2. ROSEMVNDA Theonis Marchionis superioris Pannoniæ F.

Filia N. uxor Leonis Isauri, mater Constãtini Copronymi, Imp. Byzantinorum.

THEODOVALDA seu Theodaldus, patri in præfectura Regij Palatij ab auo surrogatus: post illius quoque à Gallis Lugdunensibus mox aula est exactus.

ex ALPAIDE sive Albæda, concubina; sorore Dodonis, qui Lambertum Præsulem Vltrajectinum trucidarat:

CAROLVS Martellus, avus CAROLI Magni primi Cæsaris Germanici. Ab his familiam hanc nomine STIRPIS CAROLINAE insignivimus.

STIRPIS

STIRPIS CAROLINAE
Stemma Illustre
PRIMORVM IMPP. GERMANICORVM à quibus orti PRINCIPES PALATINI ad Rhenum, & DVCES Bavariæ.



†

Otho III. Palatinus Shirorum, Comes VVittelsbachius, ✠ 1101. | Bernardus. | Eccardus Dynasta Schirorum ✠ 1101.

Otho IV. VVittelsbachius, Palatinus Schirensis.

Otho Major VVittelsbachius, Dux Bavariæ ✠ 1183. | Fridericus Bardus ✠ 1194. | Conradus Archiepisc. Moguntinus 1206. | Otho Minor VVittelsbachius.

Ludovicus I. Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, ✠ 1231.

Otho Comes VVittelsbacchius ultimus: progenitor Comitum Silvestrium.

Otho Illustris, Rheni Palatinus Elector, Dux Bavariæ, ✠ 1253.

Ludovicus Severus Elector Rheni Palatinus. ✠ 1294. | Elisabeth uxor Conradi IV. Cæsaris. | *Henricus Dux Bavariæ inferioris* ✠ 1290.

Rudo[illegible] Elector Rheni Palatinus 1315. | Ludovicus V. Imp. progenuit Gubernatores ducatus Bavariæ: de cujus prosapia. folio seq. | *Otho Rex Vngariæ* ✠ 1312. | *Stephanus Dux Bavariæ inferioris* ✠ 1311.

Adolphus Simplex Elector Palatinus ✠ 1389. | Rudolphus II. Elector Palatinus. 1353. | Rupertus I. Elector Palatinus. | *Henricus Natterburgius, Dux Bavariæ* ✠ 1333. | *Henricus Dux Bavariæ secunda* ✠ 1340. | Otho Dux Bavariæ 1335.

Rupertus II. Elector Palatinus ✠ 1398.

Ioannes Dux Bavariæ infer. ✠ 1340.

Rupertus Imp. & Elector Palatinus ✠ 1410.

Rupertus Pipan. ✠ 1395. | Ludovicus Barbatus Elector Palatinus. ✠ 1409. | *Ioannes Neoburgius.* | Fridericus Ambergensis. | Otho Dux Novifori. | Stephanus progenitor Simerensiũ & Bipontinorum.

Ludovicus III. Elector Palatinus. ✠ 1451. | Fridericus Victoriosus, Elect. ✠ 1476. | Rupertus Archiepisc. Coloniensis. | *Christophorus Rex Daniæ, &c.* ✠ 1448. | Otho Dux Novifori. | Rupertus Episc. Ratisbon. | Albertus Episc. Argentin.

Philippus Ingenuus Elector Palatinus ✠ 1508.

Ludovicus Pacificus Elector. ✠ 1544. | Rupertus Virtuosus C. Pal. Rhen. ✠ 1504. | Fridericus II. Elector ✠ 1556. | Georgius Episc. Spirensis. | Philippus Ep. Frisingen. | Henricus Ep. Vormatiensis. | Ioannes Episco. Ratisbonensis. | VVollfgangus Dux Novifori.

Otho Henricus Elector Palatinus ✠ 1559. | Philippus Bellicosus C.P.R. ✠ 1548.

COMI-

COMITES PALATINI SIMERENSES ET BIPONTINI.

Stephanus Ruperti Imp. F. Comes Bipontinus ✠ 1444.

Fridericus Simerensis.

Ioannes I. Palatinus & Spumerius ✠ 1509.

Rupertus Episc. Ratisbonensis.

Ioannes II. Comes Palatinus & Simerius ✠ 1557.

Fridericus III. Elector Palatin. ✠ 1576.

Georg. Comes Simeri. ✠ 1569.

Richardus O-brincanus & Simerius.

Ludovic. V. Elector Palatinus ✠ 1583.

Herman. Ludovic. C. P. R. ✠ 1556.

Ioan Casimirus N. 1543.

Christophorus ✠ 1556.

Fred. Philippus.

Fridericus IV. Elector.

Anna Maria D.

Ludovicus Niger Comes Palatinus & Bipontinus.

Caspar Veldensius.

Alexander Bipontinus.

Ludovicus Comes Palatinus & Bipontinus ✠ 1533.

VVolfgangus Pr. Palatinus & Bipontinus ✠ 1569.

Phil. Ludovicus C. P. Rh. N. 1547.

Ioan. nes.

Otho Henricus C. P. Rh.

Fridericus.

Carolus.

Volfgangus Gulielmus.

Augustus.

Ioan. Fridericus.

Georgius.

Rupertus Veldentianus.

Georgius Ioannes Lucelstenius.

Georg. Hu-stavus.

Ioan. Augustus.

Ioannes Archiepiscopus Madeburgensis.

Rudolphus Episcopus Argentinensis.

DVCATVS BAVARIAE GVBERNATORES.

Ludovicus V. Imp. ✠ 1347.

Ludovicus Elector Brandeb. ✠ 1361.

Menardus Tyrolius ✠ 1363.

Stephanus Fibulatus, Dux Bavariæ ✠ 1392.

Stephan. *Ingolstadensis* ✠ 1413.

Ludovicus Barbatus, Ingolstad. ✠ 1447.

Ludovicus Gibbosus Ingolstad. ✠ 1445.

Ioannes Episcop. Ratisb.

Frider. *Landsbutensis* ✠ 1393.

Henricus Dives, Landsbutensis, ✠ 1450.

Ludovicus Dives, Lädsbutensis ✠ 1479.

Georgius Dives, Landsbutensis ✠ 1503.

Margareta uxor Philippi Electoris Palatini.

Elisabeth uxor Ruperti Palatini.

Ludov. Romanus Elector Brandeb. ✠ 1369.

Ioannes Monacensis ✠ 1397.

Ernestus Monacē. fis ✠ 1438.

Albertus III. Monacensis ✠ 1460.

Ioannes.

Sigismundus.

Albertus IV. Dux utriusq; Bavariæ ✠ 1508.

Christophorus.

Gulielmus Straubingensis.

Otho M. Brandeb.

Gulielmus I. Comes Hollādiæ ✠ 1377.

Gulielmus II. Com. Hollandiæ

Iacoba Hollandiæ Princeps ✠ 1436.

Albertus II. Dux Straubing.

Albertus Comes Hollandiæ ✠ 1404.

Ioannes Leodiensium Episc. Pr. Hollandiæ.

Franciæ Principes.

Gulielmus Dux utriusque Bavariæ ✠ 1550.	Ludovicus Dux inferioris Bavariæ.	Ernestus Episc. Pataviensis & Salisburg.

Albertus V. Dux vtriusqne Bavariæ ✠ 1579.

Gulielmus Dux Bavariæ N. 1548.	Ferdinandus N. 1550.	Ernestus Archiepiscopus Coloniensis, Frisingensis.

Maximilianus.	Philippus Ep. Ratisbonensis.	Ferdinandus Præpositus Coloniensis.

STIRPIS CAROLINAE
PLENIOR ΕΚΦΡΑΣΙΣ.

AROLVS *MARTELLVS* juvenis, Pipino patre defuncto, à noverca Plectrude carceri inclusus Coloniæ Agrippinæ: sed Avini cujusdam opera inde elapsus: Chilperico Francorum Rege, & Reginofrido Majore Palatij, bino prælio victis ac profligatis; paternam dignitatem recuperavit. A Germaniæ Austrasiæque proceribus ad Franciæ regnum invitatus: principatum Francorum, & aulæ atque prætorij præfecturam usurpavit: regium nomen recusavit. Bellorum procellis undique insurgentibus; Ipse ingentis animi heros, Friseos Christiani nominis hostes acriter compescuit: Eudonem Aquitaniæ Comitem profligavit, Theobaldum Suevorum regulum ducatu ejecit; Landofridum armis sibi parere coëgit: Saracenos in Galliam infusos, magnis prælijs delevit (cæsorum autem ultra 350000. fuisse, uno asserunt ore scriptores Gallici) Abditamum Regem illorum in acie trucidavit: Gallias totas, Aquitaniam, Belgas, Celtas, Provinciam Narbonensem opinione citiùs recepit: contra Saxones denique, & ipsos à Christiana religione alienos, ad Visurgim usque amnem progressus; acri devictos prælio, vectigales fecit. Sic itaque imperio Francorum, quod inquietissimum acceperat, pacato; hostibus ubique gentium sublatis: nomineque suo ad omnem posteritatem nobilitato: ex humanis decessit in Carisiaco villa propè Isaram fluvium, XI. Kal. Novemb. A. C. 741. regiminis sui XXVII. Sepultus Parisijs in æde Dionysiana inter Reges Francicos. Ex SVANHYLDE, Theodonis VII. Bojorum Regis filia, sexeni ipsi nati liberi:

CAROLOMANNVS primogenitus, patris in Franciæ principatu, *& Regij Palatij præfectura successor: domitis hostibus, labentem Christianismi disciplinam restituit. Mundi tandem hujus gloriam, & bona caduca contemnens: regni administratione penes fratrem Pipinum relicta, sacros recepit ordines: & in Italiam abiens, in monte Cassino monachum egit Benedictinum: ubi & post fata (fabri autem extinctus est Vienna Allobrognm) sepulturam meruit.*

Pipinus Major domus, postea Rex Franciæ, stemma propagavit. †

GRIPHO quietis inpatiens, matris instinctu, Pipino fratri rebellans: armis arreptis occupat urbem Laon: quam dum communire vult, imparatus opprimitur: captivusque ducitur in Castrum Novum in Arduenna sylva situm. Hinc tamen non multo pòst elapsus: Saxonum adjutus auxilijs, valido & numeroso coacto exercitu, fratrem denuo bello petit. Quem ubi cum Vtilone Bojo Saxoniæ fines attigisse, bellumque fervere animadvertit: in Bojariam clam divertens, Vtiloni ducatum eripit. Sed à quo captus, & cum Landofrido Suevo in Franciam est abductus: ubi custodia iterum elapsus, dum in Italiam fugam adornat, à præfectis Pipini cæsus occubuit.

ÆGIDIVS, alijs REMIGIVS, Antistes Rotomagensis.

GROSGVNDVS Episcopus Metensis.

GILTRVDIS nuptam elocata Vtiloni Duci Bojorum.

Franciæ Reges.

PIPINUS cognomento *Pusillus*, Dux Brabantiæ, quum per novem annos administrasset officium Majoris Palatij; ne tantillum quidem remittens ab ea, quam pater

pater ipsius Martellus in Reges exercuerat, auctoritate: non tam jussu Papæ Zachariæ, cui vituperosum Childerici vitam transmisso libello perquam diligentissimè exposuerat; quàm omnium procerum consentientibus voluntatibus, *Francorum Rex* designatus; & Childerico in monasterium incluso, Suessione à Bonifacio Archipræsule Moguntino est consecratus Kal. Maij A. C. 751. In Italiam contra Aistulphum Longobardorum tyrannum duas fecit expeditiones: quem tandem victum, oppida & castella, Romanæ sedi erepta, reddere coëgit. Ex Italia reversus, Bæfarium sive Gaifarium Aquitaniæ Ducem apud Petragoricos profligavit: rursus rebellantem occidit: Vtilonem Bojum vectigalem sibi fecit: Saxonibus quoq; acie victis annuum imposuit tributum trecentorum equorum. Lutetiæ deniq: in Gallia constituto summo judicio, quod Parlamentum nominant; ibidem decessit IIX. Kal. Octobris A. C. 768. postquam à coronatione dexterrimè rem administravit Francicã annos XVII. menses quatuor, dies XXIV. Heros belli & pacis artibus juxtà clarissimus. Sepultus in Dionysiano. Liberos genuit *Reges. Francorũ.*

ꝟ ex BERTHA Longipede, Hungara, sive (ut alijs placet) Constantini Rhenotmeti Imp. Byzantini filia, defuncta IV. Id. Quinctil. A. C. 783. & in Dionysiano sepulta:

Carolum Magnum. primum IMP. Germanicum. †

CAROLOMANNVM, qui post parentis excessum cum Carolo fratre Francorum ex æquo partitus imperium, Celticam cum Suessione obtinuit. Cum eodem exinde longas alens discordias: ut vir erat ingenio feroci; quod pessimos nactum amicos improbosque magistros, plerunque in deteriorem partem applicabatur: Desiderium tandem Longobardorum Regem adversus illum armavit. Vita excessit Salmoniaci pridie Kalend. Decemb. A. C. 771. à solenni inauguratione anno tertio completo cum LXXI. diebus. Ibidem inhumatus, duobus relictis filijs: qui cum matre BERTHA Boja, in Italiam fugientes, in Desiderij Regis clientelam se dicarunt. Sic itaque post hujus Carolomanni mortem, Galliæ Germaniæq; ad unius Caroli devolutæ sunt potestatem.

PIPINVM in puericia extinctum.

BERTHAM consortem Milonis Anglerij, *Ducis Angrivariæ, qui in bello Caroli Magni Saracenio (778) fortiter occubuit; matrem*

ROLANDI Cenomanni Comitis, herois fortissimi: cujus imagines in urbibus Saxonicis passim visuntur: q post ardentissimos prælij labores in montibus Pyrenæis siti extinctus scribitur, prid. Kal. Iun. A. C. 796. ætatis suæ XLII.

GISILAM virginem Vestalem.

GERTRVDIM sepultam Meti ad B. Arnulphum.

ADAM Sanctimonialem Treviri apud S. Maximinum: ibidem tumulatam.

SYMPHORIANAM nuptam Amberto Lotharingiæ Duci.

ꝟ ex Leutburgi:

LEONEM TALANDVM, à Carolo Magno fratre consanguineo in Saxones profecturo. Alemanniæ præfectum: & ab eodem postea, ob insidias Hildegardi Reginæ structas, in insulam deportatum.

CAROLVS *Magnus, primus IMP. Germanicus. Rex Franciæ, Austrasiæ Italiæ, & Bavariæ*: natus Caroloburgi in Bavaria A. C. 742. educatus est Ingelheimæ: & in Græcis pariter ac Latinis literis à Paulo diacono Pisano egregiè institutus. Patre defuncto, imperium Francorum cum Carolomanno fratre partitus: accipit Neustriã & occidentalia regna, Burgundiam, Aquitaniam, Galliam Narbonensem & Lugdunensem; & eius urbes Moguntium, Aquisgranum, & Vormaciam, ubi aulę sedẽ habuit Paternę avitæq; virtutis æmulus; sub regni auspicia bello defunctus Aquitanico: Italiam, rogatu Adriani Pontificis, ingressus; capto Desiderio Longobardorum Rege, regnum Francico nomini subegit III. Non. Maij A. C. 774. Ad Saxonicũ inde bellũ se convertens: Saxones sępiùs rebellantes, quib' cum bis tantùm aperto marte cõflixisse traditur, tricennali tandẽ bello perdomuit: &, quâ ab initio sempegetat, vera pietate imbuit. Interim in Saracenos, Hispaniam fermè omnem vastantes, arma induens: eos intra Bœticæ angulũ compulit: & Pompeloni ac Cæsaraugustę firma præsidia imposuit. Inde in Franciã regrediens, in Pyrenæis jugis transeundis, Vasconum perfidia non mediocre vulnus accepit. Insidiosè quippe ab ipsis circumventus: non paucos è suis, & in his fortissimum quemq; amisit. In hac quoq; clade perijt Rolandus Caroli è sorore nepos, non ferro, sed siti: quum inter præclara eius dici facinora manu sua jugulasset Mafurium, summum ducem *Imp. Rom.*

exercitus

Reges Germaniæ. exercitus Saracenici. Iterum Italiam ingressus, Agarisum sive Hæregisum Ducem Beneventanum, Longobardorum reliquias adhuc foventem, ad officium coëgit. Inde reversus Tassilonem Bojorum Ducem, bellum non necessarium moventem, compescuit: pacta autem violantem, lege Salica ad regni abdicationem condemnatum, in monasterium inclusit: Bojariamque suæ fecit ditionis. Hinc in Sorabos, Saxoniam & Turingiam; mox in Hunnos, Bojariam depopulantes, expeditionem suscipiens: illos parvo negotio, hos non nisi octennij bello debilitatos, edomuit. Leonis inde Papæ à Romanis malè mulctati, patrocinium suscipiens; tertiò in Italiam contendit: à quo posteà, controversijs compositis, Romæ in æde D: Petri magna acclamatione populi Imperator Romanorum est renunciatus IIX. Kal. Ianuarij A. C. 800. Cæterùm parta ex eo tempore pace, Ecclesias constituit: studiorum gymnasia passim erexit: regna ædificijs exornavit. Filio tandem Ludovico consorte & successore Imperij nominato, Aquisgrani ardenti febre correptus, septimo postquam decubuit die, pleuritide est extinctus V. Kal. Febr. A. C. 814. septuagenario major biennio: ibidem in æde B. Virginis Deiparæ, quam magnis sumptibus extruxerat, sepultus. Princeps vera erga Deum pietate ardenti erga religionem & Ecclesiam studio, sapientia item & fortitudine, justitia, clementia, & beneficentia inclytus. Liberi ipsi nati

☿ ex HERMINGARDE seu THEODORA, Desiderij Longobardorum Regis filia, quam mater ipsi etiamnum adolescenti collocarat,

Nulli. Quam ob rem, quod infæcunda visio corporis & clinica esset, post annum eam repudiavit.

☿ ex HILDEGARDE, Hiltebrandi Ducis Alemannorum & Rugardæ ex Bojaria oriundæ filia, Theodonis villæ defuncta prid. Kal. Maij A. C. 783. & Metiis in D. Arnoldi æde sepulta:

CAROLVS Rex Germaniæ, heros magnanimus & bellicosus; à genitore bellis Saxonico & Sclavico præfectus; utrunque magna felicitate confecit: gentesque ferocissimas ad obsequium redegit. Contra Sorabos quoque missus, rege ipsorum Miloducco cæsoduas ad Albim & Salam extruxit arces. In Bavaria fatali morte absumptus pridie Non. Decembris A. C. 811.

Reges Italiæ. *PIPINVS à patre, assiduis Saxonum & Hispaniæ bellis implicito, in regno Italiæ consors electus: & ab Hadriano Pontifice magna omnium approbatione Rex inunctus XVII. Kal. Maij A. C. 781. Venetos debellavit. Mediolani ante patrem decessit A. C. 810. postridie Nonarum Quintil: Vir, si diutiùs vita suppeditasset, virtutis magnitudine procul dubio patriam avitamque gloriam ad æquaturus. Veronæ in cœnobio S. Zenonis, quod ipse olim extruxerat, sepultus: ex ADELHEIDE uxore unico superstite F.*

BERNARDO, Modoëtiæ, Caroli avi voluntate, ab Archiepiscopo Mediolanensi in Regem Italiæ coronato: quod munus, patris exemplo, summa administrare industria ab initio perrexit. Sed qui posteà assentatorum blanditijs incensus: quum Ludovicum Imp. patruum suum, aditu Italiæ prohibere; ac regno Franciæ, quod ad se pertinere jampridem persuasus erat, exuere instituere: eius hostili adventu territ⁹, à suisq; destitutus; armis abjectis, apud Cabellonem Heduorum, urbem Burgundiæ, ipsi se tradidit. A quo in Germaniam abductus: & Aquisgrani juxta leges Romanas & Salicas ad capitis supplicium condemnatus: sed vita donatus, luminibusq; orbatus, in monasteriũ est inclusus: in quo paulo pòst mærore vitam finijt XV. Kal. Maij A. C. 818. Sepultus Mediolani in æde D. Ambrosij. Eius F.

PIPINVS Iunior in Comitum ordinem redactus est cum tribus suis filijs.

BERNARDO,

PIPINO &

HERIBERTO: quorum hic Ludovici Pij posteros capitali prosecutus odio, Rudolphum Balduini primi Flandriæ Comitis F. confodit. Posteà tamen & ipse interemptus est à quodam hujus satellite.

Ludovicus Pius, IMP. stemmatis nobilissimi propagatur. †

LOTHARIVS gemellus cum Ludovico in lucem editus, infans obijt.

ROTHRV-

ROTARUDIS desponsata Constantino VI. Imp. Constantinopolitano, ante nuptias naturæ concessit Idib. Junij A. C. 810. *Reges Italiæ.*

BERTHA virgo obijt.

GISALA Mediolani baptizata A. C. 780. virginem Vestalem egit.

ex FASTRADA, Rudolphi Franciæ Orientalis Comitis filia, uxore tertia; defuncta IV. Idib. Sextil. A. C. 794. & Moguntiæ in æde S. Albani sepulta:

THEODORA Argentolij Abbatissa, ibidem tumulata.

HILTRUDIS cum sororibus BERTHA & ADELTRUDE, *sub patre licentiùs, quàm majestas domus Cæsareæ postulabat; & liberiùs, quàm necesse est probis, vivebant. Unde quòd parum honestè pudicitiam tuerentur, & cuilibet vel infimæ conditionis se prostituerent; vulgo malè audierunt.*

ex LUITGARDE Alemanna Friderici F. uxore quarta, prid. Non. Innij A. C. 800. in urbe Turorum mortua & sepulta:

Nulli.

ex GERSUINDA sive GARSULA Saxonica, concubina:

ADELTRUDIS scortum publicum.

ex REGINOBYRGA sive ADELTRUDE concubina altera:

HUGO Dux Aquitaniæ.

DROGO Præsul Mediomatricum, consilio conjuratorum, quorum scelere atque fraude à proprijs filijs captus erat Ludovicus Augustus, cum perpaucis Episcopis refragatus: Ludovico Germanico, alterutri fratrum, persuasit: quò patrem ex injusta servitute & captivitate liberaret.

ex ADELINDA pellice tertia:

THEODORETUS Dux Provinciæ.

ex HIMELTRUDE concubina quarta:

PIPINUS pulcer quidem facie, sed gibbo deformis: quòd cum quibusdam Francorum proceribus in patris caput conjuraverat, in monachorum ordinem est redactus: & ad Suevos in cœnobium S. Galli deportatus: inde tamen, quò levius foret exilium, ad Prumam cœnobium in agro Trevirensi translatus.

BERTHA obijt puella.

EMMA Eginhardo, Caroli Magni notario & historico desponsata, fundavit Salingestadiense cœnobium in Franciæ Orientali.

ex RACHILDE, LUITBERGA, & LEONIA concubinis cæteris,

Nihil liberorum.

LUDOVICUS à religiosa superstitione cognominatus *PIUS*, solus è Caroli Magni filijs superstes patri successit tàm in imperio Romano, quàm in cæteris regnis: Imperator consecratus Aquisgrani à Stephano IV. Pontifice Romano IV. Kal. Novemb. A. C. 816. Ante Imperium res magnas gessit, præcipuè contra Saracenos in Hispania: in Imperio Dacicum bellum confecit: Bernardum fratruelem, in Italia res novas molientem, capitali pœna affecit: Mormanum Britonum præfectū, qui se per seditionem Regem appellarat, acie victum interfecit; totamq; Britanniam citeriorē recepit. Porrò idololatricos cultus Sanctorum, aliasq; superstitiosas observationes ordinis monastici majorem in modum auxit: patri tamen neq; sapientia, neq; virtute, neq; industria par fuit: cæpitq; cum ipso non solùm degenerare virtutis ea præstantia, quæ fuit in majoribus, sed & auctoritas minui. In odiū venit apud Imperij proceres cùm propter sæviciam, quā in Bernardum Regē Italiæ, suum ex fratre nepotem, exercuit; tum quòd de uxoris consilio pleraq; faceret & administraretur: apud filios verò propter eiusdē molitiones, quæ patrem contra privignos concitabat. Unde parricidiale quoq; inter ipsos bellum exarsit: frigidam nonnihil suffundentibus episcopis, alijsq; Imperij proceribus: quo à filijs perfidiosè captus, imperiūq; ejurare coactus, in monasteriū postremò S. Medardi Suessione detrusus est. Optimò tamen quovis tumultuante, pristinæ restitutus dignitati: non multo pòst, Imperio inter filios distributo, Moguntiæ decessit XII. Kal. Iulij A. C. 840. ætatis suæ LXIV. sepultus in urbe Mediomatricū prope matrem Hildegardim. Obitū eius antecessit Cometa, & Ecclipsis Solis. Fuit cum Imperio annos XXVI. menses quatuor, dies XXIV. Liberi eius ex HER- *Imp. Rom. Reges Franciæ.*

Imp. Rom. Reges Frãcia.

ꝟ ex HERMINGARDE, filia Ingerami Andium Ducis, uxore prima, in Andium urbe defuncta V. Kalend. Octobris A. C. 818.

Lotharius IMP. Regum quorundam Italiæ & Lotharingiæ progenitorem. †

Principes Aquitaniæ

PIPINUS Rex Aquitaniæ, Vascones, sublatis seditionis auctoribus, vi & armis in officio continuit. Ob pravum postea ingenium, à parente ad Treviros in Germaniam relegatus. ex custodia noctu elapsus, profugus & vagabundus, quacunque licuit, patris conspectum devitavit: donec post parricidiale illud bellum in gratiam cum ipso rediit. Decessit superstite etiamnum patre A.C. 839. mense Novembri: ex uxore N. filia Theodoperti Matricensis dynastæ, duobus relictis filiis:

PIPINO Duce Aquitaniæ, à patruo Carolo Calvo capto, & Suessionum Augustæ cœnobio S. Medardi Incluso A. C. 849. è quo duorum monachorum opera evadens, fuga quidem sibi consulere cœpit: sed à Carolo denuò captus. apud Sylvanectum Galliæ Belgicæ oppidum artissima custodia ad diem usque mortis est asservatus.

CAROLO Duce Aquitaniæ, à Carolo Calvo similiter in sacerdotum ordinem redacto, & in Corbiense cœnobium relegato A. C. 849. Unde tamen fuga elapsum in Bavariam, Ludovicus Germanicus Moguntinis sacerdotibus præfecit. Obiit pridie Non. Iunii A. C. 863.

Ludovicus Germanicus, stemma propagavit. †

HERMINGARDIS sive ADIPARDIS nupsit Beggoni Regi Provinciæ.

ꝟ ex IUDITHA Sueva, filia Guelphi Altorphensis, ducta A. C. 819. à qua totus pependit.

CAROLUS Calvus IMP. stemmatis Regum Galliæ Carolinorum sive Pipinorum propagator: de quibus paulo pòst. †

GUNDOVINA nupta Pepponi Comiti Ascaniæ.

HILDEGARDIS Abbatissa Dominarum monasterii in sinistra Limagi siti, à patre donata omni dominio Comesi ad lacrum Tigurinum, mortua A. C. 860.

BERTHA Hilsegardis sororis in Abbatia successor, mortua A. C. 881.

Stirpis Carolinæ primus ramus, Regum quorundam ITALIAE & LOTHARINGIAE.

Impp. Rõ. Reges Italiæ.

LOTHARIUS Ludovici Pii primogenitus, in conventu apud Aquas Graneas à patre in Imperii consortium adscitus: & à Paschali Papa Roman. Nonis Aprilis A. C. 823. corona & Imperialibus titulis insignitus: pravorum consiliis nimium obsequens, in patrem sæpissimè conjuravit: quem à suis destitutum, & venale inimicorum suorum mancipium, velut ludibrium fortunæ circumduxit, imperioque privavit. Hoc defuncto, quum solus paternorum honorum hæres esse cupit: bino à fratribus prælio, utroque admodum funesto & cruento, fusus fugatusque est: semel ad Fontanicum, Altissiodorensis agri vicum VII. Kalend. Iulii A. C. 841. ubi tot hominum millia utrinque cecidère, ut vires Imperii propè convulsæ fuerint: iterum ad Argentoratum anno vertente XVII. Kalend. Aprilis, ubi exercitus terrore cladis recentis dilapsus, Imperatorem desertum fugam capessere coëgit. Ipsis autem parricidiale bellum utrinque restaurantibus; Veroduni ab Imperii proceribus, semet huic negotio interponentibus, res eò est deducta: ut constituta tetrarchia, ipse Imperii titulo cum Italia, Narbonensi Gallia, & Lotharingia frueretur: Ludovicus Germaniam, Carolus Franciam à Musa ad Oceanum, Pipinus Pipini F. Aquitaniam possideret. Natu jam grandis, hæreditarium veritus filiorum dissidium: postquam sua inter illos regna divisisset: relicta rerum humanarum cura, monachum in Prumiensi cœnobio induit: ubi III. Kal. Octobris A. C. 855. extremum spiritum edidit. Imperavit post patrem annis XV. mensibus tribus, diebus novem.

Vxor IRMENGARDIS Hugonis Comitis F. obiit A. C. 849.

|

LVDOVICVS II. à patre in regni Italici Imperijque Romani consortium adscitus; & Romæ à Sergio Pontifice Idib. April. 844. innunctus; illico milite coacto in Italiam contendit, Saracenos ex agro Beneventano profligaturus: adversumque quos fortiter quoque ac feliciter signa contulit. Verùm quum, exercitu magna ex parte peste alijsque morbis absumpto, defensionem Beneventi commendasset Adelgisio Longobardo, Salerni principi: hic autem cum omnibus Samnij, Campaniæ, & Lucaniæ oppidis ad Græcos defecisset: hanc perfidiam ulturus, in Italiam redijt: & Adelgisio profligato, omnia recepit: deque rebellionis socijs supplicium sumsit. Cæterùm quum rerum trans Alpes nihil haberet: Italiam unam excoluit; eámque quanta maxima potuit cura & fide administravit: nec solùm Papiæ, sed Mediolani quoque, & in alijs compluribus Lombardiæ urbibus, jurisdictionis gratia versari consuevit. Vita excessit Mediolani pridie Kalend. Sextil. A.C. 875. quum annos imperasset viginti, duobus demptis mensibus. Ibidem sepultus in æde S. Ambrosij. Princeps pietatis, pacis, & literarum studiosissimus. In eius vixit consortio ENGELBERGA sive Angelcruda, quam postea repudiavit.

CAROLVS Rex Provinciæ & Burgundiæ, obiit *ἄτεκνος* A.C. 858. Vxor IVDITH, alijs Adeltrudis.

LOTHARIVS Rex Lotharingiæ, à fratre Augusto contra Saracenos evocatus: undecunque collecto milite, quàm celerrimè ad eum in Italiam contendit: hostibusquà superatis, à Benevento victor profectus Romam; in reditu Placentiæ peste est extinctus, amissa magna parte exercitus, VII. Id. Augusti A.C. 869. Vxor TETBERGA sive Dietburgis, soror germana Hugoberti Abbatis, quem ipse ducatui ad montem Iuram & Coccias Alpes præfecerat: à marito, capto illecebris consuetudineque BALDRADAE concubinæ (soror hæc fuit Guntheri Episcopi Coloniensis) falsò adulterij criminata: noctu clam ad Carolum Calvum fuga elapsa, supplicium effugit: paucis ante mariti interitum diebus. *Reges Italiæ & Lotharingiæ.*

HERMINGARDEM Carolus Calvus despondit BOSONI Principi, *adtributa ipsi Provincia cum titulo Regis: qui postea Burgundiam quoque usurpavit contra Ludovicum & Carolomannum, Ludovici Balbi filios naturales.*

LVDOVICVS Provinciæ Rex, *à Carolo Crasso Imp. adoptatus; inque Italiam vocatus; armis eam Berangario Forojutiensi Principi, etiam jurisjurandi ratione posthabita, eripuit: Romæ corona tituloque Imperatoris à Benedicto Pontifice accepta. Sed non ita multò post, quum dimisso exercitu, Veronæ cum paucis nimis securè degeret: ab eodem per insidias captus, luminibusque ac genitalibus orbatus, regno se abdicare coactus est A.C. 917.*

VVILLA Bosoni Marchioni Thusciæ nupta.

LOTHARIVS Comes Provinciæ, ex legitimo Tetbergæ matrimonio genitus. Vxor BERTHA.

GISELA côsors Godefridi Principis Normaniæ.

HVGO Comes Provinciæ, cui Arnulphus Cæsar Forchemij Arelatense regnum feudo contulit, ab Italis accersitus, Papiæ summo omnium studio Rex ITALIAE salutatus A.C. 926. Mediolani coronam sumsit à Lamberto Archiepiscopo. Multis autem in gubernatione perfunctus seditionibus; quò futuris malis occurreret, & hostibus spem novorum imperiorum adimeret: Lotharium F. regni socium sibi adjunxit A. C. 932.

BOSO Marchio Thusciæ, ab Hugone fratre, Rege Italiæ, ob sinistram de regno suspicionem luminibus privatus. Vxor VVILLA Burgunda, F. Bosonis & Irmentrudæ, neptis Ludovici II. Imp.

VVILLA nupsit Berengario II. Eporædiæ Marchioni, qui postea regnum Italiæ est adeptus. Vterque Bambergæ exules mortui, regioq; cultu sunt humati.

HVGO nothus, Dux Lotharingiæ, latrocinia in Gallijs agitans, per duces Ludovici Regis haud procul à Veroduno superatus: adversa pugna & cæde suorum fractus: publica fide accepta, Gundolphiam ad Regem ipsum accessit: veniaq; præteritorum impetrata, Lotharingiam superiorem ad fontes Mosæ gubernandam accepit. Fidem denuo ubi frangeret: regno exactus, à Carolo Crasso Metensibus datus est Præsul. Tertiùm quum rebellaret; oculis ab eodem orbatus, & premiam in cœnobium detrusus: diem

Reges Italiæ. Cæterum ubi à vulgo ſe deſeri, Berengarium verò unum celebrari videret: & penes ſe filiumque inane duntaxat Regis nomen; jus autem imperij penes Berengarium reſidere: ne civitatibus ulteriùs eſſet ludibrio; relicto in Italia filio, cum gazis regijs in Provinciam rediit: ibique paulo pòſt naturæ debitum perſolvit A. C. 947. Vxores ipſi fuere duæ: MAROCIA ALDA, quam repudiavit, & BERTHA Burchardi Principis Alemanniæ F. Concubinæ quatuor; VANDELMONDA, BEZOLA Sveva, Venetis cognomentum nacta; ROZA IVNO VValberti F. ... & STEPHANIA Romana.

BERTHA *conjux Boſonis Comitis Arelatenſis.* RICHILDIS. GISELA.

† iſtic ſupremum clauſit A. C. 885. ibidem ſepultus.

Liberi eius

ex MAROCIA ALDA, uxore legitima

LOTHARIVS Rex Italiæ Mediolani conſecratus A. C. 932. patris poſtea deſtitutus præſidio, Berengarij ſævientis opes adauxit: neque rem fermè ullam, quæ literis prodita ſit, pro imperio geſſit. Vnde ex mœrore in phrenefin incidit: qua perijt A. C. 945. nulla ex ADELHEIDE, Rudolphi Burgundionum Regis filia, ſuſcepta ſobole. Ipſa vidua poſt mariti exceſſum à Berengario II. in vincula conjecta: Othonis Auguſti, cui poſtmodò nupſit, ope inde evaſit.

ALDA nupſit Alberico Cos. Rom.

ex concubinis:

HERIBERTVS Thuſciæ Princeps.
BERTHA *uxor Romani Iunioris Imp. Byzantini.*
BOSO *Epiſcopus Placentinus.*
THEOBALDVS Archidiaconus mediolanenſis.

Stirpis Carolinæ ramus ſecundus, REGVM *GALLIÆ CAROLINORVM.*

CAROLVS *Calvus*, Ludovici Pij F. matris callida aſtutia atque illecebris à patre Auguſto, Cariſiaci in celebri Celtarum conventu, enſe & Regio diademate ornatus, atque *Rex Lugdunenſis Galliæ* appellatus: poſt illius fata, ob hæreditatem parricidiali ſatiſque cruento cum Lothario fratre prælio decertavit: in quo tametſi florentiſſima nobilitatis Gallicæ pars occubuit; victoriæ tamen decus penes ipſum ſtetit. Pactis tandem inducijs, & re à pacis ſequeſtribus compoſita; Francia Orientalis omnis, incluſa fluvio Moſa, Oceano, & montibus Pyrenæis, ipſi patere juſſa. Qua tamen non contentus, regnis quoque fratrum & ex illis nepotum, non ſemel inhiavit. Pipini namque filios, Aquitaniæ principatu dejectos, in monaſteria incluſit: poſt Lotharij fratruelis exceſſum, Lotharingiam invaſit: Ludovico II. Imp. defuncto, quàm maximis potuit itineribus, contra pacti religionem, in Italiam feſtinavit: Ludovici, Germanici filios, Italiæ aditu ipſum prohibere conatos, ut domum redirent, muneribus perſuaſit: ipſe Romam progreſſus, à Ioanne IIX. Kalend. Ianuarij A. C. 875. In Galliam reverſus, comperta morte Ludovici Germanici, illico filijs ipſius de regno paterno bellum movit: quorum Ludovico inſidias ſtruens, ad Andernacum abs eo acie ſuperatus fugatusque IIX. Idib. Octobris A. C. 876. non multo pòſt à Carolomanno quoque & Carolo Craſſo, armis Italiam repetentibus, ad Veronam oppreſſus, & in fugam conjectus, ægrè evaſit. Ex ea fuga Mantuam delatus: profluvio ventris extinctus eſt non ſine ſuſpicione dati veneni à Sedechia Iudæo, medico ſuo, pridie Non. Octob. A. C. 877. quum Franciæ regnum tenuiſſet ultra annos XXXVII. menſes tres, dies XVII. Imperatoriam verò majeſtatem biennium, cum totidem menſibus, & diebus ſeptē. Sepultus primò Vercellis ad S. Euſebium: inde poſt ſeptennium relatus ad S. Dionyſium, reliquos pone reges eſt conditus. Princeps avarus, inſolens & ambitioſus, ... & infelix. HERMENTRVDE uxore defuncta, duxit RICHILDEM Bovini Comitis filiam, ſororem Boſonis Regis Galliæ Narbonenſis; quîcum anteà conſueverat.

LVDOVICO *Balbo Regi Francorum*, ab Hincmaro Remēſi

IVDITHA uxor Ethelulphi Regis Angliæ, & deinde Bal- *

CAROLVS *Dux Aquitaniæ, juvenis præferox, in lucta noctu* *

CAROLVS & LVDOVICVS illegitimè nati, infantes mortui.

Archipiſcopo

Archiepiſcopo conſecrato VI. Idib. Decemb. A. C. 877. Ioannes IX. Pontifex Romanus Imperij quoque titulum, præter multorum Italiæ principum voluntatem, & ſolus aſſeruit: ex carcereque, in quem per ſeditionem erat conjectus, elapſus; Trecis in Gallia Auguſtali ipſum corona donavit VII. Idus Septemb. A. C. 878. Qua dignitate hic quum ſeſquibiennium duntaxat & dies quinque eſſet lætatus: expeditionem adornans contra Bernardum Marchionem Italiæ; morbo perijt IV. Idib. April. A. C. 879. Compendij; ubi & ſepultus eſt. Obitum eius anteceſſit menſe Octobri horribilis defectus Solis, adeò denſas efficiens umbras, ut ſtellæ in cœlo ipſa meridie conſpicerentur.

duini Comitis Flandriæ.

HERMENTRVDIS *Abbatiſſa in monaſterio Laſcencenſi.*

ab Albino athleta ſuſpicante ſe à graſſatore peti, confoſſus A. C. 871.

CAROLOMANNVS puer ſacris initiatus: ubi adolevit, aris relictis, ſacerdotes & templa bello ac direptionibus ſummè afflixit. Quem pater aliquoties fruſtra objurgatum, tandem oculis orbatum in vincula conjecit. Vnde elapſus, Ratiſbonam ad Ludovicum patruum confugit: tragico more ſuas deplorans ærumnas; qui inopem miseratus, Luitperto Moguntino Archipræſuli eum commendavit: eique monaſterium D. Albani & Villebrodi Eptaronacnm attribuit: ubi paucis diebus poſt diem obijt A. C. 871.

Reges Galliæ.

Liberi eius.

ex ADELHEIDE uxore legitima:

HEDVIGIS uxor Rudolphi I. Regis Burgundiæ.

CAROLVS *Poſthumus*, cognominatus *Simplex*, in Anglia apud avunculum educatus: octo annis ſub tutore Othone Andium Duce in Occidentali regnavit Francia: quo poſtea defuncto, rerum ſolus potitus: necdum Normannico bello planè ſopito, etiam domeſticis armis eſt potitus à Ruperto Comite Pariſino: quem Lotharingiorum auxilijs, acie propè Sueſſiones victum, obtruncavit. Franciam inde Orientalem Germaniasque ceu legitimus hæres repetiturus, Moguntiacum uſque proceſſit: verùm ab Henrici Auguſti copijs in fugam verſus; brevi totum ſecum Francica corona ipſius fidei tradidit. Quapropter ab Heriberto Comite Veromanduorum fraude circumventus, captusque: Peronæ in cuſtodia vitam finijt Non. Octobr. A. C. 926. ætatis ſuæ XLVI. Ibidem tumulatus.

Liberi ejus.

ex TREIDEVIGA Nulli.

ex EDGINA filia Eduardi I. Regis Angliæ:

ex concubina: RICHVINVS Præſul Laonẽſis. 949.

LVDOVICVS IV. ex Anglia, ubi cum matre profugus fuerat educatus (unde Vltramarini ſive Tranſmarini cognomentum traxit)

GISELA ſive Ægidia Rolloni Normanno, quiin baptiſmo Robertino men accepit, in matrimonium tradita.

ex *ANSGARDA concubina:*

LVDOVICVS & CAROLOMANNVS poſt multos Francorum procerum tumultus, tutorio nomine regimen ſuſcipientes: milite conſcripto, Boſonem Provinciæ Comitem, ad regnum aſpirantem, repreſſere: & Normannos, Franciam per quinquennium jam omni belli genere divexantes, ad Ligerim amnem magno prælio fuderunt, occiſis hoſtium novem millibus. Vtrique fratrum miſerabilis fortuitusque vitæ fuit exitus. LVDOVICVS ſiquidem ardenti ſtudio in venatione aprum inſequens; telo; à ſocio venationis in feram directo, trajectus miserè perijt Anno A. C. 881. CAROLOMANNVS verò Turonibus, dum puellam captam in domunculam quandam profugientem, equo inſidens temerè perſequitur: detorta cervice expiravit A. C. 884. In hujus vixit connubio N. filia Boſonis Regis Provinciæ Narbonenſis: qua natus.

LVDOVICVS cogn. Inutilis, à patris interitu adminiſtrationem regni Celtici nactus, in eo ſe adeò turpiter geſſit: ut regio nomine indignus ab omnibus fuerit judicatus. Deditus namque voluptatibus corporis; non modo nihil rege dignum domi foris ve præſtitit: ſed & tam timido ac vili fuiſſe animo traditur: ut iniquiſſimo cum Normannis, Galliam populantibus,

Reges Galliæ. rum traxit) accitus à Franciæ proceribus ad regni possessionem: Lugduni Rex consecratus est XIII. Kalen. Iunij A. C. 928. Initio regiminis sui bella gessit cum Imp. Othone, pertractis in societatem suam Eberardo Palatino, & Giselberto Lotharingo: pòst nihilominùs pace cum Cæsare facta, sororem eius

initio fœdere, se ad annuam mille librarum pensionem per duodecim annos continuos obligaret. Quam ignominiam Franci perlo niquo ferentes animo, regno eum deturbatum, monachum apud S. Dyonisium induere adegerunt.

GERBVRGIM, Giselberti Lotharingi viduam, uxorem duxit: consecutus cum ipsa magnam Lotharingiæ partem. In Gallias reversus, Heribertum Veromanduum, paternæ necis auctorem, fœdissimo suspendij supplicio affecit. Quo facto Hugonem Parisiorum Comitem intantum à se alienavit: ut Normannos ad bellum ipsi inferendum stimularet, quò, multis ex prima nobilitate amissis, captus; & Rothomagum avectus: brevi tamen Cæsaris suppetijs in regnum est restitutus. In venatione randem lupum intensissimo cursu insecutus, ex equi casu pòst pauculos dies Ramis expiravit Idib. Octob. A. C. 955. regni XXVII. Ibidem sepultus ad S. Remigium.

Liberi eius,

ex GERBVRGE sive Engeburga, Saxonica, uxote legitima:

ex Concubina:

ARNOLDVS Romensis Archiepiscopus, ab Hugone Capeto exauctoratus.

Duces Lotharingiæ.

LOTHARIVS IV. Rex Francorum, consecratus A. C. 955. Idib. Novembris: pace rupta, Othonem II. Imp. magnis cladibus affecit, ipsúmque urbis Parisiorum obsidionem solvere coëgit. Naturæ concessit VI. Idib. Martij A. C. 986. ætatis suæ XLVI. Remis: tumulatus ibidem juxta parentem. Vxor EMMA F. Rudolphi Regis Burgundiæ.

LVDOVICVS V. Rex Francorum ex Caroli Magni stirpe postremus, Compendij veneno sublatus A. C. 987. X. Kalend. Quinctil. ibidémque in æde S. Cornelij sepultus.

CAROLOMANNVS natus A. C. 948. pro patre Rege, à Normannis capto, obses datus, Rothomagi ex morbo decessit.

LVDOVICVS sexennis extinctus A. C. 955.

HENRICVS cum Carolo gemellus natus; paulo à suscepto baptismate vivere desijt A. C. 953.

CAROLVS Dux Lotharingiæ primus ab Othone II. Imp. investitus: post Ludovici fratruelis fata à successione regni exclusus: armis jus suum persequi volens, in hosticum profectus: adventu quidem suo Remos, Laon, & Suessionem occupavit. Sed non multo pòst in oppido Laonensi ab Hugone Capeto obsessus: captivusque cum uxore & liberis Aureliæ carceri mancipatus: ibi post sexennij vincula diem suum obijt quadragenarius A. C. 993. Ibidem sepultus. Liberi eius

ex BONA Richvini Arduennæ & Mosellanæ Longobardæ principis sorore:

OTHO secundus Dux Lotharingiæ, princeps fortis & magnanimus: Treviri in D. Arnulphi æde sepultus [illegible] A.C. 1004. Vxor BLANCA (alijs Sidonia) Gulielmi Comitis Arelatensis F.

GERBIRGA nupsit primùm Regineroni sive Reinero Montu Comiti: dehinc Lamberto Lovaniæ Comiti.

IRMENGARDIS consors Caroli Comitis Namcorcæi, peperit Isabellam uxorem Philippi Augusti Regis Galliæ.

ex AGNETE Comite Trecarum:

LVDOVICVS | CAROLVS
Cum parentibus Aureliæ mortui.

MATHILDIS Conrado Burgundiæ Duci nupsit.

HILA conjux Theoderici II. Comitis Hollandiæ & Zelandiæ.

Reges Bavariæ.

LVDOVICVS Germanicus, Ludovici Pij Imp. F. Rex Bojorũ: milite conscripto in Bulgaros profectus, hostes Pannonia Bavariaq; expulit: Rathobodũ Ducem Orientali limiti custodẽ dedit: Privinã sive Brlnonem Moravorũ regulum cum F. Hezilone in Christiana religione erudijt: à fratribus bis captum genitorem servavit, & injusta ex servitute vindicavit: Lotharium Imp. qui æquam avitæ paternæque hæreditatis divisionem sibi & Carolo fratri denegabat, armis cum ipso conjunctis, bis gravi admodũ clade affecit,

affecit, & ad pacis conditiones pepulit: in Saxonia bellum Servile magna celeritate repressit: in Henetos, trans Albim Saxonibus conterminos, sæpissimè rebellantes, multoties arma movit; semperque ad officium reduxit. Cæterùm multis Francorum procerum precibus illectus, Caroli fratris regnum armis quidem invasit: sed mox eorundem expertus perfidiam, atque repulsus, brevi cum ipso in gratiam redijt. Decessit Francofurti ad Mœnum septuagenarius V. Kalend. Septemb. A. C. 876. sepultus Laureaci in agro Vangionum. Princeps sanè optimus, magna vi animi ac corporis; in adversis fortissimus, laborum tolerantissimus, armis felicissimus; in pauperes quoque pius & liberalis: inertiam, otium, libidinem, luxutiam, superbiam, atrogantiam, ceu pestem execratus. Vxor HEMMA Hispana, Ratisbonæ apoplexia extincta XI. Kalend. Aprilis A. C. 876. ibidem in superiote sacratarum fœminarum cœnobio est sepulta. *Reges Bavariæ & Italiæ.*

CAROLOMANNVS regnum Bojorum, Sclavorum tetrarchias, Bohemos, Moravos, Pannonios, Carnos, Noricos, Vindelicos possedit: quibus & Italiam partim armis, partim ultronea deditione adjecit. Vir religiosus & doctus, & laudis bellicæ haud expers: quippe qui cum patre & absq; illo, sævientem Sclavorum & Moravorum ferociam multis prælijs compressit: multamq; hostium stragem fecit. Paralysi oppressus, quũ desperata salute ægritudo gliscerct: nc discordia bellove post fata ipsius populus attereretur: quũ lingua nõ posset, autographo Ludovico fratri Bojatiæ tradidit regnum: filium ex concubina LITOVINDA Carinthia, fœmina raræ nobilitatis, natum ipsi commendans. Decessit Oetingæ XII. Kal. Aprilis A.C. 880. ibidem sepultus.

LVDOVICVS Dux Frãciæ & Bavariæ, stemma propagavit.

ARNVLPHVS Marchio Stiriæ ac Carinthiæ Bojorum Regulus, militavit Carolo Crasso contra Normannos. Eidem abdicato in Imperio suffectus: bello implicitus Sclavico antè, quàm hostes repressetat, nec Italiam adire nec Franciam potuit. Quo factum est, ut præclarissima Europæ regna rursus dilacerata fuerint. Fuit autem Arnulphus Imp. vir strenuus, infractique animi heros, & marte perquàm felix. Quippe qui Normannos, Lotharingiam (sive, vt quidam habent, Gundolphiam) depopulantes, cruento prælio fudit, & ad internecionem penè delevit cæsis duobus regibus, Godefrido & Sigefrido: qui moravos præterea, aliquoties rebellantes, multis cladibus

GISELA Suatebogo Vandalorum Duci nupsit 890.

CAROLVS cogn. Crassus à patre Rhætias, Sueviam, Alsatiam, superiorem Lotharingiam; à Carolomanno fratre Italiam; à Ludovico altero fratre Germaniæ regnum, jure hæreditario accepit: tandem etiam Romanis proceribus adjuvantibus, Imperio est potitus. Milite collecto in Italiam profectus: Saracenos omnia ferro & igne diripientes, feliciter inde abegit: quibus pulsis, Italici regni ab Archiepiscopo Mediolani; Augustalia verò insignia Romæ à Ioanne IIX. Pontifice sumsit. A Franciæ exinde proceribus contra Normannorum invasiones oppreßionesque evocatus; Galliæ suscepit patrocinium: hostiumque furori obviam profectus, magna eos clade affecit: & ut à vexanda Gallia in posterum abstinerent, fœdere cum illis icto, Neustriam trans Sequanam fluvium, quæ ex eo tempore dicta est Normannia, illis concessit. Ob has iniquas cum hostibus pactiones in odium venit & contemptum apud suos in tantum: ut morbo fractus, non solùm corporis, verùm animi quoque vigorem amitteret. Vnde postea, quum tantis rebus tractandis parum consilij ac nervorum haberet: Imperio omnibusque regnis exutus, eò egestatis redactus est: ut vix illi alimenta suppeterent. Mærore extinctus in ignobili pago Sueviæ Nidinga pridie Idib. Ianuarij A. C. 888 Sepultus in Augiensi monasterio prope Constantiam. Vxor eius RICHARDIS Scotia Regina, candenti ferro adulterij crimen à marito falsò sibi objectum diluit: missoque inde ac remisso repudio, in Andelau sacratarum fœminarum cœnobio consenuit: ubi & sepulta est.

PLACENTIA nupsit Conrado I. Imp.

LVITGARDA Abbatissa virginum ad Cluminum lacum Nericorum.

BERTHA Abbatissa in Seckingensi cœnobio.

BERNARDVS nothus, post Ludovici patrui fata Bavariam aliquando tenuit: patre autem ab Imperio deturbato, seque pa-

Comites Antechisij

perdomuit, ad obsequiumque reduxit: qui evocatus à Berengario in Italiam; Verona cum aliquot alijs urbibus deditione capta, expugnatoque Bergamo, Guidonem totâ exclusit Longobardiâ: & pulso fugatoque tyranno, totam Italiam à supero ad inferum mare percurrens, cuncta in deditionem coëgit qui denique in Germaniam rediturus, ex itinere Romam revocatus ab Honorio, per seditionem Pontificatu excusso; vinculis eum cùm exemit, tum restituit. Inde in Lambertum Guidonis F. movens: quum Spoleto expugnato, Camerinum obsidione cinxisset: venenatum Philtrum, ab Engeltruda Guidonis uxore sibi propinatum, hausit: continuoque capitis asperrimo dolore excruciatus, & Paralysi correptus, æger in Germaniam est relatus ad quam φθειρίασι(?) accedente, vermibus toto corpore erumpentibus, interijt Oetingæ III. Kal. Decemb. A. C. 899. quum annos imperasset duodecim, dies undeviginti. Ibidem juxta parentem sepultus.

tremque Arnulphi Imp. fidei ac tutelæ commit[illegible] *dans, victum duntaxat orievit.*

Liberi eius:

ex IVTHA E. biconis Guelphi filia, uxore legitima:

Stirpis Carolinæ Ramus tertius, gentis Andechisiæ.

LVDOVICVS IV. septimum ætatis annum agens, Forchemij à Germaniæ proceribus ad Imperij fastigium evectus: Id aliquandiu seu tutoribus Othone Saxone, & Hattone Moguntino Archiepiscopo administravit Quoniam verò per ætatem ad res gerendas nondum esset idoneus: ut multis ubique intestinis dissidijs implicaretur, causam ia haud levem præbuit. Cum Hungaris, qui ex Thracia per Pannonias progressi, Bojariæ limites depopulabantur, continuo trium dierum prælio ad Danubium prope Ansburgum infelicissimè confligens: florentissimam Germanicæ nobilitatis partem perdidit III. Idib. Sextilis: pacem insuper ab hoste victore multo auro redimere est coactus: quæ res causa ipsi mortis extitit. Mœrore namque Ratisbonæ decessit XII. Kalend. Febr. A. C. 912. ætatis XIIX. ἄνους(?): ibidem in æde S. Haimerani tumulatus. Vxorem habebat LVIDGARDEM sororem germanam Othonis Ducis Saxoniæ.

LVITGARDA nupsit Othoni Duci Saxoniæ.

BERTHA uxor Iuthardi Cliviæ Comitis.

ex HELINGARDA sive Helenrada concubina:

ZENEBALDVS, Aventino Suatebogus, à patre in Vangionum urbe Rex Lotharingiæ dictus: sed à subditis rebellibus in bello obtruncatus A. C. 899. Idib. Septembr.

RAPOLDVS sive Rathboldus, qui & Rathboto: conditor gentis Andechsianæ in Bavaria: ex qua orti Duces Istriæ & Meraniæ, ut mox patebit.

FRIDERICVS I. Comes Antechsianus, in Palæstina obijt. Fratris hujus RATHONIS sepulti in Ambonis ripa in æde, quam ipse condidit A. C. 954. memoria & nomen, adhuc sacrosanctum est Boijs.

HATTA mater S. Conradi Constantiensis.

ARIBO Comes Andechisius Seum fanum D. Benedicto haud longè à lacu Chimino extruxit.

RATHBODVS sive Rapoto Comes ab Andechs. Vxor HEMMA.

GEBHARDVS Episcopus Ratisbonensis cum Rapotone fratre Thierhauptem Lycatiorum templum monachis dicavit.

FRIDERICVS II. Comes Andechsianus. Vxor CVNEGVNDA.

ARIBO Archiepiscopus Moguntinus obijt A. C. 1031. præsulatus sui XII.

ORTOLOHVS VVILLETRVDA Hohenwart in ædem sacram commutavêre, fœminarum sacrarum collegium ibi instituêre.

LEOPOLDVS Comes Andechsianus.

ARNVLPHVS Comes Andechsianus, Henrico IV. *FRIDERICVS III. co-* Imperatori

Imperatori amicissimus; Aetl templum in ripa Oeni proximè VVasserburgum condidit: D. Benedicti sacris initiavit: ibidem cum uxore GISALA sepultus.

gnomento Rocho, Comes Andechisius, in Hercinia saltu (quem veteres Helvetiorum, nunc Nigrum vocamus) in æde D. Blasij sepultus.

Comites Andechisij & Gorici.

POPPO.

BERTHOLDVS I. Comes Andechisius, cum fratribus Damasiam in templum vertit: aliud item fanum Benedictinis in Matronæ montis vertice consecravit. Vxor SOPHIA ab Ambergthal.

GEBHARDVS.

OTHO VVolferathusius ad confluentes Libusæ atque Isaræ supra Monachum. Vxor ADELHEIDA.

HENRICVS Episcopus Ratisbonensis.

OTHO II. VVolferathusius. Vxor LAVRITA.

BERTHOLDVS II. Comes Andechisianus, Princeps Dalmatiæ & Histriæ. Vxor AGNES Neoburgensis.

OTHO, cuius uxor IVSTITIA adhuc religiosè colitur.

LVITPOLDVS.

HENRICVS obijt 1158.

His sine liberis defunctis, VVolfratshusen ad Andcchs redijt.

BERTHOLDVS III. Andechisius, Marchio Histriæ, obijt Anno Christi 1188. Vxor HEDVIGA.

OTHO Episcopus Bambergensis, obijt 1196.

MECHTILDA Abbatissa.

EVPHEMIA virgo Sanctimonialis.

GISALA conjux Dietboldi Comitis Bergensis.

BERTHOLDVS IV. Andechisianus, Dux limitis Histriæ, Croaciæ & Dalmatiæ: cum Imp. Friderico Larma in Asiam movit. Obijt A. C. 1244. Vxor AGNES F. Dedonis V. Comitis Rochlicij.

POPPO Præsul Bambergensis, patrui successor.

MECHTILDIS Comes Goriciæ.

MENARDVS Goricius, à Friderico Imp. Styriæ præfectus.

MENARDVS II. Goricius retinuit tractus Athesinos & Tyrolenses. Vxor N. filia Henrici Medlicensis Ducis Austriæ.

ALBERTVS Comes Goriciæ, Carinthiæque Palatinus. Vxor OFNIA Hermanni Artenburgij F.

HENRICVS Tyrolius Rex Bohemiæ.

ELISABETH uxor Alberti I. Imp.

MENARDVS III. Comes Goriciæ. Vxor ELISABETH Leopoldi Austriaci F.

BERTHOLDVS Patriarcha Aquileiæ, ægrimonia contabuit A. C. 1252.

E[illegible]BERTVS Episcopus Bambergensis, obijt A. C. 1238.

HENRICVS Histriæ Præfectus reus parricidij, quòd Philippus Cæsar ipsius consilio cæsus erat, viginti exulavit annos: domum tandem reversus, Grassæ proximè lacum Chiminum decessit A. C. 1228.

OTHO Andechisius, Burgundiæ Palatinus, cum uxore BEATRICE sepultus in contubernio Lanckheym. A. C. 1236.

GERTRVDIS uxor Andreæ Regis Pannoniæ, mater D. Elisabethæ.

AGNES conjux Philippi Galliæ Regis.

S. HEDVIGIS cõsors Henrici Barbati, Ducis Silesiæ.

OTHO Andechisianus, Dux Meraniæ ultimus, Plassenburgi (arx est Bojethorum Noribergio Præfecto subdita) absque liberis perijt A. C. 1248.

AGNES uxor Friderici Bellicosi, Ducis Austriæ.

Andechisia autem gente extincta, opes horum principum, à finitimis velus præda atque manubiæ sunt direpta. Enimverò Otho Bojorum Princeps in Vindelicorum planicie Alpibus subdita, in Norico Grassios, Burgilos, Seos: Menardus II. Goricius intra Alpes vallem Oeni superiorem inferiorem, Athesinos, Tyrolsos occupavit: Boethos in Germania magna Noribergenses, & Præsules Bambergensis ac VVirceburgius sibi vendicarunt: Burgundiam præripuere Franci Occidentales: Dalmatiam, Croatiam (ducatum Meraniæ ab urbe maritima vocabant) Histriã Veneti intercepêre: pro quibus tamen Bela IV. Rex Vngariæ, maternum genus ex gente Andechisia duces, eiusq; soboles cum Venetis armis disceptarunt: titulo tenus adhuc eas regiones possidens.

Duces Frãciæ & Bavariæ. LVDOVICVS Dux Franciæ & Bavariæ, Ludovici Germanici F. vir quidem fortis & bello strenuus, sed pessimis consultoribus nimis obsequens: bis in parentis caput conjuravit: à quo tamen sceleris veniam semper impetravit. Ab eius obitu divisione facta, inferiorem Lotharingiam, Belgas, Mediomatricos, Treviros, Aquas Graneas, Vbios, Moguntinos, Francos, Bathavos, Frisios, Saxones, Turingos obtinuit. Sorabes eorumque socios bis pugna victos occidit. Carolum inde Calvum, Orientalia fratruelium regna invadentem, magna clade affecit, vicit, fugavit: omnibusque impedimentis, gaza regia, armis & castris potitus; ea diripuit, interque milites prædam omnem divisit. Naturæ concessit Francofurti XII. Kal Februarij A. C. 882. quum triduo antè Cometa exarsisset. Sepultus Laureaci prope patrem.

Liberi eius.

ex LVITGARDA Ethiconis Suevi, Altorfensis Comitis filia:

LVDOVICVS impubes de fenestra Palatinarum ædium delapsus, & fractis cervicibus extinctus A. C. 879.

ex concubina [illegible]:

HVGO parenti militavit contra Normannos: quibus cum in Carbonaria sylva ad Salitam fluvium incautiùs dimicans, graviter vulneratus, captusque, inter hostium manus animam efflavit. Laureaci sepultus A. C. 879.

LEOPOLDVS sive LVTHOLDVS ex Caroli Magni prosapia oriundus: quippe quem Ludovicus IV. Cæsar Augustus, cui bello Vngarico militavit, illustrem Comitem & dilectum suum propinquum appellat: (nos eum, si modò divinare licet, quum non satis manifestum sit, quo gradu Ludovicum attingat, Hugonis filium esse censemus) vir bellicosus: ab Arnulpho Cæsare limiti Bavariæ Austriaco præfectus: Cussalem Vgrorum Regem cum maximo procerum numero ad Phiscam amnem in prælio trucidavit: à quibus tamen haud multo pòst simili strage affectus, ipse cum undeviginti Bojorum dynastis, vulgo promiscuo sine numero, occubuit III. Id. Sextil. A. C. 907. Cum uxore ADELHEIDA Saxonica, Henrici I. Cæs. Augusti germana, Melici in monasterio Benedictinorum inhumatus.

Duces Bavariæ. ARNVLPHVS *Malus* cognomento, Ratisbonæ Rex Bojorum salutatus: regnum fortiter est tutatus: erat namque vir prudens, & pacis ac belli artibus juxta clarissimus: ideoque primus Vgros, quos invictos credebant, vinci posse docuit: quos hostiliter aggressus, cæcidit, fudit, in Oenum egit ac submersit. Altiùs postmodum spiritus efferens: à Conrado Imp. proscriptus, dominioque exutus: eo defuncto in regnũ rediit: & pace cum Henrico Aucupe inita, regium nomen abdicavit. Ratisbonæ fatali morte absumptus pridie Idus Quintil. A. C. 937. ibidemque in æde D. Haimerani sepultus. Vxor GERBIRGA Rudolphi inferioris Bavariæ Ducis, & Comitis Altorfensis F.

BERTHOLDVS à fratre, Vgrorum victore, Vennonas & Athesinos administrare jussus: post illius obitum ab Othone I. Cæsare Bojariæ regno est præfectus. Princeps fortis ac bellicosus: quippe qui ad VVelsam quàm maximo impetu in Vngaros delatus, eos stravit, fudit, inque fugam versos in Traunum flumen agitavit atque submersit. Obijt IX. Kalend. Decemb. A. C. 948. in cœnobio Altaichij inferioris tumulatus [illegible]. Vxor GERBIRGA (al. VVilletrudis) Giselberti Lotharingiæ Ducis F. neptis Henrici I Cæsaris, vidua cœnobium Bergense fundavit A. C. 976. primamque in ea Abbatem agere cœpit.

Stirpis Carolinæ ramus Quartus, MARCHIONVM AVSTRIAE. EBERARDVS cum fratribus Bavariæ principatum à patris obitu, inconsulto Imperatore statim quidem occupavit: sed à quo principatu motus, partem dun-

ARNVLPHVS II. progenuit dynastas Scheurenses: a quibus Palatini principes profluxere.

HERMANNVS (alij VVernerum nominant) ab Othone I. Imp. unà cum cæteris fratribus paternæ dignitatis hæreditate spoliatus: parte tamen Bava-

IVDITHA uxor Henrici Ducis Saxoniæ & Bavariæ: fœmina raræ pulcritudinis atque pudicitiæ: Ratisbonæ Vestalium cœnobium extruxit: ubi mausoleum eius adhuc monstratur.

taxat re-

taxat retinuit. Quod nimis indignè ferens dum Othoni Augusto non solùm ferocius resisteret; sed Vgros quoq; ex vindictæ cupiditate in Bojariam adduxisset: captus & in Sueviam relegatus, exul obijt.

riæ donatus, & Comitis Provincialis nomen usurpare jussus est. Sed qui postea Bojariam eripere conatus Henrico, Cæsaris germano in obsidione Augustæ Rhetiæ vivus in hostis venit potestatem A. C. 952. Marchiones Austriæ.

OTHO cũ cæteris fratrib. Bavariæ ducatu spoliatus: paucas villas & arces in Bavaria retinuit.

LEOPOLDVS II. Orientalem limitem adversus Vgros sive Vngaros administrare jussus: primus se Marchionem Austriæ scripsit A.C.960. Cæsari fidelis mansit. ipsique Bathaviam auxiliares adduxit copias, contra duos Henricos Bavariæ & Carinthiæ Duces, imperium ipsius detrectantes. Obijt Anno Christi 988. Vxor RICHARDA.

HEROLDVS Archiepiscopus Salzburgensis, quòd Vgros in Bavariam adduxerat, à Joanne XVI. Pontifice Rom. Ravennæ in concilio excommunicatus est: & brevi pòst ab Henrico sororio, Augusti germano, ad Muldorfium captus atq; excæcatus A. C. 958. præsulatus sui XIIX. Post fata Iuvaviæ sepultus in sacello S. Martini ædis D. Rudberti.

HENRICVS post excessum patris Austriam procurans, novum S. Henrici Augusti aspernatus imperium: celeriter subactus, obedienter postmodùm imperata fecit. Subitanea morte extinctus, & in cœnobio Melicensi funeratus A. C. 1014. Vxor SVANHYLDA.

POPPO Archiepiscopus Trevirensis, in Palæstinam profectus, ex Syria reduxisse Treviros fertur Simeonem Monachum probatissimum: ubi ab eius nomine basilicam construxit: in quo post fata conditus est A.C. 1047.

LEOPOLDVS III. Marchio Austriæ, princeps fortissimus & bellicosissimus: à rebus feliciter contra Vngaros & Boemos gestis, fulmen terrorq; Vngaricæ & Bohemicæ gentis est cognominatus. Ovonem namque Vgrum magna regni parte exuit: Vratislao verò victo, tractum sylvæ Bohemicæ contiguum Austriæ adjecit: eaque propter ab Imperatore equo Regis Bohemiæ egregiè instructo est donatus. Naturæ persolvit debitum A. C. 1043. exeunte: à Poppone Archiepiscopo Treviri inhumatus.

ALBERTVS Marchio Austriæ, insigni victoria de Ovone Vngarorum Rege ad Tra somæ ostia nobilitatus, Victoriosi cognomentũ tulit. Eo namque loci hostes prædæ intentos, palantes & ovantes, cum Leopoldo fratre carptim aggressus: cecidit, fudit, trucidavit; prædam omnem excussit: captivos liberavit. Petrum Vngariæ Regem (cujus sororẽ ADELHEIDEM in matrimonio habebat) exsulem non solùm liberaliter fovit: sed & pro ipso Ratisbonæ Augusto supplicavit, auxiliaque impetravit. Rebus humanis excessit A. C. 1056.

ERNESTVS Senior, Dux Sveviæ (Leopoldi & Alberti frater sive germanus sive uterinus) ab Adelberono Comite, casu in venatione interfectus. Vxor GISALA ex Caroli Magni prosapia ortum suum derivans, seu ut alij volunt Vandaliæ princeps: Brunonis Palatini Saxoniæ relicta.

ERNESTVS Iunior, Dux Sueviæ, homo seditiosus: à satellitibus Cæsareis acie fusus fugatusq;, & in sylva conclusus atque trucidatus est.

HERMANNVS Dux Sveviæ, cum Ernesto gemellus editus: cœnobij Campidonensis reparator: peste in Italia extinctus.

ERNESTVS cogn. Strenuus, item Romani Imperij miles, Marchio Austriæ, Vngaris & ipse fuit formidabilis. Vnde ob res præclarè & fortiter gestas, Imp. Henricus IV. Advocatiam Episcopatuum Laureacensis, Salisburgensis, & Bathaviensis illi contulit: aliaque multa privilegia concessit, quibus adhuc gaudent Principes Austriaci. Quapropter de suo quoque in Cæsarem studio nihil remisit: cui ad extremum cum valida manu auxilio profectus adversus Saxones, gentem duram, ferocem, bellis asperam, sæpenumerò rebellem: cominùs pugnans gloriosa morte occubuit V. Id. Iunij A. C. 1075. Cum MECHTILDE uxore (filia hæc erat Rudolphi Rhynfeldensis Cæsaris electi) Melici in majorum suorum mausoleo tumulatus.

LEOPOLDVS Marchio *Anaus*. Vxor FROVIZA Andechisiana.

HEMMA Ratpotoni Comiti Hohelojo, Bojo, nupsit.

LEO-

Marchiones Austriæ.

LEOPOLDVS IV. Marchio Austriæ cogn. Pulcer, Salomonem Regem Vngariæ exulem in regnum reduxit. Pro limitibus cum Conrado Marchione Moraviæ, fratre Vratislai primi Regis Bohemiæ, armis contendens: magna abs eo clade est affectus IV. Id. Maij A. C. 1083. Decennio pòst cum Godefrido Biliono, alijsque Germaniæ proceribus, ipsa etiam conjuge ITHA, Henrici IV. Cæsaris sorore germana, in Asiam profectus: extremum istic diem clausit A. C. 1096. Vxor verò quadriennio post Constantinopoli.

ALBERTVS Severus, Marchio Austriæ. Vxor N. Dux Poloniæ.

AGNES virgo mortua.

LEOPOLDVS V. Marchio Austriæ, fundator cœnobij Neoburgensis: ob vitæ continentiam albo Sanctorum inscriptus, è vivis excessit XVII. Kal. Decembris A. C. 1136. Vxor AGNES Henrici IV. Cæsaris filia, vidua Friderici Hohæstaufij, Ducis Sueviæ.

ELISABETH nupsit Othocaro Comiti Stiriæ & Carinthiæ, defuncto 1112.

HELIOPYRGA consors Borwory Principis Bohemiæ.

Tertia in matrimoniū tradita Leopoldo Moraviæ Marchioni.

Quarta Alberto Bagio Comiti elocata.

LEOPOLDVS VI. à fratre uterino Conrado III. Cæsare Dux Bavariæ creatus: sed quē Gvelfus, Henrici superbi germanus, jure hæreditario Bavariã & Saxoniam repetēs, multis raptis, plerisq; occisis profligavit. Quam cladem torre-ctarus, arma in Lycatiorum fines promovit: adversariosq; ubiq; locorum expugnavit. Hostibus perdomitis, & ad officium cōpulsis, Ratisbonam rediit: rebusq; compositis, morbo correptus apud Altairbium inferius absq; liberis decessit XII. Kal. Novembris A. C. 1141. quum triennio duntaxat rerum in Bavaria esset positus. Sepultus Batavij in monasterio S. Crucis.

OTHO Episcopus Frisingensis, vir doctus, & sui seculi historicus celeberrimus: Ludovico Celtarum Regi, expeditionem Asiaticam suscipienti, comitem se adjunxit: ex qua nudis pedibus, scissis tunicis, rebus omnibus amissis, vix evasit. Obijt XI. Kal. Novembris A. C. 1158.

CONRADVS Archiepiscopus Salisburgensis & Pataviensis, obijt 1168.

ALBERTVS Marchio Austriæ, *ἄγαμος.* Vxor N. Belę Cęci Regis Vngariæ F.

ERNESTVS Marchio Austriæ ἄγαμος. Vxor N. Ducissa Saxoniæ.

HENRICVS post Leopoldi fratris excessum à Conrado Imp. Bojorum Regulus appellatus: Gvelphum armis Bavariam repetentem, acri prælio superavit. Vngariæ dehinc fines ingressus: cum Geizone quoq; Rege propè Litham amnem bis manus victor conservit. Henrico Leone pubere facto, seq; in integrum restitui postulante: Friderici Cæsaris auctoritate, jure suo perpetuò cedens: ex consilij decreto, pro Bavaria Austriæ accepit ducatum. Conrado tandem Znoymæ Marchioni, qui oppidum Ræthorum expugnarat diripueratque, & terrore atque fuga circum omnia complebat, dum aciem opponit: fugatusq; ad pontem malè concinnatum celerat: eo interrupto cum equo cecidit: crureque fracto tertium post diem ex dolore obijt A. C. 1177. Vxores habuit duas: 1. GERTRVDEM Lotharij Saxonis Imp. Rom. F. viduam Henrici Superbi Ducis Bavariæ: ratione cujus Bavariæ ducatum ab Imperio obtinuit: altero conjugij anno absque sobole defunctam: 2. THEODORAM F. Manuelis Imp. Byz. ntini.

BERTHA Stephano à Stephaning Burggravio Ratisbonensi:

IVTHA Ramboldo Marchioni Montisferrati.

GERTRVDIS Vladislao secundo Regi Bohemiæ.

AGNES Boleslao Duci Majoris Poloniæ.

ELISABETH Friderico Palatino Saxoniæ, elocatæ.

LVDOVICVS VII. cognomento *Virtuosus*, Dux Austriæ & Stiriæ: urbem Ens & Neostadium ædificavit: Viennæ muros reparavit. Ab Othocaro ultimo Stiriorum Duce absq; liberis defuncto, testamento accepit Stririam, Neoburgum, Varnbachium, Lambachium, Schardingam A.

HENRICVS II. Dux Austriæ, cognominatus *de Metlinga:* maritatus RICHSÆ Reginæ Bohemiæ: *ἄγαμος.*

AGNES Stephano Regi Panoniæ desponsata A. C. 1165.

C. 1182.

C. 1182. Ob res præclarè gestas in Asia, expugnatamque Ptolemaidem, ab Imperio nova meruit insignia, fundaque multorum Comitatuum Austriæ vicinorum, Butensis nimirum, Peilsteinensis, Machlandiæ, Trasamæ. Richardum Angliæ Regem, à quo in Ptolemaidis obsidione insigni affectus fuerat contumelia, Viennæ habitu servili latitantem, in vincula conjecit: confestimque septimo ab hinc die Ratisbonam ad Imp. Henricum VI. perduci jussit. Obijt A. C. 1193. Vxor HELENA Gaysæ Regis Panoniæ F. *Duces Austriæ.*

LEOBOLDVS IIX. cogn. *Gloriosus* sive *Honorabilis*, Dux Austriæ & Stiriæ, auctor cœnobij Campililiorum in Austria: Damiatæ recuperandæ interfuit: strenuamque in Saracenis ex Italia profligandis navavit operam. Cum Bojorum & Charinorum proceribus, adversus Rapotonem & Henricum dynastas Artenbergios, pacis violatores, arma sumsit. Romæ, postquam Fridericum II. Cæsarem eum Pontifice reconciliavit, naturæ fatoque concessit A. C. 1230. Vxor THEODORA, Alexij Cæsaris Byzantini cognata.

FRIDERICVS Dux Austriæ, in Asiatica expeditione mortuus *ἄγαμος* A. C. 1198. Vxor N. Marchionissa Vogburgensis.

FRIDERICVS Bellicosus, Austriæ Dux stirpis huius nobilissimæ postremus: magni animi princeps, quietis atque otij impatiens, laudisq; avidus: finitimos armis lacessere non dubitavit: omnibus vicinis, Bojis, Bohemis, Vngaris, Carinthijs bella indixit. A Friderico II. Imp. quòd ipsius obsequium detrectaret, proscriptus; hostisq; Reipub. judicatus: mox tamen ipsi reconciliatus, in fide eius constanter perstitit: nec prece, nec minis, nec spe regni ab eius amicitia abstrahi potuit: sed quoad vixit, constantissimè ipsius curatus est partes: modò Bohemum, modo Vngarum bello continenter lacessens. In prælio tandem cum Bela Vngarorum Rege ad Neostadium, victor gloriosa morte occubuit XVII. Kal. Iulij A. C. 1246. ἄπαις. Vxores habuit duas: Agnetem F. Othonis Ducis Meraniæ, quam ceu cognatam repudiavit, & Vlrico Carinthiæ Duci nubere permisit: & Agnetem Ducem Brunsvicensem.

LEOPOLDVS Dux Austriæ obijt juvenis.

HENRICVS III. cognom. Crudelis, itē Dux de Medlinga: cum RICHARDE Turingiæ Landgravia, Noribergæ magno ambitu nuptias celebravit, Henrico VI. Imperante. Filiæ eius tres:

CONSTANTIA nupsit Henrico Marchioni Misniæ.

GERTRVDIS consors Ludovici V. Landgravij Turingiæ.

AGNES Bernardo Principi Anhaltino elocata.

MARGARETHA nupsit Henrico Seniori, Friderici II. Imp. F. coq; defuncto Premislao Othocaro Regi Bohemiæ: cujus ratione hic, stirpe hac deficiente, Austriam occupavit.

AGNES Vlrici Ducis Carinthiæ uxor.

GERTRVDIS elocata Hermanno Marchioni Badeno.

MARIA nupsit Stephano Duci de Sagrarbia, Hungaro.

FRIDERICVS Austriacus cum Conradino Rege Siciliæ in foro Neapolitano decollatus A. C. 1268. VII. Kal. Nouemb.

ELISABETH consors Menardi Comitis Tyrolijs, *mater ELISABETHAE uxoris Alberti I. Cæsaris: cujus ergo Austriæ ducatus ad Habsburgios est devolutus.*

ARNOLPHVS II. Arnulphi II. Ducis Bojorum F. curator templi Fruxinensis, & Præfectus Prætorio Bavariæ: opportunam nactus (ut ipse rebatur) principatus Bojarici, à quo cum cæteris fratribus exclusus erat, recuperandi occasionem, ad Cæsaris hostes deficiens, Ratisbonam armatus occupavit: ad quam urbem à Cæsare obsessam, fortiter dimicans, equo cadente telis confossus est, armisq; exutus A. C. 953. Schiram oppidum superioris Bavariæ in pago Schirorum condidit: unde posteri eius aliquot annis Schirorum dynastæ sunt cognominati. Vxor RICHSA, Othonis I. Imp. Rom. soror germana.

BERTHOLDVS Præfectus Palatij Bojarici, curator templi Fruxinensis, Shirorum dynasta: quòd Henrico Hezeloni Duci Bavariæ & Saxoniæ, suo amitino, rebellionem suaserat: ab Othone II. Augusto captus, inque exilium est actus. Cæsari tamen postmodò reconciliatus, socium se ipsi adjungens ad expeditionem Saracenicam in Calabria occubuit A. C. 982. Optimus rei militaris Dux.

BABO

Comites Abusini.

BABO Schirorum Dynasta, præfectus prætorio Bavariæ.

HENRICUS Dux Carinthiæ, partes Henrici Hezelonis contra Cæsarem defendens; Bathavia, ubi se munierat, expugnata, vivus in hostiu potestatem redactus, Trevirumq; Augustam cum altero Henrico est relegatus. Apud Altaichium inferius juxta patrem sepultus, ἄπαις Anno Christi 989.

Stirpis Carolinæ ramus Quintus, Comitum Abusinorum.

OTHO I. stirpis Schirensis propagator.

BABO Schirensis, Abusinæ & Roræ dynasta, procurator S. Cunegundæ Imperatricis, & Præfectus Ratisbonensis: ex duabus legitimis uxoribus XXXII. filios & octo filias genuit, educavitq; quorum plerosque superstites reliquit. Quodam tempore à D. Henrico II. Augusto, qui tum Ratisbonæ degebat, secum venatum proficisci jussus: filios juvenes jam puberes, scitos admodum & elegantes, cultu quoque & arte ornatos, adjuncto singulis Comite, secum adduxit; Cæsariq; commendavit ac condonavit: quos ille singulos benignè appellans, dextera & osculo excepit: filios nuncupavit: secum in aula consistere jussit: omnes successivè præfecturis, vicis, prædijs stipendiarijs, castellis, parochijs collocupletavit.

VVOLFRAMUS Comes Abusinus, sive Abenspergius.

HARDVICUS Comitum Bogiorum progenitor.

RUPERTUS Comites Rittẽburgios progenuit.

THEODOMARUS Leobergẽsium & Lungonum Præfectus conditor cœnobij Elsenpach proximè Novumforum:

VVOLFRAMUS II. Comes Abusinus.

OTHO Comes Amspergensis:

CONRADUS Archiepiscopus Salisburgensis, in æde S. Rudperti sepultus A. C. 1147.

BEZILO Comes Fridebergensis.

ARIBO Scala.

HENRICUS Antistes Ebenratbusius.

LEOBRIGUS Nariscus Suentodoryphus, ob vitæ continentiam divorũ albo adscriptus.

RAPOTO sive RAPOLDUS Comes Abusinus, Curator & Advocatus Bambergensis:

FRIDERICUS Comes Abusinus, Advocatus Bambergensis, Dominus de Ertfordia.

EBERARDUS I. Comes Abusinus, citatur in literis A. C. 1180. extremo senio mortuus. Uxor MECHTILDIS Gaisenfeldæ sepulta.

EBERARDUS II. Comes Abusinus, Gaisenfelsij cœnobij Advocatus.

GEBHARDUS I. Comes Abusinus. Uxor SOPHIA Comes Biburgensis.

EBERARDUS III. Comes Abusinus.

BERNHARDUS Comes Abenspurgius, *ἄπαις.*

GEBHARDUS II. Comes Abusinus & Rittenburgius, Dynasta Rotenneccius: floruit Anno Christi 1190. Uxor GEISA.

ALEMANNUS sive Altmannus, Comes Abusinus, Rotam cœnobium cõtra Albertum & Conradum Mosbergenses fortiter propugnavit A. C. 1240. Uxor RICHISA de Ramyng.

ALEMANUS II. Comes Abusinus, obijt *ἄπαις* A. C. 1270.

EBERARDUS Abusinus, Præpositus Ratisbonensis.

RUPERTUS Comes Abusinus, Dynasta Randeccius.

HENRICUS Comes Abusinus & Randeccius. Uxor PETRISSA.

BERNARDUS Dominus Randeccius obijt 1239.

MEINARDUS Comes Abusinus & Randeccius. Uxor HEDVIGIS.

MENARDUS II. Comes Abusinus & Randeccius, obijt *ἄπαις* 1290.

GEBHARDUS Abusinus & Randeccius obijt 1270.

HENRICUS Episcopus Ratisbonensis, Rotenneccã Ludovico Bojo vendidit. Obijt A. C. 1293. præsulatus sui XVI.

OTHO Comes à Stein iuxta Schompachium.

VLRICVS instaurator familiæ, non Comitem sed Baronem Abusinum se scripsit. Vxor GERTRVDIS F. Bertholdi Comitis à Maursteten & Graysbach.

Barones Abusini.

BERNARDVS Baro Abusinus, *ἄπαις*. Vxor MARIA.

VLRICVS II. Baro Abensbergensis. Vxor SOPHIA.

BARBARA elocata N. Ingenuo à Sansheym, Bojo.

VLRICVS III. Baro Abusinus, cum uxore ELISABETHA Libera Baronissa Gundelfingana, apud Essingam propè arcem Randeck condidit πτωχοτροφεῖον A. C. 1363.

IOANNES Baro Abusinus.

MARGARETA uxor Gibolphi Degenbergij.

ALBERTVS Baro Abusinus, cum uxore N. Domina ab Haydau Ratisbonæ in æde D. Heimerani sepultus.

IOANNES II. Baro Abusinus, Abensberga Carmelitis ædem condidit A. C. 1389. Vxor AGNES ~~Libera Baronissa~~ Liechtenstenia, Austriaca.

THEODORICVS Episcopus Ratisbonensis, obijt Anno C. 1383.

VLRICVS Commendator Rhodiensis, obijt in reditu ex Palæstina A. C. 1375.

AGNES nupsit N. Comiti Heiligenbergio Svevo.

BARBARA Baroni Rosenbergio, Bohemo, elocata.

MARGARETA Pilhoviæ virgo sacrata.

IODOCVS Baro Abensbergius. Vxor AGNES F. Ioannis Comitis Schaumburgij, & Annæ natæ patre Bernardo Mareschallo Patoviensi in Stiria.

VLRICVS V.
GEORGIVS.
BERNARDVS.
GVILIELMVS.

VRSVLA Ioanni Truchsessio Vvalpurgio sociata.

ELISABETH uxor secunda Vlrici Comitis Schaumburgij.

AGNES nupsit Landgravio Leichtebergio.

MARGARETA elocata Ingenuo à Kuchelen.

IOANNES III. Baro Abusinus, uxores habuit duas: MAGDALENAM de Petau, & Elisabetham ~~Lib. Baronissam~~ Torringensem.

VLRICVS VI.
THEODORICVS.
SIGISMVNDVS.
DEGENHARTVS.

ANNA Henrico Marescallo Pappenhæmio elocata.

BARBARA uxor N. Baronis Schvarceburgij à Seinsheim.

MARGARETHA consors Alberti Nothafiti, ingenui Boij.

NICOLAVS Baro Abusinus postremus, natus, VI. Non. Iulij A. C. 1441. & à Nicolao Cusano sacro fonte lustratus: uxore Martha siue Margareta Comite VVerdenbergensi, Ioannis F. absque liberis defuncta, celebs mansit: extremè à Christophoro Bavariæ Duce, ferro per inguina adacto, confossus in agro Fruxinensi A. C. 1485. pridie Kalend. Martij.

CLARA ex priore coniugio genita, virgo elephantiasi apud Essingam interijt.

Stirpis Carolinæ ramus Sextus

COMITVM RITTENBVRGIORVM.

RVPERTVS, Babonis Abusini ἀδελφὸς F. Comes Rittenburgius. Vxor VVILLETRVDA.

Comites Rittenburgij.

HENRICVS Comes Rittenburgius, obijt Hierosolymæ A. C. 1101. Vxor RICHARDA.

MAGNVS Comes Roræ.

OTHO Comes Rittenburgius, Allersbach siue Vvalderbach Cistertiensium monachorum templum condidit. Ratisbonæ in vestibulo ædis S. Haimerani sepultus. Vxor SOPHIA.

OTHO Comes Rittenburgius Landgrauius à Stephaning, Langenfeld, & Kalmuntz. Vxor ADELHEIDA soror Othonis VVittelsbachij.

HENRICVS Comes Rittenburgius Burggrauius Ratisbonensis. Vxor BERTHA F. Leopoldi Sancti Marchionis Austriæ.

* † S *FRIDE-*

Comites Bogij.

FRIDERICVS. HENRICVS. OTHO. FRIDERICVS. HENRICVS. OTHO. Comites Rittenburgij, omnes ἄπαιδες mortui.

Stirpis Carolinæ ramus Septimus

COMITVM BOGIORVM siue de la Arcu.

HARDVICVS, Babonis Abusini quadragenaria prole inclyti F. primus Comes Bogiorum: ab Imperatore Henrico III. Augusto, Imperatricis intercessione, tribus apud Nariscos prædijs donatus, Vuolframsdorfio, Linderona, & Rosmarito.

AVSONIVS Comes Bogensis, vir bellicosus, terror Bohemorum: quos in Bauariam excursitantes tribus prælijs fudit atque fugauit. Cum Friderico fratre Altaichium, ab Vngaris exustum, restaurauit.

FRIDERICVS Comes Bogius, Curator templi Ratisbonensis, ab Henrico III. Imp. ob deuotissimum obsequium impetrauit in limite Chamabo Grabatum, Furt, Macelimum, Tiehenobergomum, Trasanodoryphos, Bochobergomum, & Sichouiam. Obijt A. C. 1104. Vxor ADELHEIDA Dux Saxoniæ, Ortholphi Electoris F.

HARDVICVS II. Comes Bogius. Vxor LVIDGARDIS.

FRIDERICVS II. Comes Bogensis, Curator templi Ratisbonensis, cum Conrado Cæsare in Palæstinam profectus: ibi decessit ἄπαις A. C. 1149. Solymæ sepultus. Vxor IVDITHA Theobaldi Vochburgij F.

VLRICVS vitam monasticam professus.

BERTHOLDVS I. Comes Bogensis ἄπαις.

ALBERTVS I. Comes Bogius, Altaichium superius à suis maioribus extructum, cum Friderico agnato immunitate donauit: & Venedobergomum siue Vvindenbergam, inferioris Boiariæ arcem, in templum commutauit. Maiores eius in Altaichio superiore: ipse cum sobole Venedobergomi est humatus A. C. 1147. Vxor HEDVIGIS Domina Pillauiæ atque Chelciæ, Carinthiæ, Neoburgi Vindelicorum, Schardingij Noricorum.

BERTHOLDVS II. Comes Bogius, vir admodum diues: principatum à patre per manus accepit. Post fata Vvinderbergæ inhumatus. Vxor LVIDGARDA Burggrauia Ratisbonensis.

ALBERTVS II. Comes Bogius, ante parentis fata in obsidione Phalciæ sagitta percussus interijt A. C. 1140. Sepultus Venedobergomi.

HARDVICVS III. Comes Bogensis, atra bile pereitus, vitam finijt.

ALBERTVS III. Comes Bogius, ob limites atque venationem armis disceptauit, cum Rapotone atque Henrico Comitibus Artenbergijs. Quapropter ab Imp. Henrico proscriptus, & in Apuliam est relegatus. Fato concessit A. C. 1198. ætatis suæ XXXIII. Vxorem eius LAODAMIAM siue Ludomillam, Primislai Bohemiæ Regis F. viduam postea duxit Ludouicus I. Rheni Palatinus Septemuir, Dux Bauariæ.

ALBERTVS IV. Comes Bogensis, Tetrarcha Boiorum potentissimus, vir inquietissimus: crebris bellis finitimos omnes lacessiuit: fugientibus incolis ob bella, regionem penè ad solitudinem redegit. Absque liberis decessit A. C. 1242. XIIX. Kalend. Februarij. Opes eius ad Othonem Bauariæ rediêre Ducem, fratrem vterinum. Vxor RICHSA.

BERTHOLDVS III. Comes Bogius, castra secutus vtriusque Friderici Imp. ob fidelem & felicem nauatãoperam, præcipuè in Spoleti expugnatione, agrum quendam ad lacum Benacum & Sarcam fluuium dono Cæs. Friderici II. possidere cœpit: vbi in memoriam castri gentilitij in Bauaria & armorum repræsentationem arcem nouam condidit, quam Arcum appellauit. In AEgypto aquis obrutus.

LEOPOLDVS Comes Bogensis, sacris Initiatus.

Comites de la Arcu.

ADELBERTVS Comitatum Arcus prope lacum Benacum in faucibus Italiæ, ab Imp. Friderico II. confirmatum retinuit, ob patris fidem, & grata seruitia.

RIPRANDINVS vixit sub tutela Friderici II. Cæs.

BER-

BERTHOLDVS IV. Comes de la Arcu in provincia Athesina, domi in otio vixit: aëris amœnitate, ac loci ubertate illectus. Arcem Archi munitissimam restauravit, ac mœnibus cinxit.

N. Comes de la Arcu, in castris Cæsaris fortiter pugnans occubuit.

Comites de la Arcu.

A.D. 1221 concessit Fridericus 2. Rom: Imp. terram Archi, et alia bona Archi Dominis, pro libera et merada natione; et non pro feudo; uti Socinus Cons: 91. vol. 4. scribit.

ADELBERTVS Comes de la Arcu, ad intestina cum vicinis bella adactus, omnes sibi structas insidias singulari magnanimitate atque prudentia declinavit.

ODORICVS Comes de la Arcu, Pancera cognominatus, ab Imperatore vinario in urbe Brixiensi vectigali donatus.

VINCIGVERRA I. Comes de la arcu, effervescente Italico bello circa an. 1402. Imperij hostes egregia in Augustum fide repressit.

ANTHONIVS Comes de la Arcu, in bello Veneto, quod Leopoldus Archidux Austriæ susceperat, nunquam satis laudanda fide Austriacis se conjunxit. Capto namque filio & in vincula conjecto, post ante parentis conspectum adducto, non minus aut promissis flecti potuit: maluitque filij unicè dilecti salutem in discrimen ponere, quàm ulla ex parte fidem in Augustos & familiam Austriacam labefactare.

Camillus *FRANCISCVS Comes de la Arcu, vir factis illustribus clarus: apud Senensium Rempub. supremi ducis munere, exercitus authoritate, functus: ~~duos~~* tres *reliquit filios:* Galeatius à fratre Francisco indigne in carceribus detentus fuit, cujus etiam filij, eo mortuo, patruum usque ad mortem in angusto [illegible] servarunt.

Camillum. *ANDREAM Comitem de la Arcu, Maximiliani Imp. apud Italiæ proceres legatum: genitorem.* Vx: Barbara Martinenga Gerardi f. ex Vrsina Colonna. I AGATA elocata Georgio Comiti Tubingensi.

II ANTONII Comitis de la Arcu: quo nati.

FELIX Comes de la Arcu, scientia rei militaris nemini secundus; copias Carolo V. & Ferdinando Impp. sæpenumerò adduxit.

FRANCISCVS.

SIGISMVNDVS.

III ALEXANDRI Comitis de la Arcu: cujus F. F. F. vixit ille A.D. 1534.

FRANCISCVS II. Comes de la arcu, à Comite Hieronymo patruele hæres scriptus; sed absque consensu Cæsaris, et proximiorum agnatorum.

IVLIVS.

IOAN. BAPTISTA Comes de la Arcu, splendidis factis præcipuè in Transsylvania editis, Ferdinando Cæsari apprimè commendatus.

IIII VINCIGVERRAE II. Comitis de la Arcu: quo nati.

VINCIGVERRA III. Comes de la Arcu.

OLIVERIVS Comes de la Arcu.

A.D. 1509. S. Blanca Comitissa de Arcu, uxor Marquardi de Brisack, Militis, die 19. Augusti.

ODORICVM Comitem de la Arcu, Maximiliano Cæsari bello Veneto, & Italico à secretioribus consilijs: à quo obviam missus Campegio Iulij Pontificis Rom. Oratori, in pacis constitutione non minimas partes obtinuit. Ex uxore N. nepte Ludovici Gonzaga Principis Mantuani genuit.

A.D. 1511. fuit Gerardus Comes de Arcu, Gubernator Mirandulæ, Max: Rom. Imp. nomine.

Hieronymum. PAVLVM Comitem de la Arcu, parentem.

Hi tres fratres à Car. V. Rom. Imp. tenuerunt in feudum terram Archi, castrum Dienæ, et alia quædam castra, cum eorum pertinentijs

CAROLI
ODORICI } *Comitum de la Arcu.*

NICOLAVM Comitem de la Arcu, elegantissimum suæ tempestatis Poetam, & Philosophum: cui ex uxore IVLIA Gonzaga Comite Novolariæ nati.

SCIPIO Comes de la Arcu, paternæ eruditionis ac omnis generis virtutum æmulator strenuus: Ferdinandi Cæsaris ad mensam structor. In cuius vixit conjugio CATHARINA F. Bernardini de Menesijs, Baronis Schwarzebergij.

PROSPER Comes de la Arcu, Caroli V. Curialis; multis adversus Gallos trophæis, & corporis insigni proceritate conspicuus.

PYRRHVS Comes de la Arcu: in cujus vixit consortio N. Comitissa Lymbacensis in Hungaria.

MAXIMILIANVS Comes de la Arcu, Iulio III. Pp. Rom. Cubicularius.

IOAN. BAPTISTA.
CLAVDIVS.

Comites Dachunenses.

OTHO I. Babonis F. Præfectus Prætorio Bavariæ & Chelhaimij, Schirensis Satrapa, Bavariæ principibus se socium adiunxit expeditioni illi, quam Henricus III. Augustus adversum Hungaros suscipiebat A. C. 1048. Fruxini sepultus. Vxor TVTA Comitissa Nassaviensis.

OTHO II. Palatinos Schirenses propagavit.

ARNVLPHVS Schirorum dynasta, Dachau vicum atque arcem superioris Bavariæ ab Othone fratre accepit: ubi cum posteris habitauit: qui inde nomenclaturam ac genus numerant. Vxor BEATRIX.

ECCARDVS I. Palatinus Schirorum, cum Sigefrido Moguntino & alijs Episcopis, in Palæstinam profectus: post multa perpessa mala ibidem interijt 1065.

CONRADVS Comes Dachunensis. Vxor VVALPVRGA siue VVilpyrga.

ARNVLPHVS II. Comes à Dachau, ob impietatem in Scyrensem lacum à Diabolo præcipitatus: vt Bruschius scribit in Monasterijs.

CONRADVS II. Comes Dachunensis, Dux Dalmatiæ & Meraniæ: à Friderico I. Augusto VVolfratshusij captus, sed breui liber dimissus: obijt in expeditione Italica Bergomi A. C. 1158. Vxor VTHYLDA.

CONRADVS III. Comes Dachunensis vltimus: quo absque liberis defuncto, Otho Maior VVittelsbachius castrum Dachau ab illius matre emit duodeuiginti pondo auri: Arnulpho, huius patruo, contractum suo assensu comprobante.

OTHO Comes Dachunensis, castro, Dachauo fratri relicto, Phalaiæ habitauit: indeq́ se Comitem scripsit. Benrid in Vindelicia, in Alpibus Noricis Gryssam, collegia mystis Aurelianis instituit. Vxor ADELHEIDA.

CONRADVS Phalaiæ Comes.

GEBHARDVS Comes à Phalai, ferro extinctus.

OTHO Phalaiæ Comes occisus A. C. 1178.

CONRADVS Phalaiæ Comes. Vxor MECHTILDIS.

OTHO Phalaiæ Comes ultimus, eodem die natus, quo patruus ipsius ὁμώνυμος perijt 1178. 'ἄνους defunctus sexagenarius. Ita & huius bona ad duces Boiorum redière.

Palatini Schirenses.

OTHO II. Primi F. Palatinus Schirensis, Abbas S. Michaelis propè Tridentum, & Aduocatus Frisingensis ecclesiæ: cum vxore HAZIGA Aragonia, viduata ab Hermanno Comite Castellano, condidit Vischpachau in faucibus Peninnarum Alpium, diuique Benedicti sacris initiauit: vbi vterque primùm sepulti perhibentur: Schiram deinceps à posteris translati.

OTHO III. Præfectus Palatij Boiarici, Dynasta Schirorum, VVittelsbachium arcem condidit: suæque istic aulæ sedem collocauit: vnde & soboles ipsius nomen sortita est. Cum Guelpho Boiorum in Palæstinam profectus contra Saracenos: mortē ibi oppetijt cum fratre Eccardo A. C. 1101. Vxor RICHARDA Saxoniæ Ducissa, Ortholphi Electoris F.

ECCARDVS II. Dynasta Schirorū, vulgo mit dem Pundschuch cognominatus, ab euentu egregij cuiusdam facinoris in Palæstina editi. Militans enim Godefrido Bilionæo in Asia, Saracenis insperato erumpentibus, ad calceum erectum Chistianos resubita collegit, aciemq; restituit. Eius trophæa cernuntur in cœnobio Maurkirchen prope Brunoviam. Condidit oppidulum Ried in Norico Ripensi: cui calceum eiusmodi erectum insignibus indidit.

BERNARDVS Comes Palatinus Schirensis, successit Othoni VI. Comiti Vvolfratshusio in Comitatu: cuius filiā ac heredem vnicam PETRISSAM vxorem habebat.

OTHO Comes Vvolfratshusius. Vxor Iustitia, Othonis Vvittelsbachij F.

HENRICVS Comes Vvolfratshusius, bellum gessisse legitur cum Friderico Hohestauffio: quo captus est unà cum Conrado Dachunensi.

OTHO IV. VVittelsbachius & Schirensis Dynasta, Præfectus Prætorio

LVDOVICVS.

VLRICVS. Schirorum Dynastæ ἄπαιδες.

SOPHIA vxor Theodorici VI. Comitis Holandiæ, in Palæstina defuncta.

Bavariæ: cœnobio Emsdorf proximè Ambergam & Vnderstorff non procul Monachio condidit. Vxor HELICA Friderici Comitis Lengenfeldij F. *Comites Sylvestres*

OTHO Major VVittelsbachius Conditor Principum Palatinorum & Bojariorum. Vide nu. 17.

FRIDERICVS Bardus, præfectus Prætorio Bavariæ, Friderico Imp. militans contra Mediolanenses una cum fratribus, utroque Othone: fortiter hostes oppressit A. C. 1158. Cœlebs vitam finijt: sepultus in cœnobio Ensdorff apud Nariscos A. C. 1194.

OTHO Junior, Comes VVittelsbachius. Vxor BENEDICTA Mangoldi Veringensis Comitis F.

ADELHEIDA nupta Othoni Lādgravio in Stephaning. *JVSTICIA consors Othonis Comitis VVolfratshusij.*

CONRADVS Archiepiscopus Moguntinus, vir doctus, à Paschali Pp. Romano, quòd ipsi jurare detrectaret, hostis judicatus atque proscriptus: sacerdotio & dignitate excidit. Moguntia itaque exactus, ad cognatum suum Imp. Fridericum Barbarossam confugit: à quo Salisburgensibus datus Episcopus, & ab Alexandro Pontifice est confirmatus, Christiano Moguntino in Italia extincto, ad clavum repetitus: fratris quoque deincepsteſtamento, Ludovico nepoti impuberi tutor datus: Bavariam summa prudentia rexit. Ex Asiatica expeditione, cujus ipse auctor fuerat Henrico VI. Imperante, reversus; diem obijt Patavij Anno Christi 1206.

OTHO ultimus Comes VVittelsbachius, Præfectus Prætorio Bavariæ: à socero Philippo Augusto (quippe cujus filia CVNEGVNDA ipsi desponsata erat) ob homicidium quoddam repudiatus: ense eius jugulum nefariè petijt. Quocirca proscriptus, & crimine læsæ majestatis condemnatus: in Bavaria palabundus tamdiu oberravit: donec ab Henrico Marescallo Pappenhæmio & Calatino haud longè à Ratisbona deprehensus, vulneribusque confossus, eodem fato perijt A. C. 1209. Caput eius amputatum, & in Istrum projectum: truncus ad Vnderstorfium, ædem flaminum Augustalium deportatus; nono demum exacto anno, Pontifice Romano indulgente, eò loci juxta patrem est conditus. VVittelsbach quoque castrum ob eiusmodi facinus, Ludovicus Dux Bavariæ, hujus patruelis, diruit atque solo æquavit.

THEODORICVM & BRVNONEM ob paternum scelus ex Bavaria pulsos, in Sylva Arduenna sive nemoribus VVestrasiæ prædia ædificasse: indeque COMITES SYLVESTRES esse vocitatos, *nonnullorum opinio est. Quorum particulam mihi notam, hic subijcio.* Stirpis Carolinæ ramus Nonus, COMITVM Sylvestriū & Rhenanorum.

* *GERARDVS VVildensis Comes. Vxor ADELHEIDA Veldensis.*

IOANNES Comes Rheni. — *ADELHEIDA Comes VVildensis uxor Ioannis Rhenani.*

IOANNES Comes Sylvestris & Rhenanus. Vxores eius duæ: ELISABETH F. Reinhardi Comitis Hanovij & Minzenbergæ: & Comes Sponhæmia.

GERARDVS VVildensis in Dhuyn, Comes Rheni, Canonicus Argentinensis 1446.

IOANNES VVildensis in Dhuyn & Kirburg. Vxor IOANNETTA F. Sig... di Comitis Salmæ, & Joannæ Baronissæ in Rotzallers ...

VVALPVRGA matre Sponhæmia nata, uxor Cunonis Solmij Comitis.

IOANNES Vvildensis, Comes Rheni & Salmæ. Vxor IOANNETTA F. Nicolai Comitis Mœrsensis & Sarrverdij, Domini Labræ.

FRIDERICVS Canonicus Argentoratensis. 1474.

IOANNES Comes Vvildæ, Salmæ, ac Rheni, Dominus Finstingæ.

IACOBVS Canonicus Argentin. 1505.

VRSVLA uxor Ruperti Princip. Palatini ad Rhenum.

PHILIPPVS Comes Rhenanus & Sylvestris. Vxor ANTO-

†

Comites Sylvestres

Vxor ANNA F. Philippi Comitis Isenburgij & Budingani. — ANNA consors Reinhardi Comitis Bitschensis. — *NIA F. Ferdinandi Neucastellæ Comitis.*

THOMAS Comes Sylvestris ac Rhenanus, Dominus Finstingæ. Vxor IVLIANA Philippi Comitis Hanovij & Minzebergij posthuma.

ADELHEIDIS nupsit Carolo Limpurgio, S. Ro. Imperij Pincernæ hæreditario 1542. Obijt 1580. 12. Octobris, ætatis suæ LIIX. Fœmina sapiens, pia, in pauperes benefica.

ANTONIA uxor VVirichij Baronis Kriechingani.

PHIL. FRANCISCVS VVildensis, Comes Rheni & Salmæ, Dominus Vinstingæ. Vxor MARIA AEGIPTIACA F. Ludovici Comitis Oetingensis.

OTHO Comes Sylvestris & Rhenanus. Vxor filia Philippi Nassovij & VVeilburgij.

IVLIANA nupsit Ernesto Mansfeldio A. C. 1589 prid. Id. Februarij.

FRIDERICVS Comes VVildæ & Rheni. Vxor Francisca F. Ioannis Comitis Salmensis.

ADOLPHVS Reingrafius. Vxor IVLIANA F. Ioannis Nassovij.

IOAN. CHRISTOPHORVS Comes Sylvestris, &c. Vxor DOROTHEA F. Ioan. Georgij Mansfeldij.

MARGARETHA uxor Ioan. Gerardi Com. Mãderschetij

IOANNES Comes Salmæ & Rheni.

ANNA elocata Eberardo Domino Rappolsteinio 1589. pri. Id. Decemb.

PHIL. OTHO Comes Sylvestris.

Duces Bavariæ.

OTHO *Major*, Comes *VVittelsbachius*, Præfectus Prætorio Bavariæ, magni animi princeps, laboribus atque bellis asper: viribus corporis, ingenijque dotibus pollens: Imperatori Friderico I. Cæsari Augusto à pugione atque aquila: sæpiùs suscepta legatione in Italiam & Græciam profectus: modestè Cæsari parendo, omnem suam operam Reipub. devovit: omnes nervos disciplinæ militari intendit: plurima in Italia præclara facinora fortiter edidit. Quamobrem Ratisbonæ in celebri concilio, Henrico Leone, optimatum Imperij suffragio, abdicato, & crimine læsæ majestatis condemnato: Bavariam virtutis ergò in fidem ab Imperatore accepit III. Id. Iulij Anno Christi 1180. Dachovium emit duodeviginti Pondo auri: Raningium infiscavit: Kelhamorum urbem, ad confluentem Alemanni Danubijque (ubi in regia eiusdem cognominis, tum temporis munitissima, erat natus) extruxit: Landshutæ in ripa Isaræ fundamenta posuit. Obpottorium, vectigalque salinatum, cum Alberto Fruxinensium Episcopo decertans: dum adhuc sub iudice lis est, fato concessit V. Id. Iulij A. C. 1183. quum Bojariam rexisset triennio. Ex AGNETE filia Theodorici VVasserburgij tetrarchæ, genuit

LVDOVICVM I. Electorem Palatinum, stemmatis propagatorem. †

SOPHIAM Hermanni Comitis Provincialis Hassiæ consortem.

MECHTILDEM connubio sociatam Rapotoni II. Rapotonis F. Carnoburgensis limitis præfecto: qui Othoni ultimo VVittelsbachio perempto, Bojorum suffragijs in Palatinatu est suffectus A. C. 1209.

LVDOVICVS I. Dux Bavariæ, princeps in orbe Romano opibus, sapientia, prudentia, eloquentia, pietate, virtute nulli secundus: plurimùm dignitatem atque opes Vindelicorum auxit: magnificè pleraque condidit: Bavariam novis colonijs implevit: Strubingam, in ripa Danubij municipiũ clarissimum, extruxit: Abudiacum arcem reficit. Pacis justitiæque fuit amantissimus: bella non, nisi coactus, suscepit: non pari tamen semper fortuna. Etenim Alberti Bogij deprædationes in Bavaria prohibiturus,

biturus, magna clade accepta, in fugam est datus: in Artenbergenses dynastas, pacis violatores, arma sumens; Carnoburgum arcem & VVasserburgum obsedit, vindicavit, in ditionem coegit: Othone VVittelsbachio, & Henrico Truchsessio VValpurgico, ab Imperio proscriptis: VVittelsbach & Andechs, illorū arces diripuit, soloq; æquavit, Impp. ex Suevia oriundis, perquàm carus, omniumque consiliorum & secretorum particeps extitit. Quapropter Philippus, Carnos, & Histros, in tutelam ipsi tradidir: à Friderico autem eius nominis Secundo, Rhenanum ducatum, quem palas vocant, officij ac singularis obsequij ergò, impetravit, inque fidem accepit. Quò dum proficiscitur: atque incautiùs oppida, castra, urbes sibi vendicat: ab incolis cum omnibus comitibus captus, maxima pecuniæ vi, quam viritim Boij tribuebant, se redemit. A Rhenanis postea receptus: brevi cum alijs principibus in Palæstinam, atque Aegyptum arma movit: unde plerisque amissis, vitam pactus, cum paucis domum redijt. Chelhaimij tandem, post cœnam, in ponte deambulans, à Stichio morione, quem per ludum incessebat, cultello lethali vulnere sauciatus: illicò in conspectu omnium aulicorum exanimatus corruit XVI. Kalend. Octobr. A. C. 1231. Corpus Schiram delatum, magnificè regio luxu est humatum. Bavariam à patris obitu rexit annos duodequinquaginta, menses duos, dies sex. Vxor eius LAODAMIA sive LVDOMILLA, Premislai Regis Bohemiæ F. vidua Alberti Bogij, fœmina cordata atque pulchra, suburbanum Landshutæ contubernium sacratis fœminis construxit: ubi eius & Principum Landshutensium mausolea ostenduntur. Quatuor eius memorantur liberi:

Electores Palatini ad Rhenū Duces Bavariæ.

nomine Seligental. 1233. Obijt AD. 1240.

OTHO Palatinus Rheni Septemvir, Dux Bavariæ.

LVDOVICVS à Friderico II. Cæsare occisus.

ISABELLA vxor Friderici II. Cæsaris Augusti.

ANNA vxor Rudolphi Ducis Saxoniæ, Angriæ & VVestphaliæ.

OTHO cógn. Illustris, vivo patre, utrumque principatum, Rheni & Bavariæ, ab Augusto impetravit, inque fidem accepit. Contra Fridericum Austriacum, principem inquietum profectus: usque Tranum amnem, & Valentiam urbem, cuncta incendijs, cæde complevit: Schatdingium cepit, inque ditionem redegit: Vgros quoque hostes à patrijs regionibus avertit. A Gregorio Pontifice Rom. ingentibus illectus muneribus, cum alijs proceribus in Fridericum II. Imp. conspiravit. Quapropter crimine perfidiæ læsæque majestatis accusatus: quum metu anxius, in extremo se constitutum periculo videret: brevi ad eum iterum defecit. Cum Conrado Cæsare, genero suo (à quo Lavinga, & vicinæ ad Danubium urbes, sibi oppignoratæ erant), copijs conjunctis, Conradum VVasserburgium; quod Albertum Bathaviensem decanum, virum nobilem, factiosum, & pacis violatorem (ad hunc nempe Bathavia elapsus confugerat) reddere detrectaret; centesimo undevigesimo die expugnatum, omnibus vicis, ac castellis exuit, Bojariaque finibus extrusit: Alberto comprehenso, perjurijque condemnato, vivo cutem detrahi jussit. Albertum quoque Ratisbonensem Episcopum, novis rebus studentem, celeriter imperata facere coëgit. Extremè ubi Oeringæ utrumque filium, majorum more armis ornasset: alteroin Vngariam dimisso, cum Ludovico Landshutam repetijt: ubi altero pòst mense III. Kalend. Decembris expiravit A. C. 1253. Schiræ inhumatus. Vxor ~~GERTRVDIS (quibusdam~~ AGNES ~~nominatur~~) F. Henrici Electoris Palatini, neptis Henrici Leonis, obijt A. C. 1269. His conjugibus procreati,

Ex sigillo, de anno 1237.

AD. 1239. ...

at. 1245. in vigilia S. Andreæ Apostoli, nocte.

Ludovicus Severus, Elector Palatinus. †

ELISABETH Conrado IV. Cæsari, Vogburgij, elocata: post eius fata secundis nuptijs juncta est Monachij Meinbardo Gortcio & Tyrolio Comiti: magni animi fœmina: mortua A. C. 1279.

SOPHIA singularis sapientiæ atque pulcritudinis virgo, à fratribus Gebhardo ~~Albensbergensis~~, qui fortiter adversus Bohemos fecerat, virtutis ergò in matrimonium data, splendidissimeque dotata.

Comiti Hirschbergensi

HENRICVS

Duces inferioris Bojariæ.

HENRICVS Dux Bavariæ, natus XIII. Kalend. Decemb. A. C. 1235. A patris obitu facta divisione cum Ludovico fratre, Nariſces & inferiorem ſeu Septentrionalem Bojariam accepit: cujus urbes primariæ ſunt Freiſtadium, Amberga, Sultzbachium, Chelhaimum, Monachium Herciniæ, Pfreimbda, Phloſon, Altorfium: in Vindelicia poſſedit Ratisbonam, Straubingam, Viltzboſium, Landavium, Dingolfingam, Landshutam, Aerdingam: in Nerico Burckhuſium, Halam, Traunſtam, Vtinu, Brannau, Schardingam. Princeps fortis & bellicoſus: Othocarum Bohemum, qui multoties pace violata Noricum incendijs & rapinis invaſerat, multis cladibus affecit: cujus apertum certamen detrectantis, fugitantisq́; tergo hærens, tria amplius millia hoſtium Oeno ſubmerſit A. C. 1258. Sexennio abhinc Veldam civitatem ultra Ilyſſum expugnavit atq; incendit: Novum forum Nariſcorum urbem in poteſtatem redegit & inſtauravit. Cæterùm ſatis inquieto quoq; fuit ingenio: quippe qui non ſolùm Ludovico ſuo germano ob titulum litem movit: quem Palatini Rhenani duntaxat uſurpare, ſe verò regulum Bojorum appellari volebat: ſed & cum ipſo Imperatore belli aleam tentare non dubitavit: à quo tamen, deprecatoribus fratre, filio, & nuru, veniam impetravit. Condito teſtamento deceßit Burckhuſij III. Non. Febr. A. C. 1290. ætatis ſuæ LIV. menſe ſeſquitertio. Landshutam tranſlatus, in Salingthal cum ſucceſſoribus ſepultus eſt. Fuit cum eo ELISABETH filia & hæres Belæ IV. Regis Pannoniæ: qua nati

OTHO Bojariæ ſecundæ Dux & procurator, patris ſucceſſor ex aſſe: utrique cum Ludovico patruo ad titulum, tum Alberto Auſtriaco affini (eius namq; ſororem CATHARINAM, quæ abſque liberis fato jampridem conceſſerat A. C. 1285. uxorem habuit) ob interceptam dotem fuit infeſtus. Quoniam autem parruo viribus eſſet impar: in hunc, Vngarorum bello impeditum, omnem belli impetum convertit: ſocijsque armis cum Conrado Epiſcopo Salisburgenſi junctis, in Styriam movens, Cluſam quidem expugnavit: verùm Alberti improviſo adventu, multis amiſſis, terga vertere coactus eſt. Contra hunc Adolphi Cæſaris partes ſummè ſemper tutatus: dum ſuppetias laturus ad Cæſarem proficiſſitur; Albertum Haigerlochium, Auſtriaci avunculum, tranſitum denegantem, cumque infeſtis copijs ipſum de improviſo irruentem, cum CCCXL. comitibus interemit. Hac inſperata victoria triumphabundus ad Adolphum Cæſarem profectus, maximoque gaudio exceptus: brevi pòſt in prælio, quo Cæſar occubuit, tribus vulneribus acceptis, in urbem Vangionum vix fuga elapſus, vitam retinuit. Ab Hungariæ exinde proceribus ad regni inſignia invitatus: apud Albam Regalem IIX. Id. Decemb. A. C. 1305. ſolennibus ceremonijs in ſolio regio eſt collocatus. At quarto regni anno à Ladislao, ulterioris Hungariæ Tranſſylvaniæque Vuivoda, ſuo ſocero, in vincula conjectus; ope tamē miniſtri evaſit: Ruſſiaque ac Polonia perreptata, Glogoviam venit: ubi AGNETE, Conradi urbis Reguli filia, in uxorem ducta; ſocer tandem & Bohemorum auxilijs in Bojariam redijt: ubi poſt datas acceptasque clades, cum Friderico Auſtriaco pace compoſita, Landshutæ naturæ debitum perſolvit V. Id. Septembr. A. C. 1312. ætatis ſuæ LI. filio unico ſuperſtite

HENRICO Natternburgio, ab arce, ubi educatus eſt, ſic cognominato, Duce Bojariæ: qui patrem amiſit dies natus tredecim. Hic Natternburgæ ſaltitando ſe exercens, crus fregit: ex cujus dolore paulo pòſt animam efflavit A. C. 1333. cælebs adhuc. Sepultus Landshutæ in ſuburbana æde Salingthal.

STEPHANVS Dux Bojariæ inferioris, à Salisburgenſibus Epiſcopus nominatus; ſacerdotio relicto, uxorem duxit IVDITHAM Bulconis Poloniæ Ducis natam. Adolphi Naſſovij partes adverſus Albertum Auſtriacum pertinaciter & ipſe fovit: nec, cum patruo Ludovico Palatino, quòd titulum Bojariæ nomini ſuo adjungeret, bene convênit: cui idcirco quoque bellum indicere, una cum reliquis fratribus, non dubitavit. Hujus tamen filio Rudolpho Palatino, contra Auguſtanos poſtea ſuppetias tuliſſe legitur. Ratisbonam, majorum ſuorum quondam ſedem, ſocijs cum fratre, armis repetens: cives libertatem atque fœdus pecunia redimere coëgit. De Friderico tandem Auſtriaco, qui Bojariæ fines depopulabundus invaſerat, fugato triumphabundus Landshutam reverſus: ibidem paucis pòſt diebus naturæ conceſſit quadragenarius. A. C. 1311. XI. Kal. Ianuarij. Liberos reliquit quinque:

HENRICVM Bojariæ ſecundæ Rectorem. Hic ob ſibi præreptos Carnos atque Carinthios, Auſtriacis bellum indixit; Imperatori more majorum amicitiam renunciavit:

impe-

imperiumque affectans, auxiliarijs copijs à Bohemia atque Moravia accitis, Neoburgum obsidione cinxit: quam tamen non multo pòst solvere, & cedere est coactus. Hinc induciæ factæ, amicis bella civilia detestantibus: & pax confirmata. Obijt Kalend. Septemb. A. C. 1339. biennio major quadragenario: Ludovico Cæsari Augusto, Francofordiæ æstiva agenti, testamento committens ducatum, MARGARETAM conjugē (nata hæc Ioanne Rege Bohemiæ, fato concessit V. Idib. Iulij A. C. 1340.) & filiū. Duces inferioris Bojariæ.

IOANNEM Ducem Bojariæ, Comitem Andechisianum defunctum XI. Kalend. Iannarij A. C. 1340. Fuit ~~in hujus consortio~~ ELISABETH Ludovici Imp. F.

OTONEM Ducem Bojariæ inferioris: qui divisione facta, cum Henricis fratre & patruele, Noricorum accepit oppida, Salisburgensibus finitima. Quo A. C. 1335. vitæ suæ XXXI. absque liberis defuncto: inferior Bojaria rursus ad unius potestatem redijt. Fuit cum ipso connupta RICHARDA Iuliacensis.

BEATRICEM Henrico Goriciæ Comiti elocatam, defunctam A. C. ~~1332~~.

ELISABETHAM consortem Othonis Austriaci, Alberti Cæsaris filij, mortuā A. C. 1337.

AGNETAM virginem Vestalem.

3 LVDOVICVS IV. Dux inferioris Bojariæ, cœlebs & absq; liberis decessit A. C. 1296.

LVDOVICVS II. cogn. *Severus, Elector Rheni Palatini,* & Dux Bojariæ, & natus Idib. Aprilis A. C. 1229. post fata parentis anno altero principatus paternos cum fratre dividens: palatium Rhenanum, & superiorem Bojariam (cujus urbes primariæ sunt Monachium, VVasserburgum, Angilostadium) vna cum præfectura Ratisbonense, hoc est, Rietenburgo, Stephaning, Lengenfelda, Rengstauff, & Kalmunt, obtinuit. Princeps magna vi animi & corporis, ingenio optimo, pietate, virtute, & auctoritate singulari, legum & iustitiæ custos acerrimus. MARIAM vxorem Henrici Brabantini sororem germanam, ob adulterij suspicionem, indicta causa contemnatam, securi percuti iussit A. C. 1256. XV. Kal. Februarij: Furstenfeldium, ~~quò illius manes ritè conderet,~~ condidit. Quinquennio ab hinc adversus Marescallos Pappenhæmios arma movens: VVissenburgum Nariscorum urbem cepit, diripuit, exussit. Iterū quinquennio elapso, Fridbergam oppidū in confinio Rhætorum & Vindelicorū aduersus ciues Augustanos extruxit. Quum in maxima & confusissima inrerregni diutissimi ἀναρχίᾳ, Italia intestinis dissidijs ac seditionibus flagraret; Germania ex veteribus odijs, ac nouis motibus dubio statu fluctuaret; cunctis rebus ad tristem ruinam spectantibus: vni huic, omnium consensu, deligendi noui principis potestate delata: Cæsarem nominauit Rudolphum Habsburgium: cuius deinceps filiam MECTILDEM vxorem duxit: nec vlla vnquam in re ipsi ope sua defuit. Heidelbergæ ad extremum, quò accersitus erat, vt inter Albertum, & Adolphum Cæsares pacem componeret, morbo correptus: quum præ pudore (genitalia namq; ipsi intumuerant) serò medicinā adhiberet: in eodem, quo in lucem editus fuerat, cubiculo expirauit Kal. Feb. A. C. 1294. sexagenario maior quinquennio: quum ad clauum sedisset annos XL. Corpus Furstenfeldium translatum, & in conditorio coniugum liberorumque humatum. Liberos autem habuit.

℞ ex ANNA Polona, Conradi F. defuncta A. C. [illegible]. vxore secunda,

LVDOVICVM, principem miræ frugalitatis atq; continentiæ: qui Norinbergæ equestri se exercitans tyrocinio atq; ludo, à Cratone Comite Hohaloensi tactus hasta iugulo, decimo ab hinc die expiravit A. C. [illegible]. Vxor eius ANNA Friderici Lotharingiæ Ducis F. mariti consuetudine duobus & viginti non amplius diebus vsa; tristis ad parentem redijt.

℞ ex MECHTILDE Habsburgica, vxore postrema;

Rudolphum Electorem Palatinum, auctorem omnium principum, qui ad Rheni ambas ripas, & in Germania, quæ est in finibus Celtarum atq; Belgarum, inter Heluetium Mosellamq; amnes, ac in Germania Magna Nariscis siue Boijs Aquilonaribus longè lateque dominantur. †

ANNAM Henrico Cattorum principi } *elocatas.*
MECHTILDEM Othoni Duci Luneburgio }

Ludovicum V. IMP. ROM. vnde originem ducunt paternam principes, qui ad utramq; Danubij oram, Sudinos, hoc est, Boios meridionales, inferiores, superiores, Vindelicos item, & Noricos administrant. †

RVDOLPHVS I. *Elector Palatinus Rheni*, paci primùm studens, frustrà Albertum

Marchiones Austriæ.

LEOPOLDUS IV. Marchio Austriæ cogn. Pulcer, Salomonem Regem Vngariæ exulem in regnum reduxit. Pro limitibus cum Conrado Marchione Moraviæ, fratre Vratislai primi Regis Bohemiæ, armis contendens: magna abs eo clade est affectus IV. Id. Maij A. C. 1083. Decennio pòst cum Godefrido Bilionæo, alijsque Germaniæ proceribus, ipsa etiam conjuge ITHA, Henrici IV. Cæsaris sorore germana, in Asiam profectus: extremum istic diem clausit A. C. 1096. Vxor verò quadriennio post Constantinopoli.

ALBERTUS Severus, Marchio Austriæ. Vxor N. Dux Poloniæ.

AGNES virgo mortua.

LEOPOLDUS V. Marchio Austriæ, fundator cœnobij Neoburgensis: ob viræ continentiam albo Sanctorum inscriptus, è vivis excessit XVII. Kal. Decembris A. C. 1136. Vxor AGNES Henrici IV. Cæsaris filia, vidua Friderici Hohæstaufij, Ducis Sueviæ.

ELISABETH nupsit Othocaro Comiti Stiriæ & Carinthiæ, defuncto 1112.
HELIOPYRGA consors Borswerij Principis Bohemiæ.
Tertia in matrimoniū tradita Leopoldo Moraviæ Marchioni.
Quarta Alberto Bagio Comiti elocata.

LEOPOLDUS VI. è fratre uterino Conrado III. Cæsare Dux Bavariæ creatus: sed quē Gvelfus, Henrici superbi germanus, jure hæreditario Bavariā & Saxoniam repetēs, multis captis, plerisq; occisis profligavit. Quam cladem correcturus, arma in Lycatiorum fines promovit: adversariosq; ubiq; locorum expugnavit. Hostibus perdomitis, & ad officium cōpulsis, Ratisbonam redijt: rebusq; compositis, morbo correptus apud Altaichium inferius absq; liberis decessit XII. Kal. Novembris A. C. 1141. quum triennio duntaxat rerum in Bavaria esset potitus. Sepultus Batavij in monasterio S. Crucis.

OTHO Episcopus Frisingensis, vir doctus, & sui seculi historicus celeberrimus: Ludovico Celtarum Regi, expeditionem Asiaticam suscipienti, comitem se adjunxit: ex qua nudis pedibus, scissis tunicis, rebus omnibus āmissis, vix evasit. Obijt XL Kal. Novembris A. C. 1158.
CONRADUS Archiepiscopus Salisburgensis & Pataviensis, obijt 1168.
ALBERTUS Marchio Austriæ, *ἄπαις.* Vxor N. Bele Cęci Regis Vngariæ F.
ERNESTUS Marchio Austriæ ἄπαις. Vxor N. Ducissa Saxoniæ.

HENRICUS post Leopoldi fratris excessum à Conrado Imp. Bojorum Regulus appellatus: Gvelphum armis Bavariam repetentem, acri prælio superavit. Vngariæ dehinc fines ingressus: cum Geizone quoq; Rege propè Litham amnem bis manus victor conseruit. Henrico Leone pubere facto, seq; in integrum restitui postulante: Friderici Cæsaris auctoritate, jure suo perpetuò cedens: ex consilij decreto, pro Bavaria Austriæ accepit ducatum. Conrado tandem Znoymæ Marchioni, qui oppidum Ræthorum expugnarat diripueratque, & terrore atque fuga circùm omnia complebat, dum aciem opponit: fugatusq; ad pontem malè concinnatum celerat: eo interrupto cum equo cecidit: cruréque fracto tertium post diem ex dolore obijt A. C. 1177. Vxores habuit duas: 1. GERTRUDEM Lotharij Saxonis Imp. Rom. F. viduam Henrici Superbi Ducis Bavariæ: ratione cujus Bavariæ ducatum ab Imperio obtinuit: altero conjugij anno absque sobole defunctam: 2. THEODORAM F. Manuelis Imp. Byzantini.

BERTHA Stephano à Stephaning Burggravio Ratisbonensi:
IUTHA Rimboldo Marchioni Montuferrati.
GERTRUDIS Vladislao secundo Regi Bohemiæ.
AGNES Boleslao Duci Majoris Poloniæ.
ELISABETH Friderico Palatino Saxoniæ, elocatæ.

LUDOVICUS VII. cognomento *Virtuosus,* Dux Austriæ & Stiriæ: urbem Ens & Neostadium ædificavit: Viennæ muros reparavit. Ab Othocaro ulnmo Stiriorum Duce absq; liberis defuncto, testamento accepit Stiriam, Neoburgum, Varnbachium, Lambachium, Schardingam A. C. 1182.

HENRICUS II. Dux Austriæ, cognominatus *de Metlinga:* maritatus RICHSÆ Reginæ Bohemiæ: *ἄπαις.*

AGNES Stephano Regi Pannoniæ desponsata A. C. 1165.

C. 1182. Ob res præclarè gestas in Asia, expugnatamque Ptolemaidem, ab Imperio nova meruit insignia, fundaque multorum Comitatuum Austriæ vicinorum, Butensis nimirum, Peilsteinensis, Machlandiæ, Trasamæ. Richardum Angliæ Regem, à quo in Ptolemaidis obsidione insigni affectus fuerat contumelia, Viennæ habitu servili latitantem, in vincula conjecit: confestimque septimo ab hinc die Ratisbonam ad Imp. Henricum VI. perduci jussit. Obijt A. C. 1193. Vxor HELENA Gaysæ Regis Pannoniæ F. Duces Austriæ.

LEOBOLDVS IIX. cogn. *Gloriosus* sive *Honorabilis*, Dux Austriæ & Stiriæ, auctor cœnobij Campililiorum in Austria: Damiatæ recuperandæ interfuit: strenuamque in Saracenis ex Italia profligandis navavit operam. Cum Bojorum & Charinorum proceribus, adversus Rapotonem & Henricum dynastas Artenbergios, pacis violatores, arma sumsit. Romæ, postquam Fridericum II. Cæsarem cum Pontifice reconciliavit, naturæ fatoque concessit A. C. 1230. Vxor THEODORA, Alexij Cæsatis Byzantini cognata.

FRIDERICVS Dux Austriæ, in Asiatica expeditione mortuus *ænnæ* A. C. 1198. Vxor N. Marchionissa Vogburgensis.

FRIDERICVS Bellicosus, Austriæ Dux stirpis huius nobilissimæ postremus: magni animi princeps, quietis atque otij impatiens, laudisq; avidus: finitimos armis lacessere non dubitavit: omnibus vicinis, Bojis, Bohemis, Vngaris, Carinthijs bella indixit. A Friderico II. Imp. quòd ipsius obsequium detrectaret, proscriptus; hostisq; Reipub. judicatus: mox tamen ipsi reconciliatus, in fide eius constanter perstitit: nec prece, nec minis, nec spe regni ab eius amicitia abstrahi potuit: sed quoad vixit, constantissimè ipsius tutatus est partes: modò Bohemum, modò Vngarum bello continenter lacessens. In prælio tandem cum Bela Vngarorum Rege ad Neostadium, victor gloriosa morte occubuit XVII. Kal. Iulij A. C. 1246. ænnæ. Vxores habuit duas: Agnetem F. Othonis Ducis Meraniæ, quã ceu cognatã repudiavit, & Vlrico Carinthiæ Duci nubere permisit: & Agnetem Ducem Brunsvicensem.

LEOPOLDVS Dux Austriæ obijt juvenis.

HENRICVS III. cognom. Crudelis, itẽ Dux de Medlinga: cum RICHARDE Turingiæ Landgravia, Noribergæ magno ambitu nuptias celebravit, Henrico VI. Imperante. Filiæ eius tres:

CONSTANTIA nupsit Henrico Marchioni Missniæ.

GERTRVDIS consors Ludovici V. Landgravij Turingiæ.

AGNES Bernardo Principi Anhaltino elocata.

MARGARETHA nupsit Henrico Seniori, Friderici II. Imp. F. eoq; defuncto Primislao Othocaro Regi Bohemiæ: cujus ratione hic, stirpe hac deficiente, Austriam occupavit.

AGNES Vlrici Ducis Carinthiæ uxor.

GERTRVDIS elocata Hermanno Marchioni Badeno.

MARIA nupsit Stephano Duci de Sagrarbia, Hungaro.

FRIDERICVS Austriacus cum Conradino Rege Siciliæ in foro Neapolitano decollatus A. C. 1268. VII. Kal. Nouemb.

ELISABETH consors Menardi Comitis Tyrolijs, *mater* *ELISABETHAE* *uxoris Alberti I. Cæsaris: cujus ergo Austriæ ducatus ad Habsburgios est devolutus.*

ARNOLPHVS II. Arnulphi II. Ducis Bojorum F. curator templi Fruxinensis, & Præfectus Prætorio Bavariæ: opportunam nactus (ut ipse rebatur) principatus Bojarici, à quo cum cæteris fratribus exclusus erat, recuperandi occasionem: ad Cæsaris hostes deficiens, Ratisbonam armatus occupavit: ad quam urbem à Cæsare obsessam, fortiter dimicans, equo cadente telis confossus est, armisq; exutus A.C. 953. Schiram oppidum superioris Bavariæ in pago Schirorum condidit: unde posteri eius aliquot annis Schirorum dynastæ sunt cognominati. Vxor RICHSA, Othonis I. Imp. Rom. soror germana.

BERTHOLDVS Præfectus Palatij Bojarici, curator templi Fruxinensis, Schirorum dynasta: quòd Henrico Hezeloni Duci Bavariæ & Saxoniæ, suo amitino, rebellionem suaserat: ab Othone II. Augusto captus, inque exilium est actus. Cæsari tamen postmodò reconciliatus, socium se ipsi adjungens ad expeditionem Saracenicam in Calabria occubuit A. C. 982. Optimus rei militaris Dux.

Comites Abusini.

BABO Schirorum Dynasta, præfectus prætorio Bavariæ.

HENRICVS Dux Carinthiæ, partes Henrici Hezelonis contra Cæsarem defendens; Bathavia, ubi se munierat, expugnata, vivus in hostiu potestatem redactus, Trevirumq; Augustam cum altero Henrico est relegatus. Apud Altaichium inferius juxta patrem sepultus, 'ἄνευ Anno Christi 989.

Stirpis Carolinæ ramus Quintus, Comitum Abusinorum.

OTHO I. stirpis Schirensis propagator.

BABO Schirensis, Abusinæ & Roræ dynasta, procurator S. Cunegundæ Imperatricis, & Præfectus Ratisbonensis: ex duabus legitimis uxoribus XXXII. filios & octo filias genuit, educavitq; quorum plerosque superstites reliquit. Quodam tempore à D. Henrico II. Augusto, qui tum Ratisbonæ degebat, secum venatum proficisci jussus: filios juvenes jam puberes, scitos admodum & elegantes, cultu quoque & arte ornatos, adjuncto singulis Comite, secum adduxit; Cæsariq; commendavit ac condonavit: quos ille singulos benignè appellans, dextera & osculo excepit: filios nuncupavit: secum in aula consistere jussit: omnes successivè præfecturis, vicis, prædijs stipendiarijs, castellis, parochijs collocupletavit.

VVOLFRAMVS Comes Abusinus, sive Abenspergius.

HARDVICVS Comitum Bogiorum progenitor.

RVPERTVS Comites Rittēburgios progenuit.

THEODOMARVS Leobergēsium & Lungonum Præfectus conditor cœnobij Elsenpach proximè Novumforum.

BEZILO Comes Fridebergensis.

ARIBO Scala.

HENRICVS Antistes Eberatbusius.

LEOBRIGVS Nariseus Suentodoryphus, ob vitæ continentiam divorū albo adscriptus.

VVOLFRAMVS II. Comes Abusinus.

OTHO Comes Amspergensis.

CONRADVS Archiepiscopus Salisburgensis, in æde S. Rudperti sepultus A. C. 1147.

RAPOTO sive RAPOLDVS Comes Abusinus, Curator & Advocatus Bambergensis.

FRIDERICVS Comes Abusinus, Advocatus Bambergensis, Dominus de Ertfordia.

EBERARDVS I. Comes Abusinus, citatur in literis A. C. 1180. extremo senio mortuus. Vxor MECHTILDIS Gaisenfeldæ sepulta.

EBERARDVS II. Comes Abusinus, Gaisenfelsij cœnobij Advocatus.

GEBHARDVS I. Comes Abusinus. Vxor SOPHIA Comes Biburgensis.

EBERARDVS III. Comes Abusinus.

BERNHARDVS Comes Abenspurgius; 'ἄνευ.

GEBHARDVS II. Comes Abusinus & Rittenburgius, Dynasta Rotenneccius: floruit Anno Christi 1190. Vxor GEISA.

ALEMANNVS sive Altmannus, Comes Abusinus, Rotam cœnobium cōtra Albertum & Conradum Mosbergenses fortiter propugnavit A. C. 1240. Vxor RICHISA de Ramyng.

ALEMANVS II. Comes Abusinus, obijt 'ἄνευ A. C. 1270.

EBERARDVS Abusinus, Præpositus Ratisbonensis.

RVPERTVS Comes Abusinus, Dynasta Randeccius.

HENRICVS Comes Abusinus & Randeccius. Vxor PETRISSA.

BERNARDVS Dominus Randeccius obijt 1239.

MEINARDVS Comes Abusinus & Randeccius. Vxor HEDVIGIS.

MENARDVS II. Comes Abusinus & Randeccius, obijt 'ἄνευ 1290.

GEBHARDVS Abusinus & Randeccius obijt 1270.

HENRICVS Episcopus Ratisbonensis, Roteneccā Ludovico Bojo vendidit. Obijt A. C. 1293. præsulatus sui XVI.

OTHO

OTHO Comes à Stein juxta Schombpachium. *VLRICVS instaurator familiæ, non Comitem sed Baronem Abusinum se scripsit. Vxor GERTRVDIS F. Bertholdi Comitis à Maursteten & Greyspach.* *Barones Abusini.*

BERNARDVS Baro Abusinus, [illegible]. Vxor MARIA. *VLRICVS II. Baro Abenspergensis. Vxor SOPHIA.* BARBARA elocata N. Ingenuo à Sansheym, Bojo.

VLRICVS III. Baro Abusinus, cum uxore ELISABETHA Libera Baronissa Gundelfingana, apud Eßingam propè arcem Randeck condidit πτωχοτροφεῖον A. C. 1363. IOANNES Baro Abusinus. MARGARETA uxor Gibolphi Degenbergij.

ALBERTVS Baro Abusinus, cum uxore N. Domina ab Haydau Ratisbonæ in æde D. Heimerani sepultus. *IOANNES II. Baro Abusinus, Abensbergæ Carmelitis adem condidit A. C. 1389. Vxor AGNES Libera Baronissa Liechtensteinia, Austriaca.* THEODORICVS Episcopus Ratisbonensis, obijt Anno C. 1383. VLRICVS Commendator Rhodiensis, obijt in reditu ex Palæstina A. C. 1375. AGNES nupsit N. Comiti Heiligenbergio Svevo. *BARBARA Baroni Rosenbergio, Bohemo, elocata.* MARGARETA Pilhoviæ virgo sacrata.

IODOCVS Baro Abenspergius. Vxor AGNES F. Ioannis Comitis Schaumburgij, & Annæ nata patre Bernardo Marescallo Patoviensi in Stiria. VLRICVS V. GEORGIVS. BERNARDVS. GVILIELMVS. VRSVLA Ioanni Truchsessio Vvalpurgio sociata. Mater Eberhardi Comitis Sonnenberg. *ELISABETH uxor secunda Vlrici Comitis Schaumburgij.* AGNES nupsit Landgravio Leichtebergio. *MARGARETA elocata Ingenuo à Kuchelen.*

IOANNES III. Baro Abusinus, uxores habuit duas: MAGDALENAM de Petau, & Elisabetham Lib. Baronissam Torringensem. VLRICVS VI. *THEODORICVS.* SIGISMVNDVS. *DEGENHARTVS.* ANNA Henrico Marescallo Pappenhæmio elocata. *BARBARA uxor W. Baronis Schwarceburgij à Seinsheim.* Erckingerj primi MARGARETHA consors Alberti Nothafiti, ingenui Boij.

NICOLAVS Baro Abusinus postremus, natus, VI. Non. Iulij A. C. 1441. & à Nicolao Cusano sacro fonte lustratus: vxore Martha siue Margareta Comite VVerdenbergensi, Ioannis F. absque liberis defuncta, cælebs mansit: éxtremè à Christophoro Bavariæ Duce, ferro per inguina adacto, confossus in agro Fruxinensi A. C. 1485. pridie Kalend. Martij. CLARA ex priore conjugio genita, virgo elephantiasi apud Eßingam interijt.

Stirpis Carolinæ ramus Sextus

COMITVM RITTENBVRGIORVM.

RVPERTVS, Babonis Abusini [illegible] F. Comes Rittenburgius. Vxor VVILLETRVDA. *Comites Rittenburgij.*

HENRICVS Comes Rittenburgius, obijt Hierosolymæ A. C. 1101. Vxor RICHARDA. MAGNVS Comes Roræ.

OTHO Comes Rittenburgius, Allersbach siue Vvalderbach Cistertiensium monachorum templum condidit. Ratisbonæ in vestibulo adis S. Haimerani sepultus. Vxor SOPHIA.

OTHO Comes Rittenburgius Landgrauius à Stepbauing, Langenfeld, & Kalmuntz. Vxor ADELHEIDA soror Othonis VVittelsbachij. * *HENRICVS Comes Rittenburgius Burggrauius Ratisbonensis. Vxor BERTHA F. Leopoldi Sancti Marchionis Austriæ.* † S *FRIDE-*

Comites Bogij.

FRIDERICVS. HENRICVS. OTHO. FRIDERICVS. HENRICVS. OTHO.
Comites Rittenburgij, omnes ἄπαιδες mortui.

Stirpis Carolinæ ramus Septimus
COMITVM BOGIORVM siue de la Arcu.

HARDVICVS, Babonis Abusini quadragenaria prole inclyti F. primus Comes Bogiorum: ab Imperatore Henrico III. Augusto, Imperatricis intercessione, tribus apud Nariscos prædijs donatus, Vvolframsdorfio, Linderona, & Rotemarito.

AVSONIVS Comes Bogensis, vir bellis ofus, terror Bohemorum: quos in Bauariam excursitantes tribus prælijs fudit atque fugauit. Cum Friderico fratre Altaichium, ab Vngaris exustum, restaurauit.

FRIDERICVS Comes Bogius, Curator templi Ratisbonensis, ab Henrico III. Imp. ob deuotissimum obsequium impetrauit in limite Chamabo Grabatum, Furt, Macelimum, Tichenobergomum, Trasanodoryphos, Bochobergomum, & Sichouiam. Obijt A. C. 1104. Vxor ADELHEIDA Dux Saxoniæ, Ottholphi Electoris F.

HARDVICVS II. Comes Bogius. Vxor LVIDGARDIS.

FRIDERICVS II. Comes Bogensis, Curator templi Ratisbonensis, cum Conrado Cæsare in Palæstinam profectus: ibi decessit ἄπαις A. C. 1149. Solymæ sepultus. Vxor IVDITHA Theobaldi Vochburgij F.

VLRICVS vitam monasticam professus.

BERTHOLDVS I. Comes Bogensis ἄπαις.

ALBERTVS I. Comes Bogius, Altaichium superius à suis maioribus extructum, cum Friderico agnato immunitate donauit: & Venedobergomum siue Vvindenbergam, inferioris Boiariæ arcem, in templum commutauit. Maiores eius in Altaichio superiore: ipse cum sobole Venedobergomi est humatus A. C. 1147. Vxor HEDVIGIS Domina Pittauiæ atque Chelciæ, Carinthiæ, Neoburgi Vindelicorum, Schardingij Noricorum.

BERTHOLDVS II. Comes Bogius, vir admodum diues: principatum à patre per manus accepit. Post fata Vvinderbergæ inhumatus. Vxor LVIDGARDA Burggrauia Ratisbonensis.

ALBERTVS II. Comes Bogius, ante parentis fata in obsidione Phaleiæ sagitta percussus interijt A. C. 1140. Sepultus Venedobergomi.

HARDVICVS III. Comes Bogensis, atra bile percitus, vitam finijt.

ALBERTVS III. Comes Bogius, ob limites atque venationem armis disceptauit, cum Rapotone atque Henrico Comitibus Artenbergijs. Quapropter ab Imp. Henrico proscriptus, & in Apuliam est relegatus. Fato concessit A. C. 1198. ætatis suæ XXXIII. Vxorem eius LAODAMIAM siue Ludomillam, Primislai Bohemiæ Regis F. viduam postea duxit Ludouicus I. Rheni Palatinus Septemuir, Dux Bauariæ.

ALBERTVS IV. Comes Bogensis, Tetrarcha Boiorum potentissimus, vir inquietissimus: crebris bellis finitimos omnes lacessiuit: fugientibus incolis ob bella, regionem penè ad solitudinem redegit. Absque liberis decessit A. C. 1242. XIIX. Kalend. Februarij. Opes eius ad Othonem Bauariæ cediêre Ducem, fratrem vterinum. Vxor RICHSA.

BERTHOLDVS III. Comes Bogius, castra secutus vtriusque Friderici Imp. ob fidelem & felicem nauatam operam, præcipuè in Spoleti expugnatione, agrum quendam ad lacum Benacum & Sarcam fluuium dono Cæs. Friderici II. possidere cœpit: vbi in memoriam castri gentilitij in Bauaria & armorum repræsentationem arcem nouam condidit, quam Arcum appellauit. In AEgypto aquis obrutus.

LEOPOLDVS Comes Bogensis, sacris initiatus.

Comites de la Arcu.

ADELBERTVS Comitatum Arcus prope lacum Benacum in faucibus Italiæ, ab Imp. Friderico II. confirmatum retinuit, ob patris fidem, & grata seruitia.

RIPRANDINVS vixit sub tutela Friderici II. Cæs.

BERTHOLDVS IV. Comes de la Arcu in provincia Athesina, domi in otio vixit: aëris amenitate, ac loci ubertate illectus. Arcem Archi munitissimam restauravit, ac mænibus cinxit.

N. Comes de la Arcu, in castris Cæsaris fortiter pugnans occubuit.

Comites de la Arcu.

A.D. 1221 concessit Fridericus 2. Rom. Imp. terram Archi, et alia bona Archi Dominis, pro libera, et merado natione; et non pro feudo; uti Sorinus cons. 91. vol. 4. scribit.

ADELBERTVS Comes de la Arcu, ad intestina cum vicinis bella adactus, omnes sibi structas insidias singulari magnanimitate atque prudentia declinavit.

ODORICVS Comes de la Arcu, Pancera cognominatus, ab Imperatore vinario in urbe Brixiensi vectigali donatus.

VINCIGVERRA I. Comes de la arcu, effervescente Italico bello circa an. 1402. Imperij hostes egregia in Augustum fide repressit.

ANTHONIVS Comes de la Arcu, in bello Veneto, quod Leopoldus Archidux Austriæ susceperat, nunquam satis laudanda fide Austriacis se conjunxit. Capto namque filio & in vincula conjecto, post ante parentis conspectum adducto, non minis aut promissis flecti potuit; maluitq́ filij unicè dilecti salutem in discrimen ponere, quàm ulla ex parte fidem in Augustos & familiam Austriacam labefactare.

Camillo *FRANCISCVS Comes de la Arcu, vir factis illustribus clarus: apud Senensium Rempub. supremi ducis munere, exercitus auctoritate, functus: ~~duos~~ tres reliquit filios:* Galeatius à fratre Francisco indigne in carceribus detentus fuit, cujus etiam filij, eo mortuo, patruum usq; ad mortem in custodia servavit.

Odoricum. Camillum. *ANDREAM Comitem de la Arcu, Maximiliani Imp. apud Italiæ proceres legatum: genitorem.* I AGATA elocata Georgio Comiti Tubingensi. — Ux: Barbara Martinenga Gerardi f. ex orsina Colonnea. — denique vide signum ■

II ANTONII Comitis de la Arcu: quo nati.

FELIX Comes de la Arcu, scientia rei militaris nemini secundus; copias Carolo V. & Ferdinando Impp. sæpenumerò adduxit.

FRANCISCVS.

SIGISMVNDVS.

III ALEXANDRI Comitis de la Arcu: cujus F. F. F. vixit ille A.D. 1534.

FRANCISCVS II. Comes de la arcu, à comite Hieronymo patruele hæres scriptus; sed absq; consensu Cæsaris, et proximorum agnatorum.

IVLIVS.

IOAN. BAPTISTA Comes de la Arcu, splendidis factis præcipuè in Transsylvania editis, Ferdinando Cæsari apprimè commendatus.

IIII VINCIGVERRAE II. Comitis de la Arcu: quo nati.

VINCIGVERRA III. Comes de la Arcu.

OLIVERIVS Comes de la Arcu.

A.D. 1509. 9. Blanca Comitissa de Arcu, uxor Marquardi de Brisach, Militis, die 19. Augusti.

■ *ODORICVM Comitem de la Arcu, Maximiliano Cæsari bello Veneto, & Italico à secretioribus consilijs: à quo obviam missus Campegio Iulij Pontificis Rom. Oratori, in pacis constitutione non minimas partes obtinuit. Ex uxore N. nepte Ludovici Gonzaga Principis Mantuani gennit.*

A.D. 1511. fuit Gerardus Comes de Arcu, Gubernator Mirandulæ, Max: Rom. Imp. nomine.

Hieronymum. PAVLVM Comitem de la Arcu, parentem.

CAROLI
ODORICI } *Comitum de la Arcu.*

Hi tres fratres à Car. V. Rom. Imp. tenuerunt in feudum terram Archi, castrum Brenæ, et alia quædam castra, cum eorum pertinentijs.

NICOLAVM Comitem de la Arcu, elegantissimum suæ tempestatis Poetam, & Philosophum: cui ex uxore IVLIA Gonzaga Comite Novolariæ nati.

SCIPIO Comes de la Arcu, paternæ eruditionis ac omnis generis virtutum æmulator strenuus: Ferdinandi Cæsaris ad mensam structor. In cuius vixit conjugio CATHARINA F. Bernardini de Menesijs, Baronis Schvarzebergij.

PROSPER Comes de la Arcu, Caroli V. Curialis; multis adversus Gallos tropheis, & corporis insigni proceritate conspicuus.

PYRRHVS Comes de la Arcu: in cujus vixit consortio N. Comitissa Lymbacensis in Hungaria.

MAXIMILIANVS Comes de la Arcu, Iulio III. Pp. Rom. Cubicularius.

IOAN. BAPTISTA.
CLAVDIVS.

Comites Dachunenses.

OTHO I. Babonis F. Præfectus Prætorio Bavariæ & Chelhaimij, Schirensis Satrapa, Bavariæ principibus se socium adiunxit expeditioni illi, quam Henricus III. Augustus adversum Hungaros suscipiebat A. C. 1048. Fruxini sepultus. Vxor TVTA Comitissa Nassaviensis.

OTHO II. Palatinos Schirenses propagavit.

ARNVLPHVS Schirorum dynasta, Dachau vicum atque arcem superioris Bavariæ ab Othone fratre accepit: ubi cum posteris habitauit: qui inde nomenclaturam ac genus numerant. Vxor BEATRIX.

ECCARDVS I. Palatinus Schirorum, cum Sigefrido Moguntino & alijs Episcopis, in Palæstinam profectus: post multa perpessa mala ibidem interijt 1065.

CONRADVS Comes Dachunensis. Vxor VVALPVRGA siue VVilpyrga.

ARNVLPHVS II. Comes à Dachau, ob impietatem in Scyrensem lacum à Diabolo præcipitatus: vt Bruschius scribit in Monasterijs.

CONRADVS II. Comes Dachunensis, Dux Dalmatiæ & Meraniæ: à Friderico I. Augusto VVolfratshusij captus, sed breui liberdimissus: obijt in expeditione Italica Bergomi A. C. 1158. Vxor VTHYLDA.

CONRADVS III. Comes Dachunensis vltimus: quo absque liberis defuncto, Otho Maior VVittelsbachius castrum Dachau ab illius matre emit duodeuiginti pondo auri: Arnulpho, huius patruo, contractum suo assensu comprobante.

OTHO Comes Dachunensis, castro, Dachuno fratri relicto, Phalaiæ habitauit: indeq́ se Comitem scripsit. Benrid in Vindelicia, in Alpibus Noricis Gryssam, collegia mysta Aurelianus instituit. Vxor ADELHEIDA.

CONRADVS Phalaiæ Comes.

GEBHARDVS Comes à Phalai, ferro extinctus.

OTHO Phalaiæ Comes occisus A. C. 1178.

CONRADVS Phalaiæ Comes. Vxor MECHTILDIS.

OTHO Phalaiæ Comes ultimus, eodem die natus, quo patruus ipsius ἀπάτωρ perijt 1178. ἄπαις defunctus sexagenarius. Ita & huius bona ad duces Boiorum rediêre.

Palatini Schirenses.

OTHO II. Primi F. Palatinus Schirensis, Abbas S. Michaelis propè Tridentum, & Aduocatus Frisingensis ecclesiæ: cum vxore HAZIGA Aragonia, viduata ab Hermanno Comite Castellano, condidit Vischpachau in faucibus Peninnarum Alpium, diuque Benedicti sacris initiauit: vbi vterque primùm sepulti perhibentur: Schiram deinceps à posteris translati.

OTHO III. Præfectus Palatij Boiarici, Dynasta Schirorum, VVittelsbachium arcem condidit; suæque istic aulæ sedem collocauit: vnde & soboles ipsius nomen sortita est. Cum Guelpho Boiorum in Palæstinam profectus contra Saracenos: mortē ibi oppetijt cum fratre Eccardo A. C. 1101. Vxor RICHARDA Saxoniæ Ducissa, Ortholphi Electoris F.

ECCARDVS II. Dynasta Schirorū, vulgo mit dem Pundschuch cognominatus, ab euentu egregij cuiusdam facinoris in Palæstina editi. Militans enim Godefrido Bilionæo in Asia, Saracenis insperato erumpentibus, ad calceum erectum Chistianos re subita collegit, aciemq́; restituit. Eius trophæa cernuntur in cœnobio Maurkirchen prope Brunoviam. Condidit oppidulum Ried in Norico Ripensi: cui calceum eiusmodi erectum insigni bus indidit.

BERNARDVS Comes Palatinus Schirensis, successit Othoni VI. Comiti VVolfratshusio in Comitatu: cuius filiā ac hæredem vnicam PETRISSAM vxorem habebat.

OTHO Comes VVolfratshusius. Vxor Iustitia, Othonis VVittelsbachij F.

HENRICVS Comes VVolfratshusius, bellum gessisse legitur cum Friderico Hohestauffio: quo captus est unà cum Conrado Dachunensi.

OTHO IV. VVittelsbachius & Schirensis Dynasta, Præfectus Prætorio

LVDOVICVS.

VLRICVS.

Schirorum Dynastæ ἄπαιδες.

SOPHIA vxor Theodorici VI. Comitis Holandiæ, in Palæstina defuncta.

Bauariæ

Bavariæ: cœnobio Emsdorf proximè Ambergam & Vnderstorff non procul Monachio condidit. Vxor HELICA Friderici Comitis Lengenfeldij F. *Comites Sylvestres*

OTHO Major VVittelsbachius Conditor Principum Palatinorum & Bojariorum. Vide nu.17.	FRIDERICVS Bardus, præfectus Prætorio Bavariæ, Friderico Imp. militans contra Mediolanenses unà cum fratribus, utroque Othone: fortiter hostes oppressit A. C. 1158. Cœlebs vitam finijt, sepultus in cœnobio Ensdorff apud Nariscos A. C. 1194.	*OTHO, Junior, Comes VVittelsbachius. Vxor* BENEDICTA *Mangoldi Veringensis Comitis F.*	ADELHEIDA nupta Othoni Ladgravio in Stephaning. *IVSTICIA* conjux *Othonis Comitis VVolfratshusij.*

CONRADVS Archiepiscopus Moguntinus, vir doctus, à Paschali Pp. Romano, quòd ipsi jurare detrectaret, hostis judicatus atque proscriptus: sacerdotio & dignitate excidit. Moguntia itaque exactus, ad cognatum suum Imp. Fridericum Barbarossam confugit: à quo Salisburgensibus datus Episcopus, & ab Alexandro Pontifice est confirmatus, Christiano Moguntino in Italia extincto, ad clavum repetitus: fratris quoque deinceps testamento, Ludovico nepoti impuberi tutor datus: Bavariam summa prudentia rexit. Ex Asiatica expeditione, cujus ipse auctor fuerat Henrico VI. Imperante, reversus; diem obijt Patavij Anno Christi 1206.

OTHO ultimus Comes VVittelsbachius, Præfectus Prætorio Bavariæ: à socero Philippo Augusto (quippe cujus filia CVNEGVNDA *ipsi desponsata erat) ob homicidium quoddam repudiatus: ense eius jugulum nefariè petijt. Quocirca proscriptus, & crimine læsæ majestatis condemnatus: in Bavaria palabundus tamdiu oberravit: donec ab Henrico Marescallo Pappenhæmio & Calatino haud longè à Ratisbona deprehensus, vulneribusque confossus, eodem fato perijt A. C. 1209. Caput eius amputatum, & in Istrum projectum: truncus ad Vnderstorfium, ædem flaminum Augustalium deportatus; nono demum exacto anno, Pontifice Romano indulgente, eò loci, juxta patrem est conditus. VVittelsbach quoque castrum ob eiusmodi facinus, Ludovicus Dux Bavariæ, hujus patruelis, diruit atque solo æquavit.*

THEODORICVM & BRVNONEM ob paternum scelus ex Bavaria pulsos, in sylva Arduenna sive nemoribus VVestrafiæ prædia ædificasse: indeque COMITES SYLVESTRES esse vocitatos, *nonnullorum opinio est. Quorum particulam mihi notam, hic subjicio.* Stirpis Carolinæ ramus Nonus, COMITVM Sylvestriũ & Rhenanorum.

* *GERARDVS VVildensis Comes. Vxor* *ADELHEIDA Veldensis.* (* D. Hundius scribit, Comitis de Werde.)

IOANNES Comes Rheni. — *ADELHEIDA Comes VVildensis uxor Ioannis Rhenani.*

IOANNES Comes Sylvestris & Rhenanus. Vxores eius duæ: ELISABETH F. Reinhardi Comitis Hanovij & Minzenbergæ: & Comes Sponhæmia.

GERARDVS VVildensis in Dhuyn, Comes Rheni, Canonicus Argentinensis 1446.	*IOANNES VVildensis in Dhuyn & Kirburg. Vxor IOANNETTA F. Sigismundi Comitis Salmæ, & Ioannæ Baronissæ in Rotzallern Brabantinæ.*	VVALPVRGA matre Sponhæmia nata, uxor Cunonis Solmij Comitis.

IOANNES Vvildensis, Comes Rheni & Salmæ. Vxor IOANNETTA F. Nicolai Comitis Mersensis & Sarverdij, Domini Labræ.	FRIDERICVS Canonicus Argentoratensis. 1474.

IOANNES Comes Vvildæ, Salmæ, ac Rheni, Dominus Finstingæ.	IACOBVS Canonicus Argentin. 1505.	VRSVLA uxor Ruperti Princip. Palatini ad Rhenum. †	*PHILIPPVS Comes Rhenanus & Sylvestris. Vxor ANTO-*

Comites Sylvestres

Vxor ANNA F. Philippi Comitis Isenburgij & Budingani.

ANNA consors Reinhardi Comitis Bitschensis. †

NIA F. Ferdinandi Neucastellæ Comitis.

THOMAS Comes Sylvestris ac Rhenanus, Domi nus Finstingæ. Vxor IVLIANA Philippi Comitis Hanovij & Minzebergij posthuma.

ADELHEIDIS nupsit Carolo Limpurgio, S. Ro. Imperij Pincernæ hæreditario 1542. Obijt 1580. 12. Octobris, ætatis suæ LIIX. Fœmina sapiens, pia, in pauperes benefica.

ANTONIA uxor VVirichij Baronis Krichingani.

PHIL. FRANCISCVS VVildensis, Comes Rheni & Salmæ, Dominus Vinstingæ. Vxor MARIA AEGIPTIACA F. Ludovici Comitis Oetingensis.

OTHO Comes Sylvestris & Rhenanus. Vxor . filia Philippi Nassovij & VVeilburgij.

IVLIANA nupsit Ernesto Mansfeldio A.C. 1589 prid. Id. Februarij.

IOANNES Comes Salmæ & Rheni.

ANNA elocata Eberardo Domino Rappoltstenio 1589. pri. Id. Decemb.

FRIDERICVS Comes VVildæ & Rheni. Vxor Francisca F. Ioannis Comitis Salmensis.

PHIL. OTHO Comes Sylvestris.

ADOLPHVS Reingrafius. Vxor IVLIANA F. Ioannis Nassovij.

IOAN. CHRISTOPHORVS Comes Sylvestris, &c. Vxor DOROTHEA F. Ioan. Georgij Mansfeldij.

MARGARETHA uxor Ioan. Gerardi Com. Manderschetij

Duces Bavariæ.

OTHO *Major*, Comes *VVittelsbachius*, Præfectus Prætorio Bavariæ, magni animi princeps, laboribus atque bellis asper: viribus corporis, ingenijque doribus pollens: Imperatori Friderico I. Cæsari Augusto à pugione atque aquila: sæpiùs suscepta legatione in Italiam & Græciam profectus: modestè Cæsari parendo, omnem suam operam Reipub. devovit: omnes nervos disciplinæ militari intendit: plurima in Italia præclara facinora fortiter edidit. Quamobrem Ratisbonæ in celebri concilio, Henrico Leone, optimatum Imperij suffragio, abdicato, & crimine læsæ majestatis condemnato: Bavariam virtutis ergò, in fidem ab Imperatore accepit III. Id. Iulij Anno Christi 1180. Dachovium emit duodeviginti Pondo auri: Raningium infiscavit: Kelhamorum urbem, ad confluentem Alemanni, Danubijque (ubi in regia eiusdem cognominis, tum temporis munitissima, erat natus) extruxit: Landshutæ in ripa Isaræ fundamenta posuit. Ob portorium, vectigalque salinarum, cum Alberto Fruxinensium Episcopo decertans: dum adhuc sub iudice lis est, fato concessit V. Id. Iulij A. C. 1183. quum Bojariam rexisset triennio. Ex AGNETE filia Theodorici VVasserburgij tetrarchæ, genuit.

LVDOVICVM I. Electorem Palatinum, stemmatis propagatorem. †

SOPHIAM Hermanni Comitis Provincialis Hassiæ consortem.

MECHTILDEM connubio sociatam Rapotoni II. Rapotonis F. Carnobergensis limitis præfecto: qui Othoni ultimo VVittelsbachio perempto, Bojorum suffragijs in Palatinatu est suffectus A. C. 1209.

LVDOVICVS I. Dux Bavariæ, princeps in orbe Romano opibus, sapientia, prudentia, eloquentia, pietate, virtute nulli secundus: plurimùm dignitatem atque opes Vindelicorum auxit: magnificè pleraque condidit: Bavariam novis colonijs implevit: Strubingam, in ripa Danubij municipiû clarissimum, extruxit: Abudiacum arcem refecit. Pacis justitiæque fuit amantissimus: bella non, nisi coactus, suscepit: non pari tamen semper fortuna. Etenim Alberti Bogij deprædationes in Bavaria prohibiturus,

biturus, magna clade accepta, in fugam est datus: in Artenbergenses dynastas, pacis violatores, arma sumens; Carnoburgum arcem & VVasserburgum obsedit, vindicavit, in ditionem coëgit: Othone VVittelsbachio, & Henrico Truchsessio VValpurgico, ab Imperio proscriptis: VVittelsbach & Andechs, illorū arces diripuit, soloq; æquavit, Impp. ex Suevia oriundis perquàm carus, omniumque consiliorum & secretorum particeps extitit. Quapropter Philippus Carnos & Histros in tutelam ipsi tradidit: à Friderico autem eius nominis Secundo Rheuanum ducatum, quem palas vocant, officij ac singularis obsequij ergò impetravit, indque fidem accepit. Quò dum proficiscitur: atque incautius oppida, castra, urbes sibi vendicat: ab incolis cum omnibus comitibus captus, maxima pecuniæ vi, quam viritim Boij tribuebant, se redemit. A Rhenanis postea receptus: brevi cum alijs principibus in Palæstinam atque Aegyptum arma movit: unde plerisque amissis, vitam pactus, cum paucis domum rediijt. Chelhaimij tandem post cœnam in ponte deambulans, à Stichio morione, quem per ludum incessebat, cultello lethali vulnere sauciatus: illicò in conspectu omnium aulicorum exanimatus corruit XVI. Kalend. Octobr. A. C. 1231. Corpus Schiram delatum, magnificè regio luxu est humatum. Bavariam à patris obitu rexit annos duodequinquaginta, menses duos, dies sex. Vxor eius LAODAMIA sive LVDOMILLA, Premislai Regis Bohemiæ F. vidua Alberti Bogij, fœmina cordata atque pulchra, suburbanum Landshutæ contubernium sacratis fœminis construxit: ubi eius & Principum Landshutensium mausolea ostenduntur. Quatuor eius memorantur liberi:

Electores Palatini ad Rhenū Duces Bavariæ.

nomine Seligental. 1233
Obijt A.D. 1240.

OTHO Palatinus Rheni Septemvir, Dux Bavariæ.

LVDOVICVS à Friderico II. Cæsare occisus.

ISABELLA vxor Friderici II. Cæsaris Augusti.

ANNA vxor Rudolphi Ducis Saxoniæ, Angriæ & VVestphaliæ.

OTHO cogn. Illustris, vivo patre, utrumque principatum, Rheni & Bavariæ ab Augusto impetravit, indque fidem accepit. Contra Fridericum Austriacum, principem inquietum profectus: usque Tranum amnem, & Valentiam urbem, cuncta incendijs, cæde complevit: Schardingium cepit, inque ditionem redegit: Vgros quoque hostes à patrijs regionibus avertit. A Gregorio Pontifice Rom. ingentibus illectus muneribus, cum alijs proceribus in Fridericum II. Imp. conspiravit. Quapropter crimine perfidiæ læsæque majestatis accusatus: quum metu anxius, in extremo se constitutum periculo videret: brevi ad eum iterum defecit. Cum Conrado Cæsare, genero suo (à quo Lavinga & vicinæ ad Danubium urbes sibi oppignoratæ erant) copijs conjunctis, Conradum VVasserburgium; quod Albertum Bathaviensem decanum, virum nobilem, factiosum, & pacis violatorem (ad hunc nempe Bathavia elapsus confugerat) reddere detrectaret; centesimo undevigesimo die expugnatum, omnibus vicis ac castellis exuit, Bojariæque finibus extrusit: Alberto comprehenso, perjurijque condemnato, vivo cutem detrahi jussit. Albertum quoque Ratisbonensem Episcopum, novis rebus studentem, celeriter imperata facere coëgit. Extremè ubi Ocingæ utrumque filium majorum more armis ornasset: alteroin Vngariam dimisso, cum Ludovico Landshutam repetijt: ubi altero pòst mense III. Kalend. Decembris expiravit A. C. 1253. Schiræ inhumatus. Vxor ~~GERTRVDIS (quibusdam~~ AGNES ~~nominatur~~) F. Henrici Electoris Palatini, ueptis Henrici Leonis, obijt A. C. 1269. His conjugibus procreati,

Ex sigillo, de anno 1237.

A.D. 1239. [handwritten marginal note, partly illegible]

at. 1245. in ecclesia S. And... decem Apostoli, nocte.

Ludovicus Severus, Elector Palatinus. †

ELISABETH Conrado IV. Cæsari, Vogburgij elocata: post eius fata secundis nuptijs juncta est Monachij Meinbardo Goricio & Tyrolio Comiti: magni animi fœmina: mortua A. C. 1273. Comes Meinhard 9. A.D. 1259.

SOPHIA singularis sapientiæ atque pulcritudinis virgo, à fratribus Gebbardo ~~Albensbergensi~~, qui fortiter adversus Bohemos fecerat, virtutis ergò in matrimonium data, splendidissimeque dotata. Comiti Hirsbergensi

HENRICVS

Duces inferioris Bojariæ.

HENRICUS Dux Bavariæ, natus XIII. Kalend. Decemb. A. C. 1235. A patris obitu facta divisione cum Ludovico fratre, Nariscos & inferiorem seu Septentrionalem Bojariam accepit: cujus urbes primariæ sunt Freistadium, Amberga, Sulzbachium, Chelhaimum, Monachium Herciniæ, Pfreimbda, Phloson, Altorfium: in Vindelicia possedit Ratisbonam, Straubingam, Viltzhofium, Landavium, Dingolfingam, Landshutam, Aerdingam: in Nerico Burckhusium, Halam, Traunstam, Vttum, Braunau, Schardingam. Princeps fortis & bellicosus: Othocarum Bohemum, qui multoties pace violata Noricum incendijs & rapinis invaserat, multis cladibus affecit: cujus apertum certamen detrectantis, fugitantisque tergo hærens, tria amplius millia hostium Oeno submersit A. C. 1258. Sexennio abhinc Veldam civitatem ultra Ilyssum expugnavit atque incendit: Novum forum Nariscorum urbem in potestatem redegit & instauravit. Cæterùm satis inquieto quoque fuit ingenio: quippe qui non solùm Ludovico suo germano ob titulum litem movit: quem Palatini Rhenani duntaxat usurpare, se verò regulum Bojorum appellari volebat: sed & cum ipso Imperatore belli aleam tentare non dubitavit: à quo tamen, deprecatoribus fratre, filio, & nuru, veniam impetravit. Condito testamento decessit Burckhusij III. Non. Febr. A. C. 1290. ætatis suæ LIV. mense sesquitertio. Landshutam translatus, in Sælingthal cum successoribus sepultus est. Fuit cum eo ELISABETH filia & hæres Belæ IV. Regis Pannoniæ: qua nati

1. OTHO Bojariæ secundæ Dux & procurator, patris successor ex asse: utrique cum Ludovico patruo ad titulum, tum Alberto Austriaco affini (eius namque sororem CATHARINAM, quæ absque liberis fato jampridem concesserat A. C. 1285. uxorem habuit) ob interceptam dotem fuit infestus. Quoniam autem patruo viribus esset impar: in hunc, Vngarorum bello impeditum, omnem belli impetum convertit: socijsque armis cum Conrado Episcopo Salisburgensi junctis, in Styriam movens, Clusam quidem expugnavit: verùm Alberti improviso adventu, multis amissis, terga vertere coactus est. Contra hunc Adolphi Cæsaris partes summè semper tutatus: dum suppetias laturus ad Cæsarem proficiscitur, Albertum Haigerlochium, Austriaci avunculum, transitum denegantem, cumque infestis copijs ipsum de improviso irruentem, cum CCCXL. comitibus intercmit. Hac insperata victoria triumphabundus ad Adolphum Cæsarem profectus, maximoque gaudio exceptus: brevi pòst in prælio, quo Cæsar occubuit, tribus vulneribus acceptis, in urbem Vangionum vix fuga clapsus, vitam retinuit. Ab Hungariæ exinde proceribus ad regni insignia invitatus: apud Albam Regalem IIX. Id. Decemb. A. C. 1305. solennibus ceremonijs in solio regio est collocatus. At quatto regni anno à Ladislao, ulterioris Hungariæ Transsylvaniæque Vuivoda, suo socero, in vincula conjectus; ope tamē ministri evasit: Russiaque ac Polonia perreptata, Glogoviam venit: ubi AGNETE, Conradi urbis Reguli filia, in uxorem ducta, soceri tandem & Bohemorum auxilijs In Bojariam redijt: ubi post datas acceptasque clades, cum Friderico Austriaco pace composita, Landshutæ naturæ debitum persolvit V. Id. Septembr. A. C. 1312. ætatis suæ LI. filio unico superstite

HENRICO Natternburgio, ab arce, ubi educatus est, sic cognominato, Duce Bojariæ: qui patrem amisit dies natus tredecim. Hic Natternburgæ saltitando se exercens, crus fregit: ex cujus dolore paulo pòst animam efflavit A. C. 1333. cælebs adhuc. Sepultus Landshutæ in suburbana æde Salingthal.

2. STEPHANUS Dux Bojariæ inferioris, à Salisburgensibus Episcopus nominatus; sacerdotio relicto, uxorem duxit IUDITHAM Bulconis Poloniæ Ducis natam. Adolphi Nassovij partes adversus Albertum Austriacum pertinaciter & ipse fovit: nec, cum patruo Ludovico Palatino, quòd titulum Bojariæ nomini suo adjungeret, bene convênit: cui idcirco quoque bellum indicere, una cum reliquis fratribus, non dubitavit. Hujus tamen filio Rudolpho Palatino, contra Augustanos postea suppetias tulisse legitur. Ratisbonam, majorum suorum quondam sedem, socijs, cum fratre, armis repetens: cives libertatem atque fædus pecunia redimere coëgit. De Friderico tandem Austriaco, qui Bojariæ fines depopulabundus invaserat, fugato triumphabundus Landshutam reversus: ibidem paucis pòst diebus naturæ concessit quadragenarius: A. C. 1310. XI. Kal. Ianuarij. Liberos reliquit quinque:

HENRICUM Bojariæ secundæ Rectorem. Hic ob sibi prereptos Carnos atque Carinthios, Austriacis bellum indixit: Imperatori more majorum amicitiam renunciavit:

impe-

imperiumque affectans, auxiliarijs copijs à Bobemia atque Moravia accitis, Neoburgum obsidione cinxit: quam tamen non multo pòst solvere, & cedere est coactus. Hinc induciæ factæ, amicis bella civilia detestantibus; & pax confirmata. Obijt Kalend. Septemb. A. C. 1339. biennio major quadragenario: Ludovico Cæsari Augusto, Francofordiæ astiva agenti, testamento committens ducatum, MARGARETAM conjugē (nata hæc Ioanne Rege Bohemiæ, fato concessit V. Idib. Iulij A. C. 1340.) & filiū. Duces inferioris Bojariæ.

IOANNEM Ducem Bojariæ, Comitem Andechisianum defunctum XI. Kalend. Ianuarij A. C. 1340. Fuit ~~in hujus consortio~~ ELISABETH Ludovici Imp. F.

OTONEM Ducem Bojariæ inferioris: qui divisione facta, cum Henricis fratre & patruele, Noricorum accepit oppida, Salisburgensibus finitima. Quo A. C. 1335. vitæ suæ XXXI. absque liberis defuncto: inferior Bojaria rursus ad unius potestatem rediit. Fuit cum ipso connupta RICHARDA Iuliacensis:

BEATRICEM Henrico Goriciæ Comiti elocatam, defunctam A. C. ~~1333~~.

ELISABETHAM consortem Othonis Austriaci, Alberti Cæsaris filij, mortuā A. C. 1337.

AGNETAM virginem Vestalem.

3 LVDOVICVS IV. Dux inferioris Bojariæ, cœlebs & absq; liberis decessit A.C. 1296.

LVDOVICVS II. cogn. *Severus, Elector Rheni Palatini,* & Dux Bojariæ, & natus Idib. Aprilis A.C. 1229. post fata parentis anno altero principatus paternos cum fratre dividens: palatium Rhenanum, & superiorem Bojariam (cujus urbes primariæ sunt Monachium, VVasserburgum, Angilostadium) vna cum præfectura Ratisbonense, hoc est, Rietenburgo, Stephaning, Lengenfelda, Rengstauff, & Kalmunt, obtinuit. Princeps magna vi animi & corporis, ingenio optimo, pietate, virtute, & auctoritate singulari. legum & iustitiæ custos acerrimus. MARIAM vxorem, Henrici Brabantini sororem germanam, ob adulterij suspicionem, indicta causa contemnatam, securi percuti iussit A.C. 1256. XV. Kal. Februarij: Furstenfeldium, ~~quò illius manes ritè conderet~~, condidit. Quinquennio ab hinc adversus Marescallos Pappenhæmios arma mouens: VVissenburgum Nariscorum urbem cepit, diripuit, exussit. Iterū quinquennio elapso, Fridbergam oppidū in confinio Rhætorum & Vindelicorū aduersus ciues Augustanos extruxit. Quum in maxima & confusissima interregni diutissimi ἀναρχίᾳ, Italia intestinis dissidijs ac seditionibus flagraret; Germania ex veteribus odijs, ac nouis motibus dubio statu fluctuaret; cunctis rebus ad tristem ruinam spectantibus: vni huic, omnium consensū, deligendi noui principis potestate delata: Cæsarem nominauit Rudolphum Habsburgium: cuius deinceps filiam MECTILDEM vxorem duxit: nec vlla vnquam in re ipsi ope sua defuit. Heidelbergæ ad extremum, quò accersitus erat, vt inter Albertum, & Adolphum Cæsares pacem componeret, morbo correptus: quum præpudore (genitalia namq; ipsi intumuerant) serò medicinā adhiberet: in eodem, quo in lucem editus fuerat, cubiculo expirauit Kal. Feb. A.C. 1294. sexagenario maior quinquennio: quum ad clauum sedisset annos XL. Corpus Furstenfeldium translatum, & in conditorio coniugum liberorumque humatum. Liberos autem habuit.

¶ ex ANNA Polona, Conradi F. defuncta A.C. ~~1268~~. 1271. vxore secunda,

LVDOVICVM, principem miræ frugalitatis atq; continentiæ; qui Norinbergæ equestri se exercitans tyrocinio atq; ludo, à Cratone Comite Hobaloensi tactus hasta iugulo, decimo ab hinc die expirauit A. C. ~~1287~~. 1298. Vxor eius ANNA Friderici Lotharingiæ Ducis F. mariti consuetudine duobus & viginti non amplius diebus vsa; tristis ad parentem rediyt.

¶ ex MECHTILDE Habsburgica, vxore postrema;

Rudolphum Electorem Palatinum, auctorem omnium principum, qui ad Rheni ambas ripas, & in Germania, quæ est in finibus Celtarum atq; Belgarum, inter Heluetium Mosellamq; amnes, ac in Germania Magna Nariscis siue Boijs Aquilonaribus longè lateque dominantur: †

ANNAM Henrico Cattorum principi —
MECHTILDEM Othoni Duci Luneburgio — } *elocatas.*

Ludovicum V. IMP. ROM. vnde originem ducunt paternam principes, qui ad utramq; Danubij oram Sudinos, hoc est. Boios meridionales, inferiores, superiores, Vindelicos item, & Noricos administrant. †

RVDOLPHVS I. *Elector Palatinus Rheni*, paci primùm studens, frustrà Albertum

Electores Palatini. tum Austriacum suum avunculum in gratiam cum Cæsare Adolpho socero suo redigere conatus: in illum postmodò, quòd Alcæ ditionis suæ oppidum obsedisset, magis odio atque ira accensus: soceri rebus accuratiùs studere atque operam dare cœpit: cui quoque ob imperium cum Austriaco confligenti, auxiliari manu succurrit, haud tamen secunda fortuna. Etenim socero trucidato, cum paucis Vormatiam vix fuga elapsus, vitam servavit. Quamvis autem Austriacus victor, matre hujus connitente, nepoti suo gratiam fecit: hic tamen illicò tanti oblitus beneficij, conjuratorum edicto subscribere nullum sibi piaculum duxit. Quapropter ab avunculo iterum obsessus: veniam supplex petere est coactus: nec nisi pecunia satisfacta, urbes ereptas recepit. Cæterùm à Ludovico, fratre suo germano, quem rerum fastigio potitum iniquo ferebat animo, patria expulsus in Angliam fugit: ubi exul, omniumque rerum egens, diem supremum clausit A.C. 1319. quadragenario major annis quatuor. Vxor MECHTILDIS Adolphi Nassovij Cæsaris F. itidem exul in Austria, rebus suis deploratis, decessit A.C. 1315. Post hujus fata in exilio duxisse traditur N. Reginam Angliæ: ex qua tamen nihil liberorum sustulit. Ex Nassovia autem ipsi geniti,

Adolphus Elector, stirpis propagator. †

RVDOLPHVS II. cognomento Cæcus, natus VVolfratshusij: Adolpho fratri in Septemvirali dignitate successit: verùm in ipso regni limine inter vivos esse desijt circa A. C. 1327. ex uxore ANNA Ducissa Carinthiæ superstite filia

ANNA ~~siue AGNETE~~, quæ maritum Carolum IV. Cæs. Aug. Romam secuta, ibiq; coronata est A. C. 1355. Obijt

RVPERTVS I. cognomento Rufus, Elector Palatinus post Rudolphi fratris excessum: Academiam Heidelbergensem primus incohavit & constituit A. C. 1346. Cum Ludovico Bojo, Electore Brandeburgio, infestis copijs contra impostorem quendam molitorem, qui se VValdemarum Brandeburgium Regulum simulabat, profectus: ab ipso victus captusque, per Imp. Carolum IV. vix magno labore redemptus est. Ex duabus uxoribus ELISABETHA Namurcense, & BEATRICE Bergensi nullos habuit liberos. Sepultus Neostadij circa A. C. 1385.

MECHTILDIS nupsit N. Comiti Sponhamio.

ADOLPHVS *Simplex* cognominatus, patris in *Septemvirali dignitate successor:* (quippe cui & cæteris fratribus Imp. Ludovicus V. à parentis ipsorum obitu gratiam faciens, omnium rerum decreta: Palatium Rhenanum, & quasdam Noricorum Bojariæque urbes restituit) quum natura ab omni ambitionis laude alienus, & quietis atque tranquillitatis privatæ, quàm onerum & molestiarum Reipub. esset amantior: Rudolpho fratri Electoratum resignavit circa A.C. 1327. Ioanne tamen Duce Bojariæ inferioris absque liberis defuncto, ipse quoq; ducatum principibus orbum ambijt: sed repulsam passus, totum Ludovico IV. Cæsari, utpote qui uno gradu prior erat, reliquit. Obijt A. C. 1389. Fuit in eius matrimonio IRMENGARDIS Ludovici Comitis Oetingensis F. qua nati

Rupertus II. Elector Palatinus. †

Filia N. nupta Meinhardo Comiti Artenburgio.

RVPERTVS II. cognomento Tenax, Ruperti patrui in Septemviratu Rhenano successor: post Cæsaris Caroli IV. fata, cum cæteris Bojorum Ducibus suas jungens vires VVenceslao Cæs. bello indicto, urbes, arces, castella Bojariæ Aquilonaris, quæ Bohemiæ continuatur & in Harcinio saltu cubat, ab illius parente Imperatore dotis pignori que loco occupata, vi & armis repetijt. Quapropter ab Imperij urbibus, Ratisbona nimirum, Rhætorum & Sueviæ Augusta, alijsque Rheno conterminis, jussu Cæsaris oppugnatus: hostes in Nemetum agro adortus, ducentos illorum occidit, trecentos cepit, reliquos in fugam versos in Nemetum Augustam cedere coëgit: quadraginta grassatores, qui latrocinijs & flamma longè lateque terras ipsius clam attriverant, in laterariam candentem projecit. Ad pacis exinde artes animum advertens. Academiam Heidelbergensem XV. Kal. Novemb. A. C. 1387. instauravit ac revocavit: adeò uralter illius conditor esse censeatur. Ambergæ sepultus A. C. 1398. Princeps & bello & pace bonus. Vxorem habuit BEATRICEM ~~Friderici~~ Regis Siciliæ F. qua nati.

Rupertus Imp. Rom. †

ANNA sociata Gulielmo primo Duci Iuliacensi & Bergensi.

ELISABET

ELISABETH vxor Procopij Marchionis Morauiæ. *Electores*

RVPERTVS Dux Bauariæ & Rheni Palatinus Septemvir, ab Imperij proceribus *Palatini.* VVenceslao Ignauo, à regio solo dejecto, successor datus Bopardiæ XIII. Kal. Septemb. A. C. 1400. & Coloniæ ab Archiepiscopo innunctus est. Florentinorum & Pontificis Rom. literis assiduè solicitatus, ad retundendam Ioannis Galeacij Vicecomitis nimiam potentiam; in Italiam transcendit: sed à quo & cæteris, qui nondum à VVenceslao defecerant, in agro Brixiano ad lacum Benacum clade non leui accepta, retrocessit: Venecijsque solvens, incassum Florentinis opem eius ulteriùs implorantibus, in Germaniam redijt: ac reliquum ætatis in hac constituenda atque exornanda consumsit. Non dictus est paruus, vt multi somniant, & in his Cuspinianus, sed vt Pirnense habet Chronicon, Hertzog Klem/ q. d. Rigorosus; eò quòd fortiter hostes Reipub. pressit: quæ ibidem ratio additur. Clemma autem pressuram seu *kitt* nostrate lingua significat. Vir itaque fuit animo magnus, ingenio acer, maiestatis Imperij & Rerumpub. perquàm amans ac studiosus, iustitiæ gloria clarissimus, nec non bello exercitatus. Obijt Oppenhæmij XV. Kalend. Iunij A. C. 1410. postquam Imperium præclarè ac laudabiliter gessit annos nouem, menses octo, dies duc detriginta. Sepultus Heidelbergæ in æde S. Spiritus, quam ipse extruxerat, vna cum vxore ELISABETHA Noribergæ Burggrauia. Ex binis autem conjugibus nouem ipsi nati liberi: *filia Friderici.*

ex priore *uxore*:

1. *RVPERTVS* Pipan *siue Pipinus cognominatus, cum alijs Boiorum proceribus ad Orientem militatum abiens: sub Sigismundi Imp. signis in Mæsia ad Nicopolin ingenti à Turcis clade affectus: impedimentis omnibus: ac plurimis suorum amissis, cum paucis euasit: & egenus in Boariam reuersus, Amberga non multo pòst animam exhalauit A. C. 1395 Vxor ELISABETH, Ioannis postremi Comitis Sponhæmij F. quintam illius Comitatus partem cum oppido Creutzenach dotis nomine ad maritum attulit. Mortua* *anno* *A. C. 1416.*

ex ELISABETHA F. Friderici Burggravij Noribergij, vxore altera:

3. Ludouicus Cæcus prosapiam Palatinorum ad Rhenum Electorum propagauit.

4. *IOANNES* Dux Neoburgius *ante Syluam, custos pacis, amansque Dei, Palatinatum superiorem in Norico possedit: ibique cœnobium, Montem gratiæ nomine fundauit. Ex* [struck: *SOPHIA*] *VVartislaui VII. Ducis Pomeraniæ filia, sorore, Erici Regis Daniæ* *Catharina* *germana tulit, præter & alios filios in pueritia extinctos,* *Rex Daniæ & Suecia.*

CHRISTPHORVM Palatinum Rheni & Boiariæ Ducem, *Danorum valentissimo Septentrionalis Germaniæ imperio potitum:* & vocitatum Danorum, Scandinauiæ, Gothiæ, Scandiæ, Sueonum, Normannorum, Finnorum Regem. Regios hic ex Suecia thesauros, à multis annis collectos, in Daniam exportaturus: eos, tempestate sæuissima exorta, in mari amisit. Obijt in ipso belli apparatu contra Lubecenses, in arce Helsinburgo IIX. Idib. Ianuarij A. C. 1448. regni sui nono, *anno*. Vxor DOROTHEA Brandeburgica. Ioannis Marchionis F. secundis nuptijs postea juncta est Christiano I. Regi Cimbrorum potentissimo.

2. *FRIDERICVS Ambergæ sedit, vnde & Ambergensis dictus: princeps pacis pietatisque studiosus, obijt* *anno* *ætatis*.

4. *OTHO Palatinus Rheni, Dux Nouiforì in Boiaria, & Mosbachij ad Nicrum, ex nuptijs ANNA Henrici Lanshutensis Ducis Boiariæ F. progenuit*

OTHONEM Comitem Nouifori, *anno* mortuum. *vixit adhuc 1497*

RVPERTVM Administratorem Episcopatus Ratisbonensis, defunctum A. C. 1466. & Ambergæ sepultum.

ALBERTVM Episcopum Argentinensem, Arcem hic Rubeaqui, carie & vetustate inter rudera pene obrutam, pristino decori magnificè restituit: Vallem eius fluminis, quod incolæ Pruseam vocant, graui ære redemit: arces & oppida quæ ciuibus Argentinensib. seruitutem seruiebant, velu ti alter Brutus libertati reddidit A. C. 1502. Idem obijt A. C. 1506. gubernationis suæ XXVII.

MARGARETAM Reinhardo Iuniori Comiti Hannonio copulatam.

DOROTHE-

Electores Palatini.

DOROTHEAM sociatam [Friderico] Landgravio Pfrumbdensi & Leichtebergio.
BARBARAM } virgines vestales.
ANNAM
IOANNEM Canonicum Augustanum
6. Stephanus Palatinus Rheni, Dux Bipontinus & Obrincanus, duas distinctas stirpes produxit, SIMERENSEM & BIPONTINAM.

MARGARETA Carolo Lotharingio
ELISABETH Friderico Austriaco } *principibus nupserunt.*
AGNES Adolpho Clevensi

LVDOVICUS Barbatus Elector Palatinus secundùm patrem, princeps bello & pace inclytus: & Constantiensis Concilij A. C. 1415. præfectus: in Palæstina militavit: Teutonicorum ordini apud Prussiam auxiliares adduxit copias: Comiti item Vidementano contra Lotharingos opem tulit, missis in eius auxilium selectissimis quibusque, qui tamen miseranda leuium quorundam Gallorum sive fuga sive proditione circumventi, omnes occubuêre VI. Non. Iulij A. C. 1431. Latinas literas (Catonis exemplo) senex didicit; quòd audierat, Sigismundum Imp. in eiusmodi principum virorum barbariem graviter invehi. Multo senio confectus & cæcus (unde & Cæci cognomentum invenit) decessit A. C. 1436. Ex MECHTILDE filia Achabiæ Comitis Pedemontium & Sabaudiæ tres tulit filios.

Ludovicum Mitem, in Electoratu successorem. †

FRIDERICVM victoriosum, Tutorem & Electoralis Palatinatus Administratorem, natum A. C. 1425. Kal. Aug. hora 8. pomeridiana. Heros hic magnanimus & prælio constans, in pugna inexpugnabilis atque imperterritus, bella gessit fortissima: patriam à prædonibus, viae à latronibus purgavit: libertatem & majestatem Imperij adversus insidiosas machinationes pontificum fortiter asseruit: Vlricum VVirtenbergicum, dotem conjugis suæ à privigno impubere Philippo armis, nullo jure, repetentem, strenuè compescuit: eundem cum alijs duobus principibus, Carolo Marchione Badensi, & Ioanne hujus fratre Mediomatricum episcopo, contemptu quodam audacius irruentem, uno prælio ad Heidelbergam fudit, cepitque Kal. Iulij A. C. 1462. quos magno ære sese redimentes aliquando post sub conditione dimisit, contentus laude victoriæ: ob quam Victoriosi cognomentum apud posteros meruit & retinuit. [...] horum quidam eiusmodi annotavit; Metensis 40000. florenorum: VVirtembergij centum millium: Badeni tantundem, pro quo hic illi concessit partem suam dimidij Comitatus Spanheimensis, castrum Beficcam, oppidum Binbeimium, usque ad pecuniæ istius solutionem. Armis quoque cepit Schriffam & Arnsbeimium aliaque oppida & arces Ludouici Nigri Comitis palatini & Veldentiani: qui modò dictis principibus contra ipsum antè socia arma conjunxerat. Obijt A. C. 1476. pridie Id. Decemb. quinquagenario major anno unico. Sepultus Heidelbergæ in cœnobio fratrum Minorum, relicto naturali quadam Clara [...]

LVDOVICO Comite in Levesteyn, patre Ludovici & Friderici.

RVPERTVM Archiepiscopum Coloniensem, virum animi, ac ingenij virtute clarissimum: sed qui, ubi cum Capitulo simultates aleret, seminarium fuit ingentium malorum. Etenim Carolum Burgundum, bellatorem audacissimum, in diœcesin cum exercitu adduxit: & Novesium gravissima per annum fermè obsidione cinxit. Qua soluta, à suis prorsus destitutus, in superiori Germania exulavit: ubi ab Henrico Cattorum Principis satellitibus interceptus, post biennij captivitatem expiravit. Bonnæ in cœnobio D. Cassij sepultus A. C. 1479.

LVDOVICVS III. Comes Palatinus Rheni Septemvir, & Dux Bojariæ: princeps Dei, justitiæ, pacisq; studiosissimus; mitis præterea & affabilis: unde & probi & Mansueti cognomenta accepit: naturæ concessit A. C. 1451. relicto ex MARGARETA uxore, Amedæi primi Ducis Sabaudiæ nata, Ludovici Andegavensis Regis Siciliæ vidua, quæ tertiò Vlrico VVirtembergio nupsit, [...] filio:

MECHTILDE consorte Ludovici VVirtembergici, & postea Alberti VI. Exarchi Austriaci:

PHILIPPO Posthumo, cognomento Ingenuo, Electori Palatino. Hic ante bellum Bojaricum princeps potentia, opibus, & authoritate florentissimus: quum æquissimas illas pacis conditiones, à Maximiliano Cæsare latas, recusaret: ab eo proscriptus, & à Gallis

à Gallis (qui huius belli ipsi fax & auctores fuerant) desertus: magnam ditionis suæ partem amisit: multis procerum suorum aut veneno necatis, aut in acie trucidatis, aut etiam supplicio plexis. Naturæ persolvit debitum III. Kalend. Martij A. C. 1508. ætatis suæ LVII. Fuit in eius matrimonio MARGARETHA Boiariæ Ducissa, Ludovici Divitis F. quæ duodecim eum parentem fecit. Quorum — Electores Palatini.

LUDOVICUS IV. Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, sacri *Rom. Imperij Archidapifer*, princeps Elector: vir prudens, & singularis Musarum Mœcenas: propter multas discordias tumultusque summa cum prudentia rum sumptu sedatas, Pacifici nomen meruit. Vitæ compleuit annos LXV. cum mensibus septem, diebus tredecim. Obijt Idib. Martij A. C. 1544.* Cum SIBYLLA Alberti IV. Ducis Bojariæ F. Heidelbergæ sacrum nuptiale celebrauit. VII. Kal. Martij, A. C. 1511. sed ex ea prolem nullam sustulit.

(ante secundam horam post meridiem)*

RUPERTUS *virtuosus*, Comes Palatinus Rheni, Dux Bojariæ, natus A. C. 1481. prid. Idib. Maij: sacris initiatus, & iam Frisingensis Episcopus designatus A. C. 1495. mox anno proximo sacerdotio & episcopatu Philippo fratri relicto; Pontificis dispensatione vxorem duxit filiam vnicam Georgij Diuitis Ducis Boiariæ ELISABETHAM: à quo hæres & successor institutus, dum ius suum armis vindicare conatur: ab Imperatore vnà cum patre est proscriptus. Bohemicis ergo confisus auxilis, pertinacissimè pugnam vrgere, & aciem, sicubi solueretur aut satisferet, reficere non cessauit; donec ad eam redactus est paucitatem, vt consistere non possit. Quo bello ipse quoque perijt, veneno necatus vnà cum coniuge A. C. 1504. ætatis suæ XXIII. Tres genuit filios:

~~*RUPERTUM*~~ *in cunabilis extinctum.* [hw: Georgium]

[hw: secundum] *OTHONEM HENRICUM Electorem Palatinum, sacri Romani Imperij Archidapiferum, natum IIII. Idib. April. A. C. 1502. hora 10. min. 33, pomeridiana. Septemviratum à Friderico patruo moribundo sibi designatum excepit A. C. 1556. quem tamen vix triennium administrauit: Heidelbergæ vitam relinquens [hw: anno] prid. Idib. Febr. A. C. 1559. ætatis suæ climacterico octauo. Ibidem sepultus. Princeps & pater patriæ laudatissimus: religionis vindex & repurgator sanctissimus: pacis amantissimus: sapientia & fortitudine non postremus. Matrimonio sibi sociavit SUSANNAM Boiam, Casimiri Marchionis Brandeburgij relictam A. C. 1529. postrid. Id. Octobris: quæ diem obijt A. C. 1543.* [hw: filiam Alberti Bavar. Du...] [hw: bestedit Lengenfeld]

PHILIPPUM Bellicosum, *Comitem Palatinum Rheni, Ducem Bojariæ, natum prid. Idib. Nouemb. A. C. 1503. h. 5. m. 30. ante meridiem. Hic Carolo V. Cæsare in Italia cum Gallis bellum continuante, primis militiæ rudimentis iactis; eidem postea, quoque anno 1529. militans, Viennam Austriæ aduersus Solymannum Turcam, qui non victes eam hostis oppugnasset, & sexaginta hominum millia perdidisset, feliciter ac strenuè Deo duce defendit. Quinquennio post Ferdinandi Regis copiarum existens ductor, à Philippo Comite Prouinciali Hassiæ, Vlricum VVirtembergicum in amissum ducatum reducente, ad oppidum Lauffam profligatus; & in fuga pedis calce globo bombardico amissa, captus est III. Idib. Maij. Heidelbergæ tandem mente in Deum porrectissima, Deo & naturæ concessit IIII. Idib. Non. Iulij A. C. 1548. Ibidem sepultus in æde S. Spiritus. Heros magnanimus, patriæ totiusque Germaniæ assertor: fortissimus, ac in vtraque studiorum & armorum militia peritissimus. Annos vixit XLIIII. menses VII. dies XXIIII.*

FRIDERICUS II. cognomento *Pius, Elector Rheni Palatinus*, & Dux Boiariæ. natus V. Idib. Decemb. paulo ante horam quartam antemeridianam A. C. 1482. multis viro principe dignis virtutibus excellens, magnum apud homines laudem meruit. Fuit namque in ipso ea in Deum pietas; vt A. C. 1546. IIII. Idib. Ianuarij, Pontificiorum nugis & commentirijs dogmatibus abolitis, potiorem Christianæ religionis doctrinam restitueret. Fuit is in patriam subditosque amor: nihil vt Germaniæ salute sibi prius; incolumitate eorum, qui suo subessent imperio nihil antiquius duceret. Pacis verò in illis ciuilibus dissensionibus, domesticisque dissidijs studium tantum: vt ad eam vel faciendam, vel conseruandam, nihil operæ, nihil studij, nihil facultatum intermitteret. Non, quòd tei militaris peritiam non haberet: quippe ab Imperij ordinibus supremus dux exercitus, obsidente Viennam Turca, destinatus; Philippo nepote fortissimè pro vrbe propugnante, eam obsidione liberauit: sed quòd ipso vsu

 didicisset

Electores Palatini. didicisset, optabile nomen esse pacis, & rem ipsam salutarem. Omnis præterea liberalis doctrinæ amans, & liberatorum percupidus fuit; in magnis arduisque Imperij negotijs suscipiendis industrius, tractandis prudens, conficiendis felix. Corporis mortalis exuuias deposuit Alzeiæ IIII. Kalend. Martij A. C. 1556. septuagenario maior annis tribus, & totidem fermè mensibus. Ex DOROTHEA Christierni II. Cimbrorum Regis exulis F. defuncta 1580. nihil liberorum tulit.

PHILIPVS Episcopus Frisingensis designatus A. C. 1496. Naoburgensium quoque postea A. C. 1517. episcoparum administrare coepit. Rebus humanis exemptus A. C. 1541.

GEORGIVS Episcopus Spirensis, à seditiosis rusticis multa perpassus, obijt Anglico sudore in Arce Kislow A. C. 1529.

HENRICVS Episcopus Vltraiectinus; Vormaciensis. & Fruxinensis; pacis & tranquillitatis publicæ per quàm studiosus, bonus & grauis: varijs tumultibus defatigatus, Episcoparus Vltrajectini gubernationem resignauit D. Carolo V. Augusto.

IOANNES Ruperti Simerensis, sui agnati in Episcopatu Ratisbonensi successor.

VVOLFGANGVS Comes Palatinus Rheni, Dux Nouifori: vir prudens, doctus, integer (vnde & Sapientis cognomentum tulit) diem supremum clausit IIII. Non. April. A. C. 1557. quuin vitæ complesset annos LXIII. cum semestri & tribus insuper diebus.

AEMILIA vxor Georgij I. Ducis Stetini & Pomeraniæ: foemina pia, prudens, modesta, & benefica; diem obijt A. C. 1524. IIX. Id. Januarij. Stetini sepulta.

HELENA consors Henrici Ducis Megapolensis.

ELISABETH nupsit Gulielmo Iuniori Landgrauio Hassiæ A. C. 1498. & eo defuncto, Philippo II. Marchioni Badeno A. C. 1513. obijt A. C. 1522.

Quarta virginem vestalem & Abbatissam egit.

Principes Palatini & Simerenses. STEPHANVS Ruperti Romanorum Imp. F. natu minimus, Palatinus Rheni & Dux Bauariæ: Comes Bipontinus & Obrincanus factus ob dotem vxoris: terris suis Ruperto fratre defuncto, Spanheimensem quoque Comitatum adiecit. Obijt 1459. Vxor eius ANNA, nata patre Friderico vltimo Comite Veldentiano & Spanheimio, matre Margareta Comitissa Nassouiæ, mater ex eo facta est quinq; filiorum: quorum

Fridericus STIRPEM SIMMERENSEM seu Spanheimensem condidit.†

Ludouicus Niger FAMILIAM BIPONTINAM & Veldensianam produxit. †

IOANNES Archiepiscopus Magdeburgius XXXVII.

RVPERTVS Episcopus Argentinensis electus contra Conradum Bussnang dominum A. C. 1439. cui ille quoque cessit, obijt A. C. 1478.

STEPHANVS Canonicus Coloniensis.

FRIDERICVS Comes Rheni Palatinus, Dux Bauariæ; à parentis excessu facta diuisione cum Ludouico fratre, obtinuit anteriorem & posteriorem partem Comitatus Spanheimensis (reliqua namq; pars Marchionibus Badensibus, ex eodem stirpe oriundis, cesserat) vrbem ipsam cum iurisdictione; arces Ehrenburgum, VValdeck, Bolanden, Stromburgum, oppida, item VVachenheimam, Ogerheimam, Lambesheimam, Arnsheimam; sed quæ, quum essent valde oppignorata, vltro fratri concessit: vnde se scripsit: Ducem Simmeriæ & Spanheimij. Ex MARGARETA Egmondana, Arnoldi Ducis Geldriæ filia, genuit

7. Ioannem I. stemmatis propagatorem. †

2. *RVPERTVM Episcopum Ratisbonensem, consecratum A. C. 1492. sed qui postea episcopatum illum certis de causis resignauit suo agnato Ioanni Rheni Palatino, Ludouici IIII. Electoris filio.*

6. *STEPHANVM præpositum Coloniensem.*

1. *FRIDERICVM Coloniensem*

†. *GVLIELMVM Treuirensem*

Canonicos.

IOHANES I. Princeps Palatinus Rheni, Comes Simerensis & Spanheimensis: heros non tàm militiæ, quàm pietatis amans, diem clausit supremum A. C. 1509. Vxor IOANNETTA F. Ioannis Comitis Nassouij & Saræponrani, obijt A. C. 1503.

IOAN-

IOANNES II. Primi F. Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, Comes Simmeriæ & Spanheimæ, princeps pacificus, literatus, & literatorum patronus, antiquitatum imprimis studiosus: Imperiali Cameræ aliquot annos cum summa laude iustitiæ tanquam supremus iudex præfuit. Naturæ debitum persoluit A. C. 1557. XV. Kal. Iunij, ætatis suæ LXXI. Vxores habuit duas: Prior BEATRIX F. Christophori Marchionis Badeni & Hochburgij decessit A. C. 1535. XIIX. Kal. Maij: posterior fuit MARIA IACOBE Comitissa Oetingensis. Liberi eius numerantur XII. *Principes Palatini & Simerenses.*

quæ, illo mortuo nupsit Joanni Comiti Schwarzenbergo, Dno in alte Landsberg, cui non peperit.

1. *ELISABETH consors Georgij Comitis Erbachij,* sterilis.
2. *SABINA consort* ~~*Lamoralis*~~ (Lamoral) *Egmondani Comitis, Bruxellæ decollati A. C. 1568.*
3. Fridericus III. Elector Palatinus, solus stemmatis propagator. †
4. *GEORGIVS Princeps Palatinus Rheni, Comes Simmerius & Sponhemius, adolescens sacris ordinis destinatus: tandem ætate cum iudicio confirmata, ac doctrina Euangelij agnita, eos deseruit: & viduam agnati Ludouici ELISABETHAM, Gulielmi Senioris Hassiæ Landgravij filiam in matrimonium duxit: quâcum annos quamplurimos in summa vixit concordia: Bello autem anno 1557. inter Gallia & Hispania Reges ardente; ne domi perpetuò otiosus desideret: Philippi Regis auspicijs irruptioni in agrum Lugdunensem à Polwilero tentatæ sese adiunxit: in qua ita se gessit, vt postea Galliæ Rex eum ducibus, quot suis alebat stipendijs, adscriberet; inque non exiguo loco haberet. Simmeria in Christo placidè obdormivit A. C. 1569. XV. Kalend. Iunij* ēnnr. *Princeps bonus, humanus, placidus, & constans. Ab eius morte principatus Simmerensis ad fratrem Richardum est deuolutus.*
5. *RICHARDVS Princeps Palatinus Rheni, Comes Obrincanus, Canonicus quondam Argentinensis, & Rheni Præpositus: vtraque se dignitate vltrò abdicans, vxorem duxit IVLIAM Comitem VViedenam: eaque defuncta, ÆMYLIAM optimi Ducis VVirtembergensis Christophori Filiam IIX. Kalend. Iunij anno 1578. quæ sterilis diem suum obijt A. C. 1589. Ex illa autem genita.* Tertia ejus uxor fuit — † 17 Jan. A° 1598.
   CATHARINA puella in fata concessit, primo thoro nata. — filia Georgij Joannis Com: Palat: Rhen: et Comitis Veldentiani
7. *HELENA nupsit Philippo* ~~*Comiti Leiningio & VVesterburgio.*~~
   ~~*MAGDALENA sociata Philippo*~~ *Comiti Hanouio & Minzebergio,* mater Dorotheæ, desponsatæ Antonio Comiti Oldenburgic, Joachimi filio
6. *BRIGITTA Abbatissam egit Neoburgi,* prope Heidelbergam.
8. *IOANNA Priorissa Popparta.*
9. *OTILIA* } *Virgines Sanctimoniales Popparta.*
11. *MARIA* }
12. *CATHARINA præfecta virginibus sacratis Combæ,* germanicè Lewenb.

FRIDERICVS III. Dux Bauariæ, Comes Obrincanus, Simerensis, & Spanheimensis; posteritate Ludouici Cæci in Othone Henrico extincta, *dignitatem* & ornamenta *Electoris Palatini* ad Rhenum hæreditaria successione, *adeptus*: princeps extitit pacificus, Musarumque singularis patronus. Heidelbergæ decessit VII. Kalend. Nouemb. A. C. 1576. ætatis suæ LXI. quem excessit mensibus octo, diebus tredecem. Nuptias celebrauit primas cum MARIA Casimiri Marchionis Brandeburgij filia pridie Idib. Iunij A. C. 1537. alteras cum AEMILIA Comite Neunaria, sive à Noua Aquila, ex inclyta familia Comitum Mœrsensium, vidua Henrici Bredentodij VII. Kalend. Maij A. C. 1569. Vtraque fœmina fuit forma, moribus, & pietate spectatissima. Hæc ipsi adhuc superstes sterili usa est conjugio: prior autem postquam vndecim eum liberis dotauit, in fata concessit pridie Kalend. Nouemb. A. C. 1567. ætatis suæ duodequinquagesimo completo, cum viginti diebus. Liberorum nomina hæc sunt: *Electores Palatini.* Natus … A° 1515. 14 Feb.

4. *ALBERTVS infans obijt,* natus Schaffenburgi ultima die Septembris A° 1546. † A° 1547. ult. Aprilis
7. *LVDOVICVS IV.* Elector Palatinus Rheni, *Dux Bauariæ, Comes Simmerensis, & Spanheimensis, natus IV. Non. Iulij A. C. 1539.* # *princeps extitit pius, vitæque & morum probitate laudatissimus; quippe qui Ecclesias in Palatinatu optimè constituit: Academiam Heidelbergensem novis reditibus liberalissimè ditavit: politiam, iustitiæ, & pacis amore, summè prudenterque extoluit. In matrimonium duxit primò ELISABETHAM filiam Philipplippi Comitis Hassiæ* †† *ex qua vndecim liberos sustulit, plerosque tamen immatura morte præreptos: deinde ANNAM ex illustri stemmate Comitum Frisiorum Orientalium; patre Ezardo, matre* — # in baptismo Albertus Ludovicus vocatus. Simeri in lucem editus. A° 1560. 8. Junij. †† mortuam A° 1582. 12. Martij.

Principes Palatini.

Catharina Sueciæ Regina oriundam: quam viduam reliquit, ex hisce terrenis miserijs in cælestem migrans patriam, Heidelbergæ IV. Idib. Octobris A.C. 1583. Ibidem sepultus in æde S. Spiritus. Vita illi annorum XLIV. mensium trium, dierum octo. Ex liberis ipsius

1. ANNA MARIA nupsit Carolo Sueco, Principi Summetlandiæ, Nericiæ, & VVermelandiæ IV. Non. Maij A.C. 1579. è vita excessit A.C. 1589. mense Iulio.
2. ELISABETH } tenella ætate defunctæ sunt.
3. DOROTHEA }
4. FRID. PHILIPPVS Comes Palatinus Rheni natus A.C. 1567. Kal. Nouem. hora sesquialtera ante meridiē in pueritiæ annis naturę satisfecit.
6. IOAN. FRIDERICVS }
7. LVDOVICVS } immaturè mortem obierunt.
8. CHRISTINA }
9. FRIDERICVS IV. Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, & Electoralis dignitatis vnicus hæres, atque successor, lucem hanc vitalem aspexit A.C. 1574. III. Non. Martij. Quem Deus Opt. Max. quotidie magis magisq; ad nominis sui gloriam, Ecclesiæ Christi incrementum, totiusq; Palatinatus dignitatem, & amplificationem, omnibus heroicis virtutibus, & læto cōstantiq; animi vigore alacritate instruat, confirmet, & exornet: vt omniū bonorū spem, & expectationem amplissimā expleat: maiorumq; suorum laudatissimorū principū vestigia superare possit: omnibus votis exopto.
10. PHILIPPVS } primis infantiæ annis naturæ persoluêre debitum.
11. DOROTHEA }

ELISABETH nupsit Ioan. Friderico II. Duci Saxoniæ prid. Idib. Iunij 1558. sterilis.

HERMANNVS LVDOVICVS Pr. Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, &c. cum præceptore suo Nicolao Iudice, Hieron. Rotbingo Patricio Augustano, Ioanne Belloraco Parisiensi, & ipso nauta, in traiectu Auarici fluuij Biturigum, inuersa nauicula est submersus Kal. Iulij A.C. 1556. ætatis suæ XV. post sextam pomeridianam.

3\. *IOAN. CASIMIRVS Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, hodie Sep. temuiratus tutor, & curator: princeps bellicosus: natus pridie Non Martij A.C. 1543. Nuptias celebrauit Heidelbergæ A.C. 1570. Non. Iunij, cum ELISABETHA F. Augusta postridie Kal. Aprilis, A.C. 1590. Obijt A.C. 1592. die 6. Ianuarij. Liberorum quorundam ex ea factus parens: quorum*

1. Primogenitus in partu mortuus, mundum hunc, quem oculis non inspexit, prætervolando quasi deseruit: natus in extremo vitæ matris illustrissimæ periculo, Heidelbergæ A.C. 1573. XVII. Kalend. Octobr. h. 6. matutina: qutum in vteroante biduum mortuus pureretur.
2. MARIA nata Lothariæ Cæsaris A.C. 1576 27. Iulij h. 7. pomeridiana, obijt Heidelbergæ A.C. 1577. 22. Febr. hora noctis XI. Menses vixit duntaxat septem, diem vnum, horas tres, minuta 45.
3. ELISABETH nata Lothariæ Cæsaris III. Non. Maij A.C. 1578. hora 2. m. 50. p.m. ibidem VI. Kalen. Nouemb. A.C. 1580. Vixit sesquitriennium, horas XVI.

4. Dorothea ... *SVSANNA DOROTHEA coniux Ioan. Gulielmi Ducis Saxoniæ, nata A.C. 1544. XIII. Kalend. Decemb.*
ALBERTA [illegible] infantem mortui.
6. *CAROLVS* natus ...
ANNA ELISABETH vixit in consortio Philippi II. Landgrauij Hassiæ. Sterilis.
10. *CVNEGVNDE IACOBE vxor Ioannis Comitis Nassouij in Dillenberga, obijt A.C. 1586.*
5. *CHRISTOPHORVS Comes Palatinus Rheni, in prælio ad campos Maucenses in Belgico desideratus XIIX. Kalend. Maij A.C. 1574. annos natus XXIII. menses duos.*

Comites Palatini Bipontini & Veldentiani.

LVDOVICVS cognomento Niger, Stephani F. nepos Ruperti Imp. Rom. in diuisione cum Friderico fratre obtinuit Comitatus Bipontinum & Veldentianū, dominiū Kirckel, arces VVegelburgū, Trifelsium, Neufcastellū, oppidū Anweiler: cū alijs quibus-

qnibnsdam, quæ Fridericus frater quia nimis essent oppignoratæ, vltrò ipsi cessit. Pro Adolpho Comite Nassonio, Pontificia auctoritate Moguntinis A. C.1462. dato Archiepiscopo, se consociavit cum Alberto Achille Germanico Electore Brandeburgio, Carolo Marchione Badeno, Ioanne Episcopo Metensi, & Vlrico Comite VVirtembergico, contra Fridericum Victoriosum Rheni Palatinum, Theodorici Isenbergij ab Archiepiscopatu deiecti causam instiore defendentem: mirabiliq; usus stratagemate, per mille expeditos pedites, straminibus & fænis interpositos in urbe inuectos, eam occupauit, omnibus expulsis ciuibus. Octennio ab hinc oppugnatus à Friderico Victorioso Palatino; Schriffam & Arnsheimam Veldentiani Comitatus oppida amisit. Ex IOANNA Crouiaca Comitissa Porciæ, Antonij F. genuit *q. ille 1489.* *Comites Palatini, Bipontini & Veldentiani.*

Alexandrum, stemmatis propagatorem. †

CASPARVM Comitem Veldentianum: cuius in connubio fuit ÆMILIA Marchionissa Brandeburgica, Alberti Achillis Germanici F.

ALBERTVM
IOANNEM } *Canonicos Argentinenses & Colonienses.*

PHILIPPVM.

ELISABETHAM vxorem Ioannis Ludouici Comitis Nassonij & Sarapontani.

MARGARETHAM Abbatissam Poppartensem defunctam A. C.1514.

ALEXANDER Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, Comes Veldentianus & Bipontinus: princeps pacis & pietatis amans: Palæstinam inuisit. Post fata Maisenhæmij inhumatus: ex vxore MARGARETA Comitissa Hohæloia, Cratonis filia, tribus superstitibus filijs: *q. ille 1519.*

Ludouico propagatore Principum Palatinorum Neoburgiorum. †

Ruperto propagatore Palatinorum Lucelsteiniorum. †

GEORGIO Canonico Coloniensi & Argentinensi.

LVDOVICVS Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, Comes Veldentianus, & Bipontinus: princeps marte togaq; insignis: Caroli V. Cæsari militans; Franciscum Galliarū Regem ad Trajectum repressit, armisq; exuit: domi verò superstitiosis Pontificiorum commentis abolitis, puriorem Euangelij doctrinam restituit. Maisenhæmij sepulcro auito illatus A.C.1533. Coniux eius ELISABETHA Gulielmi Senioris Hassiæ Landgrauij filia; princeps omni virtutum genere ornatissima, & erga pauperes comprimis munifica: nupsit deinde Georgio Palatino Simerensi: filium verò vnicum pupillum à patre relictum, vera religione bonisq; moribus summa cura imbui curauit. Lauingæ defuncta prid. Non. Ianuarij post horam noctis secundam A. C. 1563. sexagenaria.

VVOLFGANGVS Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, Comes Veldentianus, Bipontinus & Sponheimensis; natus Biponti. VI. Kal. Octob. A.C. 1526. paulo ante septimam vespertinam: patre in infantia, quum vix septennis esset, amisso; tutorē nactus patruum Rupertum, eius cura traditus est institutioni Casp. Glaseri; sub quo non tantùm Latinas literas, sed & religionis fundamenta ex fontibus sacræ scripturæ hausit Ita; vt in articulis religionis, tum temporis controuersis, non solùm Augustanæ confessionis capita, auctoritate Biblicorum scriptorum munire; sed & aliorum contrariam sententiam refellere nosset. Heidelbergam inde in aulam Friderici euocatus, ita se gessit: vt & agnatum sibi deuinctissimum redderet: & ob præclaram indolem, humanitatem, atq; modestiam, laudem omnium referret. Vndeuigesimum ubi attigit annum: matris consilio vxorem duxit ANNAM, Philippi Landgravij Hassiæ filiam: defunctam Mesenhæmi X. Iul. anno 1591. Carolo V. Imp. post Saxonem debellatum, decreti Augustani formulam, quam Interim dixere, recepi ab ipso postulante, ex summis illis difficultaribus ita eluctatus est, vt princeps juuenis præ multis alijs sui ordinis hominibus, insignē editæ confeßionis suæ fidei laudem retulerit: quippe qui quiduis potiùs subire quàm abagnita religione, metu vitæ vel amißionis ducatus deficere voluerit. Bellorum motibus sopitis: præstantißimorum principum exemplo, ad Ecclesiarum suarum abusus corrigendos, & discrepantiam atq; *dissidia* tollendam animum adjecit: formam administrationis Ecclesiasticarum cæremoniarum conscribi curans, vnà cum summa doctrinæ, contentē omnium Augustanæ confeßionis articulorum veram & perspicuam declarationem. Scholas quoq; duas condidit: Hornbachianam in ducatu Bipontino; & Lauinganam in Palatinatu superiori: in quibus non doctißimos tantùm præce-

Principes Palatini & Bipontini.

ptores, sed & vltra XL. adolescentes suis sumptibus aluit: quorum opera postmodò & ad Reipub. & ad Ecclesiæ administrationem vteretur. Ecclesijs & Scholis piè rectéque constitutis: subditos in pace atque iustitia summa cum diligentia rexit: eam curam adhibens, vt minimè bellis implicaretur. Verùm priore bello ciuili Gallico, quum persecutio indies magis magisque cresceret; adeò vt armis vtrinque sumptis Germanorum auxilia à Condæo expeterentur: & ipse per Admiralium, veteris necessitudinis ergò Biponte contractæ, pro auxilijs ferendis sollicitaretur: opem minimè denegandam censens, instructissimam suorum manum eò ablegauit. Iterum in funestissimum ciuile bellum tertium, non tàm bellandi, quàm afflictis in Gallia succurrendi studio, pertractus: comparatis rebus ad expeditionem necessarijs, quum in Burgundiam peruenisset: in transitu vrbis Diuionensis, apostemate in cruce enato, initio malè habere cœpit: cui ob curas, vigilias, & nimis vehementem corporis agitationem, febre causonica accedente; Nessunij Deo spiritum reddidit III. Idib. Iunij hora septima pomeridiana A. C. 1569. quadragenario maior annis duobus, mensibus octo, diebus XVI. Cadauer Admiralij iussu Engolemium transuectum, & in sacello arcis custoditum, post biennium Cognato Rupellas, hinc per mare in Germaniam translatum, Maisenheimij sepulcro auito est illatum. Liberos autem tulit tredecim, quinque mares nempe & octo fæmellas:

1. *CHRISTINAM;* natam AD 1546. ultima Febr.

2. *PHILIPPVM LVDOVICVM Principem Palatinum Rheni, Ducem Bauariæ, Comitem Veldentianum & Spanhamium: principem religionis studio ac virtute præstantissimum; Musarum mæcenatem atque patronum optimum, paternarum auitarumque virtutum æmulum; natum VI. Non. Octobris A. C. 1547. hora II. min. 30. post meridiem. Huic A. C. 1574. nupsit ANNA Ducissa Iuliacensis, Cliuensis & Bergensis, Gulielmi filia: mater ex ipso facta*

ANNAEMARIAE natæ Neoburgi ad Istrum A. C. 1575. XV. Kalend. Septembris: & nuptæ Friderico Gulielmo Duci Saxoniæ, anno 1591.

9 caleb 1598. 12 Decemb. — DOROTHEAE SABINAE natæ III. Idib. Octobris, 1576.

VVOLFGANGI GVLIELMI Comitis Palatini Rheni & Ducis Bauariæ, eximia spe summæ virtutis principis: nati Neoburgi A. C. 1578. IIX. Kal. Nouemb. hora 3. min. 30. p. m.

OTHONIS HENRICI nati A. C. 1580. V. Kalend. Nouemb. h. 19. min. 30. p. m. in cunis extincti anno proximo VI. Kal. Martij.

AVGVSTI Comitis Palatini Rheni, nati VI. Non. Octob. h. 8. min. 30. pom. A. C. 1582.

AMELIAE HEDVIGAE natæ A. C. 1584. prid. Idus Octobris circa secundam vespertinam.

IOAN. FRIDERICI Comitis Palatini ad Rhenum, nati A. C. 1587. X. Kal. Septemb. hora 10. promeridiana.

Sofiæ Barbaræ natæ 1590. 24 Martij.

natum AD 1550. 18 Maij 3. — *IOANNEM Principem Palatinum & Bipontinum: cui A. C. 1579. sociata est MAGDALENA F. Gulielmi Iuliaci Ducis: genitrix*

Ludouici Wilhelmi nati AD 1580. 28 Nov. & AD 1581. 26 Januarij.
Mariæ Magdalenæ natæ AD 1583. quo anno etiam obijt

IOANNIS Comitis Palatini & Bipontini; nati AD 1584. 26 Martij. qui uxorem duxit ... de Rohan, Gall.

FRIDERICI CASIMIRI Comitis Palatini & Bipontini. nati 1585. 10 Junij.

MARIAE ELISABETHAE, natæ 1581. 7. Nov. uxoris Georgij Gustavi Com. Pal. ...

ELISABETH DOROTHEAE, natæ 1586. 10. Julij. ob. 1593. 23. Decemb.

IOHAN. CASIMIRI nati 1589. 10. Apr.
EMILIÆ IACOBEÆ natæ 1592. 18 Sept.

AGNETEM
4. *DOROTHEAM,* — puellas defunctas. natam 1553.
5. *ANNAM* — natam 1554.
6. *ELISABETHAM.* natam 1555. 22 Julij.

6. *OTHONEM HENRICVM Principem Palatinum Rheni & Bipontinum, Ducem Bauariæ: cui ex DOROTHEA MARIA F. Christophori Ducis VVirtembergij, natus*

LVDOVICVS, in cunis extinctus Sultzbachij IV. Idib. Martij A. C. 1584. Lauingæ inhumatus.

~~Filius vnicus duæ filiæ, vnicuus~~, omnes adhuc superstites.

Anna Elisabeta ♀ 1585. 29. Apr.
Georgius Fridericus ♀ 1587. 28 Apr.
Dorothea Sophia nata 1588 10. Martij.
Sabina nata 1589. 29 Febr.
Georgius Otto ♀ 1590. 28. Maij.
Susanna nata 1591. 6. Junij.

Maria Elisabeta ♀ 1594. 29 Febr.
Sibilla ♀ 1594. 1. Decemb.
Anna Sophia ♀ 1596. 21. Apr.
Magdalena Sabina } gemellæ obierunt.
Theodora Ursula }

FRIDE-

FRIDERICVM *Comitem Palatinum & Veldentianum: maritum* SOPHIAE DOROTHEAE *Henrici Ducis Lignicij ac Bregaui F. ex quo gemellos sustulit A.C.1591.* — *Duces Bauariæ.*

BARBARAM nuptam Gotefrido Comiti Oettingensi Anno 1591.

CAROLVM Comitem Palatinum Rheni & Veldentianum: aula sedem in castro Birckenfelsa Comitatus Spanheimensis habentem: cuius in matrimonio viuit DOROTHEA *Gulielmi Ducis Luneburgij F.*

MARIAM consortem Emiconis Comitis Leiningij: cui enixa est filium Philippum Casimirum A. C. 1588.

SVSANNAM ætate tenella mortuam.

RVPERTVS Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ; princeps officijs, pietate, fide probatus: sacris ordinibus relictis, Euangelij doctrinam est amplexus; ductaq; in uxorem VRSVLA Comitissa Syluestri & Rhenana, genuit. — *Principes Palatini & Lucelburgensis.*

GEORGIVM Ioannem Palatinum Rheni, Comitem Bipontinum & Veldentianum: conditorem vrbis Lucelsteina: principem pium & doctum: genitorem ex Anna Maria Gustaui Suecorum Regis filia,

GEORGII GVSTAVI Comitis Palatini Rheni & Veldentiani: qui A. C. 1586. nuptias celebrauit cum ELISABETHA Ducissa VVirtembergica; vidua Georgij Ernesti Principis Hennebergij.

VRSVLAE Ludouico Duci VVirtembergio & Teccio nupti collocatæ.

IOAN. AVGVSTI Comitis Palatini & Veldentiani.

LVDOVICI PHILIPPI Comitis Palatini Rheni.

GEORGII IOANNIS Comitis Palatini ad Rhenum.

ANNAE MARGARETAE.

IONNAE ELISABETHAE.

ANNAM consortem alteram Caroli Marchionis Badani & Hochburgij, defunctam A. C. 1586. IV. Idus Martij, ætatis XLVI.

VRSVLAM nuptam VVirico Comiti Falcosteinio, Domino Oberfteinio, matrem Sebastiani VVirici, & VVolfgangi Comitum Falcosteiniorum.

LVDOVICVS V. Imp. Romanorum & Dux Bauariæ, Ludouici Seueri Electoris Palatini F. è nobilissimo & antiquissimo Schirorum genere: patrem amisit septennis: sed sub tutela matris Viennæ Austriæ diligentissimè educatus; & cum suis amitinis, Alberti Cæsaris filijs, bonis literis optimè est institutus: Ob quarum peritiam, rerum item bellicarum fortunam, propter animi deniq; & corporis dotes egregias, quibus cæteros, tum tempestatis Germaniæ principes superabat, ab Electoribus Francofurdiam ad Comitia accersitus: eo loci XV. Kal. Nouembris A. C. 1314. Cæsar ritu solenni est inauguratus: solo Rudolpho Palatino, eius germano, & Henrico Agrippinensi Archimysta refragantibus: qui Fridericum Austriacum Alberti Cæsaris F. Bonæ rebus imposuere. Vnde ciuile in Germania exarsit bellum; quo Cæsares amitini manus cognato sanguine polluere non sunt veriti. Conscripto ergo vtrinque milite, belli aleam aliquoties pari vterque fortuna tentarunt. Quamuis autem sæpenumerò induciæ factæ, ac tentatæ sunt pacificationes; furiæ tamen Pontificiæ omnia pia atque salutaria consilia impedierunt: donec ad Müldorfium post prælium, per decem continenter horas commissum, magna cæde vtrinque facta, Austriacus, copijs suis dissipatis, deditionem fecit I V. Kal. Octob. A. C. 1323. Friderico capto, magnis à Papa Ioanne XII. affectus iniurijs, & anathematis fulmine percussus: quarto post hanc victoriam anno, expeditionem Italicam suscepit: vbi quum pacem passim in vrbibus restituisset; & Castrutium ob strenuè propugnatas partes Gibellinas, Lucensium & Lunensium Ducem creasset: nemine resistere auso, Romam peruenit: vbi A. C. 1328. IIX. Id. Ianuarij, in frequentissima populi corona, ritu maiorum, Imperator augustus & pater patriæ consalutatus atque inunctus: Ioannem Papam turpiter profugum exauctorauit: substituto ipsi, Pontificiaque tiara exornato, Nicolao IV. Nec deinceps vel in Italia, vel in Germania aliquid memoria dignum gessit: vtrobique impeditus aduersis & insidiosis molitionibus Pontificum; quorum instinctu plurimi ab ipso deficiebant, qui antea in omnibus bellis eius stipatores, omniumque consiliorum gubernatores, fuerant. In venatione apoplexia correptus, & ex equo delapsus: naturæ concessit V. Idus Octobris Anno Christi 1347. triennio maior sexagenario: postquam inter maximas — *Ducatus Boiarici & Gubernatores.*

Duces inferioris Bojariæ.

HENRICUS Dux Bavariæ, natus XIII. Kalend. Decemb. A. C. 1235. A patris obitu facta divisione cum Ludovico fratre, Nariscos & inferiorem seu Septentrionalem Bojariam accepit: cujus urbes primariæ sunt Freistadium, Amberga, Sulczbachium, Chelhaimum, Monachium Hercinia, Pfreimbda, Phloson, Altorfium: in Vindelicia possedit Ratisbonam, Straubingam, Vilczhofium, Landavium, Dingolfingam, Landshutam, Aerdingam: in Nerico Burckhusium, Halam, Traunstam, Vttnu, Braunau, Schardingam. Princeps fortis & bellicosus: Othocarum Bohemum, qui multoties pace violata Noricum incendijs & rapinis invaserat, multis cladibus affecit: cujus apertum certamen detrectantis, fugitantisq; tergo hærens, tria amplius millia hostium Oeno submersit A. C. 1258. Sexennio abhinc Veldam civitatem ultra Ilyssum expugnavit atq; incendit: Novum forum Nariscorum urbem in potestatem redegit & instauravit. Cæterùm satis inquieto quoq; fuit ingenio: quippe qui non solùm Ludovico suo germano ob titulum litem movit: quem Palatini Rhenani duntaxat usurpare, se verò regulum Bojorum appellari volebat: sed & cum ipso Imperatore belli aleam tentare non dubitavit: à quo tamen, deprecatoribus fratre, filio, & nuru, veniam impetravit. Condito testamento decessit Burckhusij III. Non. Febr. A. C. 1290. ætatis suæ LIV. mense sesquitertio. Landshutam translatus, in Salingthal cum successoribus sepultus est. Fuit tum eo ELISABETH filia & hæres Belæ IV. Regis Pannoniæ: qua nati

OTHO Bojariæ secundæ Dux & procurator, patris successor ex asse: utrique cum Ludovico patruo ad titulum, tum Alberto Austriaco affini (eius namq; sororem CATHARINAM, quæ absque liberis fato jampridem concesserat A. C. 1285. uxorem habuit) ob interceptam dotem fuit infestus. Quoniam autem patruo viribus esset impar: in hunc, Vngarorum bello impeditum, omnem belli impetum convertit: socijsque armis cum Conrado Episcopo Salisburgensi junctis, in Styriam movens, Clusam quidem expugnavit: verùm Alberti improviso adventu, multis amissis, terga vertere coactus est. Contra hunc Adolphi Cæsaris partes summè semper tutatus: dum suppetias laturus ad Cæsarem proficiscitur, Albertum Haigerlochium, Austriaci avunculum, transitum denegantem, cumque infestis copijs ipsum de improviso irruentem, cum CCCXL. comitibus interemit. Hac insperata victoria triumphabundus ad Adolphum Cæsarem profectus, maximoque gaudio exceptus: brevi pòst in prælio, quo Cæsar occubuit, tribus vulneribus acceptis, in urbem Vangionum vix fuga elapsus, vitam retinuit. Ab Hungariæ exinde proceribus ad regni insignia invitatus: apud Albam Regalem IIX. Id. Decemb. A. C. 1305. solennibus ceremonijs in solio regio est collocatus. At quarto regni anno à Ladislao, ulterioris Hungariæ Transsylvaniæque Vuivoda, suo socero, in vincula conjectus; ope tamē ministri evasit: Russiaque ac Polonia perreptata, Glogoviam venit: ubi AGNETE, Contadi urbis Reguli filia, in uxorem ducta; soceri tandem & Bohemorum auxilijs in Bojariam redijt: ubi post datas acceptasque clades, cum Friderico Austriaco pace composita, Landshutæ naturæ debitum persolvit V. Id. Septembr. A. C. 1312. ætatis suæ LI. filio unico superstite

HENRICO Natternburgio, ab arce, ubi educatus est, sic cognominato, Duce Bojariæ: qui patrem amisit dies natus tredecim. Hic Natternburgæ saltitando se exercens, crus fregit: ex cujus dolore paulo pòst animam efflavit A. C. 1333. cælebs adhuc. Sepultus Landshutæ in suburbana æde Salingthal.

STEPHANUS Dux Bojariæ inferioris, à Salisburgensibus Episcopus nominatus; sacerdotio relicto, uxorem duxit IUDITHAM Bulconis Poloniæ Ducis natam. Adolphi Nassovij partes adversus Albertum Austriacum pertinaciter & ipse fovit: nec, cum patruo Ludovico Palatino, quòd titulum Bojariæ nomini suo adjungeret, bene convênit: cui idcirco quoque bellum indicere, una cum reliquis fratribus, non dubitavit. Hujus tamen filio Rudolpho Palatino, contra Augustanos, postea suppetias tulisse legitur. Ratisbonam, majorum suorum quondam sedem, socijs, cum fratre, armis repetens: cives libertatem atque fœdus pecunia redimere coëgit. De Friderico tandem Austriaco, qui Bojariæ fines depopulabundus invaserat, fugato triumphabundus Landshutam reversus: ibidem paucis pòst diebus naturæ concessit quadragenarius: A. C. 1311. XI. Kal. Ianuarij. Liberos reliquit quinque:

HENRICUM Bojariæ secundæ Rectorem. Hic ob sibi præreptos Carnos atque Carinthios, Austriacis bellum indixit: Imperatori, more majorum, amicitiam renunciavit:

impe-

imperiumque affectans, auxiliarijs copijs à Bohemia atque Moravia accitis, Neoburgum obsidione cinxit: quam tamen non multo pòst solvere, & cedere est coactus. Hinc induciæ factæ, amicis bella civilia detestantibus: & pax confirmata. Obijt Kalend. Septemb. A. C. 1339. biennio major quadragenario: Ludovico Cæsari Augusto, Francofordiæ æstiva agenti, testamento committens ducatum, MARGARETAM conjugē (nata hæc Ioanne Rege Bohemiæ, fato concessit V. Idib. Iulij A. C. 1340.) & filiū. Duces inferioris Bojariæ.

IOANNEM Ducem Bojariæ, Comitem Andechisianum defunctum XI. Kalend. Ianuarij A. C. 1340. Fuit in hujus consortio ELISABETH Ludovici Imp. F.

OTONEM Ducem Bojariæ inferioris: qui divisione facta, cum Henricis fratre & patruele, Noricorum accepit oppida, Salisburgensibus finitima. Quo A. C. 1335. vitæ suæ XXXI. absque liberis defuncto: inferior Bojaria rursus ad unius potestatem redijt. Fuit cum ipso connupta RICHARDA Iuliacensis.

BEATRICEM Henrico Goriciæ Comiti elocatam, defunctam A. C. 1332.

ELISABETHAM consortem Othonis Austriaci, Alberti Cæsaris filij, mortuā A. C. 1331.

AGNETAM virginem Vestalem.

3 LVDOVICVS IV. Dux inferioris Bojariæ, cœlebs & absq; liberis decessit A. C. 1296.

LVDOVICVS II. cogn. *Severus, Elector Rheni Palatini,* & Dux Bojariæ, & natus Idib. Aprilis A. C. 1229. post fata parentis anno altero principatus paternos cum fratre dividens: palatium Rhenanum, & superiorem Bojariam (cujus urbes primariæ sunt Monachium, VVasserburgum, Angilostadium) vna cum præfectura Ratisbonense, hoc est, Rietenburgo, Stephaning, Lengenfelda, Rengstauff, & Kalmunt, obtinuit. Princeps magna vi animi & corporis, ingenio optimo, pietate, virtute, & auctoritate singulari, legum & iustitiæ custos acerrimus. MARIAM vxorem, Henrici Brabantini sororem germanam, ob adulterij suspicionem, indicta causa contemnatam, securi percuti iussit A. C. 1256. XV. Kal. Februarij; Furstenfeldium, quò illius manes ritè conderet, condidit. Quinquennio ab hinc adversus Marescallos Pappenhæmios arma mouens: VVissenburgum Nariscorum urbem cepit, diripuit, exussit. Iterū quinquennio elapso, Fridbergam oppidū in confinio Rhætorum & Vindelicorū aduersus ciues Augustanos extruxit. Quum in maxima & confusissima interregni diutissimi, Italia intestinis dissidijs ac seditionibus flagraret; Germania ex veteribus odijs, ac nouis motibus dubio statu fluctuaret; cunctis rebus ad tristem ruinam spectantibus: vni huic, omnium consensu, deligendi noui principis potestate delata: Cæsarem nominauit Rudolphum Habsburgium: cuius deinceps filiam MECTILDEM vxorem duxit: nec vlla vnquam in re ipsi ope sua defuit. Heidelbergæ ad extremum, quò accersitus erat, vt inter Albertum, & Adolphum Cæsares pacem componeret, morbo correptus: quum præ pudore (genitalia namq; ipsi intumuerant) serò medicinā adhiberet: in eodem, quo in lucem editus fuerat, cubiculo expirauit Kal. Feb. A. C. 1294. sexagenario maior quinquennio: quum ad clauum sedisset annos XL. Corpus Furstenfeldium translatum, & in conditorio coniugum liberorumque humatum. Liberos autem habuit.

ex ANNA Polona, Conradi F. defuncta A. C. 1268. vxore secunda,

LVDOVICVM, principem miræ frugalitatis atq; continentiæ: qui Norinbergæ equestri se exercitans tyrocinio atq; ludo, à Cratone Comite Hohaloensi tactus hasta iugulo, decimo ab hinc die expirauit A. C. 1286. Vxor eius ANNA Friderici Lotharingiæ Ducis F. mariti consuetudine duobus & viginti non amplius diebus vsa; tristis ad parentem redijt.

ex MECHTILDE Habsburgica, vxore postrema;

Rudolphum Electorem Palatinum, auctorem omnium principum, qui ad Rheni ambas ripas, & in Germania, quæ est in finibus Celtarum atq; Belgarum, inter Heluetium Mosellamq; amnes, ac in Germania Magna Nariscis siue Boijs Aquilonaribus longè lateque dominantur: †

ANNAM Henrico Cattorum principi } *elocatas.*
MECHTILDEM Othoni Duci Luneburgio }

Ludovicum V. IMP. ROM. vnde originem ducunt paternam principes, qui ad utramq; Danubij oram, Sudinos, hoc est, Boios meridionales, inferiores, superiores, Vindelicos item, & Noricos administrant. †

RVDOLPHVS I. *Elector Palatinus Rheni*, paci primùm studens, frustrà Albertum

Electores Palatini. tum Austriacum suum avunculum in gratiam cum Cæsare Adolpho socero suo redigere conatus: in illum postmodò, quòd Alcæ ditionis suæ oppidum obsedisset, magis odio atque jra accensus: soceri rebus accuratiùs studere atque operam dare cœpit: cui quoque ob imperium cum Austriaco configenti, auxiliari manu succurrit, haud tamen secunda fortuna. Etenim socero trucidato, cum paucis Vormatiam vix fuga elapsus, vitam servavit. Quamvis autem Austriacus victor, matre hujus connitente, nepoti suo gratiam fecit: hic tamen illicò tanti oblitus beneficij, conjuratorum edicto subscribere nullum sibi piaculum duxit. Quapropter ab avunculo iterum obsessus: veniam supplex petere est coactus: nec nisi pecunia satisfacta, urbes ereptas recepit. Cæterùm à Ludovico, fratre suo germano, quem rerum fastigio potitum iniquo ferebat animo, patria expulsus in Angliam fugit: ubi exul, omniumque rerum egens, diem supremum clausit A.C. 1319. quadragenario major annis quatuor. Vxor MECHTILDIS Adolphi Nassovij Cæsaris F. itidem exul in Austria, rebus suis deploratis, decessit A.C. 1315. Post hujus fata in exilio duxisse traditur N. Reginam Angliæ: ex qua tamen nihil liberorum sustulit. Ex Nassovia autem ipsi geniti,

Adolphus Elector, stirpis propagator. †

RVDOLPHVS II. cognomento Cæcus, natus VVolfratshusij: Adolpho fratri in Septemvirali dignitate/*successit: verùm in ipso regni limine inter vivos esse desijt circa A. C. 1327. ex uxore ANNA Ducissa Carinthiaca superstite filia*

ANNA ~~sive AGNETE~~, quæ maritum Carolum IV. Cæs. Aug. Romam secuta, ibiq; coronata est A. C. 1355. Obijt

RVPERTVS I. cognomento Ruffus, Elector Palatinus *post Rudolphi fratris excessum: Academiam Heidelbergensem primus incboavit & constituit A. C. 1346. Cum Ludovico Bojo, Electore Brandeburgio, infestis copijs contra impostorem quendam molitorem, qui se VValdemarum Brandeburgium Regulum simulabat, profectus: ab ipso victus captusque, per Imp. Carolum IV. vix magno labore redemptus est. Ex duabus uxoribus ELISABETHA Namurcense, & BEATRICE Bergensi nullos habuit liberos. Sepultus Neostadij circa A. C. 1385.*

MECHTILDIS nupsit N. Comiti Sponhemio.

ADOLPHVS *Simplex* cognominatus, patris in *Septemvirali dignitate successor:* (quippe cui & cæteris fratribus Imp. Ludovicus V. à parentis ipsorum obitu gratiam faciens, omnium rerum decreta: Palatium Rhenanum, & quasdam Noricorum Bojariæque urbes restituit) quum natura ab omni ambitionis laude alienus, & quietis atque tranquillitatis privatæ, quàm onerum & molestiarum Reipub. esset amantior: Rudolpho fratri Electoratum resignavit circa A.C. 1327. Ioanne tamen Duce Bojariæ inferioris absque liberis defuncto, ipse quoq; ducatum principibus orbum ambijt: sed repulsam passus, totum Ludovico IV. Cæsari, utpote qui uno gradu prior erat, reliquit. Obijt A. C. 1389. Fuit in eius matrimonio IRMENGARDIS Ludovici Comitis Oetingensis F. qua nati

Rupertus II. Elector Palatinus. †

Filia N. nupta Meinhardo Comiti Artenburgio.

RVPERTVS II. cognomento Tenax, Ruperti patrui in Septemviratu Rhenano successor: post Cæsaris Caroli IV. fata, cum cæteris Bojorum Ducibus suas jungens vires VVenceslao Cæs. bello indicto, urbes, arces, castella Bojariæ Aquilonaris, quæ Bohemiæ continuatur & in Hercinio saltu cubat, ab illius parente Imperatore dotis pignorisque loco occupata, vi & armis repetijt. Quapropter ab Imperij urbibus, Ratisbona nimirum, Rhætorum & Sueviæ Augusta, alijsque Rheno conterminis, jussu Cæsaris oppugnatus: hostes in Nemetum agro adortus, ducentos illorum occidit, trecentos cepit, reliquos in fugam versos in Nemetum Augustam cedere coëgit: quadraginta grassatores, qui latrocinijs & flamma longè lateque terras ipsius clam attriverant, in lateritiam candentem projecit. Ad pacis exinde artes animum advertens. Academiam Heidelbergensem XV. Kal. Novemb. A. C. 1387. instauravit ac revocavit: adeo ut alter illius conditor esse censeatur. Ambergæ sepultus A. C. 1398. Princeps & bello & pace bonus. Vxorem habuit BEATRICEM ~~Friderici~~ Regis Siciliæ F. qua nati.

Rupertus Imp. Rom. †

ANNA sociata Gulielmo primo Duci Iuliacensi & Bergensi.

ELISABET

ELISABETH vxor Procopij Marchionis Morauiæ. *Electores*

RVPERTVS Dux Bauariæ & Rheni Palatinus Septemvir, ab Imperij proceribus *Palatini.* VVenceslao Ignauo, à regio solo dejecto, successor datus Bopardiæ XIII. Kal. Septemb. A. C. 1400. & Coloniæ ab Archiepiscopo innon ctus est. Florentinorum & Pontificis Rom. literis assiduè solicitatus, ad retundendam Ioannis Galeacij Viecomitis nimiam potentiam; in Italiam transcendit: sed à quo & cæteris, qui nondum à VVenceslao defecerant, in agro Brixiano ad lacum Benacum clade non leui accepta, rettocessit: Venecijsque solvens, incassum Florentinis opem eius ulteriùs implotanribus, in Germaniam redijt: ac reliquum ætatis in hac constitnenda atque exornanda consumsit. Non dictus est paruus, vt multi somniant, & in his Cuspinianus, sed vt Pirnense habet Chronicon, Hertzog Klem/ q. d. Rigorosus; eò quòd fortitet hostes Reipub. pressit: quæ ibidem ratio additur. Clemma autem pressuram seu nostrate lingua significat. Vir itaque fuit animo magnus, ingenio acer, maiestatis Imperij & Rerumpub. perquàm amans ac studiosus, iustitiæ gloria clarissimus, nec non bello exercitatus. Obijt Oppenhæmij XV. Kalend. Iunij A. C. 1410. postquam Imperium præclarè ac laudabiliter gessit annos nouem, menses octo, dies duc detriginta. Sepultus Heidelbergæ in æde S. Spiritus, quam ipse extruxerat, vna eum vxore ELISABETHA Noribergæ Berggrauia. Ex binis autem conjugibus nouem Ipsi nati liberi: *filia Friderici.*

ex ptiore :

1. *RVPERTVS* Pipan *sive* Pipinus *cognominatus, cum alijs Boiorum proceribus ad Orientem militatum abiens: sub Sigismundi Imp. signis in Mœsia ad Nicopolin ingenti à Turcis clade affectus: impedimentis omnibus ac plurimis suorum amissis, cum paucis euasit: & egenus in Boiariam reuersus, Amberga non multo pòst animam exbalauit A. C. 1395 Vxor ELISABETH, Ioannis postremi Comitis Sponhæmij F. quintam illius Comitatus partem cum oppido Creutzenach dotis nomine ad maritum attulit. Mortua A. C. 1416.*

ex ELISABETHA F. Friderici Burggravij Notibergij, vxore altera:

3. Ludouicus Cæcus prosapiam Palatinorum ad Rhenum Electorum propagauit.

4. *IOANNES* Dux Neoburgins *ante syluam, custos pacis, amansque Dei, Palatinatum superiorem in Norico possedit: ibique cœnobium, Montem gratiæ nomine fundauit. Ex SOPHIA VVartislaui VII. Ducis Pomeraniæ filia, sorore Erici Regis Daniæ germana tulit,* *Rex Daniæ & Sueciæ.*

CHRISTPHORVM Palatinum Rheni & Boiariæ Ducem, *Danorum valentissimo Septentrionalis Germaniæ imperio potitum:* & vocitatum Danorum, Scandinaniæ, Gothiæ, Scandiæ, Sueonum, Normannnorum, Finnorum Regem. Regios hic ex Succia thesauros, à multis annis collectos, in Daniam exportaturus: eos, tempestate sæuissima exorta, in mari amisit. Obijt in ipso belli apparatu conrra Lubecenses, in atec Helsinburgo IIX. Idib. Ianuarij A. C. 1448. regni sui nono, Vxot DOROTHEA Brandeburgica. Ioannis Marchionis F. secundis nupsijs postea juncta est Christiano I. Regi Cimbrotum potentissimo.

2. *FRIDERICVS Amberga sedit, vnde & Ambergensis dictus: princeps pacis pietatisque studiosus, obijt*

6. *OTHO Palatinus Rheni, Dux Nouifori in Boiaria, & Mosbacbij ad Nicrum, ex ANNA Henrici Lansbutensis Ducis Boiariæ F. progenuit*

OTHONEM Comitem Nouifori, mortuum.

RVPERTVM Administratorem Episcopatus Ratisbonensis, defunctum A. C. 1466. & Ambergæ sepultum.

ALBERTVM Episcopum Argentinensem, Arcem hic Rubeaqui, carie & vetustate inter rudera peneobrutam, pristino decori magnificè restituit: Vallem eius fluminis, quod incolæ Pruscam vocant, graui ære redemit: atces & oppida quæ ciuibus Argentinensib. seruitutem seruiebant, velu ti alter Brutus libertati reddidit A. C. 1502. Diem obijt A. C. 1506. gubernationis suæ XXVII.

MARGARETAM Reinhardo Iuniori Comiti Hannonio copulatam.

DOROTHE-

Electores Palatini.

DOROTHEAM sociatam Landgravio Pfrumbdensi & Leichtebergio.
BARBARAM } virgines vestales.
ANNA M
IOANNES Augustanum
Stephanus Palatinus Rheni, Dux Bipontinus & Obrincanus, duas distinctas stirpes produxit, SIMERENSEM & BIPONTINAM.
MARGARETA Carolo Lotharingio
ELISABETH Friderico Austriaco } *principibus nupserunt.*
AGNES Adolpho Clivensi

LVDOVICVS Barbatus Elector Palatinus secundùm patrem, princeps bello & pace inclytus: & Constantiensis Concilij A. C. 1415. præfectus: in Palæstina militavit: Teutonicorum ordini apud Prussiam auxiliares adduxit copias: Comiti item Vidementano contra Lotharingos opem tulit, missis in eius auxilium selectissimis quibusque, qui tamen miseranda leuium quorundam Gallorum siue fuga siue proditione circumventi, omnes occubuêre VI. Non. Iulij A. C. 1431. Latinas literas (Catonis exemplo) senex didicit; quòd audierat, Sigismundum Imp. in eiusmodi principum virorum barbariem graviter invehi. Multo senio confectus & cæcus (unde & Cæci cognomentum invenit) decessit A. C. 14. Ex MECHTILDE filia Achabiæ Comitis Pedemontium & Sabaudiæ tres tulit filios.

Ludovicum Mitem, in Electoratu successorem.

FRIDERICVM victoriosum, Tutorem & Electoralis Palatinatus Administratorem, natum A. C. 1425. Kal. Aug. hora 8. pomeridiana. Heros hic magnanimus & prælio constans, in pugna inexpugnabilis atque imperterritus, bella gessit fortissimè: patriam à prædonibus, viasque à latronibus purgavit: libertatem & majestatem Imperij adversus insidiosas machinationes pontificum fortiter asseruit: Vlricum VVirtenbergium, dotem conjugis suæ à privigno impubere Philippo armis, nullo jure, repetentem, strenuè compescuit: eundem cum alijs duobus principibus, Carolo Marchione Badense, & Ioanne hujus fratre Mediomatricum episcopo, contemptu quodam audaciùs irruentem, uno prælio ad Heidelbergam fudit, cepitque Kal. Iulij A. C. 1462. quos magno ære sese redimentes, aliquando post sub conditione dimisit, contentus laude victoriæ: ob quam Victoriosi cognomentum apud posteros meruit & retinuit. horum quidam eiusmodi annotant; Metensis 40000. florenorum: VVirtembergij centum millium: Badeni tantundem, pro quo hic illi concessit partem suam dimidij Comitatus Spanheimensis, castrum Besiccam, oppidum Binbeimium, usque ad pecuniæ istius solutionem. Armis quoque cepit Schriffam & Arnsbeimium aliaque oppida & arces Ludouici Nigri Comitis Palatini & Veldentiani: qui modò dictis principibus contra ipsum antè socia arma conjunxerat. Obijt A. C. 1476. pridie Id. Decemb. quinquagenario major anno unico. Sepultus Heidelbergæ in cœnobio fratrum Minorum, relicto naturali

LVDVVICO Comite in Levesteyn, patre Ludovici & Friderici.

RVPERTVM Archiepiscopum Coloniensem, virum animi ac ingenij virtute clarissimum: sed qui, ubi cum Capitulo simultates aleret, seminarium fuit ingentium malorum: Etenim Carolum Burgundum, bellatorem audacissimum, in diœcesin cum exercitu adduxit: & Novesium gravissima per annum fermè obsidione cinxit. Qua soluta, à suis prorsus destitutus, in superiori Germania exulavit: ubi ab Henrici Cattorum Principis satellitibus interceptus, post biennij captivitatem expiravit. Bonnæ in cœnobio D. Castij sepultus A. C.

LVDOVICVS III. Comes Palatinus Rheni Septemvir, & Dux Bojariæ: princeps Dei, justitiæ, pacisq; studiosissimus; mitis præterea & affabilis: unde & probi & Mansueti cognomenta accepit: naturæ concessit A. G. 1451. relictis ex MARGARETA uxore, Amedæi primi Ducis Sabaudiæ nata, Ludovici Andegavensis Regis Siciliæ vidua, quæ tertiò Vlrico VVirtembergio nupsit, filio:

MECHTILDE consorte Ludovici VVirtembergici, & postea Alberti VI. Exarchi Austriaci:

PHILIPPO Posthumo, cognomento Ingenuo, Electori Palatino. *Hic ante bellum Bojaricum princeps potentia, opibus, & auctoritate florentissimus: quum æquissimas illas pacis conditiones, à Maximiliano Cæsare latas, recusaret; ab eo proscriptus, & à Gallis*

à Gallis (qui huius belli ipsi fax & auctores fuerant) desertus: magnam ditionis suæ partem amisit: multis procerum suorum aut veneno necatis, aut in acie trucidatis, aut etiam supplicio plexis. Naturæ persolvit debitum III. Kalend. Martij A. C. 1508. ætatis suæ LVII. Fuit in eius matrimonio MARGARETHA Boiariæ Ducissa, Ludovici Divitis F. quæ duodecim eum parentem fecit. Quorum Electores Palatini.

LUDOVICUS IV. Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, sacri *Rom. Imperij Archidapifer*, princeps Elector: vir prudens, & singularis Musarum Mœcenas: propter multas discordias tumultusque summa cum prudentia tum sumptu sedatas, Pacifici nomen meruit. Vitæ compleuit annos LXV. cum mensibus septem, diebus tredecim. Obijt Idib. Martij A. C. 1544.# Cum SIBYLLA Alberti IV. Ducis Bojariæ F. Heidelbergæ sacrum nuptiale celebrauit. VII. Kal. Martij, A. C. 1511. sed ex ea prolem nullam sustulit.

ante secundam horam post meridiem.

RUPERTUS *virtuosus*, Comes Palatinus Rheni, Dux Bojariæ, natus A. C. 1481. prid. Idib. Maij: sacris initiatus, & iam Frisingensis Episcopus designatus A. C. 1495. mox anno proximo sacerdotio & episcopatu Philippo fratri relicto; Pontificis dispensatione vxorem duxit filiam vnicam Georgij Diuitis Ducis Boiariæ ELISABETHAM: à quo hæres & successor institutus, dum ius suum armis vindicare conatur: ab Imperatore vnà cum patre est proscriptus. Bohemicis ergo confisus auxilis, pertinacissimè pugnam vrgere, & aciem, sicubi solueretur aut fatisceret, reficere non cessauit; donec ad eam redactus est paucitatem, vt consistere non possit. Quo bello ipse quoque perijt, veneno necatus vnà cum coniuge A. C. 1504. ætatis suæ XXIII. Tres genuit filios:

~~*RUPERTUM*~~ *in cunabilis extinctum.*

OTHONEM HENRICUM Electorem Palatinum, *sacri Romani Imperij Archidapiferum, natum IIII. Idib. April. A. C. 1502. hora 10. min. 33, pomeridiana. Septemviratum à Friderico patruo moribundo sibi designatum excepit A. C. 1556. quem tamen vix triennium administrauit: Heidelbergæ vitam relinquens prid. Idib. Febr. A. C. 1559. ætatis suæ climacterico octano. Ibidem sepultus. Princeps & pater patriæ laudatissimus: religionis vindex & repurgator sanctissimus: pacis amantissimus: sapientia & fortitudine non postremus. Matrimonio sibi sociauit SUSANNAM Boiam, Casimiri Marchionis Brandeburgij relictam A. C. 1529. postrid. Id. Octobris: quæ diem obijt A. C. 1543.*

PHILIPPUM Bellicosum, Comitem Palatinum Rheni, Ducem Bojariæ, natum prid. Idib. Nouemb. A. C. 1503. h. 5. m. 30. ante meridiem. Hic Carolo V. Cæsare in Italia cum Gallis bellum continuante, primis militiæ rudimentis tactis; eidem postea quoque anno 1529. militans, Viennam Austriæ aduersus Solymannum Turcam, qui vicies eam hostis oppugnasset, & sexaginta hominum millia perdidisset, feliciter ac strenuè Deo duce defendit. Quinquennio pòst Ferdinandi Regis copiarum existens ductor, à Philippo Comite Prouinciali Hassiæ, Vlricum VVirtembergicum in amissum ducatum reducente, ad oppidum Lauffam profligatus: & in fuga pedis calce globo bombardico amissa, captus est III. Idib. Maij. Heidelbergæ tandem mente in Deum porrectissima, Deo & naturæ concessit ἄγαμος IIII. Idib. Non. Iulij A. C. 1548. Ibidem sepultus in æde S. Spiritus. Heros magnanimus, patriæ totiusque Germaniæ assertor: fortissimus, ac in vtraque studiorum & armorum militia peritissimus. Annos vixit XLIIII. menses VII. dies XXIIII.

FRIDERICUS II. cognomento *Pius, Elector Rheni Palatinus*, & Dux Boiariæ, natus V. Idib. Decemb. paulo ante horam quartam antemeridianam A. C. 1482. multis viro principe dignis virtutibus excellens, magnum apud homines laudem meruit. Fuit namque in ipso ea in Deum pietas; vt A. C. 1546. IIII. Idib. Ianuarij, Pontificiorum nugis & commentitijs dogmatibus abolitis, puriorem Christianæ religionis doctrinam restituerit. Fuit is in patriam subditosque amor: nihil vt Germaniæ salute sibi prius; incolumitate eorum, qui suo subessent imperio nihil antiquius duceret. Pacis verò in illis ciuilibus dissensionibus, domesticisque diffidijs studium tantum: vt ad eam vel faciendam, vel conseruandam, nihil operæ, nihil studij, nihil facultatum intermitteret. Non, quòd rei militaris peritiam non haberet: quippe ab Imperij ordinibus supremus dux exercitus, obsidente Viennam Turca, destinatus; Philippo nepote fortissimè pro vrbe propugnante, eam obsidione liberauit: sed quòd ipso vsu didicisset

Electores Palatini. didicisset, optabile nomen esse pacis, & rem ipsam salutatem. Omnis præterea liberalis doctrinæ amans, & liberatorum percupidus fuit: in magnis arduisque Imperij negotijs suscipiendis industrius, tractandis prudens, conficiendis felix. Corporis mortalis exuuias deposuit Alceiæ IIII. Kalend. Martij A. C. 1556. septuagenario maior annis tribus, & totidem fermè mensibus. Ex DOROTHEA Christierni II. Cimbrorum Regis exulis F. defuncta 1580. nihil liberorum tulit.

PHILIPVS Episcopus Frisingensis designatus A. C. 1496. Naoburgensium quoque postea A. C. 1517. episcopatum administrare cœpit. Rebus humanis exemptus A. C. 1540.

GEORGIVS Episcopus Spirensis, à seditiosis rusticis multa perpassus, obijt Anglico sudore in Arce Kislow A. C. 1529.

HENRICVS Episcopus Vltraiectinus, Vormaciensis. & Fruxinensis, pacis & tranquillitatis publicæ per quàm studiosus, bonus & grauis: varijs tumultibus defatigatus, Episcopatus Vltrajectini gubernationem resignauit D. Carolo V. Augusto.

IOANNES Ruperti Simerensis, sui agnati in Episcopatu Ratisbonensi successor.

VVOLFGANGVS Comes Palatinus Rheni, Dux Nouifori: vir prudens, doctus, integer (vnde & Sapientis cognomenium tulit) diem supremum clausit IIII. Non. April. A. C. 1557. quum vitæ complesset aunos LXIII. cum semestri & tribus insuper diebus.

AEMILIA vxor Georgij I. Ducis Stetini & Pomeraniæ: fœmina pia, prudens, modesta, & benefica; diem obijt A. C. 1524. IIX. Id. januarij. Stetini sepulta.

HELENA consors Henrici Ducis Megapolensis.

ELISABETH nupsit Gulielmo Iuniori Landgrauio Hassiæ A. C. 1498. & eo defuncto, Philippo II. Marchioni Badeno A. C. 1513. obijt A. C. 1522.

Quarta virginem vestalem & Abbatissam egit.

Principes Palatini & Simerensis. STEPHANVS Ruperti Romanorum Imp. F. natu minimus, Palatinus Rheni & Dux Bauariæ: Comes Bipontinus & Obrincanus factus ob dotem vxoris: terris suis Ruperto fratre defuncto, Spanheimensem quoque Comitatum adjecit. Obijt 1444. Vxor eius ANNA, nata patre Friderico vltimo Comite Veldentiano & Spanheimio, matre Margareta Comitissa Nassouiæ, mater ex eo facta est quinq; filiorum: quorum

Fridericus STIRPEM SIMMERENSEM seu Spanheimensem condidit. †

Ludouicus Niger FAMILIAM BIPONTINAM & Veldensianam produxit. †

IOANNES Archiepiscopus Magdeburgius XXXVII.

RVPERTVS Episcopus Argentinensis electus contra Conradum Bussnangium dominum A. C. 1439. cui ille quoque cessit, obijt A. C. 1478.

STEPHANVS Canonicus Coloniensis.

FRIDERICVS Comes Rheni Palatinus, Dux Bauariæ; à parentis excessu facta diuisione cum Ludouico fratre, obtinuit anteriorem & posteriorem partem Comitatus Spanheimensis (reliqua namq; pars Marchionibus Badensibus, ex eodem stirpe oriundis, cesserat) vrbem ipsam cum iurisdictione; arces Ehrenburgum, VValdeck, Bolanden, Stromburgum, oppida, item VVachenheimam, Ogerheimam, Lambesheimam, Arnsheimam; sed quæ, quum essent valde oppignorata, vltro fratri concessit: vnde se scripsit: Ducem Simmeriæ & Spanheimij. Ex MARGARETA Egmondana, Arnoldi Ducis Geldriæ filia, genuit

1. Ioannem I. stemmatis propagatorem. †
2. *RVPERTVM Episcopum Ratisbonensem, consecratum A. C. 1492. sed qui postea episcopatum illum certis de causis resignauit suo agnato Ioanni Rheni Palatino, Ludouici IIII. Electoris filio.*
3. *STEPHANVM præpositum Coloniensem.*
4. *FRIDERICVM Coloniensem &* } *Canonicos.*
5. *GVLIELMVM Treuirensem* }

IOHANES I. Princeps Palatinus Rheni, Comes Simerensis & Spanheimensis: heros non tàm militiæ, quàm pietatis amans, diem clausit supremum A. C. 1509. Vxor IOANNETTA F. Ioannis Comitis Nassouij & Saræpontani, obijt A. C. 1503.

IOAN-

IOANNES II. Primi F. Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, Comes Simmeriæ & Spanheimæ, princeps pacificus, literatus, & literatorum patronus, antiquitatum imprimis studiosus: Imperiali Cameræ aliquot annos cum summa laude iustitiæ tanquam supremus iudex præfuit. Naturæ debitum persoluit A. C. 1557. XV. Kal. Iunij, ætatis suæ LXXI. Vxores habuit duas: Prior BEATRIX F. Christophori Marchionis Badeni & Hochburgij decessit A. C. 1535. XIIX. Kal. Maij: posterior fuit MARIA IACOBE. Comitissa Oetingensis. Liberi eius numerantur XII. *Principes Palatini & Simerenses.* *quæ, illo mortuo nups. Joanni Comiti Schwarzenbergico, Dño in alte-Landsberg, cui non peperit.*

1. *ELISABETH consors Georgij Comitis Erbachij*, *sterilis.*
2. *SABINA consort ~~Lamoralij~~* *Lamoralij* *Egmondani Comitis, Bruxellæ decollati A. C. 1568.*
3. Fridericus III. Elector Palatinus, solus stemmatis propagator. †
4. *GEORGIVS Princeps Palatinus Rheni, Comes Simmerius & Sponhæmius, adolescens sacris ordinis destinatus: tandem ætate tum iudicio confirmata, ac doctrina Euangelij agnita, eos deseruit: & viduam agnati Ludouici ELISABETHAM, Gulielmi Senioris Haßiæ Landgravij filiam in matrimonium duxit: qui cum annos quamplurimos in summa vixit concordia: Bello autem anno 1557. inter Galliæ & Hispaniæ Reges ardente; ne domi perpetuò otiosus desideret: Philippi Regis auspicijs irruptioni in agrum Lugdunensem à Polwilero tentatæ sese adiunxit: in qua ita se gessit, vt postea Galliæ Rex eum ducibus, quos sui alebat stipendijs, adscriberet; inque non exiguo loco haberet. Simmeriæ in Christo placidè obdormiuit A. C. 1569. XV. Kalend. Iunij* *ætate*. *Princeps bonus, humanus, placidus, & constans. Ab eius morte principatus Simmerensis ad fratrem Richardum est deuolutus.*
5. *RICHARDVS Princeps Palatinus Rheni, Comes Obrincanus, Canonicus quondam Argentinensis, & Rheni Præpositus: vtraque se dignitate vltrò abdicans, vxorem duxit IVLIAM Comitem VViedenam: eaque defuncta, ÆMYLIAM optimi Ducis VVirtembergensis Christophori Filiam IIX. Kalend. Iunij anno 1578. quæ sterilis diem suum obijt A. C. 1589. Ex illa autem genita.* *Tertia ejus uxor fuit* ... *filia Georgij Joannis Com. Palat. Rheni et Comitis Veldent. anni* ... — *ob. 17 Jan. Aº 1598.*
CATHARINA puella in fata concessit, *primo thoro nata.*
7. *HELENA nupsit Philippo ~~Comiti Leiningio & VVesterburgio~~.*
~~MAGDALENA sociata Philippo~~ *Comiti Hanouio & Minzebergio*, *mater Dorotheæ, desponsatæ Antonio Comiti Ortenburgico, Joachimi filio*
6. *BRIGITTA Abbatissam egit Neoburgi*, *prope Heidelbergam.*
8. *IOANNA Priorissa Popparta.*
9. *OTILIA*
11. *MARIA* } *Virgines Sanctimoniales Popparta.*
10. *CATHARINA præfecta virginibus sacratis Combæ*, *germanicè L'oimb.*

FRIDERICVS III. Dux Bauariæ, Comes Obrincanus, Simerensis, & Spanheimensis; posteritate Ludouici Cæci in Othone Henrico extincta, *dignitatem* & ornamenta *Electoris Palatini* ad Rhenum hæreditaria successione *adeptus*: princeps extitit pacificus, Musarumque singularis patronus. Heidelbergæ decessit VII. Kalend. Nouemb. A. C. 1576. ætatis suæ LXI. quem excessit mensibus octo, diebus tredecem. Nuptias celebrauit primas cum MARIA Casimiri Marchionis Brandeburgij filia pridie Idib. Iunij A. C. 1537. alteras cum AEMILIA Comite Neunaria, siue à Noua Aquila, exinclyta familia Comitum Mœrsensium, vidua Henrici Bredenrodij VII. Kalend. Maij A. C. 1569. Vtraque fœmina fuit forma, moribus, & pietate spectatissima. Hæc ipsi adhuc superstes sterili usa est conjugio: prior autem postquam vndecim eum liberis dotauit, in fata concessit pridie Kalend. Nouemb. A. C. 1567. ætatis suæ duodequinquagesimo completo, cum viginti diebus. Liberorum nomina hæc sunt: *Electores Palatini.* *Natus est Aº 1515. 14 Feb.*

4. *ALBERTVS infans obijt*, *natus Blassenburgi ultima die Septembris Aº 1546. † Aº 1547. ult. Apr.*
1. *LVDOVICVS IV.* Elector Palatinus Rheni, *Dux Bauariæ, Comes Simmerensis, & Spanheimensis, natus IV. Non. Iulij A. C. 1539.*# *princeps extitit pius, vitæque & morum probitate laudatißimus: quippe qui Ecclesias in Palatinatu optimè constituit; Academiam Heidelbergensem nouis reditibus liberalißimè ditauit: politiam, iustitiæ & pacis amore, summè prudenterque excoluit. In matrimonium duxit primò ELISABETHAM filiam Philipplippi Comitis Haßiæ* *Aº 1560. 8 Junij.* *‡ ex qua vndecim liberos sustulit, plerosque tamen immatura morte præreptos: deinde ANNAM ex illustri stemmate Comitum Frisicorum Orientalium; patre Ezardo, matre* *# in baptismo Albertus, Ludovicus vocatus. Simeri in lucem editus.* *‡ mortuam Aº 1582. 12. Martij.*

Principes Palatini.

Catharina Suetiæ Regina oriundam: quam viduam reliquit, ex hisce terrenis miserijs in cælestem migrans patriam, Heidelbergæ IV. Idib. Octobris A.C. 1583. Ibidem sepultus in æde S. Spiritus. Vita illi annorum XLIV. mensium trium, dierum octo. Ex liberis ipsius

1. ANNA MARIA nupsit Carolo Sueco, Principi Summerlandiæ, Nericiæ, & VVermelandiæ IV. Non. Maij A.C. 1579. è vita excessit A.C. 1589. mense Iulio. *nata Heidelbergæ A.C. 1561. 24. Julij.*
2. ELISABETH } tenella ætate defunctæ sunt. *nata Heidelb. A.C. 1562. 15. Junij.*
3. DOROTHEA } *Elisabeta nata A.C. 1565. 12. Jan. ... Amberga ...*
4. FRID. PHILIPPVS Comes Palatinus Rheni natus A.C. 1567. Kal. Nouem. hora sesquialtera ante meridiē in pueritiæ annis naturę satisfecit. *A.C. 1568*
5. IOAN. FRIDERICVS *natus Amberge A.C. 1569. ... Febr. ...*
6. LVDOVICVS } immaturè mortem obierunt.
7. CHRISTINA *nata ... 5. Januarij A.C. 1573.*
8. FRIDERICVS IV. Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, & Electoralis dignitatis vnicus hæres, atque successor, lucem hanc vitalem aspexit A.C. 1574. III. Non. Martij. Quem Deus Opt. Max. quotidie magis magisq; ad nominis sui gloriam, Ecclesiæ Christi incrementum, totiusq; Palatinatus dignitatem, & amplificationem, omnibus heroicis virtutibus, & læto cōstantiq; animi vigore alacritate instruat, confirmet, & exornet: vt omniū bonorū spem, & expectationem amplissimā expleat: maiorumq; suorum laudatissimorū principū vestigia superare possit: omnibus votis exoptos.
10. PHILIPPVS *natus Amberge A.C. 1575. 5. Martij ...* } primis infantiæ annis naturæ persoluêre debitum.
11. DOROTHEA *nata Amberge A.C. 1576 ... Aug. ...*

A.C. 1590. 25. Martij fuit à Jo Casimiro patruo ac tutore, ... solenniter cinctus.

Obtinuit hic Fridericus IV. Com. Pal. Rh. ... Electoratum A.C. 1592. ... Januarij. uxorem duxit A.C. 1593. Ludovicam Julianam, f. Wilhelmi Nassavij Auraici Principis, matre Carola Borbonia natam. Nuptiæ Dillenbergæ A.C. 1593. 4. Junij habitæ. Liberos ... vide ad signum.

Elisabeta Ludovici IV. Electoris ... ultima, et ... nata A.C. 1576. 24. Novemb. ... A.C. 1577.

ELISABETH nupsit Ioan. Friderico II. Duci Saxoniæ prid. Idib. Iunij 1558. sterilis. *Nata in arce Birkhenfeld ... A.C. 1540. ultimo Junij.*

2. *HERMANNVS LVDOVICVS Pr. Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, &c. cum præceptore suo Nicolao Iudice, Hieron. Reibingo Patricio Augustano, Ioanne Belloraco Parisiensi, & ipso nauta, in traiectu Auarici fluuij Biturigum, euersa nauicula est submersus Kal. Iulij A.C. 1556. ætatis suæ XV. post sextam pomeridianam.* *Natus est Creizenachæ A.C. 1541. 6. Octobris.*

3. *IOAN. CASIMIRVS Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, hodie Sequestris tutor, & curator: princeps bellicosus: natus pridie Non Martij A.C. 1543. Nuptias celebrauit Heidelbergæ A.C. 1570. Non. Iunij, cum ELISABETHA F. Augusti postridie Kal. Aprilis, A.C. 1590. Obijt A.C. 1592. die 6. Ianuarij. Liberorum quorundam ēx ea factus parens: quorum*

Liberi Friderici IV. Elect. Palat. ex Nassau. 1. Filia Ludovica nata 16. Junij A.C. 1594. hora 5. matutina.

3. Catarina Sophia nata 10. Junij inter 2. et 3. pomeridianam, A.C. 1595. Heidelbergæ.

1. Primogenitus ... in partu mortuus, mundum hunc, quem oculis non inspexit, prætervolando quasi deseruit: natus in extremo vitæ matris illustrissimæ periculo, Heidelbergæ A C. 1573. XVII. Kalend. Octobr. h. 6. matutina: quum in vtero ante biduum mortuus putaretur.

Fridericus natus 16. Aug. hora 9. vespertina, A.C. 1596. Ambergæ.

2. MARIA nata Lothariæ Cæsaris A.C. 1576 27. Iulij h. 7. pomeridiana, obijt Heidelbergæ A.C. 1577. 22. Febr. hora noctis XI. Menses vixit duntaxat septem, diem vnum, horas tres, minuta 45.

3. ELISABETH nata Lothariæ Cæsaris III. Non. Maij A.C. 1578. hora 2. m. 50. p.m. ibidem VI. Kalen. Nouemb. A C. 1580. Vixit sesquiriennium, horas XVI.

Elisabeta Carola, nata 7. Novemb. hora 8. vesperi A.C. 1597. Heidelbergæ.

4. *SVSANNA DOROTHEA coniux Ioan. Gulielmi Ducis Saxoniæ, nata A.C. 1544. XIII. Kalend. Decemb.* *Dorot. hæc ... Joh. Georgij Princ. Anhalt ... Simmeri ... nupt. 1595.*

ALBERTA [redacted] *infantes mortui.* *primogenita, nata 1539. ... Apr. ... 1553. 19. Martij.*

CAROLVS natus ... Heidelbergæ A.C. 1540. 28. Decemb. ... 1555. 11. Octobris.

Anna Eleonora nata 26 Decemb. hora 6 vespertina A.C. 1598. Heidelbergæ.

ANNA ELISABETH vixit in consortio Philippi II. Landgrauij Hassiæ. sterilis. *nata 1549.*

10. *CVNEGVNDE IACOBE vxor Ioannis Comitis Nassouij in Dillenberga, obijt A.C. 1586. nata Simmerij A.C. 1556. 9. Octobris.*

5. *CHRISTOPHORVS Comes Palatinus Rheni, in prælio ad campos Maucenses in Belgico desideratus XIIX. Kalend. Maij A.C. 1574. annos natus XXIII. menses duos. natus fuit Simmerij A.C. 1551. 13 Junij.*

Comites Palatini Bipontini & Veldentiani.

LVDOVICVS cognomento Niger, Stephani F. nepos Ruperti Imp. Rom. in diuisione cum Friderico fratre obtinuit Comitatum Bipontinum & Veldentianū, dominiū Kirkel, arces VVegelburgū, Trifelsium, Neufcastellū, oppidū Anweiler: cū alijs quibus-

quibusdam, quæ Fridericus frater quia nimis essent oppignoratæ, vltrò ipsi cessit. Pro Adolpho Comite Nassouio, Pontificia auctoritate Moguntinis A. C. 1462. dato Archiepiscopo, se consociavit cum Alberto Achille Germanico Electore Brandeburgio, Carolo Marchione Badeno, Ioanne Episcopo Metensi, & Vlrico Comite VVirtembergico, contra Fridericum Victoriosum Rheni Palatinum, Theodorici Isenbergij ab Archiepiscopatu deiecti causam iustiore defendentem: mirabiliq; usus stratagemate, per mille expeditos pedites, straminibus & fœnis interpositos in urbē inuectos, eam occupauit, omnibus expulsis ciuibus. Octennio ab hinc oppugnatus à Friderico Victorioso Palatino; Sehriffam & Arnsheimam Veldentiani Comitatus oppida amisit. Ex IOANNA Crouiaca Comitissa Porciæ, Antonij F. genuit *obiit 1489.* *Comites Palatini, Bipontini & Veldentiani.*

Alexandrum, stemmatis propagatorem. †

CASPARVM Comitem Veldentianum: cuius in connubio fuit ÆMILIA Marchionissa Brandeburgica, Alberti Achillis Germanici F.

ALBERTVM } *IOANNEM* } *Canonicos Argentinenses & Colonienses.*

PHILIPPVM.

ELISABETHAM vxorem Ioannis Ludovici Comitis Nassouij & Sarapontani.

MARGARETHAM Abbatissam Poppartensem defunctam A. C. 1514.

ALEXANDER Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, Comes Veldentianus & Bipontinus: princeps pacis & pietatis amans: Palæstinam inuisit. Post fata Maisenhæmij inhumatus: ex vxore MARGARETA Comitissa Hohæloia, Cratonis filia, tribus superstitibus filijs: *obiit 1514.*

Ludouico propagatore Principum Palatinorum Neoburgiorum. †

Ruperto propagatore Palatinorum Lucelsteiniorum. †

GEORGIO Canonico Coloniensi & Argentinensi.

LVDOVICVS Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, Comes Veldentianus, & Bipontinus: princeps marte togaq; insignis: Caroli V. Cæsari militans; Franciscum Galliarū Regem ad Trajectum repressit, armisq; exuit: domi verò superstitiosis Pontificiorum commentis abolitis, puriorem Euangelij doctrinam restituit. Maisenhæmij sepulcro auito illatus A. C. 1533. Coniux eius ELISABETHA Gulielmi Senioris Hassiæ Landgrauij filia; princeps omni virtutum genere ornatissima, & erga pauperes comprimis munifica: nupsit deinde Georgio Palatino Simerensi: filium verò vnicum pupillum à patre relictum, vera religione bonisq; moribus summa cura imbui curauit. Lauingæ defuncta prid. Non. Iannuarij post horam noctis secundam A. C. 1563. sexagenaria.

VVOLFGANGVS Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, Comes Veldentianus, Bipontinus & Sponheimensis; natus Biponti. VI. Kal. Octob. A. C. 1526. paulo ante septimam vespertinam: patre in infantia, quum vix septennis esset, amisso; tutorē nactus patruum Rupertum, eius cura traditus est institutioni Casp. Glaseri; sub quo non tantùm Latinas literas, sed & religionis fundamenta ex fontibus sacræ scripturæ hausit Ita; vt in articulis religionis tum temporis controuersis, non solùm Augustanæ confessionis capita, auctoritate Biblicorum scriptorum munire; sed & aliorum contrariam sententiam refellere nosset. Heidelbergam inde in aulam Friderici euocatus, ita se gessit: vt & agnatum sibi deuinctissimum redderet: & ob præclaram indolem, humanitatem, atq; modestiam, laudem omnium referret. Vndeuigesimum ubi attigit annum: matris consilio vxorem duxit ANNAM, Philippi Landgravij Hassiæ filiam: defunctam Mesenhæmi X. Iul. anno 1591. Carolo V. Imp. post Saxonem debellatum, decreti Augustani formulam, quam Interim dixere, recepi ab ipso postulante, ex summis illis difficultatibus ita eluctatus est, vt princeps juuenis præ multis alijs sui ordinis hominibus, insignē editæ confessionis suæ fidei laudem retulerit: quippe qui quiduis potiùs subire quàm abagnita religione, metu vitæ vel amissionis ducatus deficere voluerit. Bellorum motibus sopitis: præstantissimorum principum exemplo, ad Ecclesiarum suarum abusus corrigendos, & discrepantiam atq; ἀταξίαν tollendam animum adjecit: formam administrationis Ecclesiasticarum cæremoniarum conscribi curans, vnà cum summa doctrinæ, contente omnium Augustanæ confessionis articulorum veram & perspicuam declarationem. Scholas quoq; duas condidit: Hornbachianam in ducatu Bipontino; & Lauinganam in Palatinatu superiori: in quibus non doctissimos tantùm præce-

Principes Palatini & Bipontini.

ptores, sed & vltra XL. adolescentes suis sumptibus aluit: quorum opera postmodò & ad Relpub. & ad Ecclesiæ administrationem vteretur. Ecclesijs & Scholis piè rectèque constitutis: subditos in pace atque iustitia summa cum diligentia rexit: eam curam adhibens, vt minimè bellis implicaretur. Verùm priore bello ciuili Gallico, quum persecutio indies magis magisque cresceret; adeò vt armis vtrinque sumptis Germanorum auxilia à Condæo expeterentur: & ipse per Admiralium, veteris necessitudinis ergò Biponte contractæ, pro auxilijs ferendis sollicitaretur: opem minimè denegandam censens, instructissimam suorum manum eò ablegauit. Iterum in funestissimum ciuile bellum tertium, non tàm bellandi, quàm afflictis in Gallia succurrendi studio, pertractus: comparatis rebus ad expeditionem necessarijs, quum in Burgundiam peruenisset: in transitu vrbis Diuionensis, apostemate in cruce enato; initio malè habere cœpit: cui ob curas, vigilias, & nimis vehementem corporis agitationem, febre causonica accedente; Nessunij Deo spiritum reddidit III. Idib. Iunij hora septima pomeridiana A. C. 1569. quadragenario maior annis duobus, mensibus octo, diebus XVI. Cadauer Admiralij iussu Engolemium transuectum, & in sacello arcis custoditum, post biennium Cognato Rupellas, hinc per mare in Germaniam translatum, Maisenheimij sepulcro auito est illatum. Liberos autem tulit tredecim, quinque mares nempe & octo fæmellas:

1. *CHRISTINAM;* natam A.D. 1546. ultima Febr.

2. *PHILIPPVM LVDOVICVM Principem Palatinum Rheni, Ducem Bauariæ, Comitem Veldentianum & Spanhemium: principem religionis studio ac virtute præstantissimum; Musarum mæcenatem atque patronum optimum, paternarum auitarumque virtutum æmulum: natum VI. Non. Octobris A. C. 1547. hora II. min. 30. post meridiem. Huic A. C. 1574. nupsit ANNA Ducissa Iuliacensis, Cliuensis & Bergensis, Gulielmi filia: mater ex ipso facta*

ANNAE MARIAE natæ Neoburgi ad Istrum A. C. 1575. XV. Kalend. Septembris: & nuptæ Friderico Gulielmo Duci Saxoniæ, anno 1591.

DOROTHEAE SABINAE natæ III. Idib. Octobris, 1576.

VVOLFGANGI GVLIELMI Comitis Palatini Rheni & Ducis Bauariæ, eximia spe summæ virtutis principis: nati Neoburgi A. C. 1578. IIX. Kal. Nouemb. hora 3. min. 30. p. m.

OTHONIS HENRICI nati A. C. 1580. V. Kalend. Nouemb. h. 19. min. 30. p. m. in cunis extincti anno proximo VI. Kal. Martij.

AVGVSTI Comitis Palatini Rheni, nati VI. Non. Octob. h. 8. min. 30. pom. A. C. 1582.

AMELIAE HEDVIGAE natæ A. C. 1584. prid. Idus Octobris circa secundam vespertinam.

IOAN. FRIDERICI Comitis Palatini ad Rhenum, nati A. C. 1587. X. Kal. Septemb. hora 10. promeridiana.

natum AD 1550. [illegible] Maij. — *IOANNEM Principem Palatinum & Bipontinum: cui A. C. 1579. sociata est MAGDALENA F. Gulielmi Iuliaci Ducis: genitrix*

IOANNIS Comitis Palatini & Bipontini: nati A.D. 1584. 26. Martij.

FRIDERICI CASIMIRI Comitis Palatini & Bipontini.

MARIAE ELISABETHAE.

ELISABETH DOROTHEAE.

AGNETEM
DOROTHEAM, } *puellas defunctas.* natam 1553.
ANNAM natam 1554.

ELISABETHAM.

OTHONEM HENRICVM Principem Palatinum Rheni & Bipontinum, Ducem Bauariæ: cui ex DOROTHEA MARIA F. Christophori Ducis VVirtembergij, natus

LVDOVICVS, in cunis extinctus Sultzbachij IV. Idib. Martij A. C. 1584. Lauingæ inhumatus.

~~Filius [illegible] duæ filiæ, [illegible],~~ omnes adhuc superstites.

Anna Elisabeta [illegible] 1585. 29. Apr.
Georgius Fridericus [illegible] 1587. 24 Apr.
Dorothea Sophia nata 1588 10. Martij.
Sabina nata 1589. 29. Febr.
Georgius Otto [illegible] 1590. 28. Maij.
Susanna nata 1591. 6. Junij.

Maria Elisabeta [illegible] 1593. 2[illegible] Febr.
Sibilla [illegible] 1594. 1. Decemb.
Anna Sophia [illegible] 1596. 21. Apr.
Magdalena Sabina } gemellæ, obierunt.
Theodora Ursula

FRIDERICVM Comitem Palatinum & Veldentianum: maritum SOPHIAE DOROTHEAE Henrici Ducis Lignicij ac Bregani F. ex quo gemellos sustulit A. C. 1591. Duces Bauariæ.

BARBARAM nuptam Gotefrido Comiti Oetingensi Anno 1591.

CAROLVM Comitem Palatinum Rheni & Veldentianum: aulæ sedem in castro Birckenfelsa Comitatus Spanheimensis habentem: cuius in matrimonio viuit DOROTHEA Gulielmi Ducis Luneburgij F.

MARIAM consortem Emiconis Comitis Leiningij: cui enixa est filium Philippum Casimirum A. C. 1588.

SVSANNAM ætate tenella mortuam.

RVPERTVS Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ; princeps officijs, pietate, fide probatus: sacris ordinibus relictis, Euangelij doctrinam est amplexus: ductaq; in uxorem VRSVLA Comitissa Syluestri & Rhenana, genuit. Principes Palatini & Lucelbur-

GEORGIVM Ioannem Palatinum Rheni, Comitem Bipontinum & Veldentianum: conditorem vrbis Lucelsteina: principem pium & doctum: genitorem ex Anna Maria Gustaui Suecorum Regis filia,

GEORGII GVSTAVI Comitis Palatini Rheni & Veldentiani: qui A. C. 1586. nuptias celebrauit cum ELISABETHA Ducissa VVirtembergica; vidua Georgij Ernesti Principis Hennebergij.

VRSVLAE Ludouico Duci VVirtembergio & Teccio nupti collocatæ.

IOAN. AVGVSTI Comitis Palatini & Veldentiani.

LVDOVICI PHILIPPI Comitis Palatini Rheni.

GEORGII IOANNIS Comitis Palatini ad Rhenum.

ANNAE MARGARETAE.

IONNAE ELISABETHAE.

ANNAM consortem alteram Caroli Marchionis Badeni & Hochburgij, defunctam A. C. 1586. IV. Idus Martij, ætatis XLVI.

VRSVLAM nuptam VVirico Comiti Falcosteinio, Domino Obersteinio, matrem Sebastiani VVirici, & VVolfgangi Comitum Falcosteiniorum.

LVDOVICVS V. Imp. Romanorum & Dux Bauariæ, Ludouici Seueri Electoris Palatini F. è nobilissimo & antiquissimo Schirotum genere: patrem amisit septennis: sed sub tutela matris, Viennæ Austriæ diligentissimè educatus; & cum suis amitinis, Alberti Cæsaris filijs, bonis literis optimè est institutus: Ob quarum peritiam, rerum item bellicarum fortunam, propter animi deniq; & corporis dotes egregias, quibus cæteros, tum tempestatis, Germaniæ Principes superabat, ab Electoribus Francofurdiam ad Comitia accersitus: eo loci XV. Kal. Nouembris A. C. 1314. Cæsar ritu solenni est inauguratus: solo Rudolpho Palatino, eius germano, & Henrico Agrippinensi Archimysta refragantibus: qui Fridericum Austriacum, Alberti Cæsaris F. Bonæ rebus imposuere. Vnde ciuile in Germania exarsit bellum; quo Cæsares amitini manus cognato sanguine polluere non sunt veriti. Conscripto ergo vtrinque milite, belli aleam aliquoties pari vterque fortuna tentarunt. Quamuis autem sæpenumerò induciæ factæ, ac tentatæ sunt pacificationes: furiæ tamen Pontificiæ omnia pia atque salutaria consilia impedierunt: donec ad Muldorfium post prælium, per decem continenter horas commissum, magna cæde vtrinque facta, Austriacus copijs suis dissipatis, deditionem fecit IV. Kal. Octob. A. C. 1323. Friderico capto, magnis à Papa Ioanne XII. affectus iniurijs, & anathematis fulmine percussus: quarto post hanc victoriam anno, expeditionem Italicam suscepit: vbi quum pacem passim in vrbibus restituisset; & Castrutium ob strenuè propugnatas partes Gibellinas, Lucensium & Lunensium Ducem creasset: nemine resistere auso, Romam peruenit: vbi A. C. 1328. IIX. Id. Ianuarij, in frequentissima populi corona, ritu maiorum, Imperator augustus & pater patriæ consalutatus atque inunctus: Ioannem Papam, turpiter profugum, exauctorauit: substituto ipsi Pontificiaque tiara exornato, Nicolao IV. Nec deinceps vel in Italia, vel in Germania aliquid memoria dignum gessit: utrobique impeditus aduersis & insidiosis molitionibus Pontificum; quorum instinctu plurimi ab ipso deficiebant, qui antea in omnibus bellis eius παραςάται, omniumque consiliorum gubernatores, fuerant. In venatione apoplexia correptus, & ex equo delapsus: naturæ concessit V. Idus Octobris Anno Christi 1347. triennio maior sexagenario: postquam inter maximas Ducatus Boiarici & Gubernatores.

Δ A.D. 1357. vixere honorabiles et strenui viri D. ... Ludovici Marchionis Brandenb: Cunradus de Fraunberg Curiæ Magister, Cunradus de Kumersberg. Magister Venationis, Bernger. et Diepoldus Haelen, Marscalci dei Marchionis, Degenhardus Hofer Vicedominus Bavariæ, Wolfhardus de Satzenhofen, nec non Joannes de Camerberg A M

Duces Bavariæ.

aduersationes, & crudelissimas Pontificum exagitationes Imperio præfuisset annis XXXIII. sexduntaxat demptis diebus. Sepultus Monachij in æde Virginis Deiparæ. Princeps magnanimus, pius, iustus, libertatis Germaniæ & Imperij aduersus vim & tyrannidem Pontificum Romanorum defensor & propugnator acerrimus, & fortissimus. Boiariæ regnum, quod lacerum accepit, locupletissimum reliquit: veteres Boiorum leges correxit, nouas tulit: &, quod mirum est, maximis calumnijs irritatus, nemini vnquam bellum intulit, inferentes tamen armis depulit. Liberi ipsi nati

Hanc Beatricem D. Hund, Poloniæ Regis filiam fuisse, asserit: quæ cum illo Aquisgrani ... Regni Germaniæ ... cepit.

☿ ex BEATRICE Henrici IV. Ducis Glogouiensis in Silesia F.
defuncta A. C. 13[20] vxore prima:

Electores Brädeburgij ex Boijs

LVDOVICVS Senior, *Marchio Brandeburgius & superioris Lusatiæ*, S. Rom. ⊕ Imperij Archicamerarius & Septemuir *inuestitus à patre Imperatore in Comitijs Naumburgensibus A. C. 1319. bellis implicitus Pomeranis & Megapolensibus; cuiusdam item Molitoris, nomine Iacobi Rebotk, Vvoldemari defuncti nomen, personam, habitum, mores mentiti; quem strenuè adiuuabant Saxones, & Anhaltini: Marchiam fratri reliquit Ludouico Romano A. C. 1349. contentus Styria, & Comitatu Tyrolensi, nec non hæreditate paterna: suffragium tamen in Comitijs Cæsareis, & Cubicularij Ærarijq́ dignitatem sibi retinens. Obijt Zorngoltingij A. C. 1361. Kal. Octob. Duas vxores habuit: MARGARETAM F. Christophori II. Regis Daniæ;* ... *& GARETAM ab oris magnitudine* Maultäsch *cognominatam, filiam Henrici Ducis Carinthiæ, Stiriæ, & Tyrolis Comitis: quæ ipso defuncto, Rudolpho Austriaco nubens, Comitatum Tyrolensem ad Austriacos transtulit. Hac natus* filia ... quæ vixit 1340.

De hujus aulicis vide signum Δ.

MEINARDVS siue *Meinradus, Comes Goritiæ & Tyrolis*, patre mortuo, cum Vlrico Athesino Noribergam confugiens: Vogburgij agnitus & interceptus, Ingolstadiumque deportatus; sub patrui cura Monachij adolescere est iussus. Verùm altero mox anno clam inde elapsus; ad Athesinam vallem peruenit: Tyrolijque XIV. agens annum decessit Anno Christi 1363. desponsata ipsi fuit Margarita filia Alberti Ducis Austriæ.

Vide hoc Hundij tom 2 general: Bavari: fol: 6.

Stephanus *Fibulatus*, stirpis propagator. †

MECHTILDIS connubio sociata Friderico Graui Marchioni Misniæ, diem obijt A. C. 1346. VI. Non. Iulij. In cœnobio Veterocellensi sepulta. Norimbergæ. 16.1328.

~~*BEATRIX consors Caroli Martelli Regis Vngariæ.*~~

g. 1319. 4. cal. Febr. *ANNA trima mortua: in cœnobio Castelli sepulta.* Aliter memoralis Monaci. ... 1342.

☿ ex MARGARETA Bathaua, nepte Gulielmi Cæsaris, filia Gulielmi III. Comitis Hollandiæ, fratris absque liberis defuncti ex asse hærede:
defuncta A. C. 1356. vxore altera:

LVDOVICVS Iunior & ROMANVS *cognominatus, quod Romæ editus esset matre coronata: Dux Bauariæ & Comes Palatinus Rheni: fratris* in Marchia Brandeburgica *successor A. C. 1349. bella Pomeranica pro principatu Stetinensi renouauit: sed à Pomeranis, Vvoldemari Cimbrorum Regis auxilio victus; eò abstinere est coactus. Molitorem quoque Iacobum Rebock, fictitium Marchionem Vvoldemarum, armis & ditione vniuersa exutum, in exilium pepulit. Obijt Anno Christi 1369. ætatis suæ XXXIIX. Duas vxores habuit: INGELBVRGAM F. Alberti I. Ducis Megapolensis: & ANNAM F. Friderici Pulcri Archiducis Austriæ. Ex hac nihil liberorum, ex illa vnicam sustulit filiam.*

INGELBVRGAM vxorem Friderici IV. Burggrauij Noribergij.

OTHO Marchio Brandeburgius Elector, *Comes Tyrolius: fratribus suis vtrique Ludouico in parte succedens: Brandeburgum Tyroliiq́ dignitatem; suffragium nempe in Comitijs Cæsareis, titulumq́ præfecti ærarij vsurpauit: quam deinceps quoque, Marchiam Carolo IV. Cæsari aureis Vngaricis 20000. vendita, retinuit: factum id est anno 1373. à quo tempore in confinibus Bohemiæ Bauariæq́ ditione accepta exigua, genio indulgens & otio alijsq́ obscœnis voluptatibus deditus (unde Finnij. h. e. Ignaui cognomentum vulgo meruit) vitam finijt* anno *A. C. 1379. Sepultus in cœnobio Selingthal. In eius vixere consortio MARGARETHA F. Alberti II.* ~~*Exarchi*~~ Ducis *Austriaci:* ~~*ANNA*~~ Catarina *Marchionissa Moraviæ, F. Caroli IV. Imp.*

~~*ANNA vxor Guntheri Schvartzeburgij, Cæsaris electi.*~~ Margarita Vixit. 1371. uxor Gerlaci de Hohenlohe.

ELISABETH, ~~*nupsit*~~ desponsata *Ioanni Bauariæ Duci, principi agnato:* ... *GVILI-*

Hæc Elisabeta nupsit A.D. 1347. Cani grandi de Scala, Mastini filio, Veronæ et Vicentiæ, Rom. Regis Vicario, ac Domino: quo mortuo, matrimonio fuit juncta A.D. 1382. Ulrico Comiti Wirtembergensi: cui peperit Eberhardum Comitem Wirtemberg.

Principes Hollandiæ ex Boijs.

GVLIELMVS I. Dux Bauariæ, auo materno & auunculis absque hærede masculo mortuis, Hollandiam obtinuit, patre ipsi feudum tradente A. C. 1343. In matrem impiæ, bellum ciuile accendit: Hollandiamque multis seditionibus implicuit. Sepultus Valencanis Anno Christi 1377. Vxor MECHTILDIS Anglica, Henrici Ducis Lancastriæ F.

ALBERTVS Dux Bauariæ & Hollandiæ, contra Frisios multa gessit bella. Obijt A. C. 1404. XI. Kal. Februarij: sepultus Hagæ. Duæ ipsi fuêre uxores: 1. MARGARETHA Silesiæ Ducissa, Ludouici Brigensis F. 2. MARGARETHA Ducissa Cliuiæ, Adolphi F. hoc sterili, illo fœcundo sex liberorum vsus coniugio.

GVILIELMVS II. Dux Bauariæ, Comes Hollandiæ, Hannoniæ, & Zelandiæ: iunctis copijs cum Ioanne Burgundo, sexdecim ampius millibus Leodiensiũ occisis Idibus Septemb. an. 1408. vrbem & Ioannem fratrem Episcopum obsidione liberauit. E viuis excessit prid. Kal. Iulij A. C. 1417. Vxor MARGARETHA Philippi Burgundiæ Ducis F.

ALBERTVS II. Comes Hollandiæ, Dux Strubingensis, cœlebs in fata cõcessit, Chelami XIII. Kal. Februar. A. C. 1399. Strubingæ inhumatus.

IOANNES Dux Bauariæ, Leodiensium designatus Pontifex: à ciuibus, quòd rem diuinam procurare detrectaret, Traiecti Mosæ obsidione clausus; at Guielmi fratris ope liberatus: eo post nouennium fatis erepto, cum Iacoba nepte ob principatum vi & armis disceprare cœpit: sacerdotioque cedens, ELISABETHAM Lucemburgicam, Ioannis Marchionis Lusatiæ F. viduam Antonij Ducis Brabantiæ, vxorem duxit: & Durotracum in Hollandiam migrauit: Vbi à Ioanne Brabantino, Hochoseorum suasu arcta obsidione clausus; crebris eruptionibus diu nectuque hostes fatigauit: plurimisque occisis & captis, obsidionem soluere coegit. Pace denique, VVorckhemij inter vtrumque composita; Brabantino Hannonia; ipsi Hollandi, Selandi, Frisij addicti sunt, pridie Kalend. Martij A. C. 1419. Ad extremum à Ioanne Flieto, aulæ suæ præfecto, à Iacoba auro corrupto, veneno sublatus IIX. Idus Ianuarios A. C. 1424. & Hagæ in templo Dominicanorum est inhumatus.

IOANNA consors Alberti IV. Exarchi Austriæ.

MARGARETHA nupsit Ioanni Duci Burgundiæ:

CATHARINA sociata Eduardo Duci Geldriæ.

IACOBA Comes Hollandiæ, Hannoniæ & Selandiæ, nupsit primàm Ioanni Franciæ Delphino, Caroli VI. Regis filio: deinde Ioanni Duci Brabantino: quo abdicato, illegitimo se matrimonio iunxit Hunofrido Duci Glocestriæ, Henrici Angliæ Regis germano: à quo repudiata, animum rursus ad nuptias, impares tamen applicans; clam nupsit Francisco Borselio, capite minori. Erat hic ex Zelandiæ Comitatu & primarijs proceribus: qui Iacobæ in summis rei nummariæ difficultatibus opes suas liberaliter impetierat. Iacoba fœmina bellatrix, à Philippo Burgundo suo amitino in Flandriam Gandauum deducta; vt regiam istic vitam ageret: nacta occasionem, virili sumpto habitu duobus duntaxat comitibus vrbe egressa, in Hollandiam redijt: Burgundique postea copias iuxta vicum Alphenum graui clade affecit, dissipauitque pridie Kalend. Maij Anno Christi 1425. Auitis tandem paternisque bonis exuta, ægritudine contabuit: diemque obijt VII. Id. Octobris 1436. Sepulta Hagæ in templo Prætoriano iuxta auam.

STEPHANVS cognom. Fabulatus, Ludouici Imp. F. Dux Bauariæ & Comes Rheni Palatinus, Dominus Landshuti: Meinardum Tyrolium, è fratre nepotem, captum in suam redegit potestatem. Othonis fratris, Marchionis Brandeburgici socordiæ nimiæ summè excanduit. A morte parentis transegit cum Rudolphi Palatini filijs: soluta certa pecunia in compensationem damnorum, quæ bello Ciuili Rudolphus à fratre acceperat: quæ quum precium iacturæ minimè adæquaret: vberiorem deinceps Palatini à Boijs satisfactionem exegêre; cuius denegato non extitit nulla causa belli Bauarici, quod aliquot seculis pòst inter agnatos vtriusque familiæ, exarsit. Obijt Anno Christi 1392. Vxor ELISABETH F. Ludouici Regis Vngariæ & Siciliæ obijt

STEPHA-

Duces Bavariæ.

STEPHANUS II. *Dux Bavariæ, Dynasta Ingolstadii, post parentis fata cum fratribus Bavariam annis septemdecim, absque hercißcunda familia actione administrauit: post diuisionem verò Ingolstadij habitauit: vnde & Ingolstadiensis cum posteris adijt. Princeps pietate & virtute clarissimus: ideoq; suis popularibus longe charissimus: de quorum ipse fide aliquando prædicasse fertur, nullum Boium esse, cui non audeat vitam suam credere, atque in eius sinu solus & inermis dormitare. In Bohemia proceres, Regem, vrbes reconciliauit: domum reuersus, Schaunfeldij apud Lycatios expirauit mense Septembri A. C. 1413. Ibidem sepultus. Vxor* **THADAEA F.** *Barnabæ Ducis Mediolani.*

ELISABETH vxor Othonis Archiducis Austriæ.

LUDOVICUS Barbatus, *Dux Bavariæ, Dominus Ingolstadiensis: Præsuli Frisingensi iratus, & spe ftiuæ oppidi potiundi frustratus; iram atq; arma in fratrem Ioannem conuertens, Neostadium diripuit. Quo defuncto, à Monacensibus auro, pollicitisq; inescatis, in urbem receptus: postquam vectigal ab ijs emulsit; in Gallias ad sororem abijt: ubi à Rege Moritonij in Normannia Comitatu donatus, ANNAM duxit Borboniam, Ioannis I. Marcæ Comitis filiam; & post eam, CATHARINAM Alasoniam, Carolæ Reginæ Cypri sororem: vtramq; in Gallijs amisit. Lutetia exinde à lanijs captus, carcerique mancipatus; vix ope Ioannis Burgundi ab imminenti nece liberatus: nuncio de patris morte accepto, regia gaza per fas nefasq; potitus, in Boiariam redijt: vbi patrueles suos (ita vt prudentia insolentissimus erat) contemptui ludibrioque habens, nec non conuitijs lacerans; ab Henrico Landshutensi quatuor vulneribus est sauciatus. Sic magis irritatus, cognatum sanguinem sitiens, ciuili cum ipso, & reliquis Boiorum proceribus bello digladiari cæpit; donec sex ipse vrbibus exutus, & Imperatoria auctoritate per quadriennium Bauaria exulare est iussus. A filio Nerburgi infesta obsidione pressus: & vrbe tertio mense expugnata, ab Alberto Brandeburgio captiuus Onolsbachium abductus: sed per Henricum patruelem, quem prius peculatus, latrocinijq; postulauerat, magna vi auri redemptus: Bruckhusij nondum elapso anno, nullis relictis liberis, infelici senio animam efflauit III Kal. Sextil.*

IOANNES Episcopus Ratisbonensis.

ELISABETH vxor Caroli VI. Regis Galliæ, obijt 1424.

FRIDERICUS Dux inferioris Bauariæ, & Dominus *Landshutensis*, princeps rerum ciuilium prudentia inclytus: diuisione cum fratribus facta A. C. 1393. XI Kal. Decemb. Landshutam possedit: ubi exacto anno vitam clausit pridie Non. Decembris. Vxor MAGDALENA Barnabonis Ducis Mediolanensis F. decessit XII. Kal. Augusti A. C. 1404.

IOANNES Munacensis, hodiernorũ Bauariæ Principum progenitor Vide fol. seq.

HENRICUS Dux & Tetracha Boiorũ, *Regulus Landshutensis*: impubes adhuc pa rente vtroque orbatus: omnibus præfecturis à tutoribus suis abalienatis: vbi ex ephebis excessit, purpuratorum gregem exauctorauit: egestateq; ac penuria coactus, ad sinum Codanum, Henedumque militatum longissimè est profectus: ubi octo continenter annos apud Teutonicos equites, aduersus Lithuanos ac Polonos stipendia meruit: administratione omni in sacerdotem quendam, hominem tenacem, parcum, ac rei familiaris diligentissimum, relegata: qui interim, dum ipse abfuit, omnia obligata & oppignorata redemit, æs alienum dissoluit, vectigalia annua redegit. Nono anno domum reuersus; MARGARETAM Austriacam, filiam Alberti IV. Archiducis, vxorem duxit: rei familiaris studiosissimus esse cœpit: diuitias ingentes comparauit; vnde *Diuitis* cognomen, quod ad posteros transmisit, est consecutus. Ciuilitate summa atque popularitate principes alios omnes superauit: cunctos regionis suæ angulos à latrocinij metu immunes seruauit: pacis studiosissimus extitit. Contra Barbatum patruelem arma quidem sumsit: at non, nisi prouocatus: quem postea quoq; ab Alberto Marchione Brandeburgio, ex arcta custodia redemit, numûm aureûm 32000. Naturæ concessit A. C. 1450.

ELISABETH vxor Friderici I. Electoris Brandeburgij.

MAGDALENA.

LUDOVICUS Dux Bauariæ inferioris, Dominus *Landshutensis*, natus Bruckhusij Anno C. 1417. Sub duro atq;

IOANNA Othonis Mosbachij, Palatini Rheni uxor.

ELISABETH coniux Hulderici Comitis Vvirtembergij, obijt A. C. 1478.

til. A. C. 1447. ætatis suæ XXCI. Rotenbaslacbij in Norico sepultus. Vir pernicax, qui superbè & auarè multa fecit: nec superiorem, nec parem ferre potuit.

LVDOVICVS Gibbosus, Dux Ingolstadiensis, matre Borbonia natus: MARGARETAM Friderici Brandeburgij F. inuito patre (quippe cui capitalis fuerat inimicus) connubio sibi iungens: oppidis ab eo exclusus, exhæredatus, impietatis postulatus est. Quocirca Alberti Brandeburgij auxilijs, Ingolstadij à ciuibus, ceu hæres & princeps legitimus, receptus: plerasq; urbes Danubio conterminas, occupauit, ad obsequiumq; redegit. Patrem inde, licet reuerenda senectute venerabilem, Neoburgio expugnato, cepit: captiuumq; Alberto Brandeburgico diligentiori custodia asseruandum tradidit. Ipse post biennium impietatis (ne dicam parricidij) pœnas suprema maiestate expetente, fato concessit Anno VII. Id. Aprilis A. C. 1445.

illiberali educatus patre: multa perpessus, penuriâ vestium, pecuniæ, equorum; obsequentissimus tamen parenti semper fuit. Ipsemet heros extitit liberalitatis eximiæ, erga omnes homines, summæq; popularitatis, fortunatus, felix pacisq; studiosissimus. Multa in Germania bella, sua auctoritate, composuit: vno die (erat is IV. Non. Octobr. A.C. 1450.) vna hora, quadraginta vrbibus, vicis, finibus suis totis, omnes Iudæos, exegit; eorumq; bona confiscauit. Diem supremum clausit A. C 1479. sexagenario maior biennio. Vxor AMELEIA Friderici II. Electoris Saxoniç F. Rochlicij inter viuos esse desijt XIV. Kal. Decembris A. C. 1502. ætatis suæ LXVII.

GEORGIVS *Diues*, Dux inferioris Bauariæ, Dominus *Landshutensis*: Musarum patronus clementissimus: patre suo, siue pietatem, siue prudentiam, siue liberalitatem, siue fortitudinem, aliasque id generis virtutes, siue denique opes, & fortunæ bona respicias, neutiquam fuit inferior. Academiam Ingolstadiensem condidit. Collegium quoque nouum, quod ab ipso Georgianum vocatur, extruxit: in eoque stipendia pro diuersis Bauariæ oppidis fundauit. Ingolstadij defunctus A.C. 1503. Vxor HEDVIGIS Casimiri Regis Poloniæ F.

MARGARETHA vxor Philippi Palatini ad Rhenum, Septemviri.

~~ELISABETH virgo motua.~~

LVDOVICVS ante parentis fata extinctus.

ELISABETH nuptum data *Ruperto Palatino*, Philippi Electoris F. cui socer ex pacto, dotis loco, legauit, præter auri argentique vim omnem, & supellectilem planè regiam, eam etiam Bauariæ partem, quam ipse ex hæreditate tenebat. Quod testamentum, quoniam in Imperij leges, & iura feudorum peccaret; nec non factum esset in fraudem Alberti Monacensis: Cæsar Maximilianus ratum esse noluit. Vnde bellum illud Bauaricum, Palatinæ domui summè detrimentosum, exarsit.

MARGARETA virgo Vestalis primùm in cœnobio Altenli..., deinde Neoburgi.

IOANNES *Monacensis*, Stephani Fibulati tertiogenitus, Dux Bauariæ: post obitum vxoris suæ CATHARINAE Goriciæ, Menardi F. fœminæ liberalitate in pauperes insigni, A. C. 1391. egestate coactus (ob probitatem siquidem exclusus gubernaculis spernebatur) quum omnem honorem penes fratres esse cerneret: anno vertente Kal. Octobris regiam Monaci, fratribus licet refragantibus, ciuium fauore occupauit: vbi etiam post, facta diuisione, aulæ sedem habuit. Exinde cum Friderico altero fratre Stephano excluso, clam pacisci cœpit: tabulisque cauit, defuncti absque liberis superstitem exasse debere esse hæredem. Neostadio à Ludouico Barbato crudeliter, & multa ciuium cæde, direpto: ipse Aicham, Stephano fratri subditam, bis oppugnans, bis repulsus: molis ibi exustis, Fridebergam castra mouit: eaque potitus vrbe, mox Sueuiam (vicus est propè Monacum) diripuit, igneq; concremauit: talionem ita rependens. Monaci mortuus VI. Id. Augusti A. C. 1397.

ERNESTVS Dux Bauariæ superioris, Dynasta Monacensis, vir bellicosus: socijs

SOPHIA virgo vt pulcra, ita prudens, VVenceslao Cæsari

†

GVILIELMVS III. Dux Bauariæ, à Sigismundo Cæsare Basiliensis Senatus propugnator atque

Duces Bauariæ. armis cum Gulielmo fratre, cæterisq; agnatis principibus, Ludouicum Barbatum Ingolstadiensem, hominem inquietum, superbum, & pernicacem, multis cladibus affecit. Animam efflauit prid. Kal. Quintilis A.C. 1438. Monaci in mausoleo proaui sui Augusti sepultus. Vxor ELISABETH Barnabonis Ducis Mediolanensis F.

† nupsit: quo defuncto Posoniū iussu Cęsaris commigrauit: ubi & mortua & sepulta est.

* *curator constitutus: vxorem ibi duxit* MARGARETAM *Adolphi Cleuensis F. Obijt Idib. Sept. A. C. 1435. sepultus Monaci.*

ADOLPHVS Strubingensis Dux Bauariæ, patri quem bimus amisit, non diu superstes fuit.

GVLIELMVS Posthumus, infans extinctus.

ALBERTVS III. Dux Bauariæ, Dominus Monaci: princeps pacis & literarum amantissimus: clementia, ciuilitate, & animi tranquillitate adeò celebris, vt Pij cognomentum meruerit. A Bohemis, Rege orbatis, regno destinatus: honores istos modestè detrectauit: & legatos muneribus donatos, re infecta domum demisit. Podagricus obijt Kal. Martij A. C. 1460. Heiligenbergæ inhumatus. In eius vixit consortio ANNA Dux Brunsuicensis, Erici Grubenhagij F. qua cum nuptiale celebrarat sacrum Kal. Nouemb. A. C. 1436.

ELISABETH vxor Adolphi Bergiorum Ducis:

IOANNES Monacensis, Dux Bauariæ, ætatis prærogatiua cum Sigismundo fratre patri in principatu successit. Testamento enim genitor cauerat, vt duo natu maiores rerum potirentur, cæteri literis operam darent. Obijt XIV. Kalend. Decemb. A. C. 1463. sepultus Heiligenbergæ.

SIGISMVNDVS secundogenitus, Dux superioris Bauariæ, vitam victurus priuatam, Alberto iam antè in consortium adscito, Remp. permisit A. C. 1465. Monaci sepultus 1501.

CHRISTOPHORVS quartogenitus, ex patris testamento principatum aduersus Albertum fratrem ambiens; eum ad paciscendum adegit: & Landsbergam, cum alijs castellis, abs eo ad decennium extrusit. Quo finito, quum Albertus Landsbergam repeteret, & vi occuparet: hic ex Augusta Rhetia clam in Bauariam reuersus: nobilitatis, quæ contra ipsum arma ferebat, reditum ex insidijs præstolatus: inopinatos in agro Fruxinensi inuasit, fudit, cecidit pridie Kal. Maij A. C. 1485. In Rhodo sepultus A. C. 1493.

VVOLFGANGVS minimus natu, Heiligenbergæ sepultus cœlebs A. C. 1514.

ALBERTVS IV. genitus, Dux vtriusque Bauariæ, vir doctus, prudēs, sapiens, & ingeniosus: Canonicos ex cœnobijs Ilmunster, ac Schlierseh ę propria potestate, Monacū transtulit: Qua de re litem ipsi mouit Ioannes Antistes Frisingensis in tantum, vt parum abesset, ne ab Imperio proscriberetur. Causam ipsius, bello Bauarico, ceu æquiorem, Maximilianus I. Cæsar strenuò defendit contra Philippum Palatinum. Rebus humanis excessit XV. Kal. Aprilis A.C. 1508. Vxor CVNEGVNDA Austriaca, Friderici III. Rom. Imp. F.

ELISABETH coniux Ernesti Electoris Saxoniæ, Misniæ decessit Anno C. 1484. sepulta Lipsiæ.

MARGARETA consors Friderici Gonzagæ, Ducis Mantuani.

BARBARA virgo Vestalis:

SIDONIA Palatino promissa, ante nuptiarum diem obijt:

SYBILLA matrimonio iuncta Ludouico IV. Electori Palatino, VII. Kal. Martij 1511. Heidelbergæ.

SABINA elocata Vlrico VVirtembergio Studgardiæ VI. Non. Martij 1511. Nortingæ decessit III. Kal. Septemb. A. C. 1564.

SVSANNA Casimiro Marchioni Brandeburgio Augustæ in Comitijs sociata

GVLIELMVS V. Dux vtriusque Bauariæ: pacis & belli artibus clarus: bellum gessit contra Vlricum VVirtembergium; copiarum ductore vsus Georgio Fronsbergio. Vitæ pensum absoluit XI. Kal. Aprilis A. C. 1550. Vxor MARIA IACOBE

LVDOVICVS Dux inferioris Bauariæ,

ERNESTVS Episcopus Patauiensis & Salisburgensis: princeps doctus & doctorum fautor eximius.

ia IX. Kal. Septemb. 1518. eo defuncto, nupsit Othoni Henrico Electori Palatino 1529. XVII. Kal. Nouemb. ~~Ex neutro mater facta~~, obijt 1543. 12 Aprilis.

F. Philippi Marchionis Badeni, obijt A.C. 1580. mense Augusto.

Duces Bauariæ.

ALBERTVS V. Dux vtriusque Bauariæ, & Comes Rheni Palatinus: princeps sapiens & cordatus: Catholicæ religionis propugnator: Iesuitis aliquot extruxit collegia Landsbergi, Monaci, Ingolstadij. Naturæ debitum persoluit IX. Kal. Nouemb. A. C. 1579. ætatis suæ LI. quem mensibus excessit septem, diebus XXV. Sepultus Monaci. Mariti fatum anno vertente insecuta est coniux ANNA Austriaca F. Ferdinandi Imp Romanorum.

THEODO in pueritia mortuus. 1534. 11 Julij.

~~SIDONIA~~ MECHTILDIS vxor Philiberti Marchionis Badensis.

CAROLVS natus Anno C. 1547. immaturè obijt eodem anno.

GVLIELMVS VI. Dux Bauariæ, & Comes Palatinus ad Rhenum, natus Anno Christi 1548. III. Kal. Octobris. Patris in fouenda religione Catholica æmulus: Nuptias Monaci celebrauit cum Renata Francisci Ducis Lotharingiæ F. IIX. Kalend. Martij Anno Christi 1568.

FERDINANDVS Dux Bauariæ natus III. Kal. Februarij A. C. 1550.

FRIDERICVS natus A. C. 1551. in pueritia extinctus.

ERNESTVS Dux Bauariæ, Episcopus Leodiensis, Hildesiensis & Frisingensis: anno 1583. XI. Kal. Iunij, procurante Pontifice, Imperatore, Parmensi, & alijs Principibus, in locum Gebhardi, Coloniensis Archiepiscopus Septemvir electus: Monasteriensis quoque diœceseos imperium tandem post resignationem Ioan. Gulielmi Ducis Iuliacensis adeptus A. C. 1583. natus est A. C. 1554. XVI. Kal Ianuarij.

MARIA MAXIMILIANA nata A.C. 1552. postridie Kal. Quintiles.

MARIA nata A.C. 1553. nupsit Carolo Archiduci Austriæ 1571. mense Septembri, Viennæ.

MAXIMILIANVS Dux Bauariæ.

PHILIPPVS postulatus & confirmatus Episcop. Ratisbonensis.

FERDINANDVS Præpositus Coloniensis, & Canonicus Treuirensis.

MAXIMILIANA.

V NICO-

NICOLAI REVSNERI IC.

DVCVM PALATINORVM ET BOIARIORVM SYLVVLA.

ALEMANNVS HERCVLES.

PRimus ergo Boiæ gentis fortißimus auctor:
Maximus ille armis, maximus ille toga.
Couueniens auimo nomen mihi: uobile namque
Pectus, & Herculea nobilitatis erat.

BOIVS.

Hermionum populos & maguas reximus vrbes:
Et virtus regno dignaq; parq; fuit.
Quæ regio patris est, Alemannia nomine dicta,
Me Boium cœpit nomen habere Duce.

INGERAMVS.

Regna pareus moderanda dedit. præclaraq; virtus:
Nomen in extremas quæ tulit vsque plagas.

ADALOGERIO.

Clarus auo, proauoq; fui, clarusq; parente:
Sed mea me clarum laus fecit esse magis.

LAERTES.

Quis fuerim, belloue potens, an Marte secundus,
Ex armis poteris certior esse meis.

VLYSSES.

Si quid id est, nitor eloquij, prudentia mentis,
Consilij grauitas, id fuit omne meum.

BRENNVS.

Cimbrorum terror, decus & tutela meorum,
Nunc quoque viuaci cantor in orbe Gygas.

HECTOR.

Non mea multa silet, sed clamat in orbe canora
Gloria: præcipuus Marte togaq; fui.

FRANCO.

Progenui Frantos. superatus fortibus armis:
O quantum surgit nominis inde mei.

REGES ET DVCES BOIARIAE VETERES ORBIS Christiani.

ADALOGERIO.

QVàm bellis ingens, & vinci nescius armis,
Tam prudens mentis consilijq; fui.

THEODO I.

Armatæ semper patriæ fuit vnica cura:
Testis erit Tiberis, testis & Ister erit.

THEODO MAGNVS.

Magnus erga magnis uomen virtutibus æquo:
Nomine non passus strenua facta premi.
Si dubitas, rapidis Athesis testabitur vndis:
Et qui Rhætorum præfluit arua Licus.

Theodonis Magni F.F.F.

THEODO III.

Primus ego Christum vera pietate professus,
Ejeci templis barbara sacra meis.

VTO.

Taurus mons, Alpes, Licus, Oenus, Anasius, & Ister
Elegêre bonum me sibi sponte Ducem.

THEODOVALDA.

Regna tot extinctis possedi fratribus vnus:
Nec fuit Eridani notior alter aquis.

Theodonis III. posteri.

THEODOPERTVS F.

Iustitiæ cultor, pietatis idoneus auctor,
Non tantùm belli nobilis arte fui.

GARIOVALDA Theodoperti F.

Successu violenta carent: res functa potestas:
Amisi bello regna, parata dolo.

GVNTHOLDVS Gariouáldæ F.

Insubriæ gentes & mœnia Vindicis Astæ
Reximus: Vtharius Rex dedit illa mihi.

HERIBERTVS Guntholdi F.

Regna mihi Longi donarunt Itala Bardi,
Laude mea clarus, nomine clarus aui.

BERTHARICVS Heriberti F.

Pulsus in exilium regali priuor honore:
Restituor genitis post pietate mea.

GODOPERTVS Betharici Fr.

Regni stultus amor: sociali vincor ab hoste:
Dum peto fraternas perfidiosus opes.

HVNNIPERTVS Betharici F.

Me genitor sceptris, titulisq; illustribus auxit;
Inuidit tantum Parca malgua decus.

LITOPERTVS Hunniperti F.

Regni sacra fames quid non fera pectora cogit?
Occidor agnati paruulus ense puer.

REGINOPERTVS Godoperti F.

Me quoque seduxit regnandi cæca libido:
Quòd fera cum proprio sanguine bella gero.

HERIBERTVS Reginoperti F.

Iam puerum regni tenuis me sæua cupido:
Non potui generi parcere cæde meo.

Theodoualdæ posteri.

THESSALONVS F.

Perdomui venedos: & commoda publica iuui:
Erexi vero splendida fana Deo.

GARIO-

GARIOVALDA Thessaloni F.
Boiarieis Venedos auerti finibus hostes:
In mea qui victas iura dedêre manus.

THEODO IV. Garioualdæ F.
Sancta fides, Pietasq́ Deo gratissima virtus,
Me sibi iure suo vendicat atque probat.

THEODOPERTVS & THESSALONVS Secundi, Theodonis Quarti F.
Indomitos Hunnos, Venedosq́ subegimus armis:
Qui sibi difficili consuluêre fugâ.

THEODO V. Thessaloni II. F.
AEdibus ornaui terras, & censibus ædes:
Nec falsis volui sacra parare Dijs.

LANDOPERTVS Theodonis V. F.
Non citò credendum: multum citò credere lædit:
Exilium merui credulitate meum.

THEODOPERTVS III. Theodonis V. Fr.
Par fratri pietate, prior fulgentibus armis,
Vltus auos, Italis iura Ducesq́ dedi.

GRIMOLDVS Fr.
Assertor iusti, diuini cultor honoris,
Sincera colui mente fideq́ Deum.

THEODO VI. Grimoldi F.
Consilio dubium, validisnè potentior armis,
Sed pietate prior iustitiaque fui.

THEODO VII. Sexti F.
Condemnor sceleris, Romani fulminis ictu:
Non leuis hac mortis causa cibusq́ fuit.

GRIMOLDVS II. Fr.
Dum fauos populi studeo fœdare tumultus:
Indigno saui militis ense cado.

HVGOPERTVS Fr.
Si precium est aliquod veræ pietatis & æqui,
Si morum: nemo pluris emendus erit.

VTILO Hugoperti F.
Marte Saracenos domui felice rebelles:
Subq́ meum iussi Saxonas ire iugum.

THESSALONVS III. Vtilonis F.
Non pietate fui proauis minor, arteq́ belli:
Ambitio tantùm perfidiosa nocet.

THEODO IIX. Thessaloni F.
Abdicor imperio, fatris deuotus: & auum
Cum monachis vitæ relligiosus ago.

MARCHIONES ANTVERPIENSES POST DVCATV Brabantino potiti.

VTILO, Theodonis I. Regis Boiariæ F.
AEmula me virtus, armis & pace probata,
Præfecit ripæ, lubrice Mosa, tuæ.

HVGOPERTVS F. & ASOPERTVS N.
Successi patrijs Patri non impar habenis:
Filius has hæret me moriente capit.

ARIONVLPHVS Asoperti F. & D. ARNVLPHVS N.
Insignes ambo virtutibus, artibus ambo,
Viximus insignes inter utramq́ fidem.

ANGISVS D. Arnulphi F.
Strenuus in Venedos vltricia signa feroces
Dum paro, crudeli casus ab hoste cado.

PIPINVS Angisi F.
Pace fui felix, felix fulgentibus armis:
Nec tamen hoc pietas impar vtroque fuit.

GRIMOLDVS Pipini F.
Numinis innocuus cultor, legumq́ minister,
Non potui melior iudicis esse fide.

THEODOVALDA Grimoldi F.
Fortis at infelix, viri maturior annis:
Inuidia potuit plus furiale malum.

DROGVS Pipini F.
Matrona quà Belgis Celtas disterminat acres,
Sancta dedi populis iura fidemq́ meis.

CAROLVS MARTELLVS Pipini F. Dux Francorum.
Sequana, Mosa, Liger, Rhenus, Garumna, Visurgis
Deuicti, laudis sunt monimenta meæ.

CAROLOMANNVS Caroli F.
Magna fuit gentes bello frenasse superbas
Gloria: sed maior fama fuisse pium.

GRYPHO Fr.
Occidor profugus: nocet affectata potestas,
Vtile contentum viuere sorte sua.

PIPINVS Fr. Rex Francorum,
Aspera vindicibus confeci prælia signis:
Testis erit Ligeris, Sequana testis erit.

CAROLOMANNVS Pipini F.
Me quoque sublatum primo sub flore iuuentæ
Inter honoratos fama recenset auos.

IMPP. ET DVCES FRANCORVM BOIARIAE REGES.

CAROLVS Magnus Imp.
Magnus eram bello, magnus pietate, fideq́:
Hinc virtute mea nomine digna gero.
Scit Desiderius, scit Saxo, Sclauus, & Hunnus,
Quæq́ dedit victas gens Saracena manus.

Caroli Magni F. F. F.

LVDOVICVS Pius Imp.
Sancta mihi Pietas nomen dedit: audijt orbis
In patriam fuerim quàm pius, inque Deum.

Exuor Imperio natorum fraude: sed illi
Redditus, occumbo non sine laude senex.

CAROLVS Germaniæ Rex.

Patris erat nomen, virtus quoque patris: at ætas
Inuidet breuis, & præcipitata dies.
Nota mea est virtus Sorabis: hinc lubricus Albis,
Et Sala laudis habent tot monimenta meæ.

PIPINVS Rex Italiæ.

Oenotriæ populos cepi terrasque regendas:
Ingenium Patris, nomen adeptus Aui.

BERNARDVS Pipini F.

Itala defuncto cessit mihi terra parente:
Felix, ni regni me tenuisset amor.

Ludouici Pij Imp. F.

LOTHARIVS Imp.

AEmula me bello fratrum discordia vicit:
Non tamen Imperium, quod petere, tulit.
Tandem pertæsus regni sacrisque dicatus,
Imperium nato stemmaque decusque dedi.

PIPINVS Aquitaniæ Dux.

Sorte mihi natuque potens Aquitania cessit:
Germana quam mox deripuere manus.

LVDOVICVS GERMANICVS, Rex Boiorum & Francorum.

Eligor emeriti Germanicus arbiter orbis:
Marte potens, ad vim promptus, ad arma ferox.
Hoc Sorabi didicêre mei, didicere Bohemi:
Et qui Moraniæ compita læta colunt.

CAROLVS Caluus, Imp.

Non mea nulla fuit virtus: scit Maurus & Anglus:
Fraudibus est regni sed mihi partus honos.
Nunquam firma manet violenter parta potestas:
Infelix medici fraude venena bibo.

Lotharij Imp. F. F. F.

LVDOVICVS II. Imp.

Me sceptris genitor viuus suffecit, & armis:
Quæ sunt in Sclauos vindice gesta manu.
Ingenio felix, natura mitis, & arte
Clarus, amans recti, consilijsque celer.

LOTHARIVS Dux Lotharingiæ.

A me nomen habet diues Lotharingia clarum:
Quæ mihi defuncto terra parente data est.

CAROLVS Rex Burgundiæ.

Gallia me Regem memorat Braccata: doletque
Ante suos raptum me cecidisse dies.

Caroli Calui Imp. F.

LVDOVICVS Balbus, Imp.

Cæsareas rexi, sed paruo tempore, leges:
Ius breue regnandi mors properata dedit.

LOTHARIVS, CAROLVS, & CAROLOMANNVS.

Parua fuit nobis ætas, fortuna maligna:
Plus habet hæc damni, plus habet illa boni.

CAROLVS Posthumus, Ludouici Balbi F.

Francigenas rexi, vicique viriliter hostes:
Insidias regno qui posuere meo.
Sola fuit probitas simplex & credula fraudi:
Credulitas multis sic solet esse malo.

Filij Ludouici Germanici.

CAROLVS Crassus, Imp.

Pannonas & Cimbros domui victricibus armis:
Quum regerem tenera frena nouella manu.
Si longos virtus tenuisset sceptra per annos,
Priuatus nunquam Regis honore forem.

CAROLOMANNVS & LVDOVICVS Fratres.

Signa dabat virtus, & partæ gloria laudis:
Sed præmaturo funere Parca rapit.

ARNVLPHVS Imp. Carolomanni F.

Me victor excudit Cimbrorum sæua potestas,
Vendicet quos traxi sub mea iura manu.
Roma triumphati sibi me caput arrogat orbis:
Felix, sacrilegus ni nocuisset amor.

LVDOVICVS IV. Imp. Arnulphi F.

Pacis eram cupidus, belli infestissimus osor:
Hostibus hinc empta pace tributa dedi.

MARCHIONES AVSTRIAE, BOIORVM REGVLI.

LVITPOLDVS Agnatus Ludouici Imp.

Feruida quid virtus, quid Mars meus egerit Hunni,
Quos patria duxi de regione, sciunt.
Ense meo factos calcaui victor aceruos:
Quà remouet Rhetos Vindelicosque Licus.

ARNVLPHVS Malus, Rex Boiorum, Luitpoldi F.

Strenuus in bello, prudens in pace: scit Oenus
Virtutes norunt non caruisse meas.

BERTHOLDVS Fr.

Mi fortuna dedit regnum, virtusque, fidesque:
Deuictis Vgris clara trophæa fero.

EBERARDVS, Arnulphi Mali Fr.

Qui nimis ense ferox hosti parêre negaui,
Captus in exilium iussus abire fui.

HERMANNVS Eberardi Fr.

Me quoque cæcus amor regni, meus abstulit error:
Non tamen errori vita negata meo est.

LVITPOLDVS II. Eberardi F.

Austriaca regnum Cæsar mihi tradidit ora:
Restitit hic Vgris mars sine fine meus.

POPPO

POPPO Leopoldi II. F.

Sacra gubernaui, diuinis deditus aris:
Quà tumido Treuiros amne Mosella secat.

HENRICVS FR.

Regia defuncti suscepti sceptra parentis:
Quàm bene sum mitis Cæsaris vsus ope.

ALBERTVS Henrici F.

Limitis Austriaci Dux inclytus, impiger armis,
Ornaui morum nobilitate genus.

LVITPOLDVS III. Alberti F.

Vngrorum timor ille, caput præstabile bello,
Morte vel inuita viuo, senexq́ loquor.

ERNESTVS Strenuus, Fr.

Strenuus, acer, & inuictis fortissimus armis,
Digna domi feci Principe, digna foris.

LVITPOLDVS IV. Ernesti F.

Non melius bello valui quàm pace: sed æquè
Vtraque quum bona sint, commoda bina fero.

S. LVITPOLDVS V. Quarti F.

Sanctus eram: cælo nomen iam gloria tollit:
Qua latis aliis vndique in vrbe volat.

LVITPOLDVS Boiorum Dux, Sancti F.

Regna dedit virtus, liuor mox eripit audax:
Quid nisi supplicium regna tenere graue est?

HENRICVS Fr.

Agmina crudeles armaui victor in hostes:
Vltus fraternam vindice Marte necem.

PRINCIPES ET DYNASTAE SCHIRORVM, BOIORVM Reguli.

ARNVLPHVS, Arnulphi Mali F.

FOrtiter ob regnum dum dimico, cladibus asper,
Concido prolapso cæsus & ictus equo.

BERTHOLDVS Arnulphi F.

Consilijs rex populos & templa, minister
Iuris, honorati cura salusq́ Ducis.

BABO Bartholdi F.

Non mea cura parùm patriæ seruiuit amori:
Consilio sospes floruit illa meo.

BABO πολύτεκνος, Babonis F.

Patria me floret Duce nobilis: est mihi felix
Prole quater dena nobilitata domus.

OTHO I. Babonis Fr.

Quà sociat Alemannus aquas celer aduehit Istro:
Boiaricus rexi Prætor & auctor opes.

OTHO II. ECCARDVS, & ARNVLphus, Othonis I. F. F. F.

Effictos sacris cultus detrusimus aris:
Tutati veri cælica verba Dei.

ECCARDVS II. OTHO III. Secundi F. F. F.

Felices Solymos, Iudææq́ vidimus arua:
Prætereà amborum Iordanis ossa sacer.

VLRICVS, LVDOVICVS & OTHO IV. Othonis III. F. F. F.

Inculpata fides nobis fuit, integra vita:
Quiq́ solet laudi numinis esse timor.

Filij Othonis IV.

OTHO MAIOR VVITTELSBACHIVS.

Feruidus ingenio, belliq́ laboribus asper,
Pace domi gessi maxima, Marte foris.
Sæpius attonitis me fluctibus horruit Ister:
Præmia Virtutis sunt data regna mea.

FRIDERICVS Bardus.

Labecarent mores: sceleris manet inscia vita:
Integer hanc potui reddere: vino tamen.

CONRADVS Archiep. Moguntinus.

Sacra Dei rexi Præsul venerendus & auxi:
Mogus vbi Rheni corniger auget aquas.

OTHO MINOR.

Iratus Iugulum mucrone resoluo Philippi
Cæsaris: occumbo rursus at ense necè.

ELECTORES PALATINI RHENANI, DVCES BAVARIAE.

LVDOVICVS, Othonis Maioris F. Elector.

PRo virtute Palas Cæsar mihi tradidit ora,
Quæ iacet ad ripas Rhene vadose tuas.

OTHO Ludouici F. Elector.

Stipani studijs Augusti sedulus arma:
Credulitas tandem sola nociua fuit.

Othonis F. F.

LVDOVICVS Senior cogn. Seuerus Elector.

Militiæ præstans studijs: at pacis in armis,
Et memor in tanto semper honore Dei.

HENRICVS.

Fortibus excellens animis, & fortibus ausis,
Feruidus inuicti Martis ad arma fui.

Henrici F. F. F.

OTHO Rex Vngariæ.

Splendida Boiorum genitor mihi sceptra reliquit:
Ingenio peperi Pannona regna meo.

STEPHANVS.

Et pius in superos, & bello viuidus, Oeno
Virtutis specimen, militiæq́ dedi.

LVDOVICVS.

Non ego virtutis patriæ sum degener hæres:
Qua decuit, gessi sceptra paterna fide.

HENRICVS Nattenbergicus, Othonis Regis F.

Et patris, & magni Tutoris conscia virtus,
Et mea me probitas non facit esse malum.

PHILIPPVS Bellicosus,

Quamvis me belli commendat laudibus orbis:
Non tamen inferior pacis honore fui.
Infesto Thracas submoni victor ab Istro:
Regia virtutis signa Vienna tenet.

PRINCIPES PALATINI, COMITES SPONHEIMENSES ET Simmerenses, Duces Bauariæ.

STEPHANVS, Roberti Imp. F.

ADiunxi patrijs regnis dotalia regna:
Quà pronâ Rhenum fronte Mosella petit.

Filij Stephani Bipontini.

FRIDERICVS Dux Simmeriæ.

Non me regnorum cepit vitiosa cupido:
Exiguâ potui viuere sorte tenui.

IOANNES Archiepiscopus Magdeburgius.

Iustitiâ ciues, pietateque templa regebam:
Præsul vbi factus Parthenopæus eram.

STEPHANVS Dux Bipotinus.

Non mihi iam bellum, quàm pax fuit aurea cordi,
Dum tenui Lutræ regna, Saræque domos.

ROBERTVS Episcopus Argentinensis.

Summus eram pietatis honos: ne prisca vetustas
Laudibus illius secula nostra premat.

Filij Friderici Simmerensis.

IOANNES I.

Excepi patrias animo non dispare sedes.
Non tam militiæ, quàm pietatis amans.

ROBERTVS Episc. Ratisbonensis.

Antistes fidei, sacrorum rector & auctor:
Quà iacet vrbs celeris nomen adepta ratis.

IOANNES II. Primi F.

Iuris amans, sanctas ad pacis idoneus artes,
Doctrinâ præstans, ingenioque fui.

Ioannis II. F. F. F.

FRIDERICVS III.

Sors titulos atavi mihi contulit æqua, decusque:
Sceptra Palatinæ sedis & arma fero.

GEORGIVS Dux Simmerensis.

Obtineo cognata Mabo, Simmeria rura:
Quæ sine vi placidè, quæ sine cæde rego.

RICHARDVS Canonicus Argentoratensis.

Sacra colo, regni securus, opumque: nec angor,
Quid ventura ferant tempora: sacra colo.

Friderici Electoris F. F. F.

LVDOVICVS Elector.

Mænia nunc Vilsi rego: mox Septemvir honorem
Imperij (modò sint mollia fata) geram.

IOAN. CASIMIRVS.

Bella sequor, sumptùque ferox exerceor armis:
Omnis in his minor est laudis amore labor.

CHRISTOPHORVS.

Me phœbus, comitesque nouem per sidera tollunt:
Quarum, possum, nomen honore colo.

PRINCIPEM PALATINI RHENI, DVCES BOIARIAE, Comites Bipontini, Veldentiani & Sponhæmenses.

LVDOVICVS Niger, Stephani Bipontini, F. Roberti Imp. N.

IVstitiæ tutor, vita studiosus honestæ,
Laudata rexi frena paterna manu.

ALEXANDER Ludouici F.

Tigris & Euphratis vidi felicia rura:
Par merito, si non robore maior auo.

CASPAR Fr.

Et pietas, & sancta fides, & conscia virtus
Principis egregij nomen habere dedit.

LVDOVICVS, Alexandri F.

Integer, & nulli veterum virtute secundus,
Possedi fines Lutra vadose tuos.

ROBERDVS Fr.

Officijs, pietate, fide, virtute probatus,
Contentus modica viuere sorte quæo.

GEORGIVS IOANNES, Roberti F.

Corpore me virtus, annis sapientia maior
Ornat: & his potior relligiosa fides.

VVOLFGANGVS Ludouici F.

Iudicio magnus, maior virtute, fideque,
Maximus ardenti sum pietate Dei.

PHILIPPVS LVDOVICVS VVolfgangi F.

In me magnanimi virtus pietasque Parentis
Viuit: & heredem laus habet illa suum.

IOANNES Fr.

Me doctrina pio commendat Principe digna:
Nobile Musarum glorior esse decus.

OTHO HENRICVS Fr.

Ingenio præstans, teneris animosior annis,
Maiorum disco splendida facta sequi.

FRIDERICVS Fr.

Semina virtutum clari tribuêre parentes:
Augeo nunc studijs gnauiter illa bonis.

CAROLVS Fr.

Mens mea sublimis mentis dat signa paternæ:
Cuius spem factis det superare Deus.

PRINCIPES ET DVCES BAVARIAE SVPERIORIS ET INFERIORIS COMITES Palatini Rheni, &c.

IMP. LVDOVICVS V. LVDOVICI Senioris, Electoris Palatini F.

Imperium mihi forte datum, belloque redemptum:
Quà iuga caeruleus diuidit alta Nicer.
Et causâ valui, causamque euentibus armis:
Iustitiae columen, militiaeque decus.

Filij Ludouici V. Imp.

LVDOVICVS ELECTOR BRANdeburgicus.

Marchiacas rexi Septemvir primus habenas:
Iustitiâ, studijs, & pietate potens.

STEPHANVS Fibularus Dux Bauariae.

Clarus eram belli quaesitâ laude per artes:
Non minus & pacis munere clarus eram.

LVDOVICVS ROMANVS, ELEctor Brandeburgicus.

Roma mihi patriam, vitam dedit arbiter orbis:
Addidit imperij Marchia clara decus.

OTHO MARCHIO ELECTOR.

Luxuriae pestis me blanda fefellit, amorque:
Qua facilè vertunt regna Ducesque modo.

ALBERTVS Belgicae & Germanicae secundae Rector.

Bellica me Dominum tellus agnouit: & omni
Obsequio coluit: iustus & aequus eram.

GVLIELMVS II. Comes Holandiae & Hannóniae.

Sors mihi regnorum tellus obuenit Holanda:
Quà maris Oceani Rhenus adauget aquas.

MEINRADVS Comes Goriciae, Ludouici Elect. Brand. F.

Australes vrbes, Athesina cacumina rexi:
Praeditus egregia mente, fideque pari.

Alberti I. Belgicae Rectoris F. F. F.

GVLIELMVS II. Dux Holandiae.

Me patrijs animis & viribus esse propinquum,
Quae sanctè moderor splendida regna docent.

ALBERTVS II. Comes Holandiae.

Pro Patre me culti Regem legêre Bathaui:
Boiorum Princeps mox rego summus epes.

IOANNES Episc. Leodiensis.

Quà veteres dirimit Tugrorum Mosa colonos,
Sacra tuli: tandem sors Ducis arma dedit,

Stephani I. FFF.

STEPHANVS II. Dux Angilostadensis.

Nomina par patri, par robore mentis & armis:
Insubrum meminit fortia facta Padus.

FRIDERICVS LANDSHVTENSIS.

Maiorum studui meritas anteire secures:
Patria consilijs floruit aucta meis.

IOANNES MONACENSIS.

Simplicitatis amans; & fallere nescia vita,
Me populis gratum, me facit esse Deo.

Stephani Angilostadij F. F,

LVDOVICVS BARBATVS.

Acer, at infelix, belli studiosus, & audax,
A nato captus vincula saeua tuli.

IOANNES Episc. Ratisbonensis.

Me Pietas etiam commendat debita templis:
Templa Ratisbonae dum benè summa rego.

LVDOVICVS Gibbosus, Ludou. Barbati F.

Par opibus virtus in me respondit alacris:
Grandius ingenio nec mihi nomen inest.

Friderici Landshutensis posteri,

HENRICVS Diues, F.

In me par nomen rebus fuit: inclyta virtus
Diuitias vni mentis opumque dedit.

LVDOVICVS Diues, Henrici F.

Par opibus virtus in me respondet alacris:
Grandius ingenio nec mihi nomen inest.

GEORGIVS Diues, Ludouici F.

Vanus splendor opum, regni quoque gloria vana:
Diuitiae grandes sunt metuisse Deum.
Hac poteram verè Diues virtute vocari:
Quem penes est pietas, omnia diues habet.

Ioannis Monacensis F. F.

GVLIELMVS III.

Dux pius & prudens, patri succede Monaci:
Proximus vt regno, proximus & merito.

ERNESTVS.

Integer & sumptu pacis studiosus in armis,
Obsequio merui commodiore decus.

ADOLPHVS Straubingensis, Gulielmi F.

Exiguo numeros impleui Principis aeuo:
Nam mea sub primo flore iuuenta perit.

GVLIELMVS Posthumus. Fr.

Inuida mors animi virtutibus obstitit: infans
Occido: ceu vento vix rosa nata cadit.

ALBERTVS III. Ernesti F.

Non mea falsa fides, pietas sine crimine sancta,
Parque fide nomen, par pietate fuit.

Filij Alberti III:

IOANNES.

Fortibus atque bonis fortesque bonique creantur:
Caetera mitte; pro sum genitore satus.

ALBERTVS IIII.

Quis fuerim, vita ne grauis, virtuteque praestans,
Atque fide, nomen consule, certus eris.
Ingenij vigor, & magnae solertia mentis,
Saepius ad magnas res mihi fecit iter.

CHRI-

CHRISTOPHORVS.

Occubui, patriam dum protego fortibus armis:
Nomen habet mundus: cælū animam ossa Rhodus.

VVOLFGANGVS.

Laudati Patris soboles laudata detusque,
Corporis & mentis dotibus amplus eram.

SIGISMVNDVS.

Æmulus in dotes magni genitoris & artes,
Boiarici gessi nomen & arma Ducis.

Alberti IV. F.F.F.

GVLIELMVS V.

Posterior nulli veterum vel pace, vel armis,
Ingenij multis indole maior eram.

ERNESTVS Episcopus Patauiensis.

Præsul eram, tanti mensuram nominis implens
Doctrinâ mores æquiparante bonos.

LVDOVICVS.

Libertatis amans, obseruantissimus æqui,
Et pius, hoc regni dignus honore fui.

ALBERTVS V. Gulielmi V.F.

Præsidium regni, gentis tutela, guberno
Iustus honoratâ sceptra relicta manu.

Alberti V. F.F.F.

GVLIELMVS VI.

Ingenium probitas doctrina, modestia, virtus
Excelsum geminant nobilitate genus.

FERDINANDVS.

Nomen aui refero, virtutes æmulor: artes
Disco pias, quâ sint regna tuenda fide.

ERNESTVS Episcopus Frisingensis.

Est aliquid claris ornatum dotibus esse:
Præstet at in tantis dotibus esse pium.

PETRI LOTICHII SECVNDI
DE ILLVSTRIRSSIMIS FAMILIAE PALATINAE PRINCIPIBVS, FRAGMENTVM.

TV mihi, toe qui culta rigas spumantibus vndis
Arua Nicer (nam te veterū nec facta parentū,
Nobile nec patria decus ignorare putandum est:
Quandoquidem hos primâ tolles ab origine mundi
Alluis) ipse genus clarum, patrumque recense
Facta, Ducesque atauos, prohibeque silentia famæ.
Nam potes, & gratum est canere, & meminisse voluptas.
Sit Remisus, Iaxusque, tuum sit Coceius amnem
Augeat & salices crescant tibi semper & alni,
Quà virides inter Rheno confunderis vmbras.
Sic ego: quum læto madidum caput extulit antro
Cæruleus Nicer; & molli viridantia musco
Tempora concutiens: His orti montibus, inquit,
(Dicam equidem, nec te longo sermone morabor)
Magnanimi Heroës, quondam melioribus annis
Fundarunt vrbes populis gentemq; comotam
Iustitiam docuêre sequi, nec temnere diuos.
Splendida sed tenebris inuoluit gesta vetustas:
Quandoquidem, quamuis populis opibusq; potentes
Sacrorum dulci caruerunt munere Vatum:
Munere, quod fragilis perfunctos munere vitæ
Dijs æquat superis, & læto nectare pascit.
At Boia (si prima domus quæratur origo)
Inclyta Francorum series à sanguine manat,
Et genus, & generis prisci numerosa propago:
Sed neque tum tolles istos, non ista colebant
Rura attaui: sed quà fluuio premit arua sonanti
Danubius, quàq; Hercynijs è montibus orti
Danubium supra Nabus, & Regus influit infra,
Quàque vides solem labens Pegnesse cadentem.
Maximus hinc ortus, sæuos LVTHOLDVS in Vgros
Et peditum cuneos, & turmas duxit equestres:
Claraque transcendens maiorum facta suorum,
Infestum domitis compescuit hostibus Istrum,
Pannonioque Anasi compleuit sanguine flumen.
Aureus in clypeo veterum gestamen auorum
Ardebat, vastosque Leo pandebat hiatus,
Nec minor ARNOLPHVS bello, nec NATVS eodem
Nomine, Dijs animæ similes vidi horrida vidi
Prælia, quum pulcram peterent per vulnera mortem.
Tranquillos in pace obitus, ignobile fatum
Credebat; patrijsque Hunnos ducebat ab oris,
Spe regni profugus flagrans VVERNERVS auiti:
Primus in aduersos ibat, pugnamque ciebat:
Quoque loco meliùs ducendus & ordine miles
Nouerat: & magnis aderat vis insita verbis.
Quas Lycus in ripa pugnas, quæ funera densis
Stragibus arctatus vidit? quà diuidit acres
Vindelicos, Rhetosque, quot inumulata virorum
Corpora Danubij spumantibus intulit vndis?
Qualiter in trunco flammas si fortè relinquit
Ille domum sero rediens iam vespere pastor;
Tempestas si nocte, Euris surgentibus, orta est:
Omnia peruolitant ignes, it turbine vasto
Flammarum torrens siluas effusus in altas.
Ordine tres illis vos successistis OTHONES,
Præstantes animis factisque illustribus omnes.
Quos inter fauis excellens TERTIVS armis,
Per varios pelagi tractus, per inhospita longè
Littora,

Littora, littoribus multum distantia nostris;
Sideribus, remisque, aurisque ferentibus vsus;
Europâ è magnâ multis comitantibus Heros,
Antiquos petijt Solymos, Cedroque virentes
Palmiferi colles Lybani. tunc inclyta rursus
Acta sub Imperium Solyme: tunc Ascalo, & ipsa
Quæ toties Vatum celebratur carmine Bethle,
Gazaque, & æquoreis Iope quæ conditur vndis,
Hadriacis Iope statio gratissima nautis.
Felices animæ, quibus illo tempore nasci
Contigit, & magnum pariter dare vela per æquor,
Et fortunatum spolijs decorare sepulcrum.
Crediderim colles ipsos, montemque Sionis
Ardua gratantes iactasse ad sidera voces:
Quum iam victor ouans, positis exercitus armis,
Procumbens sanctæ pronus daret oscula terræ:
Fulgeretque crucis passim venerabile signum.
Post OTHO pacis amans, & MAXIMVS
Filius, insignis bellator, Iapyge fertur (alter ab illo
Per Latium, sublimis equo: quà turbidus anto
Abdua, quà lento fœcundos agmine campos
Ollius, Hesperidumque secat regnator aquarum
Eridanus, tenerâ quà cinctus arundine crinem
Mincius, & rapidis Athesis deuoluitur vndis,
Amnis &, à Gallis Italum qui separat orbem.
Primus in hos, Sexti genitor LVDOVICVS
OTHONIS
Migrauit colles SEPTEMVIR: & ampla reliquit
Et NATO, & seris regnanda Nepotibus arua.
Insignes ambo virtutibus, artibus ambo
Pacis, & armorum studijs. Pater indole gaudet
Egregiæ sobolis, nec displicet æmula virtus.
Tunc Ducibus primùm claris habitabile saxum
Hoc fuit, extremæ quod desuper imminet vrbi.
Hîc ortus LVDOVICE tuus, cui maxima rerum
Verborumque fides, hîc incunabula vidi
RVDOLPHI: primos hîc egit FILIVS annos.
Sæpe fatigatis sudorem & flumine puro
Abstersi, fouique vndis & lenibus auris:
Seu spolia ampla domum bellando parta referrent:
Seu nemorum exunijs læti, prædaque ferarum,
Venatu serâ fessi iam nocte redirent:
Munera per ripas semper suspensa videbam,
Setigerum caput aut apri, vel cornua cerui.
Hinc pius Aonijs Dux condidit atria Musis,
Perculsus dulci RVPERTVS laudis amore.
O decus, ô nullos vnquam reticende per annos,
Fortunate senex. Tibi se debere fatetur
Posteritas patriam tu doctis artibus ornas,
Ingenuosque iubes regnare per oppida mores.
Antè vagis tantùm notus pastoribus, ibam
Per nemora & valles, piger atque ignobilis amnis.
Nunc Rhenus mihi, nunc Viadrus, nūc Ister, & Albis
Assurgunt: cinctæque hederâ mea flumina circum
Aonides choreas agitant, & carmina dicunt:
Inflat & argutas non Tityrus vnus auenas.
Fortunate senex, cælo tua nomina tollit
Gloria, quæ latis mundum circumuolat alis.
At nisi munificus Musis ea dona dedisses:
Heu quibus in tenebris, quantâ sub nocte iaceres
Flebilis, & penitus caligine consitus atra?
Ille etiam Nemetum in campis, bis munere Diuûm
Vno parta die magno victoria plausu,
Bis victi cecidêre hostes, ac terga dedêre.
Imperij post hæc nato concessa potestas:
Qui templis vrbem donisque ingentibus auxit,
Musarumque fouens hortos & amœna vireta,
Dulcia RVPERTVS patrijs dedit otia terris
Et Latio tandem Tuscoque reuersus ab Arno,
Longæuus curis mortalibus exuit annos.
At proauos superans, sceptris adiunxit auitis
Dotales STEPHANVS populos, gētesq; feroces,
Qui Lutram Saramque bibunt: quorumq; per agros
Spumens vndoso decliues gurgite cursus
Extendit Rhenus, Vogesique è rupibus ortus
Iam dominum prono Rhenum petis amne Mosella.
Hinc patri FRIDERICE subis: natumq; relin-
IOANNEM: cuius de sanguine dictus eodem (quo
Nomine tranquillas ad pacis idoneus artes
FILIVS, impleuit magnum virtutibus orbem,
Iustitiæ cultor, iurisque minister & æqui.
Ipsa suas illi natura recluserat omnes
Diues opes, cælumque animo sublimis adibat:
Stellarumque obitus, stellarum nouerat ortus,
Atque salutiferas proprijs cum viribus herbas,
Quid sterile asplenum, quid læta sysimbria possint,
Et menthæ virides, & odoriferæ calaminthæ,
Buglossusq;, thymusque, lupique volubile gramen.
Iamque decem numerans actæ sexennia vitæ,
Bis tribus adiectis, robustus, & integer annis,
Cælestes petijt sedes: quas luce perenni
Æternus, Opifex rerum, fulgoribus implet.
Is densis obscura ducum monumenta tenebris
Eruit: & totam stirpem, laudesq; parentum
Ire per ætates iussit, perq; ora nepotum.
Nunc virides Rheni tractus, sortitus honores
Et titulos atani (sic arbiter omnia iustus
Tempora dispensat Deus. atq; in pristina reddit
Sæpe Ducum sobolem) magna cum laude gubernat
Inclitus, & populo Fridericus amabilis omni.
Cuius adhuc annis vix pubescentibus, Ister
Signa sagittiferæ contra Mahometica Lunæ
Egregia specimen virtutis, & indolis altæ
Primitias vidit, bellatricemq; ferentem
Per turmas aquilam, validæ stupuere cohortes.
Macte rudimentis Princeps, Dij nostra tuentes
Præsidia ad veterum te seruauere parentum
Imperia, & placidâ terras in pace regendas:
Annorumq; moras fortuna beatior imples.
Qui vigor ingenij? quantus sub pectore feruet
Doctrinæ cælestis amor? quàm fida suorum
Cura Duci? doctis quæ confert præmia Musis?

At tornos si quando ruit venator in apros,
Et belli simulacra ciet, siluasq; fatigat,
Arduus alipedem currn Phaetontis inustum,
Herbifer eduxit, quem Mincius Andide sylua
Concitat: ille volans argutas erigit aures
Sublatâ ceruice, simul pernicior Euro
Crura per apricos glomerat sinuantia campos.
Ac natos, clari spectantes facta parentis
Splendida magnificæ stimulat virtutis imago,
Speq; nouâ canti lætatur sanguinis orbis.
Hoc genus & Boiæ vetus est hac gentis origo.

DAVIDIS RORARII

AVLAEVM PRINCIPVM PALATINORVM ET DVcum Bauariæ.

OTHO MAIOR.

PRimus adest auctor gentis, cognomine MAIOR
Clarus OTHO. Schira coniuncta hic regna videres,
Tendentemque ducem magno pietatis amore
Accensum pro patre manus. quem Cæsaris ira
Conradi trepidum victoris liberat obses.
Tum quoq; Fortunæ nutu melioris, eundem
Cæsaris insignem validæ vexilla per oras
Ducere militiæ Latias, armisque vigentem
Ardua victorem de Cæsare præmia, pingues
Boiorum terras, frustrà pugnante Leone,
Accipere, & sortem validis tutarier armis.
Tum celeres, acresque fugâ, conuersaque tela
Torquentes Parthos, domitos Ottonis ab armis,
Exutosque solo patrio & ditione, reflexis
Pacem vltrò genibus & pectore, parere paratos
Cernere erat: lætumque ducem per bella triumphis
Emeritis placidam cum coniuge ducere vitam;
Et tandem facili grandæuum morte sopiri.
Inque suâ Schirâ monumentum apparuit ingens
Extructum: gelid. sub quo ducis ossa quiescunt.

LVDOVICVS I.

PRoximus ex illo, Ludouicus in ordine natus
Pictus erat: geminis patruis tutoribus usus
Impubes. Nato Friderici deinde Secundi
Cæsaris Henrico, vitæ morumque magister
Iura dabat: lætatque suas ditionis habenas
Ille Palatinæ supremo à principe primus
Emeruit, celsa virtutis nobile donum.
At sceptris tantis & tanto munere læto
(Rebus in humanis quò nil firmum esse docerent,
Cunctaque fortunâ cæcâ ruere vsque caduta)
Nitorides Furias nymphæ appinxere: colubris
Stabat sanguineis crines innexa Megera,
Tisiphoneque soror, sæuis munita flagellis.
Stabat & Alecto l[illegible]ansque, & flammea torquens
Lumina, non aliter quam regia vasta Gygantum.

Æstuat, & fumos & flammea crusta per auras
Seminat æthereas, ructabat gutture virus.
Latè irrerabant fæcunda venena per aulam:
Mergebantque virum non sat rationis habentem,
(Heu factum infandum) totâ temerarius aulâ
Quicoram, ingenti munitum pectore, & illo
Haud dignum letho, dignum vel longiùs auras
Carpere vitales, vel certè haud tradere easdem
Latroni ignauo, inuasit pugione trucidant.
Illum animum multo reddentem sanguine nympha
Pincernæ: furtimque datâ sub eade mitantem
Laodamia virum duplicatis pectora palmis
Nunc pulsans, nunc alta leuans ad sydera dextram
Nequicquamque genis lapsantia flumina siccans;
Voce sonans lacrymis multis petit interruptâ.

OTHO.

ASticit Otho puer, matri solatia præstans,
Eximium tædæ pignus puer Otho iugalis.
Ille patris diues sceptris, Agneten, ad undas
Progenitam rapidi celsa de stirpe Visurgis,
Connubio stabili sociat sibi: pone sequuntur
Cæruleo in campo flaui, sua signa, leones.
Ex qua cum geminæ genitor iam prole fuisset
Redditus: & nato Ludouico sceptra regenda
Mandasset moriens: animam spirauit in auras.
Ossa ducis Schiræ monumentum insigne reseruat.

LVDOVICVS II.

ERgo subis patrijs sceptris Ludouice secunde.
Marmoreâ astabat ceruice Brabantica coniux:
Purpureo viridis rorabat sanguine campus.
Stabat & effœtum deplorans Sarmata coniux
Connubium, largo per malas imbre cadente.
Tum, quia sedatâ gentes in pace regebat:
Cæsaris ob placidæ virentis facta Rudolphi
Mechtildem natam meruisti iungere tædis.
Illa tibi, lætis thalamis, fæcunda marito
Quattuor illustri præstantes corpore natas,
Et totidem enixa est præstantes corpore natos:
Ex quibus imperium Latium Ludouice regebas.

RVDOLPHVS.

IPse Palatinos populos germane Rudolphe
Rexisti dominans: felix, si forte fuisses
Contentus, tribuêre tibi quam numina Diuûm:
Felix, si fratri, tot de quos cessit honores
Orbis, & imperij superi quæ sceptra dedêre,
Tuquoque sauisses animus non inuidus æquis.
Heu mihi, quàm cæca mortalia pectora noctes
Offuscunt: fratrem textum stetit inter vtrumque
Ambitionis apus, circum squallentibus hydris.
Signaque fraternas cædes minitantia signa,
Anglica depulsum monumenta Rudolphum.
Olli Nassouico Mechtildis sanguine creta,
Tres peperit natos, thalamo sociata iugali.

ADOLPHVS & RVDOLPHVS.

INque patris fasces haret primæuus Adolphus.

Clarus & ingenti Septemvir in orbe fuisset.
Sed nimium facilis, sibi debita iura suosque
Sponte Rudolphe tibi cedebat frater honores.
Sed vixdum cœpti sub regni limine, lucis
Dulcia vitalis ruperunt stamina Parcæ.

RVPERTVS.

ERgo Ruperte tibi tradie sors fratris honores:
Nec de laude fuit tam clarâ celsior alter.
Te pietas, te pacis amor, mens conscia recti,
Consilioque vigens circum prudentia stipant.
Mitteris Imperij Latias legatus ad arces:
Atque tuam Romana stupent Capitolia linguam:
Astant, sincero referentes pectore grates
Aonides: quòd dulce sibi sacrisque camœnis
Hospitium dederis, tutasque dicaueris aras:
Antraque blandiloquo resonantia murmure Nicri
Pegasides addicta pijs, templumque columnis
Stat sublime suis pictum, quod in vrbe locaras
Ipse Neapoleâ, solidoque è marmore in ipso
Extructum templo condens tua membra sepulcrum.
Singula diuerso radiabant texta colore.
Sed nec Elisa prior, nec nupta secunda Beatrix,
Qui patrios fasces successor natus haberet,
Progenuit.

RVPERTVS ADOLPHVS.

Patruique suus quæ cessit Adolphus
Sceptra puer, recipit reuoluta Rupertus Adolphus,
Ingenti tutus clypeo & præstantibus armis.
Ostendit telis Amberga inserta sepulcrum.
Huic coniux Siculis oris aduecta Beatrix,
Fœta tulit natum, patrioque à nomine dixit.

RVPERTVS Imp.

QVi regnis lætus patris, atque insignia dextra
Romanæ gestans aquilæ plaudentibus alis,
Pictus erat, totumque tenens fortissimus orbem.
Quem super, æthereis regnis delapsa columna
Pandit ouans alas, & dias suggerit auras.
Nec mora, præsenti stimulatus numine Cæsar,
Templum ingens educit humo, quâ Nicer in orâs
Flumine multus agens, inter iuga labitur alta,
Quaque Palatinæ pendent de montibus arces:
Halituique sacro, de cuius numine motus
Hoc tentarat opus, proprium dicat: ossaque condi
Hac moriens, tumulo posito, sua gessit in æde.

LVDOVICVS Barbatus.

HOc genitore satus, genitrice creatus Elisâ,
Noricaquam nuptam iunxerunt arua marito,
Sceptra Palatini populi, septemque virorum
Germani imperij, cepit Ludouicus honorem.
Vidisses mentum multam circumdare barbam:

LVDOVICVS Probus.

HÆredemque Probum, referentem nomine patrem,
Lactea pendentem genetricis colla Britannæ:
Tum sibi Margariden thalamo iunxisse Sabaudam.
Vidisses, matris dum pendet ab vbere gnatus
Spes primæua patris, matris spes sola Philippus,
Cereas vitam genitorem reddere in auras:
Et patruum infantis Fridericum, matre petente,
Atque simul patriæ procerum suadente caterua,
Prendere tutorem fasces, septemque viratum.

FRIDERICVS I.

HIc vir hic æternam famam superantibus armis
Extulit ad cœlum: totus se armauit in illum,
Quàm lato noster se limite porrigit orbis.
Vicini circum cuncti fremuêre Dynastæ:
Non tamen oppressêre virum: cessere repulsi,
Quos furor ardentes malesanus in arma ferebat.
Vix sibi concessas tutor susceperat habenas:
Quum subito inuidiæ Ludouicus pectore vulnus
(Iura Bipontinis vicinus rector in aruis
Qui reddebat) alens, socios in bella legebat.
Hæc Moguntinâ veniens Didericus ab vrbe,
Sacrorum quà præsulerat, princepsque Badensis.
Innumerique alij socijs se in bella ferebant.
Vnus amor cunctos, cunctos furor vnus habebat,
Decretos per fata Duci præcludere honores.
At siue auspicibus Diuis, casuue retractus,
Vel quòd opus certæ virtutis in hoste videret
Moguntinensis: bellis sua signa negauit
Inceptis, pacem socios atque otia poscens
Dulcia: non aliter quàm si sub vepribus anguem
Serpentem compressit humi, dumisque latentem,
Horruit; & subitâ motus formidine, gressus
Correxit, fugitque retrò per colla venenum
Cærula mandantem, & cristam caudamque trahentẽ.
Sed non inuidiæ stimulus sanctissima virtus
Tuta manere potest, odioque agitatur inerti.
Vix igitur visum compostâ pace quietum,
Exagitant armis alij surgentibus hostes:
Impiger Vlricus gelido consurgit ab Istro
Mille Charitinis, electo milite cinctus.
Et totidem Vespos præstantes Marte Badenus
Marchio de patrijs ducebat Carolus oris.
Venit & illius germanus, præsul in vrbe
Qui fuit, ingentem quam tangit dia Mosella,
Quæque tenet Metij Romani à nomine nomen.
Venit & è Nemetum trans Rheni flumina castris
Sacrorum præfet. tunc Martia castra feruti
Ibant milleno stipati milite: signa
Frendentes roseo corata cruore vehebant.
Innumerique duces, Heroum è sanguine claro
Innumeri geniti, Fridericum haud numine fausto
Auspicijsque bonis, de culmine trudere certant.
At Deus audentem & melior Fortuna iuuabant.
Cingit & inclusos hostes, pulsatque, fugatque:
Heroum fuso cingebat sanguine Nicrum:
Atque duces superans victos in vincla petebat.
Nec priùs, æternam quàm promisere quietem
Et syluis aruisque datis, aurique soluto

Pondere

Pondere placarunt, laxauit carcere pressos.
Nec pietate minor, quàm belli laudibus, heros
Ille fuit: non regna sibi retinere clientis
Mens fuit: vltro etiam spolijs ingentibus aucta,
Atque suis dotata bonis, quæ diues habebat
Multa, illum moriens hæredem iußit habere.

PHILIPPVS.

ILle suis celsus regnis, patruique relictis
Dotibus, eximio splendet septemuir honore.
Cuius florentes Boijs de regibus orta
Margaris in thalamos formâ præstante puella
Iuit: & undenis coniux unoque maritum
Donauit natis. Voluit sine litibus ipse
Viuere pacificus. sed sors contraria nato
Facta suo renuit: pietas in bella mouebat.
Occidit, & nato dum successore careret,
Qui dederat Boijs dux iussa Georgius oris:
Ille Palatino generum, genitore Philippo
Progenitum, hæredem testandi iure Rupertum
Instituit moriens. Sed cum pietate carere
Iudicium agnati putat, incusatque supremum,
Qui regni fuerat consors Albertus: ab ipso
Cæsare mandatur, soceri relicta Rupertus
Ne sperare velit. Qui dum sua iura per arma
Vindicat imperij Latij resecatur ab orbe:
Neque suum foueat natum, neue arma ministret,
Præcipitur pœna extremæ sub lege Philippo.
Plus pietas, plus iura bonum mouere parentem
Conscia pugnantis nati quàm Cæsaris ira.
Ergo Palatinas Ister, Pignesius, Hauelus,
Lonaq; vastandas armatos mittit ad arces
Quisq; suos dominos: ingens comitatus ad arma
Illa ruit: latè vastabant arua colonis
Ipsi auro exhausti, multo fessique labore.
Iamque sub exhaustis superato fine laboris,
Grandæuus moriens Ludouico sceptra Philippus
Commendat nato.

LVDOVICVS Pacificus.

Quem pax iucunda coronat:
Atque facit superis gratum, studioque quietis
Communis meritam laudem volitare per orbem.
Olli nupta fuit de Boijs nata Sibylla.
Sed quia non proles fuit illi nata virilis:
Fraternas hæres cepit Fridericus habenas.

FRIDERICVS II.

QVo belli & dulcis, Germania tempore pacis
Vsa fuit confisa viro virtutis in ipso
Signa ducis facie celsa manifesta micabant.
Mittitur Imperij lectus legatus ad oras
Hesperidum: nostros tibi, Carole Quinte, potenti
Decretos fasces, & totius orbis habenas
Significans. Idemque Getas fit ductor in hostes,
Qui tunc Pannonicas late irrupere per oras.
Effectum textura docet. depicta Vienna
Regia Germani sedet inuicta monarchæ,
Et Machometiadas contra, fortissima rupes
Christicolûm, turris mittens stat celsa sub auras:
Milite quam denso ringens frendensque coronat
Turba frequens, aditumque parat, fossosq; laborans
Certatim complere, instant rescindere vallum
Vrbis & admotis scalis ascendere muros,
Imaque cuniculis fundamina soluere tentant.
Omne genus figunt telorum, densaque cælum
Turba sagittarum obducit; cæloque relapsa,
Haud secus ac densus commistâ grandine ab auris
Deruit æthereis nimbus, super vrbe videtur.
Ferratosque globos ex longis ænea cannis
Eiaculans, lacerantque impulsat machina muros:
Diripiuntque focos, flammamq; ignemq; ministrant.
Quemque tenet labor, & stimulat præsentia regis,
Nec minus obsessis animi est contendere contrà
Marte videre datur, ferroque repellere vallis
Audaces Turcas, durisque retrudere contis,
Pulsi alij scalis pendent, pedibusque salutem
Transuersis iterum, quærunt, iterumque relapsis:
Procumbunt alij circumq; rotantur in aurã,
Duraque colliso conspergunt saxa cerebro.
Vasta etiam valido deuoluunt pondere saxa,
Atque globos contra muris iaculantur ab altis,
Et latè infringunt Geticas minuuntque phalanges:
Excelsas resilit candens scintilla per auras,
Collucent flammæ rutilis micat ignibus æther:
Disponitque viros præsens, vrgetq; Philippus,
Henrici eximius celsi germanus Othonis.
Partibus ex æquis pugnatur fortiter armis,
Et dubius currit partes Mars inter vtrasque.
Donec collucens armis Fridericus, & alto
Celsus equo, denso sub nubila puluere nubem
Excitat, innumero stipatus milite ductor.
Ilicet extemplò trepidi obsidione relaxant
Vrbem hostes profugi, Thanain, Scythiamque requirunt
Pulsi vltrò, & multo sternentes funere campos.
Dorothea huic alto celsi de sanguine regis
Danorum, vasto qui septus ab æquore genti
Iura dat arctoæ, veniens attexta sedebat
Coniux: sed thalami sunt pignora nulla iugalis.

OTHO HENRICVS.

SCeptra, Ruperte, tuo moriens Fridericus Othoni
Henrico patruus, fasces septemque viratus
Designat nato: mores qui vidit, & vrbes
Innumeras: sed & hic vitam sine prole requit.

FRIDERICVS III.

AGnatas apprendit opes Simereius heros,
Adiunctosq; capit sceptris Fridericus honores,
Cæsaris ex atauâ prognatus stirpe Ruperti.
Olli abauus Stephanus, proauus Fridericus, & inde
Ianus auus, Ianus genitor stant ordine iuncti.
Tum quoque pignesi quam Marchio misit ab vndis
Astat nupta duci, bis quinis dotat & vno
Illa virum natis. Sed te Friderice potentes

Et probitas, & prisca fides, & conscia virtus,
Pegasidesque Deæ, cæli ad conuexa vehebant
Certatim, studioq; pari: quin manibus vltrò
Exequias & iusta tuis, post busta quotannis
Merentes soluunt: quaque Heidelberga sepulcro
Marmoreo condit, placidâ requiescere pace
Ossa, piæ iuncti voci sine fine precantur.

LVDOVICVS.

Pacificâ patrias dextrâ Ludouicus habenas
Accipit & multo rutilans Septemvir honore
Floret, & ad cælum se dignis laudibus effert,
Altior humanis vitijs, ad nubila famam
Cæca, felici mittit rumore secundam.
Ille hominum melior cætus præconia, & amplum,
Quos fouet ipse parant nomen laudesque Poetæ:
Elysios tribuunt campos, & Gnosia fila,
Per quæ fata queat mortis superare, ministrant.
Sequana germanum rapidis submersit in vndis
Hermannum palmis frustrà sua fata fugantem.
Christophorus miserâ Belgarum à gente parantem
Hostiles multâ virente repellere vires,
Hostibus elapsus, quos nescio venit in hostes.
Miles at egregius frater Casimirus in armis
Irradiat rutilus vibratque hastilia palmis.



NICOLAI REVSNERI
I. C.
AVLAEVM PRINCIPVM PALATINORVM ET
Boianorum.

Prisca quis ignorat Boiorum stemmata regum,
Magnanimi quondam qui stirpe Tuisconis orti,
Præstantes animis reges, & fortibus ausis,
Fortia ducentes inuicto prælia Marte,
Sub iuga miserunt vrbes, populosque feroces:
Fundantesque rudi mores, & mania genti,
Imperium terris æquarunt, nomen Olympo.
Gens vetus illa quidem, & totum celebrata per orbem,
Diues opum, belloque potens, & clara triumphis,
Indigena, haud aliaducens primordia gente,
Sed gremio producta suo, cæloque paterno:
Quam prior Alcides Alemannus, & alter ab illo
Boius (auditis si quicquam credimus) olim
Fundauit, patrio qui dictos nomine campos
Cum populis, Boios à se cognomine dixit.
Sed non prima fuit Boiorum hæc patria: sed quæ
Saltibus Hercinij nemoris latet vndique clausa,
Fertilis vberibus terris: quamque aspicis extrà
Solis ad occasum, fluuiorum maximus Ister:
Vnde loci priscum signat Boiemia nomen,
Quamuis mutatis cultoribus: hic caput oræ
Boius auspicijs statuit felicibus vrbem:
Acuius Boiobinum quoque nomine dicta est.

Tandem extra Hercyniam delati sedibus orum,
Finitimas coluêre plagas: quà labitur intrà
Fæcundus Alemannus aquas, & Noricus Ister:
Quaque vides septem labens Rhedonesse Triones.
Hæ Boijs propriæ sedes: hinc Carolus ortus
Maximus antiquo Boiorum sanguine Cæsar:
Pipinusque pater, famâ super æthera notus:
Hinc auus insignis spolijs Martellus opimus:
Hinc Theodo Magnus, genus à quo principe Boiûm.
Sed quid ego hæc tandem nequicquam antiqua reuoluo?
Quidue moror? factis animus proprioribus instat
Heroum, claro Boiûm qui sanguine creti,
Egregijs totum complerunt laudibus orbem:
Quorum certa domus constat, certique penates.

LVITHOLDVS.

Primus in his Boiæ gentis pater, & nouus auctor,
Francigenâ (vt perhibent) Luitholdus Cæsare
Ferendus ingenio: clypeoq; insigne paternum (cretus,
Aureus, & vasto leo cernuus ore hiatu,
Emicat: Herculea monumentum laudis auitum.
Ille ferox animis, & vinci nescius armis,
Militiam & graue Martis opus tractare ferendo
Gaudet: & agmen agens equitum, peditumq; cæterâ
Indomitis infert Vgris lacrymabile bellum: (nas
Cæsareas acies cognataque castra secutus.
Non hic terga fugæ, sed aperta pectora pugnæ
Præbuit: & læuo magna vi restitit hosti;
Asseruitq; decus patriæ, discrimine longo.
Donec tandem hosti pugnâ congressus iniquâ,
Quà Boijs acres Anasis disterminat Hunnos,
Cum Ducibus magnis, populoque, & milite fesso
Occidit, aduerso (miserabile) saucius ictu:
Reddidit & patriæ fuso consanguine vitam.

ARNVLPHVS I.

Filius hinc capit Arnolphus moderamina rerum
Fortis, & inuictus bello quem instar in Vgros
Fert dolor, & meritas in mulis haud mollibus iras
Excitat, amissi bello iactura parentis,
Communisque salus patriæ: scit Noricus Oenus,
Magnanimus quid tunc Mars principis egerit illic,
Quot que neci dederit, quos victos strage cruenta,
Ense suo fractos calcârit victor acerbos.
Obruta mole sua cum corpora dira iacerent;
Perfusam multo cæsorum sanguine terram
Immaduisse ferunt, & rura natasse cruore.
Non aliter, quàm cum niuibus de monte solutis,
Vere tepent, madet tellus pluuialibus vndis,
Ipse Deo votum sacrat immortale per aras
Victor, & indicit leges, ac fœdera victis
Pacis & æternam rebus belloque quietem.

ARNVLPHVS II.

Nec virtute minor patre filius, arteque belli.
Nominis eiusdem: sed regni viribus impar:
Pro quo magnanimo dum dimicat acriter hosti
Marte ferox, quanquam nec Dijs, nec viribus æquis
Congressus

Congressus (quid non mortalia pectora cogit
Ambitio leuis, & regnandi caeca libido ?)
Inijcit & medium sese moriturus in agmen:
Praecipitis prolapsus equo, telisque cruentis
Confixus, multo vitam cum sanguine fundit.

BERTHOLDVS.

POST hunc conspicuus longè fulgentibus armis,
Spe regni profugus flagrans Berchtoldus auiti,
Hunnorum socia arma rogat: sociosque fideles
Exposcit castris, & foedera mutua iungit.
Non illo meliùs quisquam certamina Martis
Nouit: seu magna faciem componere pugnae,
Aduersisque feras acies committere signis:
Seu posito validè libeat munimine fossae
Metari castra, & tutos ad bella receptus.
Quas Lycus hîc strages vidit? quot vertice mersit
Corpora turbineo iuuenilia decolor amnis?
Sit vbi Neptunus tridentiger ora relaxat
Fluminibus, motusque vias recludit aquarum:
Per sata, perque vias ruit aequoris vnda:
Inuoluitque rapax arbusta, trahitque rotatas
Vorticibus syluas, pecudesque, virosque, domosque:
Nec iam terra magis, sed pars maris vndique longè
Cernitur, & latus subitarum campus aquarum.

BABO.

AT Babo sortè suâ contentus, amansque quietis
Securae, pacis, tenuit solertiùs artes:
Consilio eloquioque potens, iurisque minister,
Caesareum emeruit placidâ virtute fauorem.

OTHO I.

IDem animus studiumque; fuit, quoad vixit, Othoni:
Cuius in ingenio virtutis imago paternae,
Et mentis decor, & studium probitatis & aequi
Emicat, & culta suauis facundia linguae.

OTHO II.

FIlius haud minor his cognominis arte togata
Alter Otho.

OTHO III.

Sed vtroque feris praestantior armis
Tertius, & nulli virtute indignus auorum:
Signa Palaestinis circumfert victor in oris
Fortia Gotfridi regis pia castra secutus:
Mille viros patrijs secum qui ducit ab oris
Feruidus; ingentes populos, opulentaque regnis
Castra sibi iungens: magna comitante virûm vi
Heroum, Guelfo cum principe. namque profectus
Per loca Chariorum, Maesos adit: inde per agros
Bistonios, veterum repetit Byzantia Thracum
Moenia: Graiugenaeque superbâ Caesaris aulâ
Exceptus, petit auxilium, & noua foedera iungit.
Mòxque Propontiacas cum classe profectus ad urbes,
Nomen vbi Ponto, Phryxi soror, induit Helle:
Nicaeas capit, Ascanius quas aluit, arces
Spumifer, & Cydni diuisam flumine Tarsum,
Antiochique domos, & moenia Heraclea:
Quà ferus Alcides canis olim colla trifaucis
Ex Acheronte imo superas eduxit ad auras.
Inde Saracenos Asiae passim expulit ora,
Praefecitque Duces alios: hinc fortia tandem
Occupat infestis Solymorum moenia signis,
Diuitis & Syriae campos, Iudaeaque regna:
Quae multos annos tandem florentia forti
Imperio, & placidâ Solymus Rex pace gubernat.

OTHO IIII.

POST hos Quartus Otho, pietatis idoneus auctor,
Fana sacrat passim superis, & sumtibus auget,
Pacis amans, custos legum optimus.

OTHO V.

Ortus ab illo
Quintus Otho, magni nomen virtutibus aequans,
Caesaris egregius Friderici, signifer, asper
Cladibus, & magnis spectatus saepe periclis:
Caesareas ferro tutatur vindice partes:
Victoresque ostentat equos, qua spumeus vndis
Sollicitis Athesis fertur, sub rupibus arctis.
Nec longum in medio tempus, subito arma retractat
Marte potens, magnoque gerens pro Caesare bellum,
Agmen agens magnum, magnique ipse agminis instar,
Vixdum victrices aquilas augustaque signa
Explicat: & patrios fines transgressus, & Alpes
Insubrium saeuis premit, & circumsonat armis
Moenia, & aequa solo tandem fumantia ponit.
Tunc quoque ferre iugum, & victos parere coëgit
Fallaces Graiûm populos: quà turbidus auro
Abdua, & irriguis vber fluit Ollius vndis:
Colla Rauennatis frenans capitosa tyranni.
At Caesar, meriti tanti non immemor vnquàm,
Pristina Boiorum, proscripto, regna Superbo,
Pro meritis reddit, titulisque illustribus auget.

LVDOVICVS I. Elector Palatinus.

NEc regno indecorem sese, nec laudis auitae
Degenerem primus Ludouicus praebuit annis:
Iustitia dubium, validis ne potentior armis,
Et virtute potens & maiestate verendus,
Auxit opes regni patrij, sortitus honorem,
Caesare dante, nouum: primusque palatia Rheni
Celsa tenens sacri meruit Septemvir haberi
Imperij, cujus gerit orbem vindice dextrâ.
Vnde Palatini Comitis stirps nobilis orta est.

OTHO VI.

SEd neque tunc patrijs contentus filius aruis
Sextus Otho, regni vires & robora magni
Promouet: & iuris cultor studiosus & aequi,
Iustitiâ fundat populos, & legibus urbes:
Prouehit & patriâ sacras tellure Camoenas:
Haud vnquam bello partes sectatus iniquas.

LVDOVICVS SEVERVS.

NEc te carminibus nostris Ludouice tacebo:
Cui nomen finxit grauitas augusta Seueri.

Tu legum, tu iuris amans, placidæq; quietis,
Aurea tranquillæ curasti commoda pacis:
Imperij patrijs adiungens finibus vrbes:
Quas inter Lauinga fuit, clarissima Magno
Alberto, qui sub te principe floruit olim.
Tu longè ante alios reges mitissimus omnes
Placasti fera corda Ducum: ciuilia bella
Consilio, doctaq; promens dulcedine linguæ.
Quæ tua magna fides, & quæ prudentia mentis,
Quæ fuerit culti facundia sensimus oris:
Quum fremeret magno discors Germania motu:
(Scilicet Imperij solio sine rege vacante)
Sola tuis potuit quæ tunc mitescere verbis.
Auspicijs tunc sceptra tuis augusta capescit
Rudolphus, clarus famâ & felicibus armis:
Austriaci genus à quo reges nobile ducunt.
Pro meritis ergo tantis tibi filia magni
Cæsaris in thalamos Mechtildis ducitur vxor.
Læta Deûm pacta, centum complexa nepotes,
Magnanimos omnes reges, regemq; parentes,
Illustresq; Duces qui sanguine nomen in astra
Euexere tuum: quorumq; à stirpe nepotes
Sub pedibus videre suis regna omnia verti.

RVDOLPHVS Elector, & LVDOVICVS IIII. Cæsar.

INde Palatinæ gentis pater ortus, & auctor
Rudolphus, florens opibus, virtute decorus,
Princeps imperij Septemvir: & alter ab illo
Magnanimus Cæsar Ludouicus nomine Quartus,
Flos veterum, virtusq; virûm, laus maxima gentis
Boiariæ, bello fortunatissimus heros:
A quo Boiariæ procerum noua manat origo.
Sic vtrunque genus scindit se sanguine ab vno.

ADOLPHVS Rudolphi F.

FIlius extincto patri succedit Adolphus,
Pacis quàm belli studiosior: isque relinquit
Rupertum, famâ celebrem pietatis, Adolphum.

RVPERTVS ADOLPHVS.

ILle fide magnus, nulli virtute secundus,
Atria munificus Musis augusta beatis
Myrtiferos Nicri celebris sacrauit ad amnes,
Artibus ingenuis quibus emollita iuuentus,
Moribus & vita sanctis, coalesceret; altas
Mox animi dotes magnum sparsura per orbem.
Quin etiam bello felix, ad vimque paratus,
Fortibus imperij vires tutatus in armis,
Æternum mansura dedit monimenta per æuum.
Testis eris Nicer, humentûm generator aquarum:
Testis Rhene pater, Nemetum sub valle patenti
Felices Cerere & Baccho quà perluis agros.

RVPERTVS IVSTINIANVS Imp.

SEd quo te memorem, Cæsar ter maxime, versu
Ruperte ô secli decus admirabile nostri?
Quóue tuas celebrem laudes, & splendida facta
Carmine? tu virtutis amans, & cultor honesti,
Iustitiæ vindex, & religionis amator,
Otia fecisti patrijs gratissima terris.
Et tu doctus eras, & doctas natus ad artes:
Et sacras magnis augebas sumptibus artes:
Templa Deo, doctisque sacrans collegia Musis.
Quid? quod & aduerso virtus tua cognita Marte
Eminet? & famâ totum vulgata per orbem
Gloria purpureis liquidum secat æthera pennis,
Sidere nobilior Veneris Lunaque nitenti.

STEPHANVS Dux Bipontinus & Obrincanus.

HInc Stephanus patria Dux artiplenus, auitas
Auxit opes, Pontis gemini dotalibus aruis:
Aetherio vogesus superat quà vertice nubes
Arduus: & prono celer amne Mosella per imas
(Gens vetus Obrincam vocat, ora nomen adhæsit)
Quærit iter valles, & Rheni conditur alueo:
Armis terra potens, & agris, opibusque, virisque,
Argentique scatens venis fuluique metalli.

LVDOVICVS NIGER.

AT Ludouicus, equûm, domitor, Maruortia proles,
Quem neque vi cuiquam fas est nec sternere fraude,
Cæsarei vindex decoris; comitatus Achille
Teutonico glomerat bello agmina, & instruit armis:
Et primam ante aciem densa inter tela moratur.

ALEXANDER.

PRoximus huic: pietatis amans, pacisque serenæ
Cultor Alexander, Syriæ loca sancta beatæ
Felicesque petit Solymas Iudæaque regna:
Iordanus quà Peneades decliuibus vndis
Palmiferos inter colles, & Pallade fætos
Labitur: hîc ortus. hîc incunabula vidit
Christe tuos, Mariaque crucem sub monte sacratam,
Et fortunati contermina templa sepulcri.

LVDOVICVS.

HInc patri Ludouice subis; qui Marte togâque
Præcipuus, belli socium se Carole præbens
Iunxit opes viresq; tibi. Gallumque ferocem
Traiecti ad vada læta repressit, & exuit armis:
Retulit & magno claros ex hoste triumphos.
Sancta sub hoc pietas Duce, relligioque Deorum
Erexit caput. & priscum affectauit honorem.

VVOLFGANGVS.

MOrte patris tandē, sed adhuc puerilibus annis,
Imperij, summâ virtute, potitur habenis
VVOLFGANGVS: quo non maior pietate, vel ar-
Consilióue fuit: secli prudentia nostri, mis,
Musarum columen, veræ pietatis asylum:
Fortiter asseruit celsæ quam robore mentis
Inuicto: multum ille & vi tentatus & astu
Hostili, sæuisq; dolis: in vtrumque paratus,
Pro cultu superûm, pro religionis honore,
Seu pugnare armis, seu certa occumbere morti.
Quin etiam Comijs duo condidit atria Musis,
Cis Rheni colles, sedemue binominis Istri

Atter.

Æternum famæ monimentum, æuique perennis.
Salue sancte parens Princeps termaxime salue:
Salue iterum atque iterum salue: te gratia cælo,
Pro meritis tantis & pro pietate fideli,
Certa manet: tibi posteritas se deuouet omnis
In laudes operosa tuas, laudesque tuorum.
Tu requiem Musis, patriæ tu commoda magna
Concilias: tu das placidos ediscere mores:
Doctrinæque facis nos virtutique potentes.
Fortunate parens, ergo tua fama manebit
Inclyta, supremum cæli ventura sub axem:
Hinc vatum calamos & marmora longa fatigas.
Quem celebrant Musæ, viuet, dum sidera cælum,
Dum vehit amnis aquas, dum cultus gramina campus.
Nunc ego, (namque super tibi erunt, qui dicere laudes
Sponte suas cupiant, & tristia tendere bella,
Gallia quæ vidit bellax, & Pannonis ora)
Vix humili possum tua carmine facta sonare,
Virtutesque tuas: si quis tamen hæc quoque, si quis
Captus amore leget; te nostræ Diue Camœnæ,
Te vox nostra canet: nec Phœbo gratior ulla est,
Quàm tua quæ celebrat magno pede nomina Musa.

PHILIPPVS LVDOVICVS.

Editus hoc tantè generosus patre Philippus
Flore virens animi Ludovicus sponsus, & æui,
Orbis amor patriæ decus, & spes vnica gentis,
Sub ditione tenet Rhætos, fortesque Nariscos:
Pacatumque regit patrijs virtutibus Istrum.
Sanguinis Hassiaci mater quem nobilis Anna,
Felix prole virûm, sub luminis edidit auras:
Anna pudicarum decus, & laus maxima matrum:
Quam decus egregium formæ, castique pudoris,
Quam proaui reges, & sancta modestia morum
Commendans, pietasque & mens sibi conscia recti;
Fœmina digna illis, quas aurea condidit ætas.

F I N I S.

ELIAE REVSNERI LEORINI

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI,

PARS III.

De Familijs Regum & principum, aliorumque procerum orbis Christiani

STIRPS VVITIKINDEA:

Quæ

ex vetustissimis Saxoniæ Regibus oriunda

Stemmata produxit illustria complura,

I. DVCVM & MARCHIONVM SAXONIAE VETERVM: vnde quinque IMP. Romanorum potentissimi procreati.

II. COMITVM VVETINI: vnde præter Marchiones Lusatiæ & Landsbergæ, nostra ætate originem trahunt PRINCIPES SAXONIAE SEPTEMVIRI, Landgrauij Turingiæ, Marchiones Misniæ.

III. REGVM GALLIAE CAPETORVM, & ab his ortorum DVCVM Burgundiæ, Britanniæ, Borboniæ; COMITVM item Andegauensium, Artesij, Eboracensium, &c. vnde multi procreati REGES SICILIAE, NEAPOLIS, NAVARRAE, VNGARIAE, POLONIAE, &c.

IIII. COMITVM ALTEBVRGIORVM & DELMENHORSTANORVM, ex quibus ortum ducunt ætate nostra REGES DANIAE & NORVEGIAE; DVCES HOLSATIAE, Slesuigæ, & Ditkmarsiæ, &c.

V. MARCHIONVM MONTISFERRATI.

VI. PRINCIPVM ALLOBROGVM SABAVDIAE.

ILLVSTRISSIMIS CELSISSIMISQVE PRINCIPIBVS AC DOMINIS

D. FRID. GVILIELMO ELECTORATVS Sax. Administratori.

D. CHRISTIANO II. ELECT. Sax Hæredi, D. IOAN. GEORGIO, & D. AVGVSTO, D. CHRISTIANI I. Septemv. Sax. F.F.F.

D. IOAN. FRIDERICO II. eiusque Filijs D. IOAN. CASIMIRO, & D. IOAN. ERNESTO.

Item

D. IOANNI, D. IOAN. GVIL. F.

Ducibus Saxoniæ, Landgrauijs Turingiæ, Marchionibus Misniæ, Burggrauijs Magdeburgijs, &c.

DOMINIS CLEMENTISS: D. D. D.

STIRPIS VVITIKINDEAE RADIX.

Hoc est

VVITIKINDI MAGNI GENEALOGIA, A VETVSTISSIMIS SAXONIAE REgibus profluens.

Saxonum Reges.

BODO Rex Saxonum, vir prudens & bellicosus, domi forisque princeps salutaris (à quo diuersorum locorum Reges suam deriuant originem, vt ex ijs, quæ mox subiungemus, aliqua ex parte patebit) claruit circa A. C. 260. In signibus vsus est huiusmodi. In inferiore parte gerebat rubeos in campo albo orbes, quos triplex cythisus superintegebat: in superiore Leonem rutilum aurato vmbone, & colubrum volitantem coloris crocei.

VECHTA siue VVICHTA Rex Saxonum, vixit circa A. C. 300. arces & vrbes condidit plurimas: quas bonis & honestis firmauit legibus. Princeps pacis amantissimus: & erga quosuis facilis & humanus.

VVITTA, qui & VVITICHIVS Rex Saxonum, princeps cùm sapiens, tum bellicosus, floruit circa A. C. 350. Hoc regnante, Saxones gens adhuc barbara, pyraticam exercentes, à Theodosio Imp. magna clade sunt repressi: quos tamen breui pòst virtute sua ita sibi adiunxit: vt illorum opera & ope contra hostes Imperij sæpenumerò feliciter vteretur.

VVITTIGISLVS Dux Angriæ, secundùm patris excessum regiam apud Saxones dignitatem accepit A. C. 400. Gothisque & Rhadagaiso Scythæ, sanguinem Romanum sitienti, optata, haud tamen auspicata tulit auxilia. Sub huius quoque regimine Saxones nouam in Gallias irruptionem facientes: à Clodio Pharamundi F. vnà cum socijs Turingis sunt subacti.

Anglosaxonum Reges in Cantia.

HENGISTVS Dux Saxoniæ, heros animo, corpore & armis magnus: quum magna prudentia Angriam gubernaret: à Vortigerio Britanno, Scotorum & Pictorum armis presso, è Germania euocatus A. C. 449. re benè feliciterque gesta, in præmium nauatæ operæ Regis permissu sedes suas fixit Canthij. Sensim inde maioribus è patria viribus auctus: imperio inhians, nobilitatem Britannicam ex insidijs trucidauit: generum Regem in extremam VValliam relegauit: insulæ imperium occupauit. Nouissimè ab Aur. Ambrosio Britannorum Rege, cruento prælio victus, lanceaque consossus, extremum spiritum edidit A. C. 474. Ab eo Angliæ nomen inditum, quasi dicas Hengistilandiam à vero non est absonum.

HORSA siue HORSTVS Dux Angriæ, fratrem in Britanniam comitatus: cecidit in bellis, quæ Aur. Ambrosius Romanus gessit pro libertate Britannorum contra Saxones. Sepultus in Orientali Cantia, & monumento magnifico honoratus.

ANGILA, Polydoro ROXIENA, fœmina astuta fuit in consortio Vortigerni Regis Britanniæ.

OSCVS siue OTTICVS, Rex Cantiorum alter, secundùm patris interitum publicum obiuit regimen. Eo namque prælio, quo pater perijt, cum fratre vix elapsus. Vterò Britannorum Rege deuicto, eam rursus Britanniæ partem extorsit, quæ Germanico alluitur Oceano. Patronam necem bello vindicaturus, ipse quoque cecidit

HEBVSVS conditor stirpis Regum Northanumbricorum. Vide signum. ✣

HATVGATVS Dux Saxoniæ. Vide signum. *

cecidit A. C. 492. Ab eo posteri in regno Cantiorum Oscingi nuncupati.

Anglosaxonũ Reges in Cantia.

OCTVS siue Occa Cantiorum Rex tertius, vir bellicosissimus: Londinum occupauit: Pictos & Scotos debellauit: cum Britannis vario marte, diuerso euentu, decertauit.

ERMRICVS siue Himericus, Beda Iurminricus, post cædem Arthuri reuersus, Constantino Britannorum Rege expulso, Cantiorum regnum recepit. Obijt Anno C. 569.

ETHELBERTVS quintus ab Hengisto Cantiorum Rex, vir bellicæ rei peritissimus: post partum foris otium, quietis minimè patiens, primus omnium ciuile aduersus nationis suæ regulos gessit bellum: & Cadoualladio Rege Britannorum postremo, exule; regnum suum corroborauit & amplificauit. Primus idem Anglorum, gentili numinum cultu explosio, Christo nomen dedit. Vita decessit A. C. 626. post felicem per annos LVI. rei administrationem. Cantij in æde Apostolorum inhumatus. Vxor BERTHA Franca.

RICOLA sacro fonte lota, cum filio SABERTO templa à superstitionibus ethnicis passim repurgauit.

EDBALDVS puer admodum in patris demortui locum Rex suffectus: vbi ex ephebis excessit, salutaria parentis oblitus monita, in omnis generis sceleribus se volutauit & exercuit: incestuoso nouercæ connubio se polluens: Christianam fidem abiurans, & ceu pestem execratus. Post tamen ad saniorem rediens mentem, turpi connubio protinus repudiato aqua lustrali tinctus, Christianum dogma restaurauit, studiosissimeq; per omnem vitam fouit. Obijt A. C. 650. summæ suæ administrationis XXV.

ETHELBERGA consors Edulni Regis Northumbrorum fortissimi: qui post res plurimas bello præclarè gestas, vltimo cum Cadoualladro Britannorum Rege prælio fortiter pugnans cecidit A. C. 633.

ERCOMBERTVS septimus à Cantiorum regni exortu rei summæ administrator: vir cùm pietate in patriam, tum religione erga Deum patri auoq; nequiquam inferior: emenditam ethnicorum deorum superstitionem prorsus extirpauit: & regnum, quod annos XXV. pacatissimè tenuit, bonis legibus exornauit. Mortuus A. C. 676.

EGBERTVS Cantiorum Rex octauus, patrueles suos nefariè occidit: & præter hoc breuitas temporis, quo regnũ obtinuit, nulla re alia memorabili eum insigniuit.

LOTHARIVS octauus ab Hengisto Cantiorũ Rex, à proprijs subditis cæsus.

VITHREDVS cum apud suos inuidiam pressisset industria: & hostes finitimos circumcirca pecunia sibi reconciliasset: magna spe ciuium vndecimo loco Cantiorum regno est admotus. Vir spectatissimus, & pacis amantissimus: religionis cultor sanctissimus: legum optimarum lator fidelissimus.

Anonymus Princeps Cantij.

ETHELBERTVS ab Egberto patruele peremptus.

ETHELBRITTVS itidem ab Egberto patruele trucidatus.

EDRICVS decimus ab Hengisto Cantiorum Regum, ad vindicandam cædem paternam ardens, incidit in domesticum bellum: quo à Cantianis armis petitus, lethaliter sauciatus: vitaque & imperio est exutus, regni vix biennio peracto.

EDBERTVS, ETHELBERTVS, ALRICVS,
Secundùm patris exitum Cantianis felicissimè imperitarunt.

✠

HEBVSVS, Boethio Occa, Hengisti Saxonis Cantiorum Regis F. cum Ottico fratre paternam vindicaturus necem, simili fato perijt A. C. 492.

IDDA siue IDAS Rex Northumbrorum ad Septentrionem: vir acer & Mauortius: quò regio nomine meritò ornatus haberetur, armis fines Imperij à flumine Humbro ad fretum vsque Scoticum propagauit: Lotho Pictorum & Conrano Scotorum Regibus acie superatus. Decessit A. C. 550. regnationis suæ sexto.

VVIFFA siue VFFA conditor stirpis Regum apud Orientales Saxones in Anglia, qui VVissingi dicti sunt.

ADDAS

Anglosaxonũ Reges.

ADDAS parentis in Northumbrorum regno successor, nulla re memorabili nobilitatus, ad posteros id transmisit.

CLAPPAS, THEODVLPHVS FREODVLPHVS, THEODORICVS Reges Northumbrorum ad Septentrionem in Bronicia & Deira cum patre & Ethelrico fratre in totum XXXII. regnarunt annos: cætera ignobiles.

ETHELRICVS septimus in Northumbria Rex, summa rei, vt & cæteri fratres, præfuit ignobilis.

ETHELFREDVS Northumbriæ Rex octauus, partim dominandi cupiditate, partim etiam diuturno odio irritatus, arma in Britannos sumsit: vrbem Legionum oppugnare aggressus; hostes erumpentes insidijs exceptos fudit: Scotos quoque, Britannos suppetias ferentes magna edita strage, fugauit. Ob Eduinum tandem, Allæ Regis Deiræ F. exilio mulctatum (quippe quem propter egregias ipsius virtutes indies magis metuendum, quàm metuentem videbat) à Redoualdo Orientalium Anglorum Rege, cuius ille auxilium implorarat, bello lacessitus: cum magna suorum manu oppetijt A. C. 616. Sex eius memorantur liberi: quorum

OSRICVS genitore cæso, cum fratribus Romam profugiens, Christo ibi nomen dedit. Post Eduini interitum, Northumbrorum regnum cum Eufredo fratre partitus, Deiram obtinuit. A Cadouallone cæsus, filio superstite.

OSVINO Deiræ Rege; qui ab Osuio patruo, regno isti inhianti, cum quo tamen sub principatus sui auspicijs summa vixerat concordia, bello lacessitus; & amici cuiusdam proditione sublatus: totum ipsi regnum reliquit A. C. 651. XIII. Kal. Septembris.

ENFREDVS, cui in diuisione vnà cum fratre Osrico Bernicia obtigit, licet Christianus esset; à vitijs tamen, quorum multis maculis notatissimus fuit, breui eò pertractus est: vt ad vomitum reuersus, Christi religionem repudiarit. Quapropter à Cadouallone Britannorum Rege iusto Dei iudicio peremptus est *anno* A. C. 634.

OSVALDVS Berniciæ Rex, post patris interitum diu apud Scotos exulauit: vbi Christiana religione imbutus, florem iuuentutis in bonis artibus studiosè exercuit. A Cadouallone Britannorum Rege bello petitus, in fugam eum coniecit: fugientemque cum totis fermè ipsius copijs peremit. In Pendam tandem Merciorum Regem profectus: barbarorum insidijs vndiquaque circumuentus: inter impios fortiter prælians occubuit Non. Sextil. A. C. 643. ætatis suæ XXIIX. regni nono.

OSVIVS cum Osuino fratruele regnum partitus, Berniciam retinuit: cui deinceps illo è medio sublato, Deiram quoque coniunxit. Vir ferox ab initio & Mauortius: quippe qui Pendam Merciorum Regem primo impetu fugauit: & fratuelem proditoriè iugulauit: sed qui extremè ad saniorem conuersus mentem, Deum religiosissimè cœpit colere: veniam delictorum, imprimis verò parricidij, multis lacrymis obtestari: de cunctis denique benè mereri. Præter cætera autem pietatis opera hoc non postremum est: quòd Mercijs in deditionem acceptis causaque faxque fuit; vt deposita animorum feritate, religionem Christianam susceperat. Obijt A. C. 670. ætatis LIIX. XV. Kal. Martij: ex EVFREDA Edouini F. quinque susceptis liberis: quorum

EGFREDVS hæres regni & virtutis paternæ, se per omnia bonum Reip. publicæ salutarem præstitit principem. Extremo tamen vitæ suæ actu, bello implicitus: cum Mertijs non solùm malè pugnauit: sed & à Brudeo Pictorum Rege in acie cæsus est quadragenarius A. C. 685. regni sui XV. Vxor eius ETELFREDA Annæ Orientalium Anglorum F. post mariti fata apud Coldingenses monacham egit.

ALVINVS.

OSITHA.

ETELFREDA.

ALVCHEFREDA nupsit Pedæ Merciorum Regi.

ALFREDVS verò nothus, regnante fratre exul, literis strenuam operam nauans,

nans, doctißimus euasit. Adeptus ergo regnum, hostium iniurijs laceratum & deuastatum: bonis artibus id instaurauit: & contentus finibus, quos à fratris interitu à Pictis recuperare absque certamine poterat; paci ac honesto otio pariter studuit ab exterisq; armis, per vndeuiginti illos annos, quibus summæ rei præfuit, quieuit. Obijt A. C. 704.

Saxonum Reges.

OFFA post patris cædem vnà cum cæteris fratribus Romam elapsus, Christianum istic dogma suscepit.

EBBA Abbatissa Coldingensis.

HATVGASTVS siue HATVIGATTVS Hengisti Cantionum Regis F. Dux Saxonum in bello Turingico A. C. 524. decessit multo senio. Quidam falsò fortasse filium eum faciunt Odoacri siue Haduakeri Heruli, qui ante ipsum res Saxonicas moderatus est A. C. 480. sub Childerico Francorum Rege. Hic autem ille est, qui Normannorum & Cenomannorum littora armis infestauit: Andeganum occupauit: Alemannos subiugauit: cum maximis inde copijs Italiam ingressus, Augustulo deuicto inque exilium eiecto, suæ eam potestati subiecit: seque Italiæ Regem primus nominauit: qui ad extremum à Theodorico Osteogothorum Rege per triennium oppugnatus; septimo post pacis pactionem die Rauennæ in Palatio immissis sicarijs est occisus III. Non. Martij A. C. 493.

A Sigbardo ba..eno omnes radicem stirpis VVitikindea deduxerunt.

CHILDERICVS siue HVLDERICVS Dux Saxonum, interfectus ab Arthuro Britannorum Rege circa A. C. 540.

BODICO Duce Saxonum regnante, Saxonum magna manus, duce Theodoberto Austrasio, Burgundiæ & Mediomatricum Rege in Italiam profecta est Anno Christi 548. vnde post annum XXIV. quum Longobardorum iniurias ferre nequirent, cum Danis & Turingis ad patrios remearunt lares.

BERTHOLDVS Rex Saxonum, Bello Francico contra Dagobertum, quo Regis filium sauciarat, fortiter pugnans occubuit A. C. 633.

SIGISMVNDVS Dux Angriuariorum in VVestphalia, In regno militari patris successor Anno Christi 633. Henetos Turingiam infestantes, internecione deleuit: aduersus Francos popularium suorum libertatem fortissimè defendit: post multa tandem aduersus Dagobertum Regem feliciter gesta prælia, In frequentibus in regni Francici prouincias velitationibus victus castrisque exutus. Obijt Anno Christi 691. regiminis sui LIIX. octogenarius. Vxor IVLANDA Gosuini Obotritorum Regis F.

THEODORICVS seu DIETERICVS, Dux Angriuariæ: paternis insistens vestigijs, similiter cum regia dignitate Saxonibus in bellis contra Francos, eorumque ducem Carolum Martellum præfuit: dissimili tamen fortuna, multis siquidem maximisque ab illo cladibus est affectus. Obijt mœrore post vltimam acceptam cladem ad Lippiam fluuium Anno Christi 740. Vxor DOBRA siue DOBROGERA Billungi Regis Obetritorum F.

SIGEVALDVS siue Siboldus, Dynasta, Engeranus, fratrem morte præuenit *ænus.*

EDELHARDVS Angriæ, Osnaburgæ & Iburgi Dux, Rex Saxonũ: post plurima & grauißima regno Francico illata damna: ad extre-

VVERNERINVS Dynasta Angariæ, Princeps Rugiæ &

BERTHOLDVS Dynasta Angriæ, pertinaci semper studio Christianæ religionis

HILTEGARDIS vxor Hermanni Comitis Ascaniæ & Ballensteti.

Saxonum Reges.

mum à Pipino in prælio vulneratus, triduo pòst expirauit A. C. 757. Vxor HEILA vxor Ratbodi Regis Frisiorum.

ALBION *Dynasta Engeranus, aduersus Carolum Magnum aliquot annis feliciter belligerauit. Sacris tandem lustratus undis: abs eo Palatinus Saxoniæ & Dynasta Nortalbingorum est constitutus A. C. 785.*

HERMANNVS Dynasta Angriæ, in prælio ad Bucholzium à Carolo Magno cæsus A. C. 779.

Iburgi: heros fuit pacificus: ad reglum nomen non aspirauit: & à bellis omninò abstinuit. Vita excessit A.C. 468. Vxor CVNHYLDA seu Gundelindis, Princeps Rugiæ.

aduersatus: à Carolo Magno ad Bucholzium victus, & ne noua in patriam mala attraheret, à suis est trucidatus A. C. 779. ætatis suæ XXCIV.

DIETERICVS *à Carolomanno captus, & in Galliam obses abductus Anno C. 744. quum liber dimissus, in fide data non persisteret: denuò captus, carceriq; perpetuo est mancipatus.*

ASSVINVS Dux Visurganus à Carolo Magno cõstitutus A. C. 775.

VVITIKINDVS Magnus Rex Saxonum, Dux Angariæ, Princeps Rugiæ & Dynasta Iburgi: conditor nobilissimæ huius stirpis.

BRVNO Angriuariorum Regulus, quos intèr Amisiam & Visurgim fluuios Tacitus locat: exemplum Orientalium Saxonum secutus Carolo magno se dedens; lauacro cælesti se lustrandum præbuit A. C. 775. Ab hoc Duces Saxoniæ, proauos Othonum Impp. falsò deriuant Spalatinus, Lazius, Crusius, & alij nonnulli. Rectiùs fortasse & melius hinc deducit Petrus Albinus Historicus Septemuiralis Saxoniæ diligentissimus GVELPHORVM familiam, Comites Altorfenses & Rauensburgenses. Iuxta illius ergò sententiam *vxor BRVNONIS est SVSANNA F. Guelphi Dynastæ Altorfensis, neptis Isenbardi, duodena prole nobilitati.*

Guelphorũ stemma.

HASALA vxor Aribonis IV. Dynastæ Ascanij & Ballenstedij.

ETICHO matris hæreditatem, defunctus absque prole auunculi adeptus: & factus Comes Altorfius & Rauensburgius in Alemannia: præ nimio libertatis studio feuda sibi nulla conferri est passus. Senex tandem multorum annorum, ad Amergauiam in solitudine cœnobio constructo, cum duodecim monachis eò concessit: reliquum vitæ istic exigens. Vxor IVDITHA Anglosaxonum Regina.

Duces inferioris Boiariæ.

HENRICVS Comes Altorffensis & Rauensbergensis, Dux Boiariæ inferioris primus. Hic à Ludouico Francorum & Boiorum Rege, quicquid in inferiore Boiaria aureo vehiculo à prima luce ad meridiem ambiret, sibi concedi per ludem poposcerat. Ludouico postulatis annuente, conscensis bigis celerrimis, aureum vehiculum in gremio asseruans, (vnde cognomen ipsi adhæsit) circuit eam terræ partem, quæ à Lyco amne ad Ambronem, & à Gelone ad alpes Peninos se extendit: quam ipsi Ludouicus quoque, sophismate isto delectatus, ut feudum concessit ac tradidit circa A. C. 860. Vxor ORINA Ducissa Flandriæ.

BARDO in bello, quod contra Danos siue Normannos Saxones gessere, cum alijs plurimis proceribus apud Ebecksdorff ab hoste fugatus, & aquis submersus A. C. 880.

LVIDGARDIS vxor Ludouici II. Regis Boiorum.

HENRICVS II. Dux inferioris Bauariæ, Comes Altorffius & Rauensbergius: cum vxore BEATA siue Hatta Comitissa Bogensi, è familia Hohewartensi, Altorfi est inhumatus. Ossa postmodum inde in montem S. Martini translata.

S. CONRADVS Episcopus Constantiensis ad lacum Bodmicum, post mortem Notingi, à quo fuerat educatus: princeps eruditione & pietate insignis: Constantiæ ædem D. Ioannis, Paræciam B. Pauli. & Xenodochium pro peregrinis & pauperibus magnificè construxit. Obijt plenus dierum IV. Kal. Decembris A. C. 976. Constantiæ sepul-

RVDOLPHVS Dux inferioris Bauariæ, Comes Altorfius, Rauensbergius, & Amergauiensis: obijt Anno C. 940.

ETHICO auctor nobilitatis Rhetiæ Curiensis & Rapolsuilensis. Vxor LVCARDA Regina Vngariæ.

tus sub

tus sub dio prope facellum B. Mauricij quemadmodū testamento cauit.

Vxor SEBVRGIS Ducissa Sueuia.

IVTHA siue LVDGARDA vxor Arnolphi Imp.

Duces inferioris Bauaria.

CONRADVS occubuit in prælio A. C. 944.

ETHICO Præsul Augustanus, obijt A. C. 988. quum ecclesiam quinquennio rexisset cum semestri.

OTHO siue VDO Comes Bauariæ inferioris perijt in bello. Vxor ISENTRVDIS Comes Lucemburgica.

GVELPHVS I. eius nominis, qui Boiariam inferiorem Ducis titulo tenuere; Comes Altorffius, Rauensbergius, & Amergauiensis. Vxor MIZZA Saliqua de Gleizberg, cænobium Altenmunster ampliauit: vbi & post mortem, quæ ipsi accidit A. C. 980. sepulta est.

GERBVRGA vxor Arnulphi Mali, Ducis Bauariæ.

RVDOLPHVS II. Dux Bauariæ inferioris, Comes Altorffensis & Rauensbergensis. Vxor ITHA F. Conradi Comitis Oeningensis ad lacum Brigantinum, nepos Othonis I. Imp. ex filia Richolita: in Altonis monasterio iuxta socrum sepulta.

GVELPHVS II. Dux Boiariæ inferioris, Comes Altorffius & Rauensbergius: matre adnitente, Altonis monasterium, ab Vgris excisum, instaurauit: Vestales in cænobio Vinearum eò transtulit; & hinc Altorffum monachos migrare iussit A. C. 1047. Henrico & Conrado Secundis Impp. acerrimè se opposuit: Episcopum Frisingensem & Augustanum rapinis & incendijs grauiter vexauit. Vxor IRMENGARDIS Comitissa Mosellana, germana D. Cunegundæ Imperatricis.

HENRICVS in venatione damarum ab apro percussus Loënijs in Comitatu Tyrolensi, haud procul Athesi.

BERTHOLDVS iuxta Reineccij & Enzelini sententiam, condidit stirpem Columnianam.

RICHILDIS vxor Adalberonis Comitis Eberspergij, obijt pridie Id. Iunij A. C. 1045. diebus LXXVII. post mariti fata.

CVNEGVNDA vxor Friderici Comitis Sindeburgij ad Ambronem: marito in Palæstina defuncto, Diſſæ condidit cœnobium: in quo sepulta cernitur A. C. 1085.

GVELPHVS III. Dux Boiariæ inferioris, Carinthiæ & Norici, Comes Altorfensis & Rauenspurgius: princeps virtute & fide præstantissimus. Monasterium Altorfi demolitus; in montem, quo in loco prius arx erat, transtulit: ac D. Martino consecratum, Vineas siue VVeingartum nominauit. Obijt ante matrem absque liberis A. C. 1055. Tumulatus VVeingarti.

CHVNIZA vel CVNEGVNDIS in matrimonium data Azoni Marchioni Estensi, Duci Ferrariæ.

GVELPHVS IV. cognomento Fortis siue Robustus, Princeps Sardiniæ, Carinthiæ, Boiariæ, &c. conditor Stemmatis DVCVM BRVNSVIGIORVM & LVNAEBVRGIORVM in Saxonia.

PETRI ALBINI NIVEMONTII

AVLAEVM REGVM ET DVCVM SAXONIAE.

IVTHO Dux Saxoniæ A. M. 2720.

Corporis atque animi rara virtute decorus,
Primus adest Iutho, cristata casside pennas
Iutho gerens, hastamq́ manu, tum Saxona saca
Dependet femore, à qua gens habet inclyta nomen.
Hic Daciam inuasit truculento à Suecone pressam:
Sed iuncta vires externum fortiter hostem
Repressere. Suis cari de nomine dicta est
Inthia, quam seclo tenuerunt Saxones illo.

HERRICVS Rex Saxoniæ circa A. M. 2920.

Alter in aurati spectandus fyrmate limbi,
Saxonicaq́ caput rutâ deuinctus honestum,
Texitur Herricus: clypeoque insigne paternum
(Aspice) puniceì niueo in subtegmine cycli,
Trina quibus folia incumbunt fluuiatilis herbæ,
A Nymphâ quæ nomen habet: Sunt credita vulgò
Corda, vel aureola fluuantia cornua Lunæ:
Vera sed antiqui generis pictura reclamat.
Tum veteris regni adijciunt monimenta Napeæ:
Auratumque, Henetis gestatum exinde, Draconem,
Cæruleæque Aquilæ partem, rubeumq́ Leonem.
Hunc residentem inter cyathos mollesque puellas,
Dum te Signa sui iungit Phinnonia tædis,
Quæ fueras promissa Gramo, nil cale timentem
Transfodit, heu miserum, crudeli incognitus hasta
Hospes, & intactam secum trahit æquore sponsam.
Gratantur reduci medijs Delphines in vndis,
Qui clari argento verrebant æquora caudis.
Sed fraudis cadisque nefandæ conscius, æther
Fulget, & incursu reboant in littore phocæ.
Nec mora longa fuit, frendens Noruagus & acer
Saxo ruunt, sternuntq́ Gramum terrâ ore petentem.

SIGFRIDVS Dux sub A. M. 2960.

Additur huic durâ vexatus clade Tyranni
Siffridus; digitisq́ extensis iurat ad Albim,
Haddingum contra regem se bella daturum.
Cernere erat torua Tostonem fronte minantem,
Ni faciat. Sigfrido apicatum more Getarum
Tegmen erat, tum cana viro prolixaq́ barba.

SIGRICVS Sigfridi F. Rex sub A. M. 3130.

Inde Syrice tuum pullo in velamine natum
(Grammatico modò danda fides) deflere videris,
Quem veteres Stadij ad muros superauerat Helgo.
Ille quidem redijt spolijs ornatus opimis:
Et tulit Hundingi mactator nomina. pulset
Iutia tum totis aspexit Saxonas vndis.

GELTHERVS Rex sub A. M. 3300.

Pulcra paludatum inugebant flamina Regem
Præcinctum gladio dextra, clypeoq́ sinistra:
Cui barba est mento breuis, at dependet vtrinq́
Longa genis. Heu quid repetam contraria votis
Fata tuis? Sic sæpe premit sors inuida fortes.
Nympharum quoque (vt ingenij nil deesset) ab arte
Mœsta tua effigies precioso intexitur ostro.
Teq́ simul pingunt hærere cacumine mali,
Puniceo & veniam petere & pia fœdera scuto.
Bis valida Geldere manu petis acer Hotbernum:
Bis cadis: & tandem regis est tibi nautica pinus.

Anonymi duo, Rex & Dux sub Vffone & Dane III. Danorum Regibus.

Post hunc conspicias binos sine nomine Reges.
Natus erat, seuij columen, regnique prioris:
Cui simul & vitam & regnum pugil eripit Vffo.
Alter ab indomito peteret quum Dane tributa,
Bella tulit: patriamque inuoluit retibus ijsdem,
Queis capere ingentes sperabat retibus vrbes.

ARTHARVS siue ARATHIVS Rex ante N. C. annis 90.

Succedit grauis Artharus; cui barba supremo
Hispidatur ore riget, manus est armata securi.
En Borbisda manus supplex ad sidera tendit,
Heroisq́ fidem implorat: nihilo ille mouetur
Secius, at sicdura silex illiditur vndis,
Aut validum quercus ventum contemnit & imbrem.

ANSONARICHVS Dux A. M. 3900.

Ansonaricus equo fidens, & acy ace curuo
Cinctus, Amazoniamq́ gerens in corpore peltam,
In vacuas populis Belgarum strenuus oras,
Inuebitur magna iuuenum comitante caterua.
Dux aditu prohibet Leo, sed primo occidit ictu:
Gotfridus bellum renouat pro fratre: sed vltra
Fata nequit prodire: Valentia prodidit hosti
Ductorem, validis quem stringit Saxo catenis,
Et terræ imposuit diuturna tributa subactæ.

ERNESTVS Rex sub Iulio Cæs. circa A. M. 3906.

Ernistus capit inde locum, clarissima belli
Gloria. Sed Sueuum mihi cur pro Saxone ponunt?
Inquis? Hamadryadum forsan legisse putandum est
Francorum in doctis, quibus insunt gesta, libellis,
Saxonidum hunc fortes egisse in prælia gentes.

SVERTINGVS & HANFVS Duces, sub Frothone III. R. Danico.

Bina dein procerum pingnntur corpora tela,

Svertingus

Suertingus Danis cum fratre rebellis Hanefo,
Nulla dabant precia, à fidis qua dantur alumnis,
(Sit penes auctores fidei modus) ilicet acti
Sunt bella, vt colerent belli sacra iura, Frothonis.
Sub Duce Suertingo, pugil addita Hama, secutus
Bella, viri & fortis laudabile nomen adeptus.
Hic dubio quum Marte diu cum Saxone Danus
Pugnasset: patria pro libertate duellum
Starkatherǒ tibi indicit: primoque labori
Aspirat fortuna: manu nam cominus hostem
Sternit humi. At surgens (subitò confusa pudore
Mens furit & stimulat) gladium vibrauit: & vno
Verbere, Saxo, caput tibi Danicus abstulit ensis.
Ampla tulit nomē latebrosum vrbs cōdita ad Albim.

SIVARVS vel SIFRIDVS Angriæ Dominus, sub Haldane III. Danorum Rege.

Nec te prætereunt nendo, Siuarde, Napaæ:
Qui Guritha tædis regnandi spéque potitus;
Haldani manibus, malefida & crimine sponsa
Occumbis, dum festa parat tibi pronubus Hymen.

IVLIVS Angrius.

Alter & Angarica formatur stirpis, Iulus:
Sed famam inuoluit tenebris cariosa vetustas.

HERMANNVS Dux Cheruscorum Saxonum, &c. sub Augusto.

Iungitur Harminius Romani nominis, horror
Ciuis Roma tuus, iurisque ornatus equestris
Laude, manu fortis, generoso nobilis ortu,
Ingenio promtus, plus quàm det patrius æther.
Nec minùs Harminius numero hoc censebitur aptè:
Namque sub illius comprensi Saxones olim
Imperio, Ausonios fuderunt fortiter hostes.
Hic cataphractus equo turmis fugientibus instat:
Totus & auratis effulgens emicat armis,
Qualis ab Eoo surgit quum limite Titan.
Et nunc Quintilij securas cæde cohortes
Multat ad Amisia ripas, Lupiæque fluentem,
Ingentemq́; facit conuersa per agmina stragem:
Haud secus, ac patulo lupus olim immissus ouili
Ploratos multis matrum balatibus agnos
Hinc rapit, inde rapit: qualisúe per arida taurus
Horrea triturans flauas conculcat aristas.
Pallida per campos letho data corpora passim
Circumfusa iacent, riuisque cruore rubescunt.
Nunc Asprenato solita virtute resistit:
Et tua victor agit, Germanice, castra secutos.
Angrique, Cattiq́;, sagittiferique Cherusci,
Langbardiq́; truces, & flauo crine Senones,
Turpiter Æneadas dare terga fugacia cogunt.

VVITEKINDVS REX sub Traiano & seqq. Impp.

Non procul hinc VVitekindus ouans intexitur auro:
Qui gentis Franca auspicijs & Tyrigetarum
Iuncta ope: Gothorum viginti millia delet:
Istula cæruleus tumidarum rector aquarum
Quà fluit. Effuso nigrescunt sanguine fluctus:
Rura cadaueribus telisq́; adoperta teguntur.
Rege sub hoc freti Hectoridum auxiliaribus armis
Marchica Saxonici complerunt arua coloni:
Præsidium bis terris, contra agmina gentis Eoæ,
Teutoniam vt densa quæ sunt insula cicadæ.
Rege sub hoc Italis virtus inclaruit oris
Saxonidum: non quòd non nomen id antè fuisset:
Sed nondum Latijs docti scripsere libellis:
Cymbrorum quando forsan plus fama valeret:
Quorum Holsatica tunc coluerunt Saxones arua.

MARBODVS Rex circa A. C. 256.

Pingitur egregijs etiam Marbodus in armis,
Prælongas fulgente gerens in casside pennas,
Et qualem gessit clypeum Telamonius Aiax,
Attollens altè læua, dextraq́; bipennem.

LVTHARIVS Marbodi F. Dux A. C 265. sub Valeriano.

Additur armipotens iuuenis Lutharius, acri
Vectus equo. Comitem Anthario pater addidit illum;
Quum Francus Saxoque Latina exercuit arma,
Crine ferox floret quà Gallia flaua repexo,
Et vasto alluitur pugnax Hispania ponto.
Romana hoc bello perijt pulcerrima quondam
Tarraco, Scipiadum vrbs, præstanti nota Lyæo.
Francus claustra manu referat, portasque refringit:
Inijcit infandum sed Saxo penatibus ignem.
Continuò ingentem lato dedit ore fenestram
Murus, & apparent procerum penetralia, tectis
It fragor, & crescit fera flamma furentibus Austris;
Donec in exiguas soluuntur cuncta fauillas.
Omnia quæ pulcrè retulit textura Dearum.

BODO primus Rex ex maioribus Christiani Saxoniæ Electoris.

Emicat in tela gemmante Bodonis imago.
Hic Rex consilijs ingens, ingentior armis:
Patria regna domi beat, & foris ampliat illa.
Quin etiam felix suscepta prole tot amplis
Linquit heros regnis. Quosdam sine nomine circum
Stare patrem videas, & multis regibus ortum
Diuersis præbere locis: venerabilis ille est
Testis Beda, suis multos qui vidit ocellis.
Salue magne parens Regum: tuque Angila salue
Terra ducum patria, immutas qua hoc tempore nomen
Angria, at antiquos cineres atque ossa reseruas.
Parma gerit rubeos albentis in æquore campi
Orbiculos: quos alba triplex superintegis herba
Candentis cythisi: rutilumq́; vmbone Leonem
Aurato, & crocei fert lurida terga colubri;
Aere qui volitat roseo, & vomit ore fauillas,
Tunc & Aremonicus pirtam Saxona tractus
Cernebat: cui pelle solum sulcare Britannum
Ludus, & assuto glaucum mare findere lembo.

VECHTA seu VVICHTA Rex alter circa A. C. 300.

Vecta patrem sequitur: de cuius nomine castrum,
Amnis, & vrbs superest. Namque hic tranquillus amauit
Otia: & ex agris collegit in oppida turbas:
Et fora iudicijs ornauit, & ampla beata
Munera pacis amans, leges sanciuit honestas:
Cultus vt inde suis & amabilis omnibus esset.
Blanda viro facies, arridens omnibus aequè,
Sidonia mitra & ramus insignis oliuae.

VVITTA Rex tertius circa A. C. 350.

VVitta subit, certis cui dat sapientia nomen
Omnibus. Galeae suprema in parte corona est,
Aeclidibusque, sparuq́, & acutis cincta sagittis,
Agmina magnanimos secum trahit asper in hostes.
Iamque Valentini deducens nomine nomen
Caesar, it in cupidas geuei oso in pectore classes.
Candida pandentes concurrunt vela carinae;
Tela volant, aequo certamine praelia fiunt;
Rostraq́ sanguineas collisa natare per vndas,
Fractaq́ transtra omnem videas obnubere pontum.
Denique Caesareas laetis victoria pennis
Est comitata rates, & prospera sortis imago.
Nempe sub hoc nondum veterē gens Saxona morem
Deposuit, bellum pelago exercere profundo
Gnara: repercussum rostris stridentibus aequor
Fluctuat, & salsas dispergit ad aethera lymphas.
Haud impunè illis quisquam sese obtulit olim,
Siue errore viae, seu tempestatibus actus.
Hae populis artes, vbi nullius arma Tyranni
Saeua lacessebant. Quare & Theodosius acer
Pingitur Ausoniam contra illos ducere classem:
Qui tamen, vt cupidos praeda virtute repressit,
Virtute adiungit sibi, & his feliciter vsus
Imperij, externis contundit viribus hostem:
Qui terras hominum spolians flore Britannas
Maximus, & Siculis à Caesare victus in oris,
Quâ vetus vrbs ab aquis conseruat prisca legendis
Nomina, cum multo profudit sanguine vitam.
Nec tamen omne fretum Saxo pirata reliquit.
Roma tibi grates fortissime dicit Honorî:
Caesareis aquilis domito quòd Saxone Tethis
Mitior, & fracto secura Britannia Picto.

VVITTIGISLVS, alijs VVITKINDVS, Rex quartus, circa A. C. 400.

Nec non VVitigislum Gothis optata ferentem
Auxilia addiderant. Daca, Sarmata, Vandalus, Hunnus,
Getulus, Garamas, Alemanus, Saxo, Galaulas
Clara sequebantur Radhagasti signa volentes.
Iam noua Saxonidum peregrinis gloria terris
Notior esse alijs, & laus vulgatior, oris
Incipit. Aspiceres etiam nanalia rursus
Fulgere rostra mari, & praedam exercere cruentam.
Scilicet opportuna loci ratio, aurea terra,
Saxonidumque animus non vlla sorte quietus,
Mensq́ ferox & habere volens laudabile nomen,
Gallia damna tuos hac deriuauit in agros.

HENGISTVS Dux Saxoniae, Rex Cantiorum in Britannia, coepit A. C. 449. obijt 474.

Post ingentem animis, ingentem corpore & armis,
Hengistum effingunt: albo cui vertice fulua
Caesaries, pulcrique oculi, malaeque rubentes,
Mollia queîs nuper crispabant vellera barbam.
In clypeo effigies pulli monstratur equini,
Ardua qui celeri volitans petit aethera cursu.
Quem nigrum deinceps insertum vmbone rubello,
Non virtutis aui, immemores, gessere nepotes;
Florida quà per prata cano fluit amne Visurgis:
Donec in albentem mutauerat omine fausto
Carolus Ausonij iustissimus arbiter orbis.
Nauibus hic longis Horsa cum fratre subibat
Lata metalliferos quos alluit vnda Britannos:
Missus in imperium magnum famamque perennem.
Nam quantū monumenta patrum testantur; ab vno,
Anglia quos habuit, Regum procerumq́ potentum,
Illius, ordo triplex, se sanguine scindit: ab vno
Saxonis ora domi Reges accepit auitos:
A quibus est Sponsi vetus & praelustris origo.
Caetera cum rebus multa caligine septis
Tectà latent. Horsam perhibens sine prole virili
Extremum clausisse diem sub Marte feroci.
Hunc maestum statuunt, immaturoq́ peremptum
Textrices letho, affectumque coloribus addunt.
Nam dum propugnat pro libertate tenenda
Ambrosius, soboles tua Constantine, Britannum:
Pro fratre & socero illius, se Martius offert
Horsa: sed in medios illapsus senserat hostes,
Vnum omnes telis petere, vnum ad fata vocare:
Saxonibus donec fortuna aduersa resultat.
Hasta volat, iuuenisq́ pij caua tempora transit.
Angla cui soror, & frater regale sepulcrum,
Fertilis Eoas quà Cantia spectat ad oras,
Testem animi luctusq́ sui statuere dolentes.
Tu quoque cum socero tandem popularibus armis
Hengiste opprimeris. Varium & mutabile semper
Vulgus amat sine iudicio, & non tempore longo.
Tollitur & simili fato, dum pugnat, Hebusius,
Octebio cum fratre: necem vt regina suorum
Vlcisci cupiens, fratres instigat, & vrbes
Trux replet insidijs, & aperto praelia campo
Concitat. Heu pereunt fortissima pectora, Vtheri
Perfidia, vulgò caput hunc dixere Draconis.
Octus & ipse, Oscinatorum primus & haeres,
Occidit, haud vsus meliori sorte, sub armis:
Fortunâ postquam variâ pugnarat in hostes.
Hic duce cum Cosa insidijs exceptus, in antrum
Truditur: & denos foedis squaloribus annos
Obsitus, ad bellum rediens modò liber, in ijsdem
Mox haeret pedicis, & praebet colla securi.

Ti

At non excisum est stirpis genus omne prealti.
Viuis adhuc, natumq́ creas Ermrice potentem:
Nataq́ progenuit tibi Ricola pulcra nepotem:
Qui ducti genio meliore, & numinis aura,
Submittunt animos Christo mentesq́ feroces.
Mundari hos faciunt sacrati aspergine fontis
Naiades, & patria contractam ab origine labem
Ponere, ad irriguas Humbri venerabilis vndas.
Parte alia templum educit tibi Christe sub auras
Edelbertus, atrox priùs, ad nunc blandulus agnus:
Et veterum expurgat conuersus templa Sabertus.
Sed non est opera istius, comprendere cunctos
VVitorum, pecorosa tulit quot Cantia, Reges:
Alterius forsan fuerit labor iste diei.
Idda quoque illustrem tibi Northanumbria stirpem
Edidit: & VVissa diuturna propago futura est,
Hîc vbi Saxona gens scripsit sibi nomen ab ortu.
Hos etiam nitidæ non expressêre sorores:
Sed dixere alio se pingere velle tapete.
Intereà pergunt Reges attexere: quorum
Saxonicis fuerat celebrata potentia terris,
Quà pater Albis agros nigris humectat arenis.

ODOACER Dux Saxoniæ A. C. 480. sub Childerico, Meronei Franci F.

Stirps aliena quidem sese inserit ordine iusto,
Teutonica præstans Odoacer gloria terræ.
Hic Normannorum Cenomanorumq́ pererrat
Littora: & Audeganum crudeli milite captum
Occupat. Hildericus successu territus, offert
Fœdera. at hic Herulo, Turingo, & Saxone fretus,
Obsessis exultat agris: hinc Marte superbus
Felici in Sueuis Alemannos perdomat oris.
Quin etiam hastatos cuneos clypeataq́ secum
Ducit in Italiam victricibus agmina signis.
Quumque sibi oppositum primò pepulisset Orestem:
Capta breui spacio Ticini dat mœnia prædæ.
Hic tantum Ausonij profusum sanguinis vno
Esse loco perhibent, quàntum haud pluribus annis,
Ex quo desierat florere potentia Romæ.
Illum textrices faciunt vultuque minaci
Horrificiq́ oculis. Nam dextra ipsius Orestes
Milite Trebiacam cecidit spectante per vrbem.
Oppida certatim subeunt, oleæque virentis
Germine pacem orans, portas reserantque iubenti.
Tum sceptra & trabeam ponens Augustulus vltrò
Se abdicat imperij grauibus miser exul habenis.
Hoc in honore erat Augusti venerabile nomen.
Exin Martigenis ferà bella Quiritibus audax
Illaturus erat: nisi Regem in mœnia ducant,
Sponte, manuq́ humiles vrbesq́ tota ostentet oliuas.
Ergo victor ouans Capitolia celsa tenebat:
Donec, vbi inuidia Gothi exarsere, dolentes
Egregias Heruli dotes sortemque benignam,
Illum omni fermè Italia Romaq́ repulsum,
Cum natis gentisq́ suæ primoribus, atra
Commenti specie rixa occidere tumultus.
Hæc finis fatorum Odoacris, hic exitus illum
Sorte tulit.

HATVGATVS Dux Sax. in bello Turingico A. C. 524.

Sequitur meritis venerandus & æuo
Hattugatus: sed cruda senecta animusq́ virilis
AEtatem supplet. Quo te quo nomine dicam
Care senex? tu consilijs tu restituis rem
Saxonidum, & forti lapsuram pectore fulcis.
Stat vexilla tenens Aquila, toruiq́ Leonis,
Et colubri alati: spondetq́ audentibus illa
Nocte aliquid magnum (quæ sors postrema fuisset,
Ni senis audissent dictum) certissima palmæ
Munera: sic canum caput & se deuonet Orco.
Inuadunt vrbem somno vinoq́ sepultam:
Palantesq́ premunt ingenti strage Turingos:
Et precia exhausti capiunt ea rura laboris,
Quæ vicina iugis acclimbus, alluit Vuster.

Anonymi Reges & Duces Saxon. aliquot annis seqq.

Hinc alij Heroës longo stant ordine, pulcris
Nympharum manus intexit quos æmula telis:
Sed sine nomine sunt, tenebris & nocte sepulti:
Gloria adhuc durat generosa propria gentis.
Hîc Ditberte tuas ad Trinacria arua cohortes
Saxonidæ, antiquo virtutis amore, sequuntur:
Et Francis cogunt dare iniqua sorte tributum
Sicanior, vbi membra premit grauis Aetna Cyclopũ.
Parte alia in fines videas irrumpere Francos
Agmina, & ingentis agere ad tentoria prædas.
Insequitur properante gradu Lotharius hostes:
Et prædæ partem gelidi ad vada pura Visurgis
Eripit. Hi spreti, quamuis in supplice ritu,
Orantes veniam, conuersis vndique telis
Prorumpunt: totoque fugant ex æquore Francos.
Mistus enim immitẽ dolor & pudor armat in hostem:
Proque focis vitaq́ mori statuere, superbos
Vel pulcrè vlcisci, miseris qui fata parabant.
Dedecore est potior mors, seruitioque pudendo.
Non procul Albino rursus duce ad Itala tendunt
Arua, geruntq́ acres Insubrum prælia in oris.
Langbardi impietas illis decedere terris
Te mox cum Dano fortissime Saxo coëgit:
Vitinus fortis Comes est vtrimq́ Turingus.
Sis famulus, quem degenerum natura creauit.
Imperio populos regere, & gerere aspera bella
Saxonide didicere, Dacique, alacresque Turingi.
Heu quanto excidio vobis quantisque periclis
Antiquam dedit in patriam fortuna regressum?
Bis cessisse loco, dubio in certamine, fusos:
Bis clade ingenti, pictura coarguit, ictos.
Mummule testis erit, cui satrum Nummulus omen
Indidit: Hulfricus nec non testabitur asper.
Sed tamen auxilio Sigberti & fœdere sero
Dulce intrastis iter: multo & cum sanguine Sueuum,

 Qui

Qui laribus vestris insedera t hospes, abactum
Dulce coëgistis tectum rellinquere; & illas,
Quas tenuit prius, infausto petere omine sedes.

XII. VIRI SAXONICI.

Inde Toparcharum uitet alta in sede Senatus,
Bessevi numero, qui Saxona regna gubernant:
Quales Sparta Ephores, Lucumonas Hetruria vidit.
Ex quibus illo aeno belli Rex tempore lectus,
Pralia pro patria & pro relligione gerebat:
Pax ubi sed redijt, nomen regale reliquit.

BERTHOLDVS Rex Saxoniæ contra Dagobertum Lotharij F. A. C. 628.

Talis & hic Bertholdus erat: quem Naiades vda
Appingunt Dagoberte tuos excurrere in agros.
Non mora, Francus adest: sed equo turbatus ab alto;
Amisit galeam cute casarieq; reuulsa:
Quam pater intuitus, fesso succurrere nato:
Et complere suo loca milite cuncta Visurgis.
Tu quoque bestia cana aderas? Rex Saxo lacessens
Voce senem indigna, maiorem accendit ad iram.
Fit via vi: rumpunt aditus, & flumina tranant:
Sternitur imprudens tincta Bertholdus arena.
Armaque loricamque seni tum tradere iussus,
Id renuens, rigida infelix transfigitur hasta:
Vocis & insanum cum morte rependit abusum.
Plectuntur reliqui, quos non defendere quibant
Tecta laresque Pij, nec pressi ad pectora nati.
Omnes qui Francisenis excessere macharam
Corpore procero, bifido sunt ense necati.
Exitio fuit indulgens natura misellis.

SIGHARDVS Rex Saxoniæ sextus ex maioribus Christiani Electoris, A. C. 633. Obijt 691.

Talis & ex Sponsi proauis fuit alter ab illo,
Sceptra gerens, certus regalis stemmatis auctor:
Quod quondam imperij Romani flexit habenas,
Et nunc Saxonica defendit nomina laudis:
Sighardus celsis Anglorum regibus ortus,
Qui patria fines liquerunt, dulcia rura,
Imperium tumidas & quæsiuere per vndas.
Ipse manu telum tenet, & manortia tentat
Pralia, militibusque suis cor nobile firmat.
Sed fortuna fauet Dagoberto: maxima clades
Exoritur: fusiq; iacent in sanguine passim
Saxonida: ipse manu vix astu elabitur hostis
Sighardus, Francoq; fidelia fœdera sancit.
Ecce autem veniens ab amœno Slauus Hauelo,
Tyrigetum dites celeri vi diripit agros,
Ruricolas abigit, populatur cæde penates,
Ignibus exurit fumantia templa deorum.
Nec satis indigenæ rabidis obsistere possunt,
Barbarie stimulante, feris: rabiosus vt olim
Obuia cuncta canis lacerat, linquitq; venenum.
Francia sed, cuius tunc sub ditione Turingus,
Tristis erat, terræ tutelam mandat alumnæ
Saxo tibi, & pracium dignum his sudoribus offert.
Vincitur, eijciturque ingenti cæde latronum
Turba: nec hinc nostris audet se credere regnis.
Militia exacta victores præmia tollunt,
Libera colla iugo, quod per duo secla tulissent.
Exegit molles post hæc in pace Sighardus,
Et patriam iustis firmauit legibus, annos.
In scuto antiqui generis monstratur origo:
Pullus equi niger, AEthonis de semine creti
Qui fugat binuitu stellas, roseoque domatur
Lucifero, velox auroræ nuncius albæ.

DIETERICVS Sighardi F. Rex septimus. Obijt A. C. 740. regni 40.

Pingitur hinc, fratris post tristia fata Siboldi,
Ditricus, patria successor & heres in aula.
Alma sub hoc primùm pax & tranquilla fuerunt
Tempora: quum bellis ciuilibus obrutus hostis
Francicus, in proprios ferrum conuerteret artus.
Pace domi facta, Martellus bellica gessit
Signa foris. Tria sunt ingentia pralia terris
Edita Saxonicis: densis quassataq; telis
Oppida, non paruam senserunt fracta ruinam:
Tum datus est obses, nec vectigalia cessant
Imposita. At mœsto confectus corda dolore,
Suprema claudit Ditericus tempora vitæ.

EDELHARDVS Dieterici F. Rex annis 17. obijt A. C. 757.

Artificiin tela docta manus æmula Nisæ
Iungit Edelhardum: posuit cui nobile virtus
Nomen, & æquauit cœlo. Cum fratre Pipino
Dux Carolomannus bellis me quinque petiuit.
Testis Hoenburga est, quæ natum in vincula Fratris
Dura rapi vidit. Felix, nisi fœdere rupto
Francorum validas iterum irritasset ad iras
Pectora: nunc vinclis inglorius exigit annum.
Tu quoque Gripho feros in pralia Saxones armat
Rursus: at in Bauaras dein perfusus aufugis oras,
Scit Vibeberga Pipine, tibi quæ cessit ad illam,
Quàm fuerit plumis victoria sparsa cruentis.
Cæsus enim Antistes, Mogani qui præsidet arcis,
Helsigerus, perhibent quem patria scripta Geroldū.
Fata licet natus non fuit inulta parentis:
Nam repetita suo cum mouit bella periclo:
Accipe nunc ferrum, quo patrem vindico carum,
Dixit: & hastam alium patricidæ in pectus adegit.
Scit Sitinum, quæ bella suis fine gesta sub agris:
Dimicat vt primos inter Rex Saxonis ore,
Occidit, & patriæ laudem natisq; relinquit.

BERTHOLDVS Dux, Frater Edelhardi, obijt A. C. 779. æt. 86.

At procul ad Luppam, quà surgit fagina cœlo
Sylua, velat senior Bertholdus: & agmine facto,
Carole Magne, tuis audet se opponere turmis.
Sed victus, nec recta sequens moderata momentum

Consilia

Consili: irata miser est à plebe peremtus.
Continuò Angarij, lateriique vtrisque coloni
Legatos mittunt de pace ad Cæsaris aulam.
Tanta molis erat, gentem submittere Christo.

ALBIGVS Edelhardi F. primò princeps, inde Palatinus Saxoniæ: primus Christianus inter Saxones An. 785.

Quis tamen ille subit, niueâ qui veste recinctus?
Albio dictus is est, qui Christum primus adorat.
Saxonidum in populo & cultus, abolere vetustos
Præcipit, idolis positâ formidine fractis:
Et nemora exscindi iubet, & sacraria tolli.
Stare virum cernas, nudari & vertice toto,
Nudarique humeris, & in alto flumine tingi.
Ipsum etiam videas astare crepidine ripæ
Cæsarem, & implicitas ad sidera tollere palmas.
Discite iusta Duces moniti, & cognoscite Christum.
Applausa fremuit circumstans turba videntum:
Nec mora, vulgus abit, prisca & contagia culpa
Abluit, in sacris demersum gurgite fontis.
Aspice, quid possunt iustorum exempla regentum.

VVERNEKINVS Edelhardi Fr. Princeps Saxonum, octauus ex maioribus Christiani Electoris: obijt 768. Conditor multarum illustrissimarum familiarum in Europa.

Cuilli adijcitur præcinctus tempora queren,
Frater Edelhardi: qui tristia bella perosus.
Prætulit augusta ciuilibus otia pacis
Motibus; Iburgi contentus sede quieta.
Scilicet, ærumnæ bellis cumulantur: & auget
Funera multiplici sanus discrimine Mauors.
Saxonis huic debet tellus, quod maxima Regum
Stirps viget in totum dispersa propagine mundum.
Hac, Brunone satus, descendit origine VVelphus;
Qui Bauarûm tennit fines; Cunegunda priusquàm
Azonum Italicam inseruit sub stemmate gentem.

Inde etiam Sophiæ est vetus & præclaris origo,
Sponsorumque domus se sanguine scindit ab vno:
Augureum felix populus. Nam, Marchia celsos
Quos nunc diues habet, domini, descendere VVelphis
Et priscam soli stirpem seruare videntur.

VVITEKINDVS Magnus, VVernekini F. Rex, electus 758. obijt 807.

Eloquar, an taceam VVitekindi stemmata primi?
Fortè tacere prius fuerit, quàm dicere paucis.
Henrici illustres: & clarum nomen Othonum
Hinc venit: hinc antiqua tui Brunsuiga Dynastæ
Sumsere egregium genus à Brunone secundo:
Hinc venit Immedi soboles in gente Sabauda,
Et pace egregia & bello: Alramique nepotes,
Ferrati montis domini: proceresque potentes
Danica Marca tui, Regiberti regia proles.

VVITEKINDVS II.

Quid vos egregium VVitekindi stemma secundi,
Gallorum Reges, atque his agnata propago
Borbonidum referam? Quid vos clarissima mundi
Lumina, queis veteres Mysi, fortesque Turingi
Æterno imperio sorti cecidere regendi?
Vos Plissima colit, vos Mulda, & flauus Elyster,
Aurifero Albiadum cum patre, Salaque sonanti,
Ilmena vos, Vnsterque rapax, & VVerra profundus:
VVERNKINO date thura Duces, proceresque sereni:
Spargite purpureasque rosas, rutamque virentem,
Liliaque aureolo data Reges tincta colore:
Dicite verba bona: & composite Manibus aram.
Hic vir est, cui vester honos debetur, & omnis
Gloria: vitales per eum quòd capitis auras.
Saxonicæ historiæ monumenta huc vsque Napaæ
Artifici pinxere manu, calathisque repentè
Textilibus fusos & mollia fila reponunt.
Namque restat adhuc pars intexenda, tapetum
Non capit: & ventura dies maiora reseruat.

STIRPIS INCLYTAE VVITIKINDEAE

Stemma Primum

MAGNORVM DVCVM SAXO-NIAE, ET EX HIS ORTORVM QVINQVE IMPP.

Romanorum potentissimorum; Marchionum item Saxoniæ, & Comitum Northæmiorum.

1. VVitikindus Magnus Dux Sax. 807.

2. VVigbertus. Dux Sax. 825. — Hasula. — VVitikindus II. Stirps COMITVM VVETHINI.

VValpertus. Stirps COMITVM ALTENBVRGIORVM. — 3. Bruno Dux Sax. 843.

4. Ludolphus Dux Sax. 855.

Bruno. — Ecbertus. — Tanquardus. — 5. Otho Dux Sax. 916. — Filiæ V.

6. Henricus Auceps Imp. 936. — Ludolphus. — Dancomarus. — Filiæ IIII.

7. Otho I. IMP. 973. — Filiæ IV. — 8. Henricus Rixosus Dux Sax. & Bau. 955. — Bruno. — Tranquardus.

Ludolphus, Dux Sueuiæ 957. — Guilielmus. — Filiæ IV. — Henricus. — Otho II. IMP. 983. — Bruno.

Meckttildis. — Otho Dux Sueuiæ 982. — Otho III. IMP. 1001. — Hugo. — Filiæ V.

Bruno. — Echardus. — Conradus. — Henricus.

Filiæ IV. — Henricus Hezelo. Dux Sax. & Bauar. 995. — Bruno I. Marchio Saxoniæ. Vide signum ✠.

Henricus II. IMP. 1024. — Bruno. — Filiæ IV.

STEMMATIS ΕΚΦΡΑΣΙΣ.

Magni Duces Saxoniæ.

VVITIKINDVS ob rerum gestarum celebritatem *Magni* cognominatus. Rex Saxonum, Dux Angriæ, Princeps Rugiæ, Dynasta Iburgi: vir animi magnitudine, opum amplitudine, corporis robore, & arte militari præstantissimus: patriorum deorum, hoc est ethnicorum, cultor deuotissimus: à Christiana pietate alienissimus. Bella cum Carolo Magno in annum usque trigesimum gessit grauissima fortuna varia: vnde non mediocre ipsi negotium exhibuit. Nunc etiam cum suis victor Eresburgum expugnauit; Siburgum obsedit: nunc à Caroli Magni exercitu victus, occupata relinquere est coactus: sæpe fœdus cum hoste inijt; semper fœdus initum frangens, populares ad rebellandum Carolo incitauit: militeque conscripto, à Sala ad Rhenum vsque, quæ Franci possidebant, omnia igne ferroque vastauit: à Tuicio vsque ad Confluentiam omnia diripuit, incendit, trucidauit: Francos ad montem Sunthal magna clade prostrauit. Sæpissimè à Carolo victus, tandem exul vagusque, circa VVolmerstedam in syluis, accepto saluo conductu, victori factus est supplex: depositaque tyrannide, Christo nomen dans, armis & fide ipsi Saluatori postea seruiuit: Mittebachij à Bonifacio Præsule Moguntino, sacro baptismi lauacro ablutus A. C. 785. A quo tempore in fide Caroli Magni, sui susceptoris, constanter perseuerauit: inuestitus ab eo in Magnum Ducem Saxoniæ, nouisq; insignibus auctus

auctus & ornatus: pro equo nimirum regni Saxonici nigro accipiens candidum, in campo rubeo absque frenis & ephippio salientem. In prælio tandem cum Geroldo Sueuorum Duce, fortiter pugnans, occubuit A. C. 807. Sepultus Angriæ in basilica à semet extructa: quam postmodò Henricus Auceps Imp. cum tumba & corpore eius Padebornam transtulit. Liberos tulit, *Magni Duces Saxoniæ.*

ex GEVA filia Siffridi siue Gotrici Regis Daniæ, tumulata in basilica Eugeraria, cuius postea tumbam Henricus Auceps Bertelheimam transtulit, vxore priore;

VVigbertum Ducem Saxoniæ, stemmatis propagatorem. †

HASALAM vxorem Bernonis, dynastæ Castiliensis.

ex SVATANA seu Suaterna, filia Zechij Izitzeschorum in Bohemia Principis, vxore altera,

VVitikindum II. conditorem COMITVM VVETHINI: quos sub secundo stemmate referemus. †

VVIGBERTVS hæres paternarum opum in VVestphalia, Dux videlicet Saxoniæ & Angriæ: post fœdus inter Saxones & Francos, religionisque mutationem, ad pacis conuersus artes: VVibershusium prope Northeimam condidit: collegijque VVildershusij in diœcesi Bremensi fundamenta iecit: vbi etiam post mortem inhumatus est, A. C. 825. Ex vxore SINDACILLA Radbodi Frisiæ Ducis nepte, parens factus duorum filiorum;

Brunonis Ducis Saxoniæ, stemmatis propagatoris. †

VVALPERTI progenitoris COMITVM RINGELHEIMIORVM, & OLDENBVRGIORVM: de quibus sub stemmate quarto agemus.

BRVNO Dux Saxoniæ, Angriæ, VVestphaliæ, & Nordalbingiæ, Brunsteinam arcem iuxta Northeimam construxisse: & cœnobium Brunshusium prope Gandersheimam fundasse legitur. Fatali morte absumptus A. C. 843. Vxorem habuit SVANAM siue SVSANNAM F. VVolffardi Comitis Montfortij & Rotensauij.

LVDOLPHVS Magnus Dux Saxoniæ primus. Orientalem Saxoniam, quæ inter Visurgim & Albim est, auito VVestphalicæ regno adiecit. Sepultus Gandersheimæ, prima Ostrosaxoniæ ciuitate, quam ipse extruxit, A. C. 855. Vxor ODA Ostrofranca, vitæ compleuit annos octo supra centum Gandersheimæ iuxta maritum sepulta. Nati hoc matrimonio:

BRVNO, Magnus Dux Saxoniæ secundus, conditor vrbis Brunsuigæ A. C. 861. cum Theoderico & Marquardo Episcopis, ac duodecim alijs proceribus, viribus coniunctis, valida manu in Normanniam ad perdomitandos toties rebelles profectus: cum omnibus suis, ne nuncio quidem cladis superstite, extinctus est: obrutus nimirum vndis: obicibus, quibus mare arcebatur, à Danis hostibus reiectis, A. C. 876. Kal. Sextil.

EGBERTVS Dynasta & Marchio Hercinia A. C. 881.

TANQVARDVS Dux Saxoniæ, Brunonem fratrem in extructione Brunsuigæ iuuit: & Cathedralem ecclesiam S. Blasij ibidem fundauit: arcem muro cinxit, & Tanquenderodam nuncupauit A. C. 861. Perijt cum Brunone fratre in bello cum Normannis Kalend. Augusti A. C. 876.

Otho, Magnus Dux Saxoniæ tertius, stemma propagauit. †

LVIDGARDA nupsit Ludouico IIII. }
PLACENTIA nupsit Conrado I. } *Impp. Romanorum.*

HAIMODIS prima Abbatissa Gandersheimensis, obijt A. C. 877.

GERBIRGA }
CHRISTINA } *Moniales & Abbatissa Gandersheimenses.*

OTHO, Magnus Dux Saxoniæ tertius, Dux Angriæ, VVestphaliæ, Comes Hassiæ & Turingiæ: monasterium Benedictinorum in monte Luneburgensi, qui à calce nomen habet, fundauit: Asseburgum condidit: Imperium, Ludouico defuncto, ad se delatum, propter ætatem recusauit: proque se sororium, Conradum Francum, Cæsarem nominauit. Obijt A. C. 916. Princeps bello strenuus & fortunatus, Romanique Imperij tutor & defensor. Ex LVIDGARDE (alij Heduigem nominant) filia Arnulphi Imp. tres tulit mares, quatuor fœmellos,

Henricum

Magni Duces Saxonia. Henricum Aucupem IMP. stemmatis Magnorum ducum Saxoniæ propagatorem. †

LUDOLPHUM } *Duces Saxonia, ante patrem mortuos.*
DANCOMARUM }

LUIDGARDAM Abbatissam Gandersheimensem quartam.

ODAM nuptam Balduino Comiti Cleuensi.

ADELHEIDEN vxorem Leopoldi Marchionis Austria, ab Vngaris cæsi, Melici sepultam.

BABAM, à qua Babenberga nomen est, consortem Henrici Comitis Franconia: matrem Adelberti & Henrici Comitum Papabergensium: quorum hic in prælio cum Conrado Duce Franconia occubuit: ille Moguntini perfidia à Ludouico IV. Imp. capite est mulctatus V. Idib. Septemb. A. C. 905.

Imp. HENRICUS I. ab aucupij studio, quo summoperè oblectatus esse dicitur, *Auceps* cognominatus: Magnus Dux Saxoniæ, Angriæ, VVestphaliæ, Turingiæ, Dynasta Brunsuigi & Luneburgi: à Conrado Imp. quî cum paulo antè bellum internecium gesserit, in extremo vitæ actu successor designatus: singulari diligentia, moderatione, & prudentia conceptam de se omnium expectationem præclarè sustinuit. Vir in bellicis rebus strenuus & fortis. Ante Imperium militiæ & exercitus contra Dalmatas ductor designatus; eorum vires ita attriuit, vt deinceps difficulter respirare potuerint. In Imperio Burchardum Alemanniæ, & Arnulphum Malum Boiariæ Duces, res nouas molientes, coërcuit: illum vi & armis, hunc graui oratione. Sclauos multis prælijs fatigauit: Brandeburgum arcem belli Heneti, fame, ferro & igne expugnauit: Henetos & Soratos Imperio subiecit: Vngaros, gentilium deorum cultores, Alemanniam depopulantes, quorum quatraginta amplius millia fuisse perhibentur, ingenti clade ad Mersburgum trucidauit; septem duntaxat seruatis: quos auribus, manibus, naribus truncatos, ad Vngariæ confinia reducere iussit. Ita pacata Germania, pater patriæ, pacis conditor, rerumque dominus ab vniuerso exercitu audijt. Quin & pacis quoque artibus claruit. Vrbem namque Misnam condidit A. C. 930. Quedlinburgi, Goslariæ, & Arnburgi fundamenta iecit: Ragusium arcem renouauit. Iter tandem in Italiam meditans: apoplexia correptus, magno subditorum omnium luctu decessit in castello Sexoniæ Himelcuna. postridie Kal. Quintil. A. C. 936. sexagenarius; quum Imperio dextetrimè præfuisset annis XVI. cum semestri, & ducem insuper diebus. Quedlinburgi in basilica D. Petri inhumatus. Rex maximus, corporis animique dotibus nulli secundus. Liberos genuit

☿ ex MECHTILDE Comitissa Ringelheimensi Theodorici F. vxore prima,

Othonem Magnum, IMP. Romanorum, Magnum ducem Saxoniæ, Angriæ, VVestphaliæ, Turingiæ, Hassiæ, & VVetterauiæ. †

Henricum Rixosum, Ducem Saxoniæ & Boionæ. †

BRUNONEM Archiepiscopum Coloniensem; ab Othone I. Imperator Lotharingiæ Præsidem datum: qui primus eiusdem consensu ducatum Angrinaria Archiepiscopatui Agrippinensi coniunxit. Obijt Compendij V. Idib. Octobris A.C. 965. gubernationis sua XIII.

GERBURGIM primùm Giselberto Lotharingia & Belgia Duci, pòst Ludouico Transmarino Francia Regi nuptam.

ADELHEIDEN Hugoni Magno. Comiti Parisiorum sociatam,

RIXAM consortem Arnulphi II. Ducis Bauaria.

HEDVIGEM Eberhardi Comitis Eberstenij in Sueuia coniugem.

MECHTILDEM Abbatissam Quedlinburgensem, defunctam A. C. 942.

☿ ex HATTEBURGA moniali; ex familia Comitum Altenburgiorum oriunda, Ebeouni F. quam postea suasu Sigismundi Halburstadiensis episcopi dimissam in cœnobio reliquit,

TANQUARTUM, qui mortuo Sigfrido Marchione Marchiam Brandeburgiam occupauit: quem nouissimè Othonis fratris consanguinei imperium detrectantem, & ad Imperij hostes deficientem, Cæsareani prælio victum, Heresburgi in æde S. Petri confoderunt A. C. 937.

OTHO

OTHO I. Magnus Dux Saxoniæ, cui rerum gestarum amplitudo, quas in toga pariter & militia feliciſſimè confecit, *MAGNI* cognomentum peperit; patris augusti teſtamento in Imperio ſucceſſor nominatus: Aquisgrani ab Hildeberto Archiepiſcopo Moguntino ſolenni ceremonia inunctus eſt. Initia gubernationis difficilima ſanè habuit, armorum procellis vndique frementibus: cui tamen fortunæ malignitati magno animo reſtitit: & ſolo Deo fretus, hoſtes omnes armis ſuis repreſſit. A bellis itaque domeſticis cum conſanguineis & neceſſarijs ſuis, qui in eius caput coniurauerant, exorſus: Tanquardum fratrem prælio victum interemit: Arnulphum & Hermannum Boiariæ Duces in prælio ad Andernacum oppidum cæcidit: Giſelbertum Lotharingum in Rheno ſubmerſit: Henricum fratrem germanum in fugam coniecit. Ludolphum filium aliquot annis pòſt, cum Conrado Lotharingo genero ſuo, & Friderico Epiſcopo Moguntino, ſimiliter in ipſum conſpirantes, ſine prælio fugauit; & intra vrbem Ratisbonam concluſit: hac capta, & copijs diſſipatis, conatus eorum eliſit: filio & genero culpam deprecantibus ignouit. Hæc de domeſticis bellis: nunc de externis. Cũ Bohemis ſemper rebellibus quindecim continenter annos acriter conflixit: Hungaros Saxoniam tributariam facturos, fortiter repulit; quos anno demum æræ noſtræ 955. IV. Id. Sextil. ad Lycum amnem internecione deleuit: Hugonem Pariſiorum Comitem, nouarum rerum & magni Imperij cupidiſſimum, ad pacem petendam adegit: Belgas & Burgundos, Gallico regno ereptos, Imperio adiecit: Haraldum Danorum Regem, fidem Chriſtianam ſuſcipere compulit. In Italia Berengarium tyrannum cum Adelberto filio ad obſequium primò retraxit: mox autem res nouas molientes, victos captoſque, alterum Papæbergam, alterum Byzantium relegauit. Romæ Ioanni XII. Pontifici, ob fœdas & ſpurcas ſuas libidines ſede Apoſtolica deturbato, Leonem IIX. ſuffecit: quem in Pontificiam dignitatem multoties reſtitutum, quum Romani ciues eijcere non deſiſterent: hac perfidia grauiter offenſus, Vrbe capta, Conſules proſcripſit, Senatores ſuſpendio mulctauit, ciuibus ſolis pepercit. Græcis, qui legatos ipſius in itinere violarant, Calabriam & Apuliam ademit. Quid multa? Imperium Romanum penè collapſum reſtaurauit: Germaniam, Galliam, Italiam pacauit: Danos, Sorabos, Heneros, Bohemos ad ſocietatem Eccleſiæ perduxit: Eccleſias Epiſcopales plurimas fundauit; vtpote Hauelbergenſem A. C. 946. Altenburgenſem A. C. 948. Miſnenſem A. C. 958. Brandeburgenſe n A. C. 960. Magdeburgenſem, Merſburgenſem & Zicenſem A. C. 968. Magdeburgum ipſum condidit: Goslariam vrbem exornauit. His tantis rebus geſtis, ſenio grauatus, ex apoplexiæ morbo deceſſit in oppido Saxoniæ Mimmeleba Nonis Maij A. C. 973. quum imperaſſet annos XXXVII. dem̃ptis LVI. diebus. Sepultus Magdeburgi in templo Cathedrali. Princeps pietate, ſapientia, iuſtitia, clementia, rerum geſtarum magnitudine nulli ſecundus. Ex bino coniugio nouem ipſi progeniti liberi:

Magni Duces Saxoniæ.

ex EDITHA Edmundi Anglorum Regis filia, defuncta VII. Kalend. Februarij A. C. 947. & Magdeburgi ſepulta, vxore prima;

LVDOLPHVS Hermanno Sueuiæ Duce, cuius filiam ITHAM vxorem habebat, fatis abſumpto; Sueuiæ ducatum ab Othone patre Auguſto obtinuit: cui poſtmodum rebellans, non veritus eſt, parricidiali cum ipſo bello confligere: mox tamen victori adgenua prouolutus, ſceleris iſtius veniam impetrauit. Cum magna exinde manu miſſus in Italiam aduerſus Berengarium, crudeliter & ſine diſcrimine in quoſvis ſæuientem, & cædibus atque exilijs patriam deſolantem; re feliciter geſta, deceſſit A. C. 957. ex vulnere (vt quidam auctores ſunt) ſibi inflicto ab Adelberto Berengarij filio. Funeratus Regij ad S. Antonium: cadauer poſteà à patre in Germaniam translatum, ſepeliuit Gulielmus frater eius germanus Moguntiæ in æde S. Albani. Filiam filiumq; reliquit MECHTILDEM.

Duces Sueuiæ.

OTHONEM, qui Burchardo Sueuorum regulo defuncto, Sueuiæ ducatũ recepit: & biennio pòſt Boiariam quoq;, Henrico Rixoſo exacto, adminiſtrare eſt iuſſus. Tegrenſe cœnobium ab Hungaris deſtructum, reſtaurauit: & Altahenſe opera B. Gothardi reformauit. Obijt in expeditione Italica, dum domum redire parat, pridie Kal. Nouemb. A. C. 982. quatuor ſuperſtitibus filijs, matre IVDITHA Lotharingica natis,

BRVNONE

Magni Duces Saxoniæ.

nibus, expeditionem ſuſcipiens: torus in eam incubuit curam, qua ratione illius ſaluti & quieti conſuleret, Germaniæq; eam copularet. Pontifici ergo faris abſumpro, ſucceſſorem decreuit Brunonem Saxonem, ſuum agnatum: murato nomine Gregorium V. appellatum: à quo Romæ Imperatorijs inſignibus eſt redimitus. Italia vix, immò ne vix quidem egreſſus, de ſeditione Creſcentij certior redditus: Romam ingentibus copijs accinctus, quantis maximis potuit itineribus, minarum iræque plenus, aduolauit: capraque Vrbe, Creſcentium aſino facie auerſa impoſitum circumduxit: naſo deniq; & auribus mutilatum, ac mille confoſſum vulneribus, cum alijs duodecim ſeditionis iſtius ſocijs, ſuſpendit: Ioannem adulterinum Pontificem luminibus primò, mox vita priuauit: Gregorium reſtituit. Hoc adiurore (vt quidam auctores ſunt) ius eligendi Imperatoris Romani in ſolos Germanos tranſtulit: grauiſſimumque Septem Electorum Senarum primus conſtituit. Tertiò Italiam ingreſſus, quum deperiſſet vxorem Creſcentij, redirumque in Germaniam pararet: venenato chirothecarum ſimulatæ amicitiæ munere ab ea ſibi miſſo, ſenſim infectus: apud Paternum indigna morte occubuit V. Kalend. Februarij A. C. 1001. ætatis ſuæ XXX. Imperij XVII. complero, cum vndequinquaginta diebus. Corpus eius in Germaniam delatum ſepeliuit S. Henricus in Imperio ſucceſſor, Aquiſgrani: inteſtina verò Auguſtæ. Fuit in eius conſortio MARIA filia Sanctij Garciæ Abarcæ, Regis Aragoniæ & Nauarræ, vidua Ordonij Regis Hiſpaniæ: mulier ſceleſta, impudica, & adultera: ideoque à marito Imp. Mutinæ ad rogum damnata.

HVGONEM à quo Iulianus Tabæotius falſò deducit ſtemma Principum Allobrogum.

ADELHEIDEN Abbatiſſam Quedlinburgenſem A. C. 999.

SOPHIAM Abbatiſſam Gandersheimenſem, defunctam A. C. 1038.

℞ ex N. Marchioniſſa Auſtriæ, quam priori exoſæ ſuperinduxit;

VITHILDEM vxorem Theodorici III. Comitis Hollandiæ.

MECHTILDEM nuptam primò Ezelino ſiue Erenfrido, Hermanni F. Palatino Rheni; cui peperit RICHSAM Mieslai Poloniæ Regis conſortem: deinde Gothifredo Barbato Duci Lotharingiæ

IVDITHAM virginem Veſtalem è cœnobio Ratisbonenſi abductam matrimonio ſibi ſociauit Biſetislaus Dux Bohemiæ: poſt euius nupſit Meſiconi Duci Poloniæ, & inde Petro Regi Pannoniæ.

Duces Saxoniæ & Bauariæ:

HENRICVS coguom. *Rixoſus*, quem mater ad Imperij gubernationem euehere conabatur reclamantibus proceribus, primus Saxonum Boijs imperitauit. Fratris primum Cæſaris auguſti detrectabat imperium, regiumq; nomen affectabat: copiasquin etiam ſuas contra ipſum viribus hoſtilibus iungebat. Exinde tamen venia impetrata, bonus ei fidusq; & factus eſt, & permanſit. Cum Vngaris bis aperto marte congreſſus, bis pugna ſuperior fuit: hoſteſque, paucis fuga elapſis, cæcidit, fudit, afflixit: & Bultzkam illorum Regem eum quatuor capitaneis, Scaba, Lole, Suro & Toxe captum; ad portas Ratisbonæ fœdiſſimo ſuſpẽdij ſupplicio affecit. Imperatore cõtra Berengariũ euocato; iuſſu eius Italiã cum Boijs inuadens; Aquileiam, Hiſtros, Venetiã, Forum Iulij, omnes vrbes Ticinum vſq; occupauit. Ab Arnulpho & Hermanno Boiariæ regno exactus: fido fratris ſui Cæſaris auxilio id recuperauit. Obijt Ratisbonæ Kal Nouemb. A. C. 955. Sepultus in æde D. Haimerani: ex IVDITHA Arnulphi Mali Boiorum Reguli filia, ſex procreatis liberis:

HENRICO Hezelone, *Duce Saxoniæ, Boiariæ, & Brabantiæ. In Saxonia hic educatus à D. Mathilda auia paterna: genitore defuncto, vniuerſum Boiariæ regnũ obtinuit. Ob clementiã primum* Pius: *deinde quũ Othoni II. Cæſari dicto audiens non eſſet, Imperiumq; affectaret, Rixoſus eſt cognominatus. Quã eandem ob cauſam ab illo proſcriptus, hoſtis Imperij iudicatus, regnoq; exactus: fuga ad Henricũ Carinthiæ Regulũ euaſit: cũ quo, Bathauia capta, viuus in Cæſaris poteſtatẽ redactus: Treuerorumq; Auguſtam in exiliũ eſt relegatus. Illo defuncto, Boiariæ regnum, regio nomine abdicato, procerum ſtudio ſanè recepit: nec tamen contra Othonẽ III. quoq; ab Imperiũ aſpirare deſijt, quanquam irrito conatu: plurimis ex proceribus Othoni, ceu legitimo heredi, id deferentibus. Vitã mortalẽ clauſit Ratisbonæ III. Non. Octob. A. C. 995. in æde D. Haimerani inhumatus: vbi mauſoleum eius adhuc monſtratur. Fuit in eius connubio* GISALA *filia Conradi Regis*

Duces Saxoniæ & Bauariæ.

Burgundiæ, fratruelis Adelheidæ Augustæ (quidam alterum quoq; coniugem ipsi adiungunt GERTRVDEM, F. Theodorici Mosellani) ex qua ei sex itidē procreati liberi:

HENRICVS II. *Sanctus* à vitæ integritate & pietate, *Claudus* à luxato & fracto crure cognominatus: post Othonem absq; liberis defunctum, ex Duce Bauariæ ad Imperij profectus culmen: & Aquis à VVilligiso Archipræsule Moguntino sacro oleo inunctus: annos fermè regnauit sesquivigintiquatuor. Vir pietate & vitæ sanctimonia insignis, nec armis vlli priorum principum inferior: res domi forisq; gessit maximas. Principes namque Imperij electioni suæ aduersantes, superauit: Brandeburgum expugnauit: Henetos, ad pristinam gentilium deorum superstitionem reuersos, subiugauit: ecclesias ab eis dirutas restaurauit: episcopatum Papæbergensem fundauit, liberalissimeque ditauit: Toxim Vngarorum Regem, multas Germaniæ clades infligentem, procul à Germaniæ finibus abegit; Christoque cum vniuersa gente reddit sorore Gisala ipsi desponsata: Arduinum Italiæ Marchionem, æmulum, duobus magnis prælijs victum, trucidauit. In horum altero Henricus ipse captus, quum deceptis custodibus elapsus, de muro prosiliisset: luxato fractoque crure postea claudicasse scribitur. Post hanc victoriam Romæ renunciatus Imp. inde in Græcos pariter & Saracenos mouens: eos Apulia & Calabria expulit: Troiam Apuliæ vrbem expugnatam euertit. In Germaniam victor reuersus: post octauum annum Bambergæ exitu beatissimo vitam clausit III. Idib. Iulij A. C. 1024 ætatis suæ L V. Ibidem sepultus. Coniux eius CVNEGVNDA, Sigfridi Principis Palatini F. decessit V. Nonarum Martij A. C. 1039. Ambo castimonia nobilitati: Veneri bellum indixisse scribuntur, heroicam viuentes vitam: ambo in Sanctorum album relati.

BRVNO Episcopus Augustanus, nouum fratris aspernatus imperium: celeriter subactus, obedienter posteà imperata fecit. Decessit Ratisbonæ in Comitijs A. C. 1027. Functatus Augustæ in æde D. Mauricij, sua fundatione.

CEFBIRGA Abbatissa Chimensis.

GISALA Stephano Regi Vngariæ, nondum aqua lustrica tincto, nupsit, hac tamen lege atque omine: vt explosa falsorum deorum superstitione, Christi cultum cum popularibus susciperet. Obijt XIIX. Kal. Septemb. A. C. 1038.

HEDVIGIS vxor Lutberti Burggrauij Magdeburgij.

SOPHIA Abbatissa Padebornensis.

Brunonem, conditorem MARCHIONVM SAXONIAE, de quibus sub signo ✠.

LVITGARDIM vxorem Burchardi Ducis Alemanniæ, qui in bello Vngarico oppetijt A. C. 955.

HELICAM Vestalibus Patauiensibus præfectam, eoq; loci sepultam.

GERBVRGAM Abbatissam Gandersheimensem, quæ nouum collegium Virginum ad D. Mariam ibidem construxit.

ADELHEIDEM vxorem Burchardi Comitis Geisenhusani, matrem

HENRICI Episcopi Augustani, qui in Italia contra Saracenos fortiter dimicans, occubuit A. C. 982. mense Iulio.

✠

Marchiones Saxoniæ.

BRVNO I. Henrici Hezelonis F. Marchio siue Palatinus Saxoniæ, Dominus Brunsuigæ, cui Meluetoda quoq; & Hoheuartum parauere, inter viuos esse desijt A. C. 1006. Vxor HILDESVINDA Comitissa Croatiæ.

BRVNO II. Marchio Saxoniæ & Dynasta Brunsuigius vita excessit A. C. 1014: Vxor GISALA princeps VVerlææ Vandaliæ, secundis nuptijs sociata Ernesto Seniori Sueuiæ Duci (vide Match. Austriæ) duos ipsi enixa est filios, Ernestū & Hermannum: post cuius fata tertiò in consortium venit Conradi Saliqui, Imp. Rom.

SIGEFRIDVS Comites Northeimios & Duces Saxoniæ ad Visurgim cō didit: iuxta opinionem Hieronymi Heningis Ecclesiastæ Luneburgij, de quibus Vide signum ✠.

LVDOLPHVS Marchio Saxoniæ & Turingiæ, Dynasta Brunsuigæ, vbi tres extruxit ædes sacras magnis sumptibus: vnā B. Petri & Pauli Apostolorū: alteram B. Magni: tertiam B. Gothardi: in quas omnes fermè suas impendit facultates. Turingiam accepirà vitrico suo Conrado II. Imp. in præmium nauatæ operæ contra ipsius hostes. Sepultus Merseburgi A. C. 1074. Vxor HIDDA siue HILTRVDIS F. Balduini Comitis Flandriæ.

ECBER-

Marchiones Saxoniæ.

ECBERTUS I. (quidam Echardum nominant) Marchio Saxoniæ & Turingiæ, Dynasta Brunsuigæ; conditor arcis VVolfferbyti, collegij item Naumburgensis; vbi statua eius sago & pallio vestiti, etiamnum conspicitur. Heros fuit fortis & bellicosus: qui pro Henrico III. suo cōsobrino, arma gerens in seditiosos Bohemos; Pragam fortiter expugnauit: & cum Othone II. Turingiæ Marchione, latronum ductore, manus conserens, cruento cum marte cæcidit. Obijt A. C. 1068. Humatus ad S. Cyriacum. Vxores eius duæ: 1. GERBURGIS Comitissa Landsbergensis: 2. N. filia Othonis Ducis Schuinfurtensis.

BRUNO III. Marchio Saxoniæ, Dominus Brunsuigæ: contra Othonem Turingiæ Marchionem, Saxoniam igne & direptionibus deuastantem, socijs armis cū fratre profectus, eius exercitum dissipauit ac deleuit: Othonem ipsum gladio transfixit: in eodem tamen prælio cæsus ipse quoque occubuit A. C. 1057. Huius esse filius existimatur

HERMANNUS Palatinus Saxoniæ.

LIXA vxor Othonis VI. Marchionis Salisquellensis.

HEZILO Antistes Hildesiensis, cum VViderado abbate Fuldensi in templo Hildesiensi certauit de sessione, præsente Henrico IV. Imp. non sine multi sanguinis effusione A. C. 1063. Obijt A. C. 1079. Sepultus in Canonicorum collegio montis S. Mauricij.

EGBERTUS II. Marchio Saxoniæ & Turingiæ, Dominus Brunsuigæ: à factione Hildebrandi Pontificis Roman. spe Imperij inescatus, cum multis alijs episcopis ac proceribus conspirauit contra Henricum IIII. Imp. quîcum aliquoties manus feliciter conseruit: magna ipsi damna & clades inferens. Tandem in molendino Eisenbuttel prope Brunsuigam à satellitibus Cæsaris per insidias est confossus A. C. 1092. Inhumatus Brunsuigæ ad S. Cyriacum.

GERTRUDIS fratre perempto, virgo paterna hæreditate eiecta; sed Imperatore absente per suos restituta: S. Ægidij ædem Brunsuigæ condidit A. C. 1117. vbi & post fata sepulta est. Nupsit duobus; primùm Henrico Crasso Comiti Northæmio: deinde Theodorico Catimelibocensi, Burggrauio Magdeburgio.

MECHTILDIS vxor Esiconis V. Comitis Ballestedij.

Vxor AGNES F. Othonis Diuitis Marchionis Salisquellensis.

✠

Comites Northeimij, Duces Saxoniæ ad Visurgim.

SIGEFRIDUS Comes Northeimius, Echardum I. Marchionem Misniæ, seditionem contra S. Henricum Imp. mouentem, hasta per collum eius transuerberata, iugulauit A. C. 1002. Vxor ETHELINDA.

SIGEFRIDUS Comes Northeimius, vnà cum reliquis fratribus Northeimæ insidias struxit Echardo Marchioni Misniæ.

HENRICUS Comes Northeimius, ex mandato Othonis III. Imp. loris cæsus, frigidam suffundente Echardo Marchione Misniæ.

BENNO Comes Northeimensis.

OTHO agnatus Egberti I. Marchionis Saxoniæ, filius fortasse Sigefridi, Dux terrarum in Saxonia ad Visurgim & Comes Northeimius: vir consilio, industria, ac rei militaris scientia præstans: nouas intulit in familiā vires: ob vinculum cognationis primæuorum principum, & recentes de Sclauis historias, Bauariæ principatu beneficio Henrici IV. Imp. ditatus. Sed à quo non ita multo pôst ex quorundam inuidia & maleuolentia proscriptus: nc in Saxonia locum habere rurum potuit. Quæ res causam ipsi præbuit, cum cæteris proceribus, putà Magno Saxoniæ Electore, eiusdemque fratre Othone, prætereacum Egberto Marchione Saxoniæ, Buccone Episcopo Halberstadensi, & alijs, contra Imperatorem conspirandi: à quo suo conatu etiam post liberationem ex vinculis non destitit: donec in conflictu cum hoste Imperatore cecidit A. C. 1083. Liberi eius memorantur sex:

HENRICUS Crassus siue Pinguis, Dux Saxoniæ ad Visurgim, Comes Northeimius. con.

Duces Saxoniæ ad Visurgim.

mius: conditor cœnobij Bursefeldæ: cum vxore GERTRVDE *Egberti I. Saxoniæ Marchionis F. ditionem accepit Brunsuitensem. A Frisijs tandem ex insidijs trucidatus fertur, A. C. 1103. quatuor susceptis liberis:*

HERMANNO cogn. Diuite, Archiepiscopo Coloniensi, in Syberacensi cœnobio sepulto A. C. 1099. quum dexterrimè ecclesiæ præfuisset decennio cum semestri.

OTHONE Duce Visurgano, in pueritia extincto.

GERTRVDE vxore primùm Henrici Senioris Marchionis Misniæ, deinde Conradi Electoris Palatini ad Rhenum.

RICHSA, quæ ad maritum Lothar ium II. Imp. Roman. dotis nomine attulit Brunsuigam, Comitatum Northeimium, cum tota ditione ad Visurgim.

Palatini Saxoniæ.

SIGEFRIDVS Palatinus Saxoniæ, fundator Amelungsbornensis cœnobij in ducatu Brunsuicensi: curiam suam habuit Hetfeldæ. Filius ipsius

SIGEFRIDVS II. Hetfeldam cœnobio Amelungsbornensi donauit.

CVNO seu CONRADVS, Palatinus Saxoniæ, Comes Beichlinganus ad Albim in itinere publico, populari tumultu est cæsus A. C. 1103. ex vxore CVNEGVNDA, quæ postmodò nupsit VVigberto Marchioni Misniæ & Comiti Groicensi, tribus susceptis liberis:

SIGEFRIDO Palatino Saxoniæ, & Comite Beichlingano, ab Hoiero Mansfeldensi interfecto, quum esset captiuus Henrici V. Cæsaris A. C. 1113.

OTHONE Comite Beichlingano.

CVNEGVNDA coniuge VVigberti III. Comitis Goricensis, & Burggrauij Leisnicensis.

OTHO Comes & Marchio Stadensis.

ITHA consors primùm Timonis Marchionis Misniæ, posteà Gebhardi Comitis Querfordensis.

ETHELINA Guelpho IIII. desponsata; sed ab eo dimissa nupsit Hermanno de Caluele, Comiti VVestphalo.

STIRPIS

STIRPIS VVITIKINDEAE

Stemma Secundum

COMITVM VVETHINI ET AB HIS ORTORVM MARCHIONVM MISNIAE, LANDSBERGAE ET LVSATIAE: QVI POST VArias fortunæ vices primò Comitatum Prouincialem Turingiæ acquisiuerunt: exinde etiam auitum Ducum Saxoniæ titulum, vnà cum Septemviratu, ad legitimos hæredes reuocarunt.

VITIKINDVS II. VVitikindi *Magni*, Ducis Saxoniæ F. quo ad titulum ac possessiones paternas, veteri more cessit fratri natu maiori: Saxoniæ Orientalis parte quadam contentus; nempe tractu illo ad VVethinum inter Salam & Albim fluuios: quod ipse aduersus Soraborum incursiones condidit, & hodie Viteberga nuncupatur: à quo Comitis quoque nomē vsurpauit: nec non ideo Præfectus Soraborum & Dominus Butsetij cum pòsteris aliquot suis audijt. Sepultus in VVildeshusensi cœnobio. Vxor IVLIANA siue NILADA Theodorici Comitis Rochlicensis ad Muldam F. *Comites VVethini*

DIETGREMVS Comes VVethini, Burggrauius Sorbeci, Dominus Budsetij; ab Othone magno Saxone Duce, patre Henrici *Aucupis*, Saxonia eiectus. Vxor BOSSENNA Comes Pleissensis.

FRIDERICVS Burggrauius Sorbecci, ob inusitatas subditis impositas exactiones, in tumultu ideo excitato oppressus A. C. 576.

VVITIKINDVS III. progenitor REGVM GALLIAE CAPETORVM: de quibus sub Stemmate Tertio.

FRIDERICVS Comes VVethini, cum Brunone & Tanquardo Ducibus Saxoniæ, alijsq; proceribus occubuit in bello Normannico Kal. Sextil. A. C. 876.

CHVNIGILDA vxor Alberti II. Vrsini, Comitis Ascaniæ & Ballensteti.

DITHMARVS Burggrauius Sorâborum. Vide B.

Stemmatis VVetinensis ramus primus, veterum Marchionum Misniæ.

FRIDERICVS primus Marchio Misniæ, inuestitus ab Henrico I. Cæsare: cui postea militans in bello Vandalico, perijt *annus* A. C. 925.

BRVNO Comes VVethini, vir magnæ auctoritatis & gratiæ apud Henricum I. Imp. contra Sclauos fortiter pugnans oppetijt A. C. 925. Vxor ODA Comes Reueningensis ac Nortringensis, Philippi F.

DEDO I. Comes VVethini & Rochlicij, cæsus in prælio contra Henetos. 925.

RIDDACVS Diues, Comes Marsburgensis, secundus Marchio Misniæ creatus Anno 930. fundator cœnobij Gerbstetani: obijt 986.

CAROLVS ab Imp. Othone III. ex quacūdam calumnia Marchionatu Misniæ priuatus, obijt 1014. IV. Kal. Aprilis.

Filia N. à marito Boleslao Duce Poloniæ repudiata.

GVNTHERVS Comes Pleissensis vel Libonotriæ, possessor arcis Scheudizensis: multa pro Othone II. Imp. bella confecit: pro quibus tamen meritis dignam nō accepit gratiam: quippe qui à dignitatibus aliquandiu fuit exclusus. Liberi eius à Brotuffio commemorantur sex;

BRVNICO veterum Marchionum Brandeburgiorum conditor. Vide A.

ALBIA siue Alarica, prima Abbatissa cœnobij Gerbstetani, eiusdemque cum fratre fundatrix.

ECHARDVS I. tertius Misniæ ac Turingiæ Marchio, quam ob res præclarè gestas ab Othone III. Augusto

GVNZELINVS Marchio Misniæ, & Comes Mersburgensis, Hermannum patruelem Misna expulit A. C. 1010. †

BRVNO Comes Mersburgensis, Hermannum fratruelem in itinere intercipere conatus: sed insidijs patefa- *

Comites VVethini.

ceu hæreditarium feudum accepit A. C. 987. Bohemos abhinc triennio ex vrbe Misna eiecit: Volcbuldum præsulem reduxit: cum Boleslao Polono amicitiã coluit: arcem Eccersbergam condidit: episcopatum Zizensem Naumburgũ transtulit. Cæterùm vbi Othone III. Augusto fatis absumpto ad Imperium aspiraret: à Sigefrido Comite Northemio venabulo per collum traiectus, expiranit XI. Kal. Maij A. C. 1002. octogenarius. Ienæ sepultus. Vxor SVANHILDIS F. Hermanni Bilungi Ducis Saxoniæ, vidua Dithmari I. Marchionis Lusatiæ, fundatrix cœnobij S. Georgij prope Naumburgum. ibidem sepulta.

Anno vertente vbi Röchliciũ quoq; cremasset; de Imperatoris sententia Lebusiam Sclauorum in exilium actus; eiusq; loci præfecto vinctus ad perpetuos carceres est traditus.

ALBIO Comes Mersburgensis, in sylua à proprio satellite confossus.

factis, spe sua frustratus; vitam in Bohemia finijt exul.
ESICO Comes Mersburgensis, obijt Lipsiæ A. C. 1005.
BION Comes Mersburgensis, genitor IVDITHÆ vxoris Dieterici Comitis VVethinensis.
BERNARDVS Comes Mersburgius.

HERMANNVS Marchio Misniæ quartus, patruis Gunxellino & Brunoni infensissimus. Ab illo namq; plebis auxilio vrbe pulsus; Marchionatum vix Imperatricis & Tagmonis Archipræsulis Magdeburgij intercessione recepit: huic verò insidias (quippe qui cũ in itinere, quũ Misnam à regio præfecto duceretur, intercipere volebat) prudentia sua optimè elusit. Bellator porrò fuit strenuus pariter & fortunatus: quippe qui Gulielmũ Vinariensem Comitem hostiliter diu est persecutus: bellumq; contra Boleslaum Polonum Cæsaris copijs feliciter confecit. Misnę autem à Mesicono Polono obsessus, diuinitus & mirabiliter cũ tota vrbe est defensus & liberatus, repentina Albis inundatione. Ex duabus vxoribus, priore GODILA Lotharij VVolmerstadensis Comitis filia; & altera Boleslai Ducis Poloniæ filia, nullam prolem sustulit.

ECHARDVS II. Marchio Misniæ, cum Boleslao Polono amicitiam summè coluit: speculatores eius fouit: ad quem absq; Cæsaris venia profectus, quum multa de Augusto odiosius locutus esset; ideoq; ad causam dicendam vocatus non compareret: bonis exutus, & dignitate quoq; priuatus est: cui tamen breui quorundam intercessione reconciliatus, sua recuperauit. Dithmaro Mersburgensi Episcopo infestus, syluam eius occupauit: fratriq; suo, & satellite licentius in eas grassari permisit. Obijt A. C. 1046.

ODA nupsit Boleslao Regi Poloniæ A. C. 1018.

LVIDGARDA vxor VVerneri Cõ. Turingiæ, obijt A. C. 1018. Id. Nou. in cœnobio VValbicensi sepulta.
MECHTILDIS coniux Theodorici II. Com. VVethini.

GVNTHERVS Liberorius Comes, stipendia meruit apud Henricũ II. Imp.

A.

Stemmatis VVethinensis alterramus, veterum Marchionum Brandeburgiorum

BRVNICO, Brunonis F. Comes VVethinensis, Burggrauius Soraborum, ab Othone I. Imp. post Geronis excessum in Marchionem Brandeburgium, inuestitus A. C. 965 anno, qui hunc antecessit, duodetrigesimo, ab Eberhardo Orientalis Franciæ Duce magna clade suis affectus; oppidum ipsius Elma, incensum: & cines ad vnum omnei cæsi, Brandeburgi ad D. Mariã in monte Harlungorum funeratus Vxor VVILLA siue VVILECA Marchionissa Saxoniæ, in Italia obijt: sepulta in cœnobio Septimensi proximè Florentiam.

MEINFRIDVS Marchio Brandeburgius, Brandeburgi in monte Harlungorum sepultus ... imperante Othone II. Vxor CYTHAVA Polona siue Vandalica.

HERMANNVS Marchio Brandeburgius, iuxta fratrẽ sepultus Brandeburgi.

SIGHARDVS Marchio Brandeburgius obijt Imperante Othone III. tertiò Kal. Maij: princeps Christianissimus, vt habet Epitaphium.

HVGO Marchio Brandeburgius, Septemvir primus, & suprem' Præfectus Othonis III. Augusti in Tuscia & Hetruria: septem istic monasteria fundauit: Imperatorem Romæ obsessum, pleno fidelitatis ac prudentiæ consilio liberauit: Florentiæ otiosos in ciuitate locum habere, prohibuit. Naturæ satisfecit Pistorij A. C. 1001. sepult' Florentiæ in monasterio à se extructo, multisq; opibus ditato.

THEODORICVS Elector Brandeburgius à patruo secundus, princeps superbus & inquietus: Henetorũ hostis infensissim': à Mistivoio Obotrito, quẽ per ignominiã Canem Henetũ appellarat, bello petitus: quũ non expectatis auxiliaribus copijs Henrici II. Imp. & Bernardi Saxoniæ Ducis, in hostẽ irrueret; ingenti victus prælio, principatuq; exutus, in perpetuũ exiliũ (vnde Exulis *cognomentum accepit) actus est.*

TETBVRGA nupsit Dedoni II. Comiti VVethini: qui cum ipsa, iure quidẽ in Marchionatum Brandeburgensem accepit: quem tamen Heneti occuparunt.

B.

Comites VVethini.

DITHMARVS Dietgremi F. VVitikindi N. vir rei militaris peritia apprimè excellens, consilio magnus, & præsentium atque improuisarum rerum breuissima delibe-

deliberatione egregius æstimator: Henricum Aucupem Gronæ ab Imp. Conradi exercitu obsessum, non armis, sed stratagemate insigni, hostibus terrore incusso, liberauit. In patriam ergo ditionem ab se eo restitutus: Comes VVethini, Burggrauius Soraborum, & Budsetij Dominus audijt. Vngaros dehinc irruptionem in Saxoniam facientes, armis fortiter repressit, magna hostium strage edita A. C. 933. Vxor VVILLA F. Othonis Comitis Reueningensis & Nortringensis. *Comites VVethini.*

DIETERICVS siue THEODORICVS Comes VVethini; Burggrauius Soraborum, Dominus Budsetij. Vxor IVDITHA, filia Bionis Comitis Mersburgensis, à Bohemis captiua abducta.

† *CHRISTIANVS Philippi auunculi in Comitatu Reueningensi hæres & successor: post obitum Geronis ab Othone I. Imp. in Lusatiæ Marchionem inuestitus: occidit in bello Heneto: Magdeburgi sepultus. Vxor SIBVRGIS F. Geronis I. Burggrauij Magdebur.* *† Stemmatis VVethinensis ramus tertius, Marchionum Lusatiæ.*

DEDO II. Comes VVethini & Mersburgi, Burggrauius Soraborũ, Dynasta Budsetij: puer à Riddaco Marchione Misniæ educatus. Diues ac bellicosus princeps: rebellis Henrico II. Cæsari, VVolmerstadiam VVerneri Marchionis arcem exussit: à quo deinceps in prælio ad Tungermundã cõfossus, opperijt A. C. 1009. Vxor TETBVRGA Theodorici Marchionis Brandeburgij F.

FRIDERICVS Comes VVethini & Ilenburgi, primus Misniæ Burggrauius: Ilenburgi ætate grandi ἄπαις ἄῤῥην mortuus Non. Ianuar. 1017. Vxor HILDA Burggrauia Magdeburgensis.

ODA vxor Mieslai Ducis Poloniæ.

Filiæ tres.
HILDA.
HIDDA.
ODA vxor Adelberti Pincernæ Somersbergij.

DITMARVS I. Marchio Lusatiæ, Comes Reueningensis & Nordringensis: trium monasteriorum fundator, Munchenenburgi, Hagenrodæ, & Dancmarsfeldæ: obijt A. C. 978. Vxor SVANHYLDIS Hermanni Bilungi F. secundis nuptijs iuncta Erbardo I. Marchioni Misniæ.

GERO Archiepiscopus Coloniensis, ἰκτέρῳ correptus, à successore VVarino viuus est sepultus III. Kal. Iulias 983.

DITHMARVS II. Lusatiæ Marchio, Comes Reueningensis, auxilio Henrici II. Imp. contra Henetos feliciter pugnauit.

GERO Marchio Lusatiæ, bello Cæsaris Polonici occubuit IIX. Kal. Sept. 1015. sepultus Munchencuburgi.

OTHO Marchio Lusatiæ, conditor cænobij ad Salam circa Magdeburgum, quod Gratiam Dei nominant: in bello Henrici II. Cæsaris cum Polonis, sagitta lethaliter capite vulneratus, occubuit A. C. 1015. IIX. Kal. Septembris. Sepultus Munchenenburgi ἄπαις. *Stemmatis VVethinensis ramus quartus, Palatinorum Saxoniæ.*

THEODORICVS II. Comes VVethini, Stemmatis propagator. Vide fol. seq. C.

TETBVRGA vxor Alberti VI. Comitis Ascaniæ & Marchionis Salisquellensis.

FRIDERICVS I. Palatinus Saxoniæ, obijt A. C. 1020. cũ vxore AGNETE Comite Vinariensi, fœmina docta, in Goizeke sepultus: vbi ædem B. Simeonis construxerat.

DEDO Saxoniæ Palatinus, Henrico III. Cæsari militauit in Vngaria A. C. 1043. vbi Marchiã Palatij ab se eo promeruit. A sacrificulo circa pagum Polete, equum censurus, ad inguina vulneratus: obijt III. Non. Maij A. C. 1056. Sepultus Goslariæ. Princeps pius, bonus, vnde viduarum ac orphanorum pater audijt: militaris item disciplinæ egregiè peritus.

FRIDERICVS II. Palatinus Saxoniæ secundum fratrem: ab Henrico IV. Imp. Papiam in exilium actus: post sesquibiennium reuersus, carceri aliquandiu est mancipatus. Liber dimissus, monasterium Gozense ditauit, bibliothecam instituit: & in memoriam filij occisi, Curtim suam Tundorf eidem legauit. Obijt A. C. 10°8. VI. Kal. Iunij: sepultus in æde Gozecensis cænobij ad latus filij. Vxor Heduigis Bauarica.

ALBERTVS Archiepiscopus Hamburgensis & Bremensis, Aquisgrani designatus ab Imp. Henrico III. anno 1043. Princeps acris ingenij, memoriæ insignis, eloquẽtiæ admirandæ: in pauperes beneficus: ipsi Imperatori valde carus: à quo Frisiæ quoque Comitatu est honoratus. Monasterium Gozecense cum fratribus extruxit, priuilegijsque donauit: Bremensem ecclesiam ad instar Beneuentanæ, XXIV. annorum spacio absoluit: & cum Ducibus Saxoniæ, vicinisque principibus non pauca gessit bella. Obijt Goslariæ XII. Kal. Aprilis A. C. 1073. Sepultus Bremæ. *Palatini Saxon.æ.*

Palatini Saxoniæ. *FRIDERICVS III. Palatinus Saxoniæ, in ipso ætatis flore in venatione confossus à Ludouico Saltatore Turiugiæ Comite, fraude vxoris suæ adulteræ (huuc namque ea deperibat: vnde postmodò quoque ei nupsit) VI. Id. Ianuarij A. C. 1085. Sepultus in monasterio Gozecensi. Fuit ea ADELHEIDA Vdonis I. Marchionis Stadensis F. quam ipsi pater desponsarat, vix pueriles egresso annos.*

FRIDERICVS IV. Posthumus, Palatinus Saxouiæ, à vitrico educatus: vbi ex ephebis excessit, paternam abs eo hereditatem magnis simultatibus, homicidijs, rapinis, incendijs repetijt: quem & Mersburgi ad Mouomachiam prouocare non dubitauit. Et tandem reconciliatus: magno auri pondere accepto, nounulla ipsi prædia vnà cum Aduocatia Gozecensi cessit. Obijt Tiggelstidæ A. C. 1120. Vxor AGNES Dux Limburgi.

HENRICVS Palatinus Saxoniæ, à patre militiæ destinatus, spe recuperandæ hæreditatis auitæ: iuuenis decessit. Tumulatus Sulzæ.

FRIDERICVS V. Canouicus Magdeburgius, post fratris excessum, ordine relicto, Palatinatum occupauit: sed à Notberto Archiepiscopo diris deuotus; coniugio eiurato, monachum rursus induit. Vxor N. filia Fritzonis Comitis.

SOPHIA nupsit Hermanno Landgrauio Turiugiæ & Hassiæ: cui Fridericus Barbarossa Palatinatum huuc tradidit A. C. 1181. à quo reuolutus est ad Henricum Illustrem Marchionem Misniæ, huius ex filia Iutha nepotem.

STEMMATIS VVETHINENSIS PARS RESIDVA, CONTINENS PRAESENTES MARCHIONES Misniæ, & ab his ortos Saxoniæ Electores.

Theodoricus II. Comes VVethini.

Dedo I. Marchio Lusatiæ ✝ 1068. | Fridericus Ep. Monasteriensis. | Conradus Marchio Landsbergæ. | Thimo Marchio Misniæ & Landsbergæ. ✝ 1115.

Dedo II. | Henricus Marchio Misniæ & Lusatiæ ✝ 1106. | Conradus Marchio Landsbergæ & Elector Brandeburg. ✝ 1050. | Conradus M. Misniæ, obijt 1156. | Dedo M. Landsberg.

Henricus Posthumus M. Misniæ & Lusatiæ. | Otho Diues March. Misniæ ✝ 1189. | Theodor. III. M. Landsberg. ✝ 1184. | Dedo Comes Rochlicij. ✝ 1190. | Henricus Co. VVethini.

Albertus Superbus M. Misniæ ✝ 1195. | Theodoricus IV. Comes VVeissenfelsæ. 1220. | Adela Regina Bohemiæ.

Henricus Illustris, Marchio Misniæ, & Landgrauius Turingiæ primus, obijt 1287.

Albertus Degener, Landgrauius Turingiæ ✝ 1270. | Theodoricus V. Marchio Misniæ ✝ 1283. | Fridericus Clemme.

Fridericus Admorsus Landgr. Turing. Marchio Misniæ ✝ 1326. | Ticemannus. | Henricus. | Fridericus Theut, Marchio Misniæ ✝ 1291.

Fridericus Claudus M. Misniæ obijt 1315. | Fridericus Grauis, Marchio Misniæ Landgr. Turingiæ, electus Cæsar. ✝ 1349. | Elisabeth Landgrauia Hassiæ.

Fridericus.

Fridericus. | Ludouicus Episc. Halberstad. & postea Mogunt. | Fridericus Strenuus, ✠ 1381. | Guilielmus I. Cocles March. Misniæ ✠ 1407. | Balthasar Landgr. Turingiæ ✠ 1406. — Fridericus Pacificus ✠ 1439.

Fridericus Bellicosus, primus Elector Saxoniæ ✠ 1428. | Guilielmus II. Diues, M. Misniæ. 1425. | Georgius Marchio Misniæ.

Fridericus II. Elect. ✠ 1464. | Sigismundus Episc. Herbipol. ✠ 1457. | Henricus Marchio Misniæ ✠ 1435. | Filiæ duæ. | Gulielmus III. Landgr. Turingiæ ✠ 1482.

Fridericus. | Ernestus Elector ✠ 1486. | Anna vxor Alberti Achillis Germanici. | AEmilia vxor Ludouici Ducis Bauariæ. | Albertus Animosus, Dux Saxoniæ. 1500. | Margareta vxor Io. Elect. Brandeb. | Anna vxor Henrici Monsterb.

Fridericus III. Elect. Saxon. ✠ 1525. | Albertus El. Mongunti. ✠ 1484. | Ernestus Archiep. Magdeb. | Ioannes Constans Elector Sax. ✠ 1532. | Filiæ duæ. | Georgius ✠ 1539. | Fridericus Magister Borussiæ. | Henricus Pius D. Sax. ✠ 1541. | Catharina vxor Sigismūdi Aust.

Ioan. Fridericus I. Elector 1547. | Ioan. Ernestus Coburgius. | Maria Dux Pomeran. | Mauricius Elect. Saxoniæ. ✠ 1553. — Anna vxor Guliel. Princ. Auraniæ. | Seuerin' D. Saxo. ✠ 1533. | Augustus Elector Saxoniæ ✠ 1586. | Filiæ tres.

Ioan. Fridericus II. Dux Saxoniæ. | Ioan. Ernestus. | Ioan. Guil. D. Saxon. ✠ 1573. | Io. Frid. III. ✠ 1565. | Christianus Elector Sax. N. 1560. | Elisabeth vxor Ioā. Casimiri Palatini. | Dorothea vxor Henrici Iulij D. Brunſ. | Anna vxor Ioan. Casimiri Ducis Saxoniæ.

Ioan. Casimirus. | Ioan. Ernestus. Duces Saxoniæ Coburgenses. | Frid. Guilielmus. | Ioannes. | Maria. Duces Saxoniæ Vinarienses. | Christianus Dux Sax. | Ioan. Georgius Dux Sax.

STEMMATIS ΕΚΦΡΑΣΙΣ.

HEODORICVS siue DIETERICVS II. Marchio Landsbergensis, Burggrauius Sotaborum, Comes VVethini & Ilenburgi, Cylnburgum quoque & Seuslitium Comitatus, beneficio Henrici II. Imp. accepit. In proprio cubiculo confossus Idib. Decembris A. C. 1034. ex MATHILDE filia & hærede Echardi I. Marchionis Misniæ septem procrearis liberis: *Marchiones Lusatiæ & Landsbergæ.*

DEDONE I. Marchione Lusatiæ, Burggrauio Sorbeci, Comite VVethini & Cylnburgi: qui quum Turingiam ab Imp. Henrico IV. tanquam feudum impetrare nequit: neque eam Ecberto II. Marchioni Saxoniæ vi eripere: rebellis factus Imperatori; Beichlingo arce Turingorum vetere, quam tuebatur, expugnata; à proprio interfectus est satellite: exanimeque corpus, Cæsaris permissu, Misnam ad maiorum sepulcra translatum A. C. 1061. Ex bino coniugio senos genuit liberos: *Stemmatis VVethinensis ramus quintus, Marchionum Lusatiæ & Landsbergæ.*

ex ODA Comite Orlamundensi & Vinariensi,

DEDONEM II. Marchionem Lusatiæ, ab Imp. Henrico ditione, sua exutum, & in exilium mortuum A. C. 1075.

ADELHEIDEM Ernesti Marchionis Austriæ coniugem,

AGNETEM nuptam Friderico Palatino Saxoniæ.

ex ADELHEIDE Ducissa Brabantiæ, muliere omni Marchione animosiore, quæ maritum aduersus Augustum instigaret.

DEDONEM III. infantem extinctum.

HENRICVM Seniorem, Misniæ & Lusatiæ Marchionem: qui bis exul Misna exactus, vrbem tamen secundò recepit. Subitanea morte perijt A. C. 1106. mense Augusto, eodem die, quo anno proximè præcedenti Bennoni Præsuli colaphum impegerat: quòd

Marchiones Misniæ Lusaciæ, & Landsbergæ.

rat: quòd repeteret bona ecclesiastica ab Imperatore alienata. Vxor GERTRVDIS F. Hermanni Pinguis Comitis Northæmij, grauida relicta, peperit

HENRICVM Iuniorem, Posthumum, Marchionem Misniæ, Lusatiæ & Landsbergæ, Comitem Ilenburgi. Misnia hic à VViperto Comite Ostrolandiæ (cui eam Henricus V. Imp. in militiæ exactæ præmium, post Dedonis generi mortem, possidendam tradiderat) exactus: eandem triennio pòst auxilio Lotharij Saxoniæ Electoris, qui postea imperauit, iterum expulit: sicque paternam prouinciam recepit. Conradum Magnum, nolentem ipsum patruelem agnoscere, sed Coci filium vocitantem, cruento vicit prælio: captumque Kirchbergæ in ferreum cubile inclusit. Nec diu pòst superfuit, eodem nimirum anno 1126. mortuus ânnt.

CONRADVM Marchionem Landsbergensem, & Electorem Brandeburgium tertium, ab Henetis trucidatum A. C. 1050. ex ADELHEIDE F. Guelphi IV. Ducis Bauariæ, vnica suscepta filia

GERTRVDE vxore Orcholphi Saxoniæ Electoris, dynastæ Luneburgij.

FRIDERICO Episcopo Monasteriensi, qui recepto Præsulatu (contra ipsum namq; ab Henrico IV. Imp. electus fuerat VVeßilo, frater Annonis Archimystæ Agrippinensis) vrbis mœnia restaurauit: & ædem Mauritianam condidit: vbi & sepultus est.

GERONE Marchionum optimo & præcipuo, Comite Brenæ: qui interfuit conuentui Misnæ habito A. C. 1071. & ex BERTHA Comite Groicensi, vidua Popponis Vinariensis Comitis, tulit

GVNTHERVM Episcopum Zizensem & Naumburgensem, mortuum A. C. 1093.

THEODORICVM &

GVLIELMVM Comites Brenenses, iuuenes fortissimos: qui exules tum temporis auxilio fuerunt Ecberto II. Marchioni Saxoniæ, vrbe Misna eijcienti Bohemum cum præsidijs A. C. 1076.

VVILLAM Abbatissam Gerbstetensem.

TETBVRGIM Monialem & Præpositam Gerenrodæ.

CONRADO Marchione Landsbergensi, Burggrauio Soraborum, Comite VVethini in Calabria extincto: genitore ex OTILIA Rachleburgensi.

GERTRVDIS seu BERTRADAE nupta Berengero Comiti Turingiæ, ac dynastæ Sangershusano.

RIDDACO Burggrauio Soraborum, Comite VVethini, iuuene defuncto.

Thimone natu minimo, Marchione Landsbergensi, stemmatis propagatore. †

HILDA desponsata Zuantopolconi Duci Bohemiæ.

THIMO Marchio Landsbergensis, Comes VVethini, castra Henrici IV. Imp. secutus: ab eo in præmium fidelis in bellis nauatæ operæ, accepit Ecberti II. Marchionis Misniæ ditionem: sed non accepit insignia, morte præuentus: in prælio nempe Lotharij Saxonis cum Henrico V. Augusto in Comitatu Mansfeldensi commisso, fortiter occubuit III. Idus Februarij A. C. 1115. Cum vxore ITHA, filia Othonis Ducis Saxoniæ Visurgani, in cœnobio Niemeci, quod vterque fundarant, sepultus: tribus superstitibus liberis:

Conrado Magno, Marchione Misniæ, stemmatis propagatore. †

DEDONE IV. Marchione Landsbergensi, Comite VVethinensi, Brenensi, & Cilnburgensi: qui quidem inchoauit extructionem ædis S. Petri in monte Lauterbergio, qui nunc S. Petri mons nominatur: sed non absoluit. Simultate namq; exorta inter ipsum & coniugem (fuit hæc BERTHA F. VViperti Senioris Marchionis Groizensis & Burggrauij Magdeburgij) vbi ipsi reconciliatus est, iter vouit in terram Sanctam: in cuius reditu hominem exuit ânnus A. C. 1135.

MECHTILDE coniuge Geronis Comitis Seeburgi, Boij: matre VVigmanni Archiepiscopi Magdeburgij, defuncti A. C. 1194. VI. Id. Sept.

Marchiones Misniæ Landsbergæ, & Lusatiæ.

CONRADVS *Magnus*, item *Pius* cognominatus, Marchio Landsbergæ & Lusatiæ, Comes VVethini, Brenæ, Ilenburgi, Cylnburgi, Groicij, & Rochlicij: primus sui stemmatis à Lothario Cæsare Marchio Misniæ inuestitus A. C. 1126. cœnobium Lauterbergianum absoluit, liberalissimeque ditauit: in quo tandem, viduus factus, monachum induit: vbi & post LXVII. diem naturæ satisfecit Nonis Februarij A. C. 1156.

1156. sexagenario minor anno vnico. Ibidem sepultus. Vxor LVIDGARDIS siue LVCIA F. Friderici Hohestauffij Ducis Sueuiæ, decessit XIII. Kal. Quintil. A.C. 1146. mater ex ipso facta XII. liberorum: quorum *Marchiones Landsbergæ & Lusatiæ.*

Otho *Diues*, stemma Marchionum Misniæ propagauit. †

THEODORICVS III. Marchio Landsbergæ & Lusatiæ, fundator cœnobij Dobraluca ad Elistrum nigrum: heros magnanimus: Fridericum Barbarossam Imp. in Armeniam & postea Venetias comitatus: ibi ex pio & iusto zelo Alexandrum Pontificem, Imperatorem pedibus conculcantem, vultu, gestu & verbis incessit acerbis: Henricum quoq; Leonem Saxoniæ Electorem ad monomachiam pronocare non est veritus. Obijt V. Id. Februarij A. C. 1184. Sepultus Lauterbergi. Liberos tulit

ex DOBROGERA Ducissa Poloniæ, Mesiconis sorore, ad latus mariti sepulta, vxore prima,

CONRADVM Marchionem Lusatiæ & Landsbergæ: qui vulnere in ludis Martialibus accepto, decessit XV. Kal. Decembris A.C. 1175. funeratus Lauterbergi.

GERTRVDIM Monialem Gerbstatensem.

ex CVNEGVNDA Comitissa Pleissense, vxore altera,

THEODORICVM Episcopum Mersburgensem, virum pium & doctum, defunctum IV. Non. Octob. A. C. 1184. & Lauterbergi in maiorum mausoleo inhumatum.

HERMANNVS Episcopus Papabergensis, vita excessit IV. Id. Iulias, A. C. 1177. præsulat: us sui quinto. Sepultus in monialium cœnobio ad S. Theodorum à sorore fundato. *Stemmatis VVethinensis ramus sextus, Comitum Rochlicensium.*

DEDO V. Comes Rochlicensis, propter nimiam obæsitatem Crassus *cognominatus; antequam cum Henrico VI. Imp. militatum iret in Apuliam, aruinam corporis medico secandam præbuit. Fundauit Cillenense cœnobium ad Muldam: quod nomine mutato, nunc VVechselburgum nuncupatur: vbi & post mortem est inhumatus, qua ipsi accidit XVII. Kal. Septemb. A. C. 1190. ex coniuge MECHTILDE filia Gosuini Comitis Mersburgensis, parens factus*

THEODORICI Comitis Rochlicij, Præpositi Magdeburgij: qui postea Palatinus Saxoniæ, & Comes factus Somersbergius ac Groizensis4 ex MECHTILDE Ludouici primi Landgrauij Turingiæ filia, sustulit

AGNETAM, mortuam virginem A. C. 1207.

PHILIPPI præpositi Xantonensis.

GOSVINI / HENRICI } in pueritia defunctorum.

CONRADI Marchionis Lusatiæ & Comitis Rochlicij, Fridericum Cæsarem in Palæstinam comitati: defuncti prid. Non. Maij A.C. 1211. & in Ciliensi cœnobio inhumati: ex ELISABETHA Ducissa Poloniæ, Miecislai Senioris F. tribus relictis liberis:

CONRADO vltimo Comite Rochlicensi: cui ELISABETH vxor filia Alberti I. Ducis Saxoniæ, nullam sobolem enixa est.

AGNETE vxore Henrici Principis Palatini Rheni.

MECHTILDE consorte Alberti II. Electoris Brandeburgij.

AGNETAE nuptæ Bertholdo IV. Duci Morauiæ, Dalmatiæ, & Istriæ Comiti, mortuo A. C. 1244. cui tres enixa est filias,

AGNETEM à marito Philippo Galliarum Rege, Innocentij III. Papæ instinctu repudiatam, & Pontiacum relegatam.

GERTRVDEM matrem S. Elisabethæ, ab Andrea Rege Pannoniæ marito adulterij insimulatam, capitisq; damnatam.

S. HEDVIGEM consortem Henrici Barbati Ducis Silesiæ.

HENRICVS Senior, Comes VVethini, mortuus A. C. 1181. III. Kal. Septembris, & Lauterbergi inhumatus: ex vxore SOPHIA Bauarica, tulit filios: *Comites VVethini.*

CONRADVM Comitem VVethini, Giebechenstrinæ defunctum, & Lauterbergi sepultum A. C. 1187.

HENRICVM Iuniorem, adolescentem fatali morte absumptum IV. Id. Ianuar. A. C. 1187. & in monte Pettino iuxta genitorem & germanos inhumatum.

VLRICVM Comitem VVethini, fouentem partes Philippi Cæsaris de Imperio contendentis cum Othone Brunsuigio: defunctum IV. Kal. Octobris A. C. 1206. ex HEDVIGE nata Bernardi Saxoniæ Electoris, filio suscepto vnico.

HENRI-

Stemmatis VVerbinensis ramus septimus, Comitũ Brenæ.

HENRICO vltimo Comite VVethinensi, duodecenne extincto IIX. Kal. April. A. C. 1217. & Lauterbergæ ad parentes inhumato.

FRIDERICVS II. Comes Brenensis, fundator Buchæ cœnobij ad Tschopæ fluminis ostium, naturæ satisfecit V. Kal. Ianuarij A. C. 1180. Sepultus Lauterbergi. Vxor HEDVIGIS Ducissa Bohemiæ, Theobaldi F. obijt XI. Kal. Martij A. C. 1210. sepulta Brenæ. His nati

FRIDERICVS II. Comes Brenæ, Fridericum Imp. in Palæstinam comitatus; in vrbe Ptolemaide morbo perijt A. C. 1221. postridie Id. Octobris: ex IVDITHA filia Friderici Comitis Zigenhainij, Brenæ sepulta A. C. 1220. terna superstitẽ sobole:

OTHONE
THEODORICO } *Comitibus Brenæ.*
HEDVIGE

SOPHIA Abbatissa Quedlinburgensis.

OTHO Comes Brenæ, matre & fratre cooperantibus, Brenam monasterium ad Halam Saxonum extruxit: vbi & sepultus est A. C. 1210. mortuus X. Kal. Ianuarij.

BERTHA Abbatissam egit Gerbsteti.

GERTRVDIS post obitum mariti, Hermanni Principis Palatini ad Rhenum, cœnobium S. Theodori Bambergæ extruxit: in quo vidua reliquum vitæ exegit.

ADELHEIDIS primum Suenoni Daniæ Regi, dehinc Alberto Electori Brandeburgio nupsit.

SOPHIA fuit in consortio Gerardi Ducis Boiariæ.

ODA Monialis & Abbatissa Gerbsteti.

AGNES Abbatissa Quedlinburgi.

Marchiones Misniæ

OTHO Marchio Misniæ, Lusatiæ, & Libonotriæ, fodinis metallicis valde fæcundis ditatus, *Diuitis* cognomen accepit. Fribergam propter inuentas venas metallicas condidit: Lipsiam & Isenburgum muro cinxit: cœnobia Portam in Turingia, & Vetercellense ad Muldam in siluosis vallibus fundauit. Captus à Ludouico Landgrauio Turingiæ, & VVartbergæ detentus: ex mandato Friderici Barbarossæ Imp. est dimissus: quem postea suis iuuit copijs contra Henricum Leonem. Ab Alberto quoque filio, bello insperato captus, & Dibini in carcerem inclusus: post liberationem anno primo, mense tertio, vita excessit XII. Kal. Martij A. C. 1189. In Veterocellensi cœnobio sepultus vnà cum vxore HEDVIGE, filia Alberti Vrsi Marchionis Brandeburgij: quatuor superstitibus liberis,

ALBERTO Superbo, *Marchione Misniæ, Lusatiæ, & Libonotriæ siue Ostrolandiæ: qui patrem diu captiuum tenuit; quòd fratrem natu minorẽ, matris instinctu Marchionem Misniæ pronunciasset. Vnde & quinquennio à genitoris morte, eidem nouum bellum fecit: totaque terra Orientali expulit: præter VVeissenfelsam in Turingiæ finibus nihil ei relinquens. Ab Henrico VI. Imp. ditione sua exutus: fratri coactus est relinquere, quod ipsi iniustè ademerat. Miserrimè tandem perijt Heimesdorffi in casula rustica: veneno necatus à proprio ministro Hauguldo, ipsi & vxori propinato, (fuit hæc SOPHIA Bohemiæ Ducissa) qua marito triginta tantummodò diebus superuixit. In Veterocellensi cœnobio sepultus A. C. 1195. Filia eius vnica*

CHRISTINA nupsit Hermanno Lodenbergio.

Theodorico Comite VVeissenfeldensi, &c. stemmatis propagatore. †

ADELA vxore Primislai Regis Bohemiæ: à quo postmodò repudiata, odio sui fratris Theodorici, Philippi Cæsaris partes fouentis contra factionem Othonianam, cui Bohemus erat addictissimus; ad mortem vsque exulauit: vitam seu vidua exegit in cœnobio VVasserburgensi: naturæq; satisfecit Kal. Febr. A. C. 1211.

SOPHIA duobus nupsit, Vlrico Duci Bohemiæ, & N. Burggrauio Noribergio.

THEODORICVS IV. Marchio Misniæ, Comes VVeissenfelsæ, princeps satis fuit infelix. A fratre namque in exilium actus: eo mortuo, paternam atque auitam prouinciam sine armis quidem & tumultu, soceri sui auxilio recuperauit: propter metalla tamen insidias ipsi Henricus VI. Imp. multifariam tetendit. Veneno tandem necatus à proprio medico; quem Lipsienses, quibus cum bellum gerebat, ad hoc facinus perpetrandum centum marcis argenti conduxerant; terras reliquit A. C. 1220.

pridie

pridie Kal. Martij. Cum vxore IVDITHA, filia Hermanni Landgrauij Turingiæ in Veterocellensi cœnobio funeratus, parens factus octo liberorum:

Marchiones Misniæ Landgrauij Thuringiæ.

HENRICI I. Præpositi Misnensis,
THEODORICI
OTHONIS
CONRADI — *qui omnes impuberes ante parentes fato sunt sublati.*

Henrici Illustris, primi Landgrauij Turingiæ, stemmatis propagatoris. †

IVTHÆ, III. Id. Ianuarias,
HEDVIGIS
SOPHIÆ, XVI. Kal. Aprilis — *ætate puerili defunctarum. Tempora annorum non sunt annotata.*

HENRICVS Marchio Misniæ, Lusatiæ, & Libanotriæ, Palatinus Saxoniæ, primus suæ familiæ Landgrauius Turingiæ. Anno namque æræ Christianæ vndequinquagesimo supra millesimum ducentesimum, Aurelianensium gente deficiente: de iure successionis in Turingia & Hassia cum Henrico Brabantino armis contendens; Hassiam illi cessit; Turingiam ipse retinuit: quam & contra eum ac Albertum Brunsuigium, quem acie victum cepit, octoque arcibus ad VVerram sitis mulctauit, fortiter defendit. Contra Prutenos nondum ad fidem Christianam conuersos felicia pro Imperio bella gessit A. C. 1237. & monasterium Cellæ nouæ in Lusatia condidit. Dresdæ vitam reliquit mortalem A.C.1287.XV.Kal.Martij, septuagenario maior anno vnico: sepultus in cœnobio Veterocellensi. In hoc principe tanta fuit excellentia virtutis ac sapientiæ, tanta animi magnitudo: vt ob res gestas *Illustris*, ob liberalitatem *Munifici* cognomentum meruerit: quam ob rem quoque apud Fridericum Imp. plurimum valuit gratia & auctoritate. Trigamus senos genuit liberos:

¶ ex CONSTANTIA Austriaca, Leopoldi F. defuncta Non. Quinctil. A. C. 1262. & Veterocellis iuxta maritum tumulata.

Albertum Degenerem, stemmatis propagatorem. †

THEODORICVM V. Marchionem Misniæ, Lusatiæ, Landsbergæ, cognomento Sapientem: qui cum fratribus captus ab Anhaltinis Siffrido & Bernardo: magnoq; ære redemptus, construxit cœnobium VVeissenfeldense. Obijt A. C. 1283. princeps pius, iustus, & sapiens. Quidam eum ἄπαιδα *decessisse asseuerant: ideoque, quia fratris mores oderat, Fridericum ac Ticemannum fratrueles, in aula sua educatos, adoptasse; Mysorumq; regionis haredes instituisse. Verum ex vxore HELENA, nata Ioannis I. Marchionis Brandeburgij, trium liberorum factus est parens: quorum*

FRIDERICVS Theut, Marchio Misniæ, Lusatiæ, & Landsbergæ; ab obsidione Pirnæ vrbis à VVitigone præsule Misnensi pulsus: sed adolescens princeps irritatior factus, recollectis copijs, Pirnam nihilominus expugnauit: Dresdam cepit: Scharffenbergam occupauit: Præsulem fugauit: Stolpenam arcem eidem eripuit. Eodem tamen anno, qui fuit Salutis nostræ 1291. cùm ex venatione defessus venisset Hirsesteinam, arcem ad Albim sitam; toxico in cerasis dato, è medio est sublatus. Suselitij (iuxta alios, Veterocellis) iuxta patrem conditus, ἄπαις. Vxor HILTEGARDIS Bauarica.

HELENA consors Ioannis II. Electoris Brandeburgij, obijt A. C. 1287.

BRIGITTA tribus ordine nupsit: 1. Conradino Sueuo, Regi Siciliæ: 2. Conrado Duci Glogouiæ in Silesia: 3. Conrado I. Electori Brandeburgio.

HENRICVM Marchionem exulem.

¶ ex AGNETE F. VVenceslai Regis Bohemiæ, mortua Idib. Sept. A. C. 1268. & Veterocellis sepulta, vxore altera,

ADELHEIDEM
HEDVIGEM — *virgines Vestales in cœnobio VVeissenfeldensi.*

¶ ex ELISABETHA Maltiesa, vxore tertia,

FRIDERICVM cognomine appellatum à vehementia Clemme, quasi rigorosum: mortuum Dresdæ ἄπαιδα *A. C. 1316. indeq; ad Veterocellam deportatum ad patria monumenta. Vxor IVDITHA Comitissa Schuarzeburgia.*

Marchiones Misniæ Landgrauij Thuringiæ.

ALBERTVS *Degener*, Comes prouincialis Turingiæ, Dynasta terræ Pleissensis: fratri fuit perinimicus, cui ob venas metallicas Fribergenses bellum parricidiale intulit: violator quoque coniugij, & crudelis in vxorem ac filios: vnde sibi patriæque exitium furenter attraxit. Etenim amore CVNEGVNDAE Isenbergiæ fascinatus: quum filios Fridericum & Ticemannum, exuto omni affectu paterno, quauis fera immanior, omni ditione atque spe successionis priuare conaretur: partim vendendo vniuersas terras Adolpho Cæsari, deinde quum id minimè succederet, titulum emptionis transferendo cùm ad alios, tum ad Erphordienses: postremò etiam profusa largitione: qua exhaustus, exul in egestate extrema atque summo contemptu diem suum obijt Erphordiæ A. C. 1315. Funeratus ibidem in æde B. Virginis Deiparæ. Fuit in eius matrimonio primùm MARGARETA F. Friderici II. Imp. Romanorum: cum qua dotis loco accepit Aldenburgum & terram Pleissensem; sed quam primùm veneno, pòst mann per agasonem de vita tollere est machinatus. De cuius insidijs illa certissimis indicijs edocta: vt furoribus mariti cederet, vitæq; suæ consuleret; noctu per fenestram ex arce Isenacensi demissa, Francofurtum euasit: vbi monasterium Virginum ingressa, post paucos annos mœrore decessit A. C. 1270. Pellice CVNEGVNDA Isenburgia defuncta A. C. 1299. duxit tertiam coniugem ADELHEIDIM Castellæ Comitissam, viduam vltimi Comitis Arnshaugiani: sed ex qua nihil liberorum tulit. Liberi autem eius referuntur quinque:

ex MARGARETA vxore legitima,

Fridericus Admorsus, stemmatis propagator. †.

TICEMANNVS Marchio Misniæ, à Theodorico patruo adoptatus: iustitia, moderatione, grauitate, beneuolentiam erga se subditorum mirifice auxit. Albertum Marchionem Brandeburgium, Luccam oppidum inferioris Lusatiæ obsidentem, fortiter ab vrbe pepulit; cæsis hostium tribus millibus. Post multas tandem victorias, auxilio fratris partas, Lipsiæ ad D. Thomam scelere Philippi Nassouij, immissis inter sacra nocturna feriarum Nataliciarum Seruatoris sicarijs, vulneratus: biduo post exspirauit VII. Kal. Ianuarij A. C. 1308. ex vxore IVDITHA F. Bertholdi Comitis Hennebergij, nulla sobole relicta. Sepultus ibidem in æde Paulina.

HENRICVS Marchio Misniæ, à patre fugatus, omniq; iure priuatus (vnde Ducis absque terra cognomentum inuenit) habitauit Aldenburgi: vbi naturæ debitum persoluit A. C. 1299. Sepultus Veterocellis. Ex vxore HEDVIGE Ducissa Silesiæ, filia Henrici ducis Glogouiensis, genuit

FRIDERICVM Marchionem Brandeburgium, iuxta patrem tumulatum, *&c.*

AGNES consors Henrici Morosi, Ducis Brunsuigij & Luneburgij, dynastæ Grubenhagiani.

ex CVNEGVNDE Isenburgia, pellice,

LVDOVICVS cogn. Apicius, quē pater legitimis heredibus præteritis ad gubernationem euehere frustra conabatur, obijt A. C. 1299. Sepultus cū matre Isenaci ad D. Catharinam.

FRIDERICVS *Fortis* (der Freidige) Landgrauius Turingiæ, Marchio Misniæ ac Libanotriæ, Palatinus Saxoniæ, ab admorsa gena *Admorsi* quoque cognomentum traxit. Eum namque puerum tenellum mater, ob structas sibi à marito insidias, amicis hortantibus, fugam adornatura; & filijs, à quibus inuita auellebatur, valedictura; lacrymis & eiulatu materni doloris magnitudinem contestata; eum (inquam) crebris complexa osculis; postremò mirabili animi motu genam mordicus apprehenderat & læserat: cuius vulneris cicatricem ipse, quoad vixit, retinuit. A Theodorico patruo, aliquanto post matris fugam, cum Ticemanno fratre in aulam euocatus: cùm, ne spectator esset flagitiorū patris: tum vt periculo, in quo versabatur, eximeretur: probè istic in pietatis & virtutū studijs est institutus: præclaraq; in re bellica fecit tyrocinia, prælijs aliquot cōmissis cum principib. Anhaltinis. Patruo defuncto quum, hæres succederet in Mysiæ possessionem: crudeli à genitore petitus bello, captus, totoque anno carceri est mancipatus. Vnde tamen custodum opera diuinitus liberatus: & à patre, subinde ad arma redeunte, diuinitus quoq; protectus, adiutus & seruatus: eodem intra Erphordiam concluso, vniuersam eam regionem recepit. Nec non post bella cum patre, Adolpho & Alberto Impp. feliciter confecta, in compensationem damnorū & expensarum,

ſubegit vrbes Imperij, Aldeburgum, Cygnæam, & Chemnicium A. C. 1308. Quinquennio pòſt à Voldemato Marchione Brandeburgio per inſidias captus: iiſdem artibus à ſuis feliciter liberatus: Voldemarum ipſummet captiuum abduxit in arcem Aldeburgenſem: armiſque ſumptis, omnia maiorum bona recuperauit: in Turingia Iſenacum; in terra Orientali, Lipſiam, Grimmam, Torgam; in Pleiſſenſe, Aldeburgum; in Miſnia, Friburgum, Miſnam, Hanam, Oſchacium: duas inſuper Imperij vrbes, Zuiccam & Chemnicium. Tabe tandem per biennium fermè conſumptus, deceſſit Dreſdæ VII. Kal. Maij A. C. 1326. ſeptuagenario minor anno vnico. Funeratus Iſenaci. Princeps integerrimus, beneficus, caſtus, fortis. Liberos genuit *Marchiones Miſnia Landgrauij Thuringia.*

ex AGNE Duciſſa Carinthiæ, vxore prima, mortua A. C. 1293.

FRIDERICVM Claudum, *Marchionem Miſnia, in oppugnatione arcis Zuencana prope Lipſiam ſagitta traiectum: & in cœnobio Veterocellenſe conditum Idib. Ianuarij A. C. 1315.*

ex ELISABETHA Comitiſſa Arnshaugiana, Adelheidæ nouercæ filia, quæ ipſi dotis nomine attulit Marlsheim, Neuſtadium, Ienam: Iſenaci ſepulta A.C. 1359. vxore altera; *fuit filia ultimi Comitis de Arnshag, et Adelheidis, filiæ comitis de Cassel.*

Fridericum Grauem, Marchionem Miſniæ, ſtemmatis propagatorem. †

ELISABETHAM *Henrico Ferreo Landgrauio Haſſia deſponſatam A. C. 1316. à quo poſtmodo A. C. 1340. ob inuidium leuiri repudiatam, Iſenaci conſenuit.*

FRIDERICVS cognomento *Grauis* (der Ernſte) Landgrauius Turingiæ, Marchio Miſniæ: vir acri ingenio, & bello ſtrenuus: quum vnus inter omnes Imperij proceres excelleret prudentiæ, grauitatis, & opum gloria: contra Carolum IV. Cæſar deſignatus; decem millium argenti marcarum accepto pondere, Imperij munia & onera lubens ipſi reliquit A. C. 1347. Quinquennio ante hoc tempus, fœdere cum Erphordienſibus inito, Hermannum Orlamundanum & Guntherum Schuarzeburgium, nimio faſtu tumentes, bello aggreſſus: multos illorum pagos & vicos diripuit: Orlamundanum omnibus ſuis bonis priuauit: eiuſque Comitatum vnà cum Vinaria ſuæ fecit poteſtatis. E viuis exceſſit IV. Non. Februarij A. C. 1349. In cœnobio Veterocellenſi ſepultus, vnà cum vxore MECHTILDE, F. Ludouici Boij Cæſaris, defuncta A. C. 1346. VI. Non. Iulij. Decem hoc coniugio nati liberi:

FRIDERICVS *primogenitus A. C. 1329. in partu matris periculoſo atque difficili editus: eodem obijt anno albatus Non. Decembris: tumulatus Miſna.*

SIGISMVNDVS *Administrator Epiſcopatus Merſburgenſis, natus A. C. 1330.*

LVDOVICVS *Archiepiſcopus Moguntinus & Magdeburgius, Præſul Halberſtadenſis: Calba ad Salam fluuium, die Bacchanaliorum in Prætorio choreas ducens in gyrum vertiginoſus: incendio orto, ruptura ſcalæ ligneæ cum trecentis hominibus vtriuſq; ſexus, in ſubiectum aream præcipitatus: eo caſu colliſus, cum tribus duntaxat perijt A. C. 1381. Magdeburgi ſepultus in ſacello S. Gangolphi.*

Fridericus Strenuus, Landgrauius Turingiæ, ſtemma propagauit. †

GVLIELMVS *I. cognomento* Cocles, *Marchio Miſnia & Palatinus Saxonia, ſtipendia meruit apud Carolum IV. Imp. auguſtum. Emptionis nomine acquiſiuit Ilenburgum, Colditium, & Roſenbergam in Bohemia: belli vero iure Konigſteinam & Pirnam. Natura conceßit IV. Id. Februarij A. C. 1407. ſexagenario maior annis quinque, diebus quinquaginta. Cum vxore ELISABETHA F. Iodoci Ducis Morauiæ, Miſnia ſepultus: quæ è viuis erepta eſt ſterilis XII. Kalend. Decembris A. C. 1400.*

BALTHASAR *Landgrauius Turingia, vir bellicoſus: apud Eduardum III. Angliæ Regem bis ſtipendia meruit contra Gallum: ſemel A. C. 1351. iterum quinquennio pòſt, vbi à Rege in equitem aurei velleris eſt inauguratus. Comitatum Keuerenburgium hærede vacuum, iure feudali obtinuit: ab Abbate verò Fuldenſi Gerſtungum emit cum omnibus pertinentijs: CATHARINA verò vxor (fuit hæc filia Ioannis Burggrauij Noribergij) dotis nomine ad eum attulit Hilperhuſium, Helsburgum, Etfeldam: qua defuncta A. C. 1377. viduus manſit annos XXVII. ad ſecundas inde nuptias tranſiens duxit ANNAM F. VVenceslai Saxonia Electoris, relictam Friderici Brunſuigij Cæſaris electi: ſed ex qua nihil liberorum ſuſtulit. Obijt VVurtburgi XV. Kal. Iunij A. C. 1406. ſepultus Reinhartborni. Duos habuit liberos:*

Marchiones Misniæ Landgrauij Turingiæ.

FRIDERICVM *Pacificum*, Landgrauium Turingiæ, qui Contado VVallenrodio Magistro Borussiæ in Liuonia militauit, *'annalæ* defunctum A. C. 1440. Vxor eius ANNA F. Guntheri Comitis Suatzeburgij, Fributgi decessit A. C. 1431. postridie Non. Maij. Sepulti ambo Reinhartborni.

ANNAM vxorem Rudolphi Ducis Saxoniæ Electoris, defunctam A. C. 1395. VII. Kalend Sextil.

ELISABETH nupsit Friderico III. Burggrauio Noribergio.

BEATRIX post obitum mariti Bernardi IV. Comitis Ascaniæ, Abbatissam egit Suselicensem.

ANNA & CLARA gemellæ natæ A. C. 1345. VII. Id. Augusti, educandæ sunt traditæ Beatrici sacerdoti Suselicensi.

FRIDERICVS *Strenuus* (der Gestrengt) Landgrauius Turingiæ, Marchio Misniæ, & Dominus Franciæ Montanæ: principatibus, quos solus administrauit annos XXV. cum fratribus diuisis; terram retinuit Orientalem circa Landsbergam. In maxima apud omnes auctoritate fuit: Carolum IV. Imp. in bellis sæpenumerò iuuit: Albertum Brunsuigium, prædas per Turingiam agentem, armis pacem petere coëgit: arces Eccersbergam, Friburgum, Dornburgum, latronum receptacula, euertit. Obijt VII. Kal. Iunias A. C. 1380. Aldenburgi. Vltimus cum vxore in Veterocella tumulatus. Fuit hæc CATHARINA F. Henrici Comitis Hennebergij, quæ Coburgum cum adiacentibus oppidis & arcibus ad maritum attulit: Misnæ defuncta Idibus Iulij A. C. 1393. genitrix trium filiorum:

Friderici Bellicosi, primi Saxoniæ Electoris. †

GVILIELMI II. cognom. Diuitis, *Marchionis Misniæ, fundatoris collegij Georgiani Aldeburgi: vbi & post fata sepultus est 'anno A. C. 1425. Marchionatum hic Brandeburgium emerat à Iodoco Marchione Morauiæ A. C. 1410. sed quam vix biennio elapso redemit Sigismundus Imperator.*

GEORGII Marchionis Misniæ iustitiæ & clericorum per quàm amantis: Coburgi defuncti V. Id. Decembris A. C. 1411. & Portæ inhumati.

Duces Saxoniæ, Landgrauij Turingiæ, Marchiones Misniæ.

FRIDERICVS *Bellicosus*, Landgrauius Turingiæ, Marchio Misniæ; adolescentiam omnem in castris egit. Contra factionem coniuratorum, qui se Stellares nominabant, ductu Burggrauij Noribergij, militauit in Francia: cum Conrado ordinis Teutonici Magistro, pro nominis Christi propagatione, in Borussia: cum Guilielmo patruo Pragam obsedit in Bohemia. Domi rebus non satis pacatis, in Turingia Comites Schuarzeburgium, Heldrungensem, Honsteinium, licentia insolentes, compescuit: in Misnia Apollonium Vicethumum arce Cribesteino ad Middam eiecit: Bernardum Anhaltinum pecunia mulctauit: Diereticum Quitezanum fortunis exuit. Bohemos Sigismundo Imperatori rebelles, ad Brixiam superauit: arcem Carolosteinã obsidione liberauit. Ob quod fidele præstitum auxilium, primus in suo stemmate non solùm auitum Saxoniæ Ducum titulum; qui passim ad alias familias, huic non agnatas, ab Impp. Saxonicorum obitu euagatus erat; ad legitimos hæredes reuocauit: sed etiam dignitatem aliam, Septemviralem nimirum, titulo suo Saxonico annexam, ab eodem Imp. familiæ suæ acquisiuit A. C. 1423. IIX. Id. Februarij: quam, quoad vixit, contra inuidiam virtute & felicitate strenuè defendit & confirmauit. Ex hac vita emigrauit VVeissenfelsæ Prid. Non. Ianuarij A. C. 1428. postquam Septemviratus dignitatem administrauit quinquenninm, demptis XXXII. diebus. Aldeburgi sepultus. Heros magnanimus, bellator strenuus: nec non Musarum patronus, & omnium eruditorum Mæcenas singularis: quippe qui tumultibus in Bohemia Musarum nidulos turbantibus, Academiam Pragensem Lipsiæ suscepit: eiq; tutissimum hospitium concessit prid. Id. Nouemb. A. C. 1409. Vxor CATHARINA Henrici Ducis Brunsuigij & Luneburgij F. decessit A. C. 1442. V. Kal. Ianuarij, Grymmæ: Misnæ condita. Hoc coniugio quatuor nati mares, fœmellæ duæ:

Fridericus II. Dux Saxoniæ Elector, stemmatis propagator. †

SIGISMVNDVS Marchio Misniæ, Episcopus Vurceburgius, Administrator Mersburgensis, obijt Rochlicij in exilio IX. Kal. Ianuarij A. C. 1457. Misnæ sepultus. Vita illi annorum XLI. mensium nouem, dierum XXVI.

HENRI-

Electores Saxoniæ, Landgrauij Turingiæ, Marchiones Misniæ.

HENRICVS Marchio Misniæ, rebus humanis exemptus XI. Kal. Sextil. A. C. 1435. ætatis suæ XIII. completo, cum duobus mensibus, totidemq́ diebus. Sepultus Misnæ.

ANNA vxor Ludouici Pacifici, Comitis Prouincialis Hassiæ, obijt A. C. 1463.

CATHARINA nupsit Friderico II. Electori Brandenburgio, Vinariæ Anno Christi 1467.

GVILIELMVS III. Dux Saxoniæ, Landgrauius Turingiæ, Marchio Misniæ: princeps laudabilis, bellator egregius: Alberto II. Imperatori militauit contra Bohemos: à quo ob res feliciter gestas ducatum Lucelburgensem tanquam feudum accepit: quem tamen quinquennio post Carolus Audax Dux Burgundiæ astu occupauit, suoq́ ære redemit A. C. 1444. Insequenti anno cum Friderico fratre germano intestinum gessit bellum: Vicethumis belli tubam inflantibus: cui, quum iam starent aduersæ acies in Voitlandia, Deus ipse vnico fratrum colloquio finem salutarem imposuit. Post Ladislai Austriaci, Regis Bohemiæ, obitum, in ciuili dissensione à quibusdam ordinibus, Silesijs præcipuè, Rex inauguratus: Georgio ab altera factione electo, ceu Ionathas Dauidi, sponte cessit: ac perpetuo fœdere cum ipsius familia initio, filiam suam Annam Henrico illius filio collocauit. Anno dehinc Salutis nostræ 1461. in Palæstinam profectus cum XCIV. comitibus: ex illorum numero LXIV. reduxit equites auratos. Peste tandem correptus, hominem exuit A. C. 1428. XV. Kal. Octobris, ætatis suæ LVII. Vinariæ tumulatus. Duas ordine vxores habuit: ANNAM Alberti II Cæsaris F. Reinhartbronni inhumatam A. C. 1462. & CATHARINAM Brandsteiniam, Vinariæ sepultam. Sed ex priore duntaxat duas genuit filias:

MARGARETAM Ioanni Electori Brandeburgio nuptam A. C. 1476.

ANNAM Henrico Duci Monsterbergij in Silesia elocatam A. C. 1457.

FRIDERICVS II. cognom. *Placidus* (der Gütige) Dux Saxoniæ Septemvir, Landgrauius Turingiæ, Marchio Misniæ: coniunctam cum animi altitudine singularem habuit prudentiam: diu iactatus varijs domi forisq́ue casibus. Pro fratre Sigismundo Præsule Vurciburgio bellum feliciter gessit cum Francis. Vno anno tribus affectus cladibus (semel namque miles ipsius à Nissa, Silesiæ nobis, obsidione à Bohemis repulsus: iterum prope Taucham in Osterlandia fugatus: ad Grymmam verò in Misnia equitatus erat cæsus) ad ignominiam istam delendam, armata manu in Bohemos mouit: hostesq́ue vno prælio ad Satium, altero ad Selnitiam fudit: ducem eorum Sternbergium captum, Rochlicianæ mandauit custodiæ. In eadem Bohemia Alberto Imperatori militans, copias dissipauit Polonicas: & Regis Casimiri legatum Ptasconem ad fugam adegit. Baronis Gerani, cuius oppida Henricus Suarzeburgius depopulatus fuerat, causam suscipiens: Guilielmum fratrem, & Fridericum Brandeburgium, partis aduersariæ studiosos, grauiter in se concitauit. Vndę bellum ciuile exortum; quum fratrum animi valde exulcerati, odijs agri & vrbes flagrarent ignibus; vnico ipsorum colloquio opinione citius sedatum est: & pacis fundamenta Molhusiæ locata, Naumburgi confirmata sunt. Vitam clausit Lipsiæ VII. Id. Septembris A. C. 1464. ætatis suæ LIII. completo, cum diebus XV. Misnæ sepultus. Ex MARGARETA Austriæ Archiducissa, Friderici III. Cæsaris germana, quæ diem obijt postridie Non. Februarij A. C. 1486. & Aldenburgi tumulata est, nouem tulit liberos:

FRIDERICVM primogenitum, duodecennem extinctum X. Kal. Ianuarij A. C. 1451. quem superauit mensibus tribus, diebus viginti sex: Misnæ sepultum.

Ernestum Ducem Saxoniæ Electorem ex hac familia tertium, stemmatis propagatorem. †

Albertum Animosum, Ducem Saxoniæ, &c. qui itidem propagauit stemma. †

ALEXANDRVM indolis præstantissimæ puerum extinctum A. C. 1446.

HENRICVM in prima infantia defunctum.

AEMYLIAM Ludouici Diuitis Ducis Boiariæ consortē, Rochlicij mortuam XIV. Kal. Decemb. A. C. 1502. ætatis suæ LXVII.

ANNAM natam A. C. 1436. Non. Martij: nuptam Alberto Achilli Germanico Electori Brandeburgio A. C. 1548. pridie Id. Nouembris.

HEDVIGIN Abbatissam Quedlinburgensem.

Electores Saxoniæ, Landgrauij Turingiæ, Marchiones Misniæ.

MARGARETAM Sacerdotem Suselicensem.

ERNESTVS Dux Saxoniæ Elector, Landgrauius Turingiæ, Marchio Misniæ; natus Misnæ IIX. Kal. Aprilis hora 9. pomeridiana A. C. 1441. Princeps bonitate, fortunis, liberis, gratia florentissimus: consilio & auctoritate grauitatem sibi apud omnes comparauit. Cum fratre Alberto (cum quo puer trium nobilium conspiratione nocte media ex arce Aldenburgia fuerat raptus Anno Christi 1455. IIX. Id. Iulij) à primis vsque annis vixit coniunctissimè: paci quamdiu vixit, & quantum licuit, summè semper studuit: nemini, nisi coactus, bellum intulit. Regulo namque Plauensi prodigo, in subditos iniurioso, omniaque sua consilia susque deque facienti, bellum faciens: eo deuicto, Plauam Voitlandiæ cepit: Olsnicium & Adorfum occupauit: sui iuris fecit Vogburgum: Risebergum quoque & Doxam Bohemiæ expugnauit. Er quò filijs, altero Magdeburgio, altero Moguntino Archiepiscopis, administrationem redderet tranquilliorem: Quedlinburgum, Halam, Halberstadium, Erphordiam, licentia nimium luxuriantes, partim armis, partim legibus coërcuit. Mathiæ quoque Coruini & Casimiri, Vngariæ Poloniæque Regum copias à Germanorum ceruicibus non tam armis, quàm prudentia arcuit. Anno tandem ætatis XLV. quem mensibus quinque & biduo superauit, obijt in arce Choldicia à semet extructa, VII. Kalend Septembris; Misnæ sepultus Anno Christi 1486. Princeps optimus, patriæ tutor, pietatis corona, regni gloria. Ex ELISABETHA Boia, Alberti Monacensis filia, quæ Misnæ decessit, Lipsiæ verò in æde Paulina est tumulata Anno Christi 1484. septeni ipsi geniti sunt liberi:

- *FRIDERICVS III. Sapiens à mentis sagacitate dictus, Dux Saxoniæ Septemvir, Landgrauius Turingiæ, Marchio Misniæ, Burggrauius Magdeburgi, natus Torgæ XV. Kal. Februarij A. C. 1463. hora sesquiundecima post meridiem: princeps pietate & prudentia præstantissimus: iustitia atque animi magnitudine nulli secundus: sapientiæ domicilium, consiliorum thesaurus, legum defensor, controuersiarum finis, Imperij Romani columen, patriæ monumentum, morum speculum, decus principum, disciplina ducum, & iuxta nomen suum Diues amator pacis: Ecclesiarum deniq; & scholarum nutricius optimus. Quippe cuius non solùm liberalitate Academia Vitebergensis A. C. 1503. XV Kal Nouemb. est constituta: facta postea veræ de Deo. & omnis elegantioris doctrinæ domicilium; omniumq; piarum in Germania scholarum metropolis: sed cuius quoque fortitudine repurgatores cælestis doctrinæ constanter sunt defensi. Bello Bauarico Philippum Palatinum Cæsari Maximiliano reconciliauit; nec mul o pòst plebem Erphordianam, contra senatum tumultuantem, placauit. Sexennio ante mortem à Senatu Electorum Imperio omnium dignissimus habitus, & in Regem Romanorum designatus: magno id spreuit animo: inq; Carolum V. suo suffragio transtulit. Lochauiæ (nunc est Anneburgũ) diuturnis calculi cruciatibus extinctus ἄγαμος III. Non. Maij A. C. 1525. quum annos vixisset LXII. menses tres, dies duodeuiginti. Primus Vitebergæ in templo arcis conditus. Ex eius manuum soliditate & robore Sulthanus A. C. 1493. qui Palæstinam tenebat, indicium sumsit: Fridericum hunc nobili & generosa procreatum stirpe.*
- *CHRISTINA Ioanni Regi Daniæ, Noruegiæ & Sueciæ nupta A. C. 1478. nata Torgæ A. C. 1462. IV. Kal. Octobris: decessit septuagenaria.*
- *ALBERTVS Archiepiscopus Moguntinus Elector, ante annos curamq; gerens animumq; virilem: febri acuta decessit A. C. 1484. Kal. Maij, ætatis sui vigesimo: quum ecclesiæ præfuisset biennio. Sepultus in æde B. Martini.*
- *ERNESTVS Archiepiscopus Magdeburgius & Præsul Halberstadensis: cuius consilio & opera Fridericus Frater germanus Academiam Vitebergensem instituit: decessit in vera agnitione Christi mediatoris III. Non. Sextil. A. C. 1513. vitæ suæ XLIX. Sepultus Halæ Saxonum.*
- Ioannes Constans, Dux Saxoniæ Elector quintus, stemmatis propagator. †
- *MARGARETA Henrico Iuniori Duci Brunsuigio & Luneburgio elocata III. Kal. Martij A. C. 1487. vitam reliquit mortalem A. C. 1528. VII. Id. Decembris.*
- *VVOLFGANGVS puer obijt.*

IOANNES Dux Saxoniæ, Septemvir & Ensifer Imperij. Landgrauius Turingiæ, Marchio Misniæ, Burggrauius Magdeburgi: cui natiua bonitas, & pietas non fucata, & in vera doctrina perseuerantia atque firmitas, *Constantis* & ἀπεριτάτο cogn. peperit: puer

quinquennis cum fratribus interfuiſſe ſcribitur expeditioni patris Vratislauienſi;ad pacandā eam oram Germaniæ, quam tunc diu potentes & bellicoſi Reges Mathias Hungarus, & Caſimirus Polonus depopulabantur, ſuſceptæ. Maximiliano I. Imp. militauit in Pannonia, & Italia Tranſpadana: vbi in oppugnatione Albæ regalis inter primos ipſemet quoque mœnia aſcendit. Cum fratre Friderico ita vixit: vt non ſolùm fuerit perpetua ipſorum concordia, ſed etiam mutuus amor: qui in vtriuſq; ſenecta, periculis, & grauiſſimis deliberationibus etiam creuit. In Comitijs Auguſtæ celebratis A. C. 1530. fidei ſuæ & aliquot coniunctarum Eccleſiarum confeſſionem Imperatori Carolo Quinto palam, conſtanter, excelſo intrepidoque animo exhibuit: à qua nullo poſtea ille periculo aut terrore abduci vnquam potuit. Pios doctores ſummè ſemper fouit atque protexit: nec vlla in re defuit eius officium communi ſaluti Germaniæ. Placida tandem morte expirauit in arce Schveinitz Idib. Sextilis A. C. 1532. Vitebergæ conditus in templo arcis. Annos vixit LIII. dies XLV. Princeps pientiſſimus & ſanctiſſimus: parens ex binis coniugibus factus quinque liberorum:

Duces Saxoniæ, Landgrauij Turingiæ, Marchiones Misniæ.

ex SOPHIA F. Magni Ducis Megapolenſis, in puerperio defuncta IV. Idib. Iulij, & Torgæ ſepulta A. C. 1503.

Ioan. Friderici Magnanimi, Principis Saxoniæ Septēviri, ſtēmatis propagatoris. †

ex MARGARETA F. VVoldemari Principis Anhaltini, Vitebergæ ſepulta: quæ diem obijt A.C. 1521. VII. Idib. Octob.

IOANNIS pueritiæ ætate mortui.

MARGARETÆ, quæ virgo annorum vndeuiginti naturæ debitum perſoluit.

MARIÆ vxoris Philippi Ducis Pomeraniæ: quæ marito annis XXIII. ſuperſtes, deceſſit VII. Id. Ianuarij A. C. 1583. ſexagenaria maior annis ſeptem.

IOAN. ERNESTI I. Ducis Saxoniæ, Landgrauijq́; Turingiæ: qui Coburgi ſolo natali vitam finijt ānus VI. Id Februarij A.C. 1553. ætatis ſuæ XXXI. menſe IIX. die XXIX. completo. Vxor eius CATHARINA Philippi Ducis Brunſuigij & Grubenhagij F. poſtmodùm nupſit Philippo Schvarzeburgio: Salfeldiæque naturæ conceſſit VI. Kal. Martij A. C. 1581.

IOAN. FRIDERICVS I. Dux Saxoniæ Elector, Landgrauius Turingiæ, Marchio Miſniæ, Bruggrauius Magdeburgi: à tolerantia rerum aduerſarum *Magnanimus* cognominatus: natus Torgæ A.C. 1503. pridie Kal. Iulij hora ſexta pomeridiana; cruce aurei coloris in dorſo fulgente fuit inſignitus. Princeps vitæ morumq́; probitate laudatiſſimus: & inter Germanos opibus & potentia facilè primus: nutritius Eccleſiæ & ſcholarum ſingularis: ſalutiferæ Euangelij doctrinæ confeſſor conſtantiſſimus: pater patriæ ſanctiſſimus. Henricum Iuniorem Brunſuigium, fœderatorum auxilijs ditione eiecit: deinde eam repetentem, cum ſocijs principibus ad deditionem adegit: Carolo V. Imperatori, Pauli III. Pontificis inſtinctu Germaniæ bellum inferenti, in Bauaria & Sueuia fortiter reſtitit: Albertum Brandeburgium, & Chriſtophorum Leuchtebergiū intercludere ipſum volentes, Rochlitij ſecuros & incautos cepit. Ad Mulbergā A.C. 1547. IX. Kal. Maij pro aris & focis fortiter dimicans, iniquo Marte ſauciatus, victoriq; Cæſari traditus: Septemvirali dignitate ſpoliatus, libertate priuatus, maxima ſuarum ditionū parte exutus, captiuusque ad Belgas abductus: ægrè poſt quintum demum exilij annum dimiſſus eſt. In his ergo malorum procellis non ſuccubuit: ſed heroico planè robore aduerſus omnes caſus humanos ſeptus, tantoq́; ſpiritu fuit munitus: vt pro diuini nominis gloria & ſalute ſuorum, minas mortis ab hoſtibus ſibi intentatas, terriculamenta duceret anilia: & quò vehementius premeretur, eò magis emergeret; ſeipſo ſemper illuſtrior. Quibus omnibus malis exantlatis, in patria tandem piè ſanctéq; mortuus, verum obtinuit Elogium Epitaphio adſcriptum, hoc modo; IOANNES FRIDERICVS DEI BENIGNITATE, ELECTVS MARTYR IESV CHRISTI, DVX CONFESSORVM FIDEI, PRINCEPS AFFLICTORVM, COMES VERITATIS, SIGNIFER SANCTÆ CRVCIS, HÆRES VITÆ ÆTERNÆ, MIGRAVIT EX HAC MISERRIMA VITA IN COELESTEM PATRIAM, ANNO REPARATÆ SALVTIS M. D. LIV. TERTIO DIE MARTII, VINARIÆ: poſt SIBYLLÆ Iuliacenſis, coniugis ſuæ deſideratiſſimæ, fœminæ ſanctiſſimæ fata die vndecimo: quinquagenario maior menſibus octo, cum triduo. Nati autem hoc coniugo quatuor filij:

IOAN. FRIDERICVS II. Dux Saxoniæ, Landgrauius Turingiæ. Mar-

Ducis Saxoniæ, Landgrauij Turingiæ, Marchiones Misniæ.

chio Misniæ, natus A. C. 1529. VI. Idib. Ianuarij, hora nona post meridiem: Gotha ab Augusto Saxoniæ Electore alijsq́; Germaniæ principibus capta; & supplicio de proscriptis Imperij Rom. sumptis, captiuus ad Maximilianum II. Imp. est missus A. C. 1567. In eius vixere connubio, primùm AGNES Philippi Landgrauij Hassiæ F. vidua Mauricij Saxoniæ Electoris, febre extincta pridie Non. Nouembris A. C. 1555. nondum semestri à nuptijs exacto: deinde ELISABETH Friderici Electoris Palatini ad Rhenum F. ducta pridie Id. Iunij 1558. mater ex ipso facta quatuor filiorum:

IOAN. FRIDERICI IV. infantis sex mensium, dierum duodecim Vinariæ extincti Id. Sextil. A. C. 1560.

FRIDERICI Ducis Saxoniæ, Helburgi nati A. C. 1563. III. Non. Februarij: sesquidecennis defuncti Isenbergæ III. Non. Sextilis A. C. 1572. Vinariæque sepulti.

IOAN. CASIMIRI Ducis Saxoniæ, Landgrauij Turingiæ, Marchionis Misniæ; principis spectatæ virtutis fideiq́; probatæ: nati pridie Idib. Iunij A. C. 1564. In eius viuit consortio ANNA F. Augusti Saxoniæ Electoris, ducta A. C. 1586. XVII. Kal. Februarij.

IOAN. ERNESTI II. Ducis Saxoniæ, Landgrauij Turingiæ, Marchionis Misniæ; principis ingenio & virtute illustris: nati A. C. 1566. VII. Id. Quintilis.

IOAN. GULIELMUS Dux Saxoniæ, Landgrauius Turingiæ, Marchio Misniæ: heros eximio pietatis flagrans studio: in religione constans; scholarum & ecclesiarum fautor ac nutricius singularis: concordiaq́; publicæ amantissimus: septemdecim annorum adolescens, matre Sibylla comitatus, ad castra Caroli V. per medios hostes, deprecatum pro patre captiuo veniens: vrbem Vitebergam aliasque ditiones, ne cum Deo & fortuna pertinaciùs pugnaret, victori permisit; à religione tamen, nec abduci vllis blanditiarum θελγήτροις, aut Imperatoris promissis; nec deterreri minis potuit. Patre ad exterarum gentium ludibrium captiuo abducto; ipse mediciis comitatu leniendi doloris causa ad exteras gentes profectus; Pomeraniam vicinasque regiones lustrauit; & postremò in Gallica lue sub Rege Henrico sic est versatus: vt in ea prouincia fortitudinis suæ & virtutis vestigia reliquerit sempiterna. Illum namque Gallia in ciuilibus suis ruinis non solùm fortem bellatorem, sed etiam salutarem pacificatorem est experta. Deo tandem recepui canente, in vera agnitione & confessione Filij Dei expirauit Vinariæ, postridie Kal. Martij A. C. 1573. hora 2. ante meridiem. Vita compleuit annos XLIII. demptis diebus nouem, hora vna, minutis XLV. Sepultus Vinariæ: parens effectus ex DOROTHEA SUSANNA, Friderici Electoris Palatini ad Rhenum filia, eidem quatuor liberorum:

FRIDERICI GULIELMI Ducis Saxoniæ, Landgrauij Turingiæ, & Marchionis Misniæ: nati Viennæ A. C. 1562. VII. Kal. Maij paulo ante horam XI. antemeridianam. Defuncto Electore Saxoniæ Christiano, administrationem Electoratus & tutelam suscipit, iure non modò imperij & confraternitatis, sed etiam testamenti, summa totius prouinciæ voluntate. Paternarum hic auitarumq́; virtutum æmulus, Ecclesijs Scholisque quàm optime prospicit: cuius pios conatus vt Deus Opt. Max. benè fortunet, & ad nominis sui gloriam ac Christianæ Reipub. salutem dirigat: eumque cum tota illustri domo Saxonica saluum & florentem diu nobis conseruet, omnibus votis exoptamus. In eius matrimonio vixit primùm SOPHIA Christophori Ducis VVirtembergij F. qua cum celebrauit nuptias III. Non. Maij A. C. 1583. quæ pia sanctaque obijt morte in partu extincta, vna cum filiolo ἀνωνύμῳ, XII. Kal. Sextil. A. C. 1590. ætatis suæ XXVI. mense VII. die XXVII. mater sex liberorum: quorum

DOROTHEA MARIA puella duorum annorum, quatuor mensium, & vnius insuper diei obijt V. Kal. Sept. 1586.

IOAN. GULIELMUS II. Dux Saxoniæ, natus Vinariæ A. C. 1585. 30. Iunij: itidem infans decessit 23. Ianuarij 1587.

FRIDERICUS natus A. C. 1586. VI. Kal. Octobris: in cunis insequenti anno XIII. Kal. Februarij expirauit.

DOROTHEA SOPHIA nata A. C. 1587. 19. Decembris.

ANNA MARIA nata 31. Martij. anno 1589.

Alteras celebrauit nuptias IV. Kal. Septemb. A. C. 1591. cum ANNA MARIA Philippi Ludouici Principis Palatini ad Rhenum F.

SIBYL-

SIBYLLAE MARIAE natæ Vinariæ VII. Id. Septembris A. C. 1563 hora sesquidecima antemeridiana: quæ puella annorum quinque, mensium totidem, dierum tredecim, obijt Aldenburgi X. Kal. Martij A. C. 1569.

IOANNIS Ducis Saxoniæ, Landgrauij Turingiæ, & Marchionis Misniæ, Principis verè Gratiosi, summa indole virtutis & pietatis præditi: XI. Kal. Iunij A. C. 1570.

MARIAE natæ Vinariæ VI. Non. Martij A. C. 1571.

Electores Saxoniæ, Landgrauij Turingiæ, Marchiones Misniæ.

IOAN. FRIDERICVS III. Dux Saxoniæ, Landgrauius Turingiæ, Marchio Misniæ, perpetua valetudine aduersa infirmus, animi constantia in vera religione defendenda patris similis: piè & placidè obdormiuit Ionæ pridie Kal. Nouembris A. C. 1565. cælebs: quũ vitæ complesset annos XXVII. menses IX. dies XV. Sepultus Vinariæ.

IOAN. ERNESTVS, Dux Saxoniæ, puerili ætate mortuus VI. Id Febr. A. C. 1553.

ALBERTVS ab inuicti animi robore, & rerum, quas pro dignitate Germaniæ, patriæq; suorumq; salute gessit, magnitudine, Animosus; à Pontifice Romano, Dextera manus Imperij; à milite Belgico, Rolandus cognominatus; Dux Saxoniæ: Comes Prouincialis Turingiæ, Marchio Misniæ, & Gubernator Frisiæ: natus Grymæ ad Muldam patre Friderico II. Electore VI. Kal. Sextiles A. C. 1443. vndecennis ex arce Aldenburgica raptus vnà cum fratre Ernesto à Conrado Kauffungo Equite Saxonico: diuinitus seruatus, & post biduum est restitutus. Princeps manu & armis promptus: nomine & aspectu Vngaris, Gallis, Belgis, Frisijs terribilis: sagacitate & in consilijs expedita celeritate admirabilis: fortitudine ac vehementia in ipso præliorum feruore intolerabilis: moderatione post victoriam & clementia salutaris, vel ipsorum hostium testimonio. Contra hos enim populos pro Imperatore, ne Imperij fasces fluctuarent, fortissimè pugnauit: Gallos Belgio exturbauit: Belgium ipsum in periculosissimo rerum statu, ex difficillimis bellis ciuilibus explicuit, & pacauit: infrenem Frisiam sub Imperij habenas reduxit: Mathiam Pannonium in Austria multis secundis prælijs contudit; & ad paciscendum de pace, & conditiones, quas ipse ferret, amplectendas, adegit: atq; sic Imperij decus inclinatum & iam ruens, pristinæq; laudis bellicæ gloriam penè perditam, recuperauit. Bohemiæ regnum sibi oblatum recusauit: Annæbergam condidit. In altera contra Frisios rebelles expeditione decessit ad Embdam pridie Idus Septembris A. C. sesquimillesimo, ætatis suæ LVII. completo, cum duodequinquaginta diebus: mortis Martisq; pericula satis expertus. Cadauer Misnam ad maiorum tumulos transportatum. Vxor ZEDENA Georgij Regis Bohemiæ F. decessit Kal. Februarij A. C. 1510. Misnæ ad latus mariti sepulta: mater ex ipso facta septem liberorum: quorum

GEORGIVS Dux Saxoniæ, Landgrauius Turingiæ, Marchio Misniæ, Dominus tractus Lipsensis, natus VI. Cal. Septembris A. C. 1471. hora 11. min. 48. ante meridiem. Iuuenis olim à Maximiliano I. Cæsare Frisiæ præfectus: quarto à parentis obitu anno in eosdem rebelles mouit: tumultum rusticum sedauit: ditiones suas magna cum iustitia, clementia & prudentia laude rexit in annum vsque XL. Post omnium tandem hæredum mortem, mærore, curis, & ætate confectus: A. C. 1539. XV. Cal. Maij decessit Dresdæ, magno cum Pontificiorum dolore: quibus instigantibus & incendentibus, inflammatus odio & zelo præter scientiam; Henricum fratrem ob Luteranum (vt nominant) dogma: exuere hæreditate, ac successionis iure priuare statuerat: atque aliò transferre terras ad suæ sententiæ & sectæ complices: verùm Deo sic ordinante, quod conatus fuerat, morte præuentus exequi non potuit. Vixit annos LXVII. menses septẽ, dies XXI. Vltimus inter Duces Saxoniæ Misnæ sepultus, cũ vxore BARBARA Casimiri Regis Poloniæ F. qua diem suum obijt XVI. Cal Febr. A. C. 1534. genitrix decem liberorum:

VVOLFGANGI defuncti XII. Cal. Februarij A. C. 1499. quinto, quàm natus fuerat, mense: Misnæ sepulti.

IOANNIS Ducis Saxoniæ, Marchionis Misniæ: qui Dresdæ *Anno* obijt III. Id. Ianuarij, quum annos vixisset XXXIIX. menses quatuor, dies X IX. Misnæ sepultus A. C. 1537. Vxor ELISABETH Gulielmi Medij Comitis Prouincialis Hassiæ F. post mariti excessum Rochlicij consenuit.

FRIDERICI Ducis Saxoniæ, Marchionis Misniæ; qui mente non satis constans, hæres ac gubernator patrij ducatus patris testamento designatus, adiunctis XXIV. consiliarijs: Dresdæ ante patrem obijt III. Kal. Martij

Duces Saxoniæ, Landgrauij Turingiæ, Marchiones Misniæ.

Martij A.C. 1539. vix exacto mense vnico post nuptias cum ELISABETHA Ernesti Mansfeldij filia. Annos vixit XXXV. demtis diebus XV. Misnæ sepultus.

CHRISTOPHORI
ANNAE
MARGARETAE
AGNETIS } qui omnes impuberes decessere.

MAGDALENAE vxoris Ioachimi II. Marchionis Brandeburgij Septemuiri, mortuæ A. C. 1534. V. Kal. Ianuarij.

CHRISTINAE Philippo Landgrauio Hassiæ sociatæ, mortuæ A. C. 1549. mense Iulio.

Henricus Pius Dux Saxoniæ, stemma propagauit.†

FRIDERICVS Dux Saxoniæ, Marchio Misniæ, Ordinis Borußiaci princeps magister: adolescens literis operam dedit Senis, vrbe Hetruriæ: in qua suum præceptorem sepeliuit, Armis Regis Poloniæ Alexandri pressus, post annum duodecimum suæ gubernationis, quum Imperij viribus destitueretur: maluit ducatum & præmia opima relinquere, quàm Regi extero iureiurando se obligare. A Polonis itaque exactus: hydrope extinctus est Rochlicij XIII. Kal. Decembris A. C. 1510. ætatis suæ XXXVI. quem excessit diebus XXI. Ad maiorum tumulos Misnam delatus.

LVDOVICVS
IOANNES
ANNA } *in pueritia è viuis excesserunt.*

CATHARINA nata IX. Kal. Sextil. A. C. 1468. post Sigismundi Austriaci, Comitis Tyrolij, mariti primi excessum: secundis nuptijs tradita est Erico Seniori Brunsuigio. Mundi sepulta A. C. 1524.

HENRICVS Pius, Dux Saxoniæ, Landgrauius Turingiæ, Marchio Misniæ; natus A. C. 1473. XVII. Kal. Aprilis; hora 11. min. 53. ante meridiem. In prima ætate ductum atque auspicia patris sui secutus: egregiæ virtutis specimen edidit in Belgico: & pòst ætate prouectior, tumultu rustico. Frisiorum, quos pater debellarat, in suamq; potestatem redegerat, gubernator ab eo relictus: in vrbe Franica extremè de vita periclitatus: subita neo eiusdem aduentu, impendentis mortis discrimine omniq; cura liberatus: non sine minore discrimine vitæ Palæstinam & Galleciam peregrauit. Post patris fata, VVolckensteinæ & Fribergi aulæ sedem habuit. Bellis autem sopitis, ad pacis opera conuersus; Mariæbergum vrbem condidit: & Pontificijs superstitionibus explosis, sinceriorem cœlestis veritatis doctrinam suscepit: fratre Geörgio omnibus viribus repugnante, sibiq; aduersante: quo tandem morte absumpto, Ecclesias in omnibus suis prouincijs de Lutheri & collegarum consilio constituit: earundem vitia emendauit: scholas instaurauit. Deo tandem Opt. Max. receptui canente, Dresdæ beatissimo exitu vitæ finem imposuit XV. Kal. Septemb. A. C. 1541. septuagenario minor sesquibiennio. Sepultus Friburgi. Princeps pius, fortis, & pacificus. Vxor CATHARINA F. Magni Ducis Megapolensis, obijt Torgæ A. C. 1561. IIX. Idib. Iunij: parens sex liberorum: quorum

MAVRICIVS cognom. Magnus, *Dux Saxoniæ* Septemvir, *Landgrauius Turingiæ, Marchio Misniæ, natus Friburgi XII. Kal. Aprilis A. C. 1521. hora 9. min. 34. post meridiem: Parente rebus humanis feliciter exempto, ante annos animumq; gerens curasque viriles: summa omnium ordinum gratulatione ditionis gubernationem accepit: fratre Augusto vixdum quindecim annorum adolescente. Princeps fortißimus & bellicosißimus: auitæ gloriæ æmulus: ideoque meritò cùm ob ætatem, tum ob gubernationem, & res maximas domi forisque gestas, Alexandro Magno comparandus. Patris exemplo superstitiosos cultus, qui quòd radices egerant, nondum plane extirpati erant, sustulit: Ecclesias & Academias conseruauit auxitque; tres eximios ludos, vnum Misnæ ad Albim, Grimæ ad Muldam alterum, tertium Portæ ad Salam instituit: Dresdam & Lipsiam splendidè muniuit: arces nouas extruxit, veteres restaurauit & ornauit. In Electorem agnatum, orta de Vurcina oppido controuersia, arma sumpturus: pacis consilia, suadente socero Landgrauio, libenter admisit. In bello Vngarico ad Budam singulare virtutis documentum edidit: vbi in maximum vitæ discrimen incidit: hostilis tamen*

tamen violentiæ conatus euasit: uno fidelissimo satellite supra eius corpus confosso. Carolo V. Imperatori contra Franciscum I. Galliæ Regem militauit ad Landresium: ad D. Victorinum de hoste claram reportauit victoriam. Henricum Brunsuigium, socero suo Landgrauio & agnato Electori arma subitò inferentem, repressit: Bello Germanico grauissimo, partes Imperatoris secutus, Saxoniæ Septemvir in castris ad Vitebergam est pronunciatus. Publicæ indemnitatis dux factus, Magdeburgum post XIV. mensium obsidionem, pacis conditionibus datis, in potestatem redegit. Pro Socero liberando bellum Imperatori necessarium mouens, Alpium Rheticarum fauces occupauit: Cæsarique tantum terrorem incussit, vt Oeniponte relinqueret, pacis conditiones Pataniæ acciperet. Atque hoc demum pacto pacem religionis, libertatem captiuis principibus, decus Germaniæ restituit. Rebus compositis, eodem statim exercitu copijs Solymanni Turcæ occurrens in Vngaria; hostes sola nominis sui terrore intra præsidia continuit: insulam Danubianam muniuit: cladis exitiosæ metum genti penè oppressæ ademit. Alberto tandem Brandeburgico, armis & incendijs in patriam sæuienti, prope arcem Peinam ad vicum Siffridhusium occurrens, in cursu victoriæ bombarda globo ad ilia traiectus: triduo post, piè in vera inuocatione Christi Mediatoris ex hac vita emigrauit V. Id. Iulij A. C. 1553. annos natus XXXII. menses tres, dies XXI. horas decem. Funeratus Friburgi iuxta patrem. Vxor AGNES F. Philippi Comitis Prouincialis Hassiæ, biennio post rebus humanis exempta, pridie Non. Nouembris, duorum duntaxat liberorum eum fecit parentem,

Electores Saxoniæ, Landgrauij Turingiæ, Marchiones Misniæ.

ALBERTI infantis quatuor mensium, & dierum insuper quindecim fato absumpti Prid. Id. Aprilis, & Fribergi sepulti A. C. 1546.

ANNAE sociatæ Gulielmo Nassouio principi Vraniæ A. C. 1561. Dresdæ defunctæ XV. Kal. Ianuarij A. C. 1577. & Misnæ inhumatæ.

SEVERINVS Dux Saxoniæ, Marchio Misniæ, extra patriam in Alpibus Oeniponti, vbi cum regijs liberis instituebatur, exuuias corporis mortalis deposuit VI. Id. Octobris A. C. 1533. annos natus vndecim, mensem vnum, dies tredecim. Sepultus in cœnobio Stamsano.

Augustus Saxoniæ Elector, &c. stemma propagauit. †

ÆMYLIA consors Georgij Marchionis Brandeburgij, obijt 1591.

SIBYLLA nupsit Francisco Duci Saxoniæ, Angriæ & VVestphaliæ.

SIDONIA coniux Erici Iunioris Ducis Brunsuigij & Luneburgij, naturæ concessit prid. Non. Ianuarij A. C. 1574.

AVGVSTVS *Pius*, Dux Saxoniæ *Elector*, Marchio Misniæ, Landgrauius Turingiæ, Burggrauius Magdeburgius; natus pridie Kalend. Sextil. A. C. 1526. hora 5. min. 38. ante meridiem: adolescens militauit in Gallia Carolo V. Imp. quum ad D. Victorinum, insignem de Francisco Rege reportaret victoriam. Castra quoque fratris secutus est in Germania: post eius fata, Imperij feuda successione, & Imperatoria auctoritate excepit III. Id. Sextil. A. C. 1553. quæ ei post annos tredecim vsitata & solenni ceremonia sunt confirmata à D. Maximiliano II. Cæsare augusto, Augustæ Vindelicorum in Imperiali conuentu IX. Kal. Maij. Bellum Gothanum totius Imperij nomine, aduersus perduelles contumaces, feliciter confecit: latrocinia, quæ multis passim locis inualuerant, seuerè coercuit: pacem Ecclesijs, à quibusdam malè turbatam, & opinionum varietate scissam, restituit, τὰς καὶ ἄλλα Imperij: princeps non armis solùm decoratus, sed & legibus armatus: vt vtrunque tempus, tam bellorum quàm pacis, rectè posset gubernare. Rebus tandem caducis relictis, piè placideque ad æternam immortalis Dei regiam commigrauit III. Id. Februarij A. C. 1586. hora 9. post meridiem. Sepultus Fribergi. Vitæ compleuit annos sesquisexaginta, dies vndecim, horas sedecim. Princeps incomparabilis, Imperij columna, flos Europæ, Pater patriæ, nutritius & altor Ecclesiæ, Musarum tutor, religionis purioris vindex, iustitiæ & iuris assertor. Fuere in eius coniugio, primùm ANNA F. Christiani III. Regis Daniæ, quindecim liberorum mater, defuncta Kal. Octobris A. C. 1585. deinde AGNES HEDVIGIS F. Ioachimi Ernesti Principis Anhaltini, ducta III. Non. Ianuarij A. C. 1586. quæ postmodò nupsit Ioanni Duci Holsatiæ. Liberorum ordo hic est:

IOAN. HENRICVS natus VVeissenfelsi pridie Id. Ianuarij A. C. 1550. infans decimestris decessit pridie Id. Nouembris.

Electores Saxoniæ, Landgrauij Turingiæ, Marchiones Misniæ.

LEONORA nata VVolckensteinij pridie Non. Octob. A. C. 1551. obijt bima A. C. 1553. XII. Kalend. Septemb.

ELISABETH nata VVolckensteinij A. C. 1552. IV. Kalend. Decembris: nupsit Ioanni Casimiro Principi Palatino Rheni & Duci Bauariæ A. C. 1568. VI. Kal. Decembris: obijt A. C. 1590. postridie Kal. Aprilis.

ALEXANDER Dux Saxoniæ Marchio Misniæ, Administrator Episcopatus Mersburgensis, natus Dresdæ IX. Kal. Martij A. C. 1554. diarrhæa ibidem perijt VIII. Id. Octobris A. C. 1567. adolescens tredecim annorum, quem excessit mensibus septem, diebus duodeuiginti. Cum fratribus cęteris sepultus Fribergi.

MAGNVS natus Dresdæ IIX. Kalend. Octobris A. C. 1555. obijt trimus VIII. Idus Nouembris.

IOACHIMVS natus Dresdæ V. Non. Maij A. C. 1557. obijt eodem anno XI. Kal. Decembris, infans sex mensium, dierum octodecim.

HECTOR natus Dresdæ A. C. 1558. Non. Octobris. mortem obijt sesquibimus pridie Non. Aprilis A. C. 1560.

CHRISTIANVS Dux Saxoniæ Septemvir, Landgrauius Turingiæ, Marchio Misniæ, & Burggrauius Magdeburgi: Princeps omnibus animi & corporis fortunęq; bonis ornatissimus: natus III. Non. Nouembris A. C. 1560. hora 4. ante meridiem: ex difficili morbo decessit Dresdæ VIII. Kal. Octobris A. C. 1591. ætatis suæ XXXI. nondum completo: Ex SOPHIA F. Ioannis Georgij Electoris Brandeburgij parens factus

CHRISTIANI Ducis Saxoniæ, dignitatisque Septemviralis hæredis, nati A. C. 1583. IX. Kal. Octobris, hora tertia matutina.

IOAN. GEORGII Ducis Saxoniæ, nati III. Non. Martij A. C. 1585. post decimam pomeridianam.

ANNAE SABINAE natæ A. C. 1586. XII. Kal. Februarij: quæ infans duorum mensium, & trium dierum in fata concessit eodem anno IX. Kal. Aprilis: Fribergi sepulta.

ELISABETHAE natæ A. C. 1588. eodem anno extinctæ.

AVGVSTI Ducis Saxoniæ, nati A. C. 1589. 7. Septemb.

MARIA nata Torgæ VIII. Id. Martij A. C. 1562. obijt quadrima VIII. Id. Ianuarij A. C. 1566.

DOROTHEA nata Dresdæ IV. Non. Octobris A. C. 1563. hora 4. pomeridiana: nupsit Henrico Iulio Duci Brunsuigio, Episcopo Halberstadensi, VI. Kalend. Octob. A. C. 1585. obijt vero puerpera A. C. 1587. Id. Februarij.

ÆMILIA nata Dresdæ V. Calend. Februarij A. C. 1565. hora 1. ante meridiem: obijt eodem anno postridie Cal. Quintilis, infans quinque mensium, dierum totidem.

ANNA nata Dresdæ A. C. 1567. sociata est Ioanni Casimiro Duci Saxoniæ, principi agnato A. C. 1586. XVII. Cal. Februarij.

AVGVSTVS natus Dresdæ A. C. 1569. X. Cal. Nouembris: in cunis expirauit insequenti anno, pridie Id. Februarias.

ADOLPHVS natus in arce Stolpena VIII. Id. Iunij A. C. 1671. diem obijt Dresdæ IV. Id. Martij A. C. 1573. Annum ætatis primum excessit mensibus duntaxat nouem, diebus tribus, horis XXIII.

FRIDERICVS Anneburgi natus XIV. Cal. Iunij A. C. 1575. obijt anno proximo IX. Cal. Februarij; infans septem mensium, dierum sex, horarum viginti.

PETRI

PETRI ALBINI NIVEMONTII
IN MARCHIONES MISNIAE DISTICHA.

BRVNO Frid. F.

BRuno VVitekindi generoso stemmate natus
Misuiacos fines Aucupe dante tulit.

RIDACVS Diues, Brun. F.

Quod vero Diues fueris cognomine dictus,
Testantur ludi Martis in vrbe dati.

CAROLVS Ridaci F.

Exclusit Carolum scelerata calumnia regno;
Hanc sortem placidè mens generosa tulit.

GVNTHERVS Brun. F.

Non splendore minor Gunthere es fratre Ridaco,
Iugera qua glastoseta Turingus arat.

ECHARDVS I. Gunth. F.

Neglecto Carolo me prætulit Otho Secundus
Præfectum terris, Misnia terra, tuis.

GVNCELINVS Gunth. F.

Eijcit Hermannum, qui terra Misnidos hæres
Verus erat, sed pòst carcere clausus obit.

BRVNO Gunth. F.

Actus in exilium dum frater ab vrbe recedit,
Fidus hic Hermanno Misnica castra tegit.

HERMANNVS Echardi F.

Hermannus Gisalæ precibus sua rura recepit,
Contudit & vires, sæue Polone, tuas.

ECHARDVS II. Primi F.

Exuiturque bonis, eademq́ resumit, & inde
Imperio fidam milite præstat opem.

GVNTHERVS Echardi I. F.

Militat Henrico, cui sunt cognomina Sancti,
Sarmatici auertit fœdaq́ probra iugi.

DEDO I.

Agnatæ stirpis pòst fata hic vrbe potitus
Mysnide, defendit Saxona iura manu.

DEDO II. primi F.

Perfida me proprij serui (proh) dextra peremit,
Naturæ vt solus nocte silente vaco.

HENRICVS I. Ded. I. F.

Viperto à Comite est magna cum clade repulsus,
Rolando celebris quà Belegora iacet.

HENRICVS II. Primi F.

Cepit hic agnatum, caueaq́ inclusit; at hæres
Ille fit, hostiles & fugit arte manus.

THIMO Diterici F.

Huic promissa quidem, sed non est tradita tellus
Misnica, quam Natus sorte fauente tulit.

CONRADVS Thim. F.

Celsæ opera Rixa data Misnia; cessit & inde
Conrado, ob magnam Lusatis ora fidem.

OTHO Conr. F.

Conditor hic Cellæ, & Portæ instaurator opimæ,
Sudetis coluit lauta metalla iugis.

ALBERTVS I. Oth. F.

Quod Patrem capis, & Fratrem quod pellere tentas
Alberte, humani est id minimè ingenij.

DITERICVS Oth. F.

Insidijs Diterice domiq́ue, forisq́ue laboras
Vtre foris vitas, proderis are domi.

HENRICVS Illustris, Dit. F.

Hoc platanus frondes argentea Principe gessit
Auratas, vbi stat Norica structa domus.

ALBERTVS II. Henr. F.

Degenerem à prauis te moribus illa vocarunt
Secla, quibus dederat plurima damna tuis.

DITERICVS Sapiens Henr. F.

Afficit ingenti Ditericus clade Notangos
Nomina qui Crassi, qui Sapientis habet.

FRIDERICVS Henr. F.

Gessit Anhaltinis cum fratribus acria bella,
Nomen ab ingenio qui vehemente tulit.

HENRICVS Henr. F.

Alberto Henricus bellis à fratre petitus
Cum Nato verax Exulis omen habet.

FRIDERICVS Tutta, Dit. Sap. F.

Pontificum cupidis dum non indulgeo votis,
Proh mihi dant cerasis toxica mixta necem.

FRIDERICVS Fortis, Alb. F.

Per varios casus, per mille pericula rerum
Non sine diuina sceptra tueris ope.

DIZEMANNVS.

Erudiendus eram, non occidendus ad aras:
Verùm ego pro votis fata nefanda tuli.

FRID. Claudus, Frid. Fortis F.

Dum crepera arma fremunt ante arcis mœnia Zuencæ,
Pectus ab obsesso missa tibi hasta ferit.

FRID. Grauis, Frid. Fortis F.

Non virtute minor proauis, nec robore & armis,
Romanum est Princeps lectus ad Imperium.

FRID. Strenuus, Frid. Grauis F.

Hostibus haud tergo, forti sed pectore notus
Multa domi fecit fortia, multa foris.

BALTHASAR, Frid. Grauis F.

Stellatos domuit, Voidorum diruit arces,
Multos ad iustum compulit officium.

GVILIELMVS, Frid. Grauis F.

Marte ferox iuuenis, patriam colit inde, suisque
Longæua partas pace relinquit opes.

LVDOVICVS Frid Grauis F.

Hunc Alberstadium, Pabeberga, & mœnia Mogi
Cum Parthenopoli Pontificem celebrant.

SIGISMVNDVS Frid. Grauis F.

Mersburgi veteres hic rexit præsulis aras:
Sed diuturna viro non data vita fuit.

GVILIELMVS Frid. Stren. F.

Me Duce, stagnauti quam flumine perluit Vnster,
E dubia in stabilem est terra recepta fidem.

GEORGIVS Frid. Stren. F.

Magnificus Princeps, & iustus strenuus armis,
Et pius, & patriae cura Georgius erat.

FRID. I. Elector Sax. Frid. Stren. F.

Fridrico haud melior bello, & felicior alter
In tota rerum conditione fuit.

FRIDERICVS Simplex, Balth. F.

Simplicitas est digna quidem, Friderice, fauore:
Sed tua simplicitas penè nociua fuit.

FRID. II. Elect. Sax. Primi F.

Amittis natos irati fraude ministri:
Quos reddunt subitò vota sacrata dijs.

SIGISMVNDVS Frid. I. Elector. F.

Felix hic, molli nisi captus amore fuisset:
Namque ideo fratris vincla tulisse ferunt.

GVILIELMVS III. Frid. I. Elect. F.

Dissedit placido calidus tum fratre VVilhelmus,
Non sine vi, sed amor carior inde fuit.

ERNESTVS Frid. II. F. Elector.

Prole virens, splendore potens, & Marte togâque
Clarus hic, & patriae firma columna fuit.

ALBERTVS Frid. II. Elect. F.

Vt nunquam deiectus equo iocularibus armis
Hic fuit: in bello nunquam ita victus abit.

P. LOTICHII SECVNDI ILLVSTRIS FAMILIAE SAXONICAE HEROES, AC PRINCIPES.

AD IOANNEM GVILIELMVM, Saxoniae Ducem, & Landgrauium Thuringiae.

Vasta iacet, Boreae flabris obnoxia, tellus:
Diues agri, diues pecoris: quam spectat ab alto,
Tingere quae nunquam canis se fluctibus audet
Oceani, stellis semper sitientibus Arctos:
Rhenus ad occasum, pronisque cubilia Solis
Terminat: Auroram, Nabathaeaque regna Visurgis
Aspicit: hybernos Chauci, genus acre, Triones.
At latus, vnde madens imbres denunciat Auster,
Obuobij claudunt montes: quibus arduus exit
Oceani refluas Amasis qui turbat arenas.
Illa parens regum tellus, quibus aspera cordi
Praelia semper erant: statuas, lucosque colebant
Relligione sacros prisca: saepè horridus auguris,
Conscia saepe vetus terrebat pectora quercus.
Praecipuè Heroas, pugnataque bella canebant,
Solennes epulas inter, magnaque sepultos
Voce salutabant reges, animasque vocabant.

VVITIKINDVS.

Primus auis, proauisque potens, & diuite regno
Sigardi pronepos: cum iam gens aurea passim
Christiadum, scelus elueret lustralibus vndis:
Flore virens animi primùm Vitikindus, & aui,
Defendit veteres ritus, moremque sacrorum:
Per caput & sanctam solitus iurare coronam,
Sideraque & patria cultos formidine lucos,
Mansuras, Diuis quas ipse sacrauerat, aras.
In clypeo Sonipes excussis liber habenis
Emicat: & volucres hinnitu disijcit auras
Arduus, alta petens: iuxtaque insigne paternum,
Lucida dimidiae sinuantur cornua Lunae.
Postremo castris toties exutus, & armis
Iam senior, vita donatus abiuit; & vltrò
Abluit antiquae tandem contagia culpae:
Nudatum patrio tingens in gurgite corpus,
Ipse salutiferi perfusum fluminis vnda,
Caesar ouans, dudum vindictae oblitus, & irae,
Carolus excepit, gremioque amplexus amico est:
Et vanos Diuûm iussit dediscere cultus.
Laetitia fremuêre vrbes, septemque Triones.
Vsque adeò pulcrum est, & nobile, parcere victis:
Pulcrius, indomitas quàm bello subdere gentes.
Inde potens latè, quà Lupia, quà pater errat
Albis aquis, Albis ducibus, bello inclitus Alpis:
Quaque rapax tumido campos secat amne Visurgis,
Iura dedit: donec defectus viribus aeger,
Immemor annorum, senijque oblitus, in hostem
Dum ruit, humanos finiuit morte labores.

VVITIKINDVS II.

Filius hinc patrij generosus nominis haeres
Accepit veteres Mysos, terrasque regendas:
Quas fluuio Plissina suo quas vtilis agris
Irrigat, & ripis formosus Elister amoenis:
Saxosumque sonans spumanti gurgite Sala.
Inde vetus Sponsogenus, & natalis origo:
Heroumque domus se sanguine scindit ab uno;
Heroum, qui praestantes virtute, sub Arcto
Iustitia rigidas gentes, & legibus aequis
Formarunt primi, vita melioris ad vsum.

OTHO MAGNVS.

Hinc quoque, (si fratrum spectes à Sanguine stirpem)
Magnus Otho, date thura Duces, date manibus aram:

Hic vir, hic est, cui vester honos, cui gloria vestra,
Imperijque decus fuit, & Germania cura.

TIAGRINVS.

Proximus innocua populos in pace regebat,
Maxima cui Diuûm cultus abolere profanos
Cura fuit: censusque ideo Tiagrinus, & ædes
Constituit, magnique adiecit ponderis aurum
Illis, qui genus indocile ad meliora vocantes
Sacra propagarent, lumenque errantibus essent.

DIETMARVS.

Filius huic, primis nemorum studiosus ab annis,
Venatu tolerare famem, brumamque solebat:
Corniger os Tetmarus agens in retia ceruos.
Impiger ex humeris pharetram suspendit, & arcum:
Solertique altos cingens indagine montes
Militat in syluis, rigidisque irascitur vrsis:
Et foribus rictus præfigit, & horrida terga.
Scilicet vt melius, si quando bella vocarent,
Imbribus, Hercinioque gelu duratus, & æstu,
Militiæ posset duros perferre labores.

THEODORICVS.

Suscipit hinc natus rerum Theodricus habenas,
Marte potens: gleba qui pingues vbere campos
Finibus adiecit patriæ; quà flumine pulcro
Aduena fæcundos vester perlabitur agros;
Vnde etiam seri titulum gessêre nepotes.

DEDO.

Nec Dedo minus ense bonus, minus vtilis hasta:
Nec belli tenuit quisquam Dux aptius artes.
Siue opus extensos metiri castra per agros;
Seu faciem pugnæ componere: siue profundas
Subsidio fossas positis deducere castris.
Defensura cauas & propugnacula fossas.
Hunc consanguineo pro Cæsare bella gerentem
Mirati stupuêre Hunni, stupuêre niuosum
Potantes Tanain, gelidique Borysthenis vndas:
Omnia cùm ferro tumidi prope flumina Salæ
Sterneret: ac tegerent vix mœsta cadauera ripæ.

THEODORICVS II.

Nec minus in clarum fama processit honorem,
Nomen aui referens Natus: qui patre sub ipso
Prima rudimenta, & primos exegerat annos:
Virtutem primo Patris miratus ab æuo.
Appenninigenam fractis hic cornibus Arnum
Contudit, exultans campo bellator aperto.
Sicut vbi torrens, nymbis hyemalibus auctus,
Spumeus, & feruens, insano vortice syluas
Proruit; & messes latè populatur, & agros.

THIMO, ET CONRADVS. P. ET F.

Nec te, magne Thimo, tacitum, natumq́, relinquam
Conradum, insignem fama, & præstantibus armis:
Marchio qui primis tecum Misueidos oræ
Victorem Eridani campo, atque Insubribus armis,
Ausonium multo compleuit sanguine Tybrim.

OTHO.

Hinc Otho ciuili præcinctus tempora quercu,
Diuitibus argenti venis, æriq́ue scatentem
Fribergam, & Phylires excelsam condidit vrbem.
Inter Hamadryadas Phylire formosa sorores
Venatrix, tumidas illis in montibus olim
Insidijs, cursuque feras agitare solebat:
Et grauidam iaculis pharetrā, tremulumque gerebat
Missile, quod liquidas ad Elistri creuerat vndas.
Sed cum virginei spolium, & decus omne pudoris,
Dum iacet, & dulcem carpit secura quietem,
Impius in sola pastor conualle tulisset:
Non vltrà potuit tantum perferre dolorem,
Tabentesque artus anima indignata reliquit.
Alma sed insontis casum miserata puellæ
Excepit gremio tellus: eiliamque virentem
Ossibus ex Phylires, liquidas emisit in auras.
Nunc quoq; per ripas illic, per mollia crescunt
Prata, per excultos tiliæ, sub mœnibus, hortos:
Sæpius & gratas præbent venantibus vmbras.
Vnde vrbi indigenæ nomen fecêre priores.

THEODORICVS.

Inclytus hinc ataui Theodricus nomen adeptus,
Infelix medici bibit atrum fraude veneuum.

HENRICVS.

Natus adhuc primo cùm vix pubesceret æuo
Henricus, qui pòst factus clarissimus, omnes
Egregia proauos post se virtute reliquit.
Illi, cum superas liquisset auunculus auras,
Conditus extrema Ludouicus Iapygis ora;
Pro meritis Cæsar Fridericus tradidit acres
Tyrigetûm populos, titulisque illustribus auxit.
Belliger hic clarum certamen equestribus armis
Edidit, effigiem belli: clangore tubarum
Antra resultabant latè, montesque fremebant:
Vincentûm plausu pariter, sonituque cadentûm.
Campus erat, virides claudebant vndique syluæ:
Aureaque in medio diffusis frondibus arbor
Stabat: erant aurum rami, folia aurea ramis:
Aureus & cortex, at sola argentea radix.
Hanc circum nitidi precium victoribus, enses,
Et galeæ insignes cristis, viridesque coronæ.
Nec minus heroum, per gramina mollia, natæ
Candida virgineo quatientes corpora motu
Ducebant choreas.

ALBERTVS.

Quas inter filia magni
Cæsaris, in thalamos Alberti ducitur vxor
Margaris.

FRIDERICVS, ET TIZMANNVS.

Inde fati Fridericus, & acer in armis
Solennes ferro casus Fitzmannus ad aras.
Sed profuga luctus genitricis, & horrida bella,
Dum genitor natos iustas irritat ad iras,

(Ab niminm teneri stimulis agitatus amoris)
Mens reticere mihi: Sprea sanguine fluxit, & ingens
Albis, & Hercinijs quacunque è montibus orta
Tyrigetnm pingues humectant flumina campos,

FRIDERICVS.

Nominis eiusdem, ne dira licentia ferri
Impunita foret, latronum filius arces
Diruit.

FRIDERICVS III.

Hinc natus, sublato Patre, rebellem,
Vlcus anos, multis implenit cædibus vrbem:
Corniger vndoso quà flumine stagnat Hierast
Captaque ferrata affixit postibus arma

FRIDERICVS IIII.

Quartus in aduersos vltricia signa Boëmos,
Pro decore imperij, generosi Cæsaris vltor,
Monic; & insigni Fridericus laude potitus,
Saxonici clarum tulit Electoris honorem.
Ille etiam curans tranquilla commoda pacis,
Hospitium nobis ad Elistri condidit amnem:
Egregiasque animos precijs accendit ad arces.

FRIDERICVS V.

Proximus Arctois stolijs Aquilonis onustus,
Imposuit leges domito Fridericus Hanelo.

ERNESTVS.

Tu quoq, coniugio felix, & prole nepotum
Cassubios, Ernste, sagittiferosque Polonos,
Odera piscoso quà labitur amne, coërces.

FRIDERICVS VI.

Filius armorum patriam formidine soluit:
Felicesque petens Solymos, & nobile bustum,
Vicit iter durum pelagi, & Curetida terram,
Gortinam, Gnosonque, & in æquore Cycladas alto,
Phœbeamque Rhodon vidit, gentesque beatas
Phœnicum, Syriæque hortos, quà Tigris, & ingens
Labitur Euphrates, cælo gratissimus amnis.
Ille etiam dubijs, magno pro Cæsare, rebus,
Threicium Austriacis auercit manibus hostem,
Regnatorem Asiæ, Thracasq, Getasque trahentem,
Et magnas Orientis opes: cùm Norica saxa,
Et tremerent latè Nymphæ Istrides, Istrides vnda,
Illum Aponus vidit, celsæque Antenoris arces,
In ferrum ruere, & Patauì prosternere muros.

IOANNES.

Ensifer hinc, nec fratre minor pietate, nec armis,
Ioannes motus compescuit acer agrestes:
Qualiter Arctois Boreas emissus ab antris,
Atra serenato depellit nubila cælo.
Strenuus hinc per Saxa ruens, per tela, per ignes,
Insilijt primus Regalis mænibus Albæ:
Inq, expugnato clarus stetit aggere victor,
Sublimes collens aquilas: ansisque potitus,
Muralem quernamerruit de fronde coronam.
His ducibus cælo caput extulit aurea, quæ nunc
Relligio totum sincera perambulat orbem:
Quam probitas, & sancta fides comitatur euntem:
Et concors pietas ius omnibus vna ministrat.

IOANNES FRIDERICVS.

At nomen qua voce tuum, quoue inclyta facta
Carmine, Ioannes Friderice binominis, æquem?
Quæ tibi non laudes, qui non debentur honores?
Pectore magnanimo similem tibi nulla tulerunt
Secula, nulla ferent: dulcem profundere vitam,
Et fortem, cara pro relligione, cruorem
Promptus eras: mortemq; Dei pro laude pacisci:
Commotus nunquàm præsentis imagine lethi.
Scilicet accensum diuino pectus amore,
Non vis vlla domat ferri, non fulminis ignes:
Qualiter ipse pater vitæ, Sol lucis origo,
Sol oculus mundi, cæca sub nocte laborat
Interdum, victis mox nubibus aureus exit.
Macte animo Germano, & macte ingentibus ausis
Sic etiam dilecte Deo, quod mille probatum,
Tentatumq; modis, reducem fidissima coniux
Vidit, & in cara dominice ruice pependit
Ante obitus: dulcem nati vidêre parentem;
Et nunc in patria cineres tellure quiescunt.
At veteres inter proauos, cœtusq, piorum,
Spiritus exultat liber: fruiturque perenni
Lætitia, æternisque bonis discrimina pensat.
Salue magne pater patriæ: tua gloria viuet:
Donec in occasum roseo voluentur ab ortu
Sidera: donec erunt latices Aganippidos vndæ.

IOANNES VVILHELMVS.

Inde satus, fausto coniungit fœdere tædas
Sponsus: & illustres thalamos iam nubilis intrat
Dorothea, primosq, parat coniungere somnos:
Sponsus, in æstiuo rapidus quem puluere Mosa,
Sontaque heroum multa inter millia vidit:
Dum fretus superis, & equo sublimis, & hasta
Fulminat; & magno ductor clamore triumphat:
Lætaq, tranquillo circumspicit agmina vultu,
Qualiter Auroræ formoso prænius astro
Lucifer ardentes nitidissimus explicat ignes.

GEORGII FABRICII CHEMNICENSIS
ILLVSTRIVM
Marchionum Misnensium
LIBER I.

THIMO

Primus Marchio Misnensis, Comes Lansbergi & Vuetini.

THimo Vnitechindi generoso stemmate natus:
Magnanimus claro nomine dignus auis:
Non se degenerem monstrauit Regibus ipsis:
At quorum genus hic nobile gente trahit.

Vlciscens

Vlciscens sibi facta feris opprobria telis,
Longè à natali cogitur ire lare.
Vt Tydeus olim patrijs procul egit ab oris:
Inq; peregrina tollitur exul humo.
Sic quoq; castra sequens victricia Cæsaris iste,
Virtutis merita præmia digna tulit.
Misnia quà flauo florens coniungitur Albi:
Quaque Soraborum terra vetusta iacet.
Accipiens lacam ditionis fertilis oram,
Promeruit titulos, auctus honore, nouos:
Non tamen ille diu parto gauisus honore,
Oppetit, & sæuo pressus ab hoste cadit:
Ex acie patriam Niemeci vectus in arcem,
Vtha tibi tumulo est iunctus, vt antè toro.

CONRADVS PIVS.

Conradus tenuit patrios illustris honores:
Qui forti multis pectore notus erat.
Hunc patruelis atrox Kirchbergi carcere clausit:
Quòd matrem dicto læserat ille suam.
Flagrauit magno veræ pietatis amore:
Armaq; pro sancta religione tulit:
Noscere cùm cœpit primùm Pomerania Christum,
Vandalaq; ad nostram turba coacta fidem.
Tempore quo populis Lotharius intulit illis,
Cunctaque victrici contudit arma manu.
Liquerat Henricus dux vitæ lumina Groicæ:
Filius ille tuus, magne Viperte, fuit.
Eius Conradus ditionem suscipit, vrbe
Ad Moganum, præsens quando ibi Cæsar erat.
Addit Rochliciam coniux quoq; Cæsaris arcem:
Quæ coniuncta illis sanguine Richsa fuit.
Extulit ergo soli fines, spaciumq; feracis,
A Nissa lentum diues ad vsq; Salam.
Trans etiam alta venit, Conradi castra secutus,
Æquora, Dux Syrijs Marte timendus agris.
Bellica cùm celsam quaterent tormenta Damascum:
Tunc eius virtus maxima penè fuit.
Inde adijt Solymas etiam cum Cæsare terras:
Pertulit & dubiæ longa pericla viæ.
Armaq; Sarmaticas idem cùm ferret in oras:
Amissas genero quò repararet opes:
Conradi stabilem firmat prudentia pacem:
Mitigat & magni damna propinqua mali.
Hic sex eximios natos, totidemq; puellas
Leuthardа thalamis pignora clara tulit:
Distribuensq; illis fortis bona parta labore,
Claustra pius subijt relligiosa senex.
Septimus Hermannus, qui præsul in vrbe Paberga,
Filius, è patrijs nil tulit ille bonis.
Ipse sepulcra tenet montis præcelsa Sereni:
Hic vbi sunt fontes Saxonis Hala tui.

OTHO DIVES.

Saxonicas iuuenis circumtulit arma per oras,
Ænobarbe tuæ pars Otho militiæ.
Restitit Henrico, cui vasta Superbia nomen,
Vox eadem lactus, exiliumq; dedit.
Pòst emtas propter Turingi principis vrbes,
Ipse sibi proprio comparat ære malum.
Insidijs captus, Vuartbergaque arce retentus,
Auxilio liber Cæsaris inde redit.
Arma capit spretæ propter connubia natæ:
Se socians hosti, dure Boëme, tuo.
Terror finitimis populis Odoacer, et ausis
Supra fortunam multa subire tuam.
Hinc Otho composita ciuilia commoda pace
Curat: & amissas sarcit, & auget opes.
Argenti reperit Sudeto in monte metalla:
Nunc vbi Fribergum nomina clara tenet.
Lipsiacam firmis circumdat mœnibus vrbem:
Collocat & multis ardua castra locis.
Impius hunc seruat Dibeno in carcere natus:
Collectasq; patri tollit auarus opes.
Ast Otho crudeli facto, sua membra dolore
Tabidus, haud annum pòst super ipse fuit.
Cella tenet corpus, siluosa ad flumina Muldæ:
Heduigis lateri proxima iuncta viro.

ALBERTVS I. SVPERBVS.

Prætulit Alberto Dithericum mater, in isto
Quòd plus ingenuæ simplicitatis erat.
Heduigis nato daret vt sua regna minori,
Fœminea mouit calliditate virum
Vt iuuenis tumidas iniuria venit ad aures,
Consilium, præceps ira, salubre rapit.
Collocat insidias, spreta pietate, parenti:
Inijcit & capto vincula duræ seni.
Vtque patrem natus cepit: sic carcere clauso
Est patrno, custos additus ipse nepos.
At tandem metuens Albertus Cæsaris iras,
Dimittit placita conditione patrem.
Antè tamen capti thesauros diripit omnes,
Et varia abstrusas arte recludit opes.
Armis Cæsareum iuuat auxiliaribus hostem,
Qui tenuit regni sceptra Boëme tui.
Vt fratri eriperet, quæ pauca reliquerat antè,
Circumdat muros Leucopetræa tuos.
Nec cum Turingo concurrere principe solus
Abnegat, & liti ponere morte modum:
Sed ne conferrent æquato Marte duellum:
Flexit amicorum fidus vtrunque fauor.
Instruit hinc patrias externo milite vires:
Et renouat forti pristina bella manu.
Exutus toties Hermano à principe castris,
Committit trepidæ saucia terga fugæ.
Tum prius inuisam cupiens acquirere pacem,
Trans Alpes subitum carpere cœpit iter:
Insubrum Cæsar cùm ferret signa per vrbes:
Teutonico frenans Itala colla iugo.
Spem veniæ postquàm sibi comperit esse negatam:
Quaq; patri tulerat, nunc quoq; vincla timet:
Clàm fugit è castris, vno comitatus amico:
Tectus & ad patrios peruenit inde lares.

Nulla tamen mentem frangunt aduersa ferocem:
Seque putat cunctis hostibus esse parem:
Quodque nequit supplex, ardet virtute parare:
Aggrediturque suo robore maius opus.
Excelsis aliquot communit turribus vrbes
Cæsareas audax nil metuendo minas.
Interea duri vexatur tormine morbi:
Nec patitur tangi putrida membra dolor:
Stramineo positus parua sub culmine villæ,
Indignans miseræ mortis adiuit iter.
Ter dena coniux sequitur quem luce Sophia:
Amborumque vetus Cella sepulcra tenet.

DITERICVS.

Multorum insidias passus Ditericus iniquas
Terra quod argenti patria diues erat.
Nauigio rediit Syrius vt vectus ab oris:
Fugit Cæsareos abditus ire dolos.
Nempe quod aui esset non iustus Cæsar amator:
Id docuit damnis capte Britanne tuis.
Externo tutus fuerat Ditericus ab hoste.
Gratia sed minimè fratris amica fuit:
A quo Misniaca pulsus violenter ab ora,
Vix scopulos tenuit Leucopetræa tuos.
Collectis generum Turingus vindicat armis:
Bis pellens ab eo castra inimica loco.
Rhenano validas abducit milite turmas
Frater in exitium iam Diterice tuum:
Quas soceri tacito solertia dissipat astu:
Vertit & in subitam nestia terga fugam.
Tum primùm Alberti vires cecidêre Superbi:
Quem culit heu tetra mors violenta lue.
Viribus imperij mox sunt grauiore tumultu,
Bella repentino mota furore Ducum.
Nec potuit generum Ditericus iure tueri:
Armis qui sociam Cæsaris addit opem:
Tunc quando inuadit Turingica rura Philippus;
Circa Album ponens regia castra latum.
Nocte fugam timido furtim rapiente Boëmo,
Ad partes princeps Cæsaris ipse redit.
Lipsia defendens post facta rebellis, Othonem:
Quæ nimis hostiles improba fouit opes.
Saxonicas Ditericus Aquas obsedit ad Albim:
Diruit & Lopena mœnia capta solo.
Lipsiacos etiam veteri fundamine muros;
Cogit & imperij iura subire sui.
Quod Friderice tenes Romani nomina regis;
Magna eius meriti pars Ditericus erat.
Amissam Pegæ Siffrido reddidit vrbem:
Sed facti iusti præmia nulla tulit.
Tollitur hæc tetro virtus generosa veneno:
Illi quod Medici perfida dextra dedit.
Commune in Cella tumulum cum coniuge Iutta,
Matura quondam morte peremptus, habet.

HENRICVS I. Munificus.

Munifici meritis tulis hic Henricus honorem:
Mallem atque alio nomine dictus erat:

Quem puerum rexit Ludouicus auunculus; atque
Pro patre defuncto munera patris obit.
Hic tamen arma mouens Sarracenis, occubat vrbe
Hydrunto, Hadriaci quam ferit vnda maris.
Filius at sumpto, Berchtæ molimine, philtro,
Infelix iustum concidit ante diem.
Henricus Sueuam frater percussus ad Vlmam,
Cum vita regnum deserit ipse datum.
Principibus spoliata pijs Turingia mæret:
Amissis dubitat sit ne habitura pares.
Exoritur miserum ciuili sanguine bellum:
Factio vix annis collitur illa nouem.
Adiuuat Henrici Deus, & victoria caussam:
Turingasque parit Misnius acer opes.
Saxonas expellit, consanguineumque Brabantum:
Huic tamen Hessiacum linquit habere solum.
Ipse tunc Brunsuiga Ducem prope cepit Elistrum,
Suerini Comites, Asianiæque Duces.
Henricus terris hinc auctus, & inde metallis,
Clarus erat bellis, clarus honore togæ.
Non cum fortuna deerat sapientia Crœsi:
Et populis animus ferre benignus opem.
Vt platanus quondam celebris fuit aurea Xerxis:
Regales cuius texerat vmbra dapes:
Non minus audita est Henrici argentea quercus:
Quam Northusa equiti ponit in vrbe suo.
Peruenit ad canam tranquilla pace senectam:
Multorum lacrymis nec sine, raptus obit.
Cum tribus hic natis, totidemque vxoribus, vrnam
Concordem, ad tumulum patris, auique tenet.

ALBERTVS II. Degener.

Austriaca Albertum peperit Constantia patri:
Quàm fuit is hac vellem non foret iste domo.
Educat ast herbas interdum terra nocentes:
Triticeos lolium sæpe molestat agros.
Ipse suos fratres iniustis expulit armis:
Quorum facta viris annumeranda bonis.
Horum alter nomen Sapientis, at Exulis alter,
Morum, ac fortunæ signa notamque tulit.
Cæsaream thalamo pepulit, virtute puellam
Illustrem, cui dos Pleisena terra fuit.
Pellicis infames illi præponit amores:
Ter pater e cuius corpore factus erat.
Nec minuit in proprios eius dementia natos
Sæuijt, & potuit quæ mala ferre, tulit.
Misnensem regi ditionem vendit Adolpho:
Tollere captum optat te Friderice nece.
At non legitimè prognatum, sperat Apici,
Turingo dominum te dare posse solo.
Verùm nobilitas hunc libera ferre recusat:
Nec probat infans facta nefanda patris.
Hinc Ostrolandis irati Cæsaris arma
Infert, ne natis spes foret vlla super.
Sed prius in rebus Fridericus cognitus arctis,
Bella parat, populis promptus adesse suis.

Ille bonus captum dimittens antè parentem,
Accepit nullas pro pietate vices.
Pòst iterum socrus Albeidis, itemque nouercæ
Indicio, Albertum depulit arce sua:
Exiliumq́ patri viridem prope dicit Hieram:
Vrbs vbi præcelsum sustulit alma caput.
Albertus patitur, dederat quæ damna propinquis:
Et duram toleret, vix habet, vnde famem.
Hospitium, & tumulum dedit illi Erfurdia: nam non
Maiorum ad cineres addicus iste ciuis.
Illius ad Mœnum Francorum conditur vxor
Margaris, exilio nobilitata suo.

FRIDERICVS I. Fortis.

Misniacæ gentis suus es Friderice Camillus:
Libertas armis reddita pulcra tuis.
In cunis placido seruaris numine, cum te
Deserit admorsa mater amita gena.
Nec minus infensi fugisti vincula patris,
Ascaniæq́ Ducum, Cæsareosq́ dolos.
Non meditata tuo capiti nocuere venena:
Impiaq́ à collo sica repulsa tuo.
Scilicet vt patriæ iuuenis daret ille salutem:
Propitij sensit tot benefacta Dei.
Quem patruus primo format Dithericus ab æuo:
Militiæ monstrans, & graue Martis opus.
Affini iubet Henricus quem ferre Boëmo,
Contra Sarmatici spicula regis, opem.
Inde Nariscorum feliciter occupat arcem:
Plauensi reddens iura vetusta Vodo.
Immanem inuitis contra capit arma parentem:
Lansberga captum quem super arte tenet.
Reddere Tanbergum quicùm promitteret (illud
Spiritus abstulerat) carcere liber abit.
Misnia Romano tum vendebatur Adolpho:
Terra metallifero nobilitata solo.
Pene subacta fuit crudeli tota Sueuo:
Qui fuit in castris miles, Adolphe, tuis.
Turinga Brubergus erat pellendus ab ora:
Annis vexarat quattuor omne solum.
Nec non in Misna Fribergum signa bis octo
Menses, ad muros saua volare videt.
Sexaginta homines de nobilitate trucidat
Cæsar: id vt captum proditione fuit.
Liberet vt reliquos, tunc oppida proxima Mulda
Tradit, & è patria Marchio cedit humo.
Occidit interea fato miserandus Adolphus:
Nomen ab amisso fers Friderice solo.
Accipit imperij partas Albertus habenas:
Ac reparat valida tristia bella manu:
Curaq́ Milmobeo mandatur maxima rerum:
Qui noua Turingis signa mouebat agris.
Dum flagrant magni dubio certamine motus:
Vuartberga natus cepit in arce patrem.
Milmobeus castris exutus pellitur hostis:
Vinclaq́ iam gestat, qua tulit arma, manu.

Protinus ad Lucæ paruam concurritur vrbem:
Sanguineis flauus manat Elister aquis.
Hoc illo nobis libertas reddita campo:
Misuensi Sueuus latro natatur humo.
Hinc spolijs victor rediji Fridericus opimis:
Dum fratrem Cæsar sternit Adolphe tuum.
Iste ferebatur Dicemani causa perempti:
Infelix aras qui cadit ante sacras.
Differtur terras Friderici fama per omnes:
Notus & externis ceperat esse plagis.
Illum olim petijt cum forti Insuber Hetrusco:
Magnanimo cupiens credere bella viro.
Francus adhuc sæuit Turingos miles in agros:
Alberti præerat stirps inhonesta patris.
Tum quæ Cæsareas Aquilas est turba secuta,
Cogitur imperij iura subire noui.
Isidis vrbs supplex post cunctas vltima venit:
At fortem colit hinc officiosa Ducem.
Amittis Zuencæ Friderice ad mœnia natum:
Quem tulit ex alto missa sagitta loco.
Hinc capis, extruxic quam rex Lotharius vrbem:
Quæque suum veteri nomen ab arce tenet.
Mox sentit populosa tuas Erfurdia vires:
Quæ pulsata acie t[illegible]que, quaterq́, tua.
Nulla diu rebus constat fortuna secundis:
Iunctaq́ habet dulcis semper amara lepor.
Lusatiæ populis dum vult succurrere præceps:
Ad ripam capitur Rederà rubra tuam.
Est referenda viris Pleissensis maxima terræ
Gratia: turba suo fida reperta duci est:
Quorum opera liber, captos inter ripit hostes:
Consulit & thalamis Elisabetha tuis:
Vualdemarique illo dimittit honore nepotem:
Arbiter vt posthac pacis vtrinq́ foret.
Burchardum, bello quem Magdeburga fugarat,
Restituit populi, Pontificisq́ malo.
Hic aufertur enim nodosæ verbere clauæ:
Plebs sentit diras, Roma seuera, tuas.
Expellit totas porro regione latrones:
Creuerat illorum bella per ipsa furor.
Hostibus ipse suis terror, sed cura suorum,
At patriæ fido notus amore parens.
Linquit humum, morbi consumptus tabe triennis:
Isidis & tumulum possidet vrbe suum.
Seruat eum iuxta coniux, & nata sepulcrum:
Cara magis nullo corpora iuncta loco.

FRIDERICVS II. GRAVIS designatus rex Romanorum.

Tu Grauis es propter meres Friderice vocate:
Rursus ab exili corpore, dicte Macer.
Prouida quem tenerum rexit prudentia matris:
Imperio quoniam non satis aptus erat.
Henricus Nigri vt montis Comes occidit armis:
Plauensis Misnam pace tuetur humum.
Inde Trifurdenses quoque Vuangenheimius hostes,
Arcet Turingo non sine clade solo.

 Prima

Prima granis flauo iunxit socia arma Britanno:
Cui benè rex meritò nomen equestre dedit.
Ardua cùm patriæ cœpit moderamina terræ:
Seruasset pacis tempus in omne bonum:
Sed non passa fuit violento Erfurdia facto:
Commouit damnis quæ noua bella suis.
Venit vt hostis, abit factus Fridericus amicus:
Restituitq́ vrbis penè ruentis opes.
Reddita tùm felix illo victoria campo:
Quo miseræ dederant saucia terga fugæ.
Conseruat socios: proprios vlciscitur hostes:
Asserit & læsum seditione decus.
Guntherum Nigri cognomina montis habentem
Cepit: & est sedes passus habere Patris.
Cum prece Vinario tendenti supplice dextram,
Eripit id tantum, quod lauat Orla, solum:
Quiq́ tenet montis de nomine nomen acuti,
Arcem aliqua retinet conditione suam.
Viribus audacter nimium Stolbergius vsus,
Perdidit victori cæsus ab ense caput.
Ignibus heu miseræ perierunt mœnia Salzæ:
Mille homines letho flamma inimica dedit.
Culpa Moguntino fuit hæc in milite: clausit
Obsessas querulis ciuibus ipse fores.
Euertit validis latronum viribus arces,
Vnster & adripas, Salaque leuea tuas.
Pectore Cæsareos excelso spreuit honores:
Quos fauor, & virtus cognita sæpe dedit.
Augustæ thalamis anctus tamen ille puellæ;
Quæ de Boiorum stemmate nata fuit:
Magnanimos linquens natos, in flore iuuentæ,
Bis quater emensus lustra caduca, perit.
Haud positus procul est Mathilde à coniuge Cellæ,
Cui tumulum ante suam fecerat ipse necem.

FRIDERICVS III. Strenuus.

Strenuus à factis Fridericus nomine dictus,
Imperium solus bis duo lustra gerit:
Externis fratrum dum virtus anxia bellis,
Maiorum quærit laude tenere decus.
Ipse domi Russum Plauensem bella mouentem,
De patrijs victum cedere cogit agris.
Hermundurorum veteres subiere Narisci
(Vixerat illa diu libera turba) iugum.
Cattorum superat fisum virtute Tribocum:
Fulda tuas celebrat qui sacra propter aquas.
Hermannumq́ animis Beichlingum vana tumentem
Efficit officij mox meminisse sui.
Saxoniam magnis ingressus viribus, arces
Brunsuigi ferro vastat, & igne Ducis.
Obsidet Embeccæ dum mœnia: fulmine miri
Tormenti retulit territus inde pedem.
Tunc visa est nostris, imitatrix fulminis oris
Machina, in humanum dira reperta genus.
Albertus damnis motus, precibusque suorum,
Obsidibus firmat fœdera facta datis.

Sed violata fides incommoda cuncta nouauit:
Iuraq́ læsa alia sunt stabilita fide.
Cingitur infestis posthac Erfurdia signis:
Quæ studuit rebus, Præsul Adolphe, tuis:
Audax quæque datum Fridericum ferre recusat:
Impediens bello se furiosa sacro.
Quattuor ingenti est obsessa sub agmine menses:
Igne videns agros, igne micare domos.
Carolus adueniens in castra hostilia Cæsar,
Arma iubet ciues ponere, & arma duces.
Auget opes partas Fridericus, comparat agros
Dum Sangerhusi pinguia rura soli.
Accipit à soceri montanum morte Coburgum:
Francia Misnensi subdita terra duci.
Lustra nouem felix, & tres exegerat annos:
Magnanimum quum mors sustulit atra virum.
Conditur in Cella postremus: iuncta fidelis
Vnanimi coniux est CATHARINA viro.

GVILIELMVS I. Cocles, Fr.

Hannibal est celebris, nec non Sertorius armis:
Hic quamuis oculo captus, & ille fuit.
Nec nocuit forti facies fœdata VILHELMO:
Cui celso inuictum pectore robur erat.
Germanis iuuit propellere finibus hostem:
Quum ferus Alsatiam perderet Anglus humum.
Insubrum magnam cum Cæsare pergit ad vrbem:
Virtute egregijs ne minor esset auis.
Ipse vicem reddens, inopinis vndiq́ flammis
Est Erfurdanum depopulatus agrum.
Vrbe ea Misniacis immiserat vrbibus hostes:
Furtiuo curans tecta cremanda modo.
Affuit & Socero; cui rex iniusta Bohemus,
Fortunæ infensus, Principis, arma tulit:
Sagaq́ vt induteur pro libertate Morani:
Munitam cingens obsidione Pragam:
Sic fuit ille statim deponere sumpta paratus:
Vt Regis subijt pectora pacis amor.
Inde domi iustis moderatus legibus vrbes:
Cum vulgi auxit opes vtilitate sua.:
Extenditque modis fines ditionis honestis:
Contulit & patrio commoda mille solo.
Misnia Phœbeos vrbe quà respectat adortus:
Tecta eius seruat frigidus ossa lapis.
ELISABETHA sui lateri est coniuncta mariti:
Illorum caruit prolis honore torus.

FRIDERICVS I. Bellicosus, Septemvir, Frid. Strenui F.

Secula bis septem post incunabula Christi,
Et rapidis ibant bis duo lustra rotis:
Electoris honos gladio cum duplice, quando
Ad dominos venit, Misnia culta, tuos.
Hoc decus emeruit rebus FRIDERICVS honestis:
Mars Hussitarum quum popularet opes.
Namque Sigismundus tulit istud Cæsar in illum:
Stirpis Anhaltinæ deficiente domo:

Fortiter Imperij quòd bella tulisset in hostes:
Et præstans animis iustitiaque foret.
Ac licet in grauibus FRIDERICVS viueret ar-
Immemor Aoniæ non tamen arcis erat. (mis:
Hanc ex Pragensi velut extulit ille ruina:
Inq; tuos posuit, Lipsia pulcra, sinus:
Christus vt ante decem bis, binaque secula, & annos
Bis binos, totidem lustraq; natus erat.
Qui fouet ac placidè Musarum castra tuetur:
Vtilius Princeps nil agitare potest.

VVILHELMVS II. Diues, Marchio Misniæ, Frid. Bellicosi Fr.

Marchia quæ veteris refert cognomina Brenni,
Cuius adit vitreis rura Viadrus aquis;
Valdemaro dominis amisso paruit illis:
Quos dedit haud vna sors variata vice.
Primùm Boius habet Princeps: Rex deinde Bohe-
Tum Marcomanno venditur illa Duci. (mus:
Hinc ad Misnẽsem precio delata VILHELMVM:
Æqua viris solitum ponere iura suis.
Illius inuictam furiosa Bohemia dextram,
Non vno sensit Marte fugata loco.
Nam cum fratre Pragam Friderico cinxerat armis:
Quam versurus erat, silicuisset, humo.
Nam Sigemundus eos iussit decedere Cæsar:
Pro cuius bellum mouit vterque bono.
Brixi quàm a non segnis eras, & Thabora nouit;
Regia quoque sita est tuta Corona, Lapis.
Frater vt Ensiferitùm est Ducis auctus honore:
Saxoniæ capiens, Cæsare dante, solum:
Sponte Viadreâ, fuerat quæ vendita, terrâ,
Ne status Imperij diminuatur, abit.
Fœdus & ipse nouas, iterum cum Principe Catto:
Quod patruus paulò fecerat antè tuus:.
Quum pro communi sociarunt arma salute;
Et Stellatorum vim pepulére manum.
Magnus erat bello, sed maior pace VILHELMVS:
Anteferens Marti dulce quietis opus.
Misnia quàm felix fuit hoc sub Principe tellus:
Hostis enim vidit nullius arma sui.
Pleisensi, fato functus, tumulatur in vrbe:
Quæ clarum antiquâ nomen ab arce tulit.
Ipse carens natis, fratri bona parta reliquit:
Quîcum egit placidos, & sine lite, dies.

Filij Friderici I. Electoris.

FRIDERICVS II. Placidus, Septemvir.

Nomen vt Elector patris FRIDERICVS habebat:
AEmulus in dotes sic quoque patris erat.
Contudit hostiles audaci Marte Bohemos:
Et rutilo tristes dispulit ære minas:
Marchiacamq; manu strauit victrice cohortem:
Quæ malè Saxonicam depopulabat humum:
Et, quæ munierant fossis & mœnibus hostes,
AEquauit viridi castra dirempta solo.
Ingentes Friderici animos, dextramq; potentem,
Lusatia in timidis anxia sensit agris.
Sensit & in tremulis memor Albis, & horruit vndis:
Quà ruit ad muros, clara Puella, tuos.
Sensit & aduersis frater Gulielmus in armis:
In quem bella quidem ferre coactus erat.
Bella quidem sensit cum fratre coacta: sed illa
Sunt auibus tandem conciliata bonis.
Frenaq; per longam FRIDERICVS auita quietem
Inde tulit, placida succubuitque neci.

Eiusdem Epitaphium.

Stemmatis antiqui Princeps, insignis honore
Ensiferi, hanc tumbam pace sepultus habet.
Ad Satium forti congressus Marte Bohemo,
Te Leo terribili fecit abire iubâ.
Ille truces cogit quoque vertere terga Polonos;
In Brandeburgos & mouet arma Duces:
Tum Francos superat signis felicibus hostes:
Cumque suo bellum flebile fratre geris.
Amittit plagio natos, recipitq; : tuetur
Ipse magistrum, qui iubet esse, Deus.
Compositis placidè rebus componitur ipse:
In patrioq; tenet debita busta solo.

SIGISMVNDI Præsulis Vurciburgij Epitaphium.

SIGISMVNDVS Francis dominans gladioq; sto-
Fraternum propter conditur hic tumulum. (laq;
Ipse resignaui t munus, cui viribus impar,
Et placida ingenij simplicitate fuit.

HENRICI Marchionis Epitaphium.

Conditur hoc saxo, cui mortem Dresda, sepulcrum
Misna dat, HENRICVS principe stirpe satus.
Tollitur in cœlum, teneris extinctus ab annis:
Tristitia hîc matris prima dolentis erat.
Mortali quicquid de semine nascitur: illud
Mortali pariter conditione perit.

VVILHELMVS III.

Cæsareis virtus castris perspecta VILHELMI,
Extulit illius non sine laude decus.
Extremos ipsum iuuit tolerare labores:
Ferret vt in patriam commoda tanta suam.
Restitit insano non fracta mente Bohemo,
Vastanti ripas Albis vtrinque tuas.
Passa fuit nunquam maiorem Misnia cladem:
Quàm tunc turba furens cædeq; & igne dedit.
Adiuua viratos quorundam perfidus ardor
Nobilium, coluit quos fera turba duces.
Austria si posses, vel tu Grimma edere vocem:
Nota omni populo nomina fœda forent.
Vbius indomitum Præsul quum Marte Sicambrum
Hostem, de Susti pellere vellet humo:
Noriciaeque suis quum trudere finibus vrbis
Albertus validâ Francicus arma manu:
Adiungens forti socias cum milite vires,
Duxit adoratam turpe negare fidem.

Qui

Quis tibi tam miti bellum furiale VILHELME
Suaserat, in fratrem quum ruis ense tuum?
Quos vix expuleras prius è regione Bohemos:
Turba ferox signis militat illa tuis.
Agmina iam campis stabant discordia fratrum:
Non passus peragi est hoc Deus ipse nefas.
Miles ait fida Friderico voce: quid horres?
Intorto hoc frater, si cupis, ære cadet.
Non cadat, iste refert: fratris mihi parce saluti:
Exposita est telis catera turba tuis.
Peruenit vt fratris vox hac in castra VILHEL-
Consilij cœpit pœnituisse sui. (MI;
Colloquium poscens: germani vt pendet in vlnis,
Blanditijsq́; preces addit, amicus abit.
Non lux fausta magis fuit his regionibus vlla,
Propitio miseris ciuibus orta Deo.
Firma fuit posthac carorum gratia fratrum:
Gratia consilijs non violata malis.
Dotem Silesias Augusta coniugis vrbes,
Post mortem Alberti Cæsaris, ense petit.
Vrbe tenet tumulum cum fratre VILHELMVS eadem:
Ac prope dilectum conditur ANNA virum.

Filij Friderici II. Septemviri.

FRIDERICI Epitaphium.

Vulnera terna tuli, genitrix mæstissima: natis
Quæ tribus ereptis, iam viduata, gemo.
Quis titulos patrios feret, aut virtutis honores?
Quis feræ ætatis dulce leuamen erit?
Has tibi spargo rosas, hos flores pono sepulcro,
Nate, tuo: superaluite recepte domo.
Cætera, Christe, tibi tacita commendo querela:
Sum mater superis sedibus, orba meis.

ERNESTVS Elector.

Functus vt ad manes ierat Fridericus auitos:
Filius imperij sceptra decusque capit.
Teutonici ERNESTVS thesauram nominis implens:
Vt plerunque suum nomina pondus habent.
Sed velut in reprobos erat ille seuerus & acer:
Sic placidos erga mitis & æquus erat.
Castorei lapidis terras, Serraq́; Ducatum
Finibus adiecit Marte potente suis.
Et, Medij qui nomen habet, circumdedit vrbem:
Quaq́; sal ad Salæ flumina pura coquit:
Quas hic non obsedit iners: sed vtramque coegit,
Hac faceret partes, & simul illa suas.
Nec minus oblata complexus munera pacis
Innocua dignas pace reliquit opes.
Namque suis passim sublimia castra per oras
Struxit, & impensa regia tecta graui.
Felici genuit Fridericum semine: falsi
Vindice quo cecidit fraus[q́;] dolusq́; Papæ.
H. M.

Eiusdem Epitaphium.

ERNESTVS pacis tranquilla maximus auctor,
A patria atque domo depulit omne malum.
Arma tamen nunquam sumsit, nisi iusta: Nariscis
Prima tulit, terris altera Zeche tuis.
Germanis etiam placidè dimouit ab oris:
Castra Silesiaco qui posuere solo;
Pannona Mathian, & te Casimire Polonum;
Iste potens scutis, arcubus ille ferox.
Sacrificos etiam luxu & leuitate rebelles,
Officium cogit cum pietate sequi.
Officijs clemens, atque integritate seuerus,
Ære sub hoc cineres, ossaque tectus habet.
ELISABETHA decus sexus, probitate, pudore,
Iustitia, Ernesti Principis vxor erat:
Quæ tumulo, à cari tumulo disiuncta mariti,
Sed viuens fido pectore iuncta fuit.
Eximiæ prolis mater: quia diuite partu
Tres Electores, lumina clara, tulit.

ALBERTVS Animosus, Dux Saxoniæ.

Nomen ab inuicta cepit virtute Rolandi
ALBERTVS, quod ei castra dedere seni.
Bis sex annorum puer, alta raptus ab arce est:
Pleisena fœcundos quà fluit inter agros.
Ipse Palæstinas adolescens iuit ad oras:
Visere relligio tunc loca multa fuit.
Cimbrorum neptem Regi deduxit: & inde
Lubecis gratus ciuibus hospes erat.
Illius admonitu legem sanxere pudicam:
Atque maritali consuluere toro.
Mox legit in celebrem quoq; Cæsar auunculus aulam:
Primus vbi iuuenum strenuitate fuit.
Pannonium æquauit virtute & pectore Regem:
Hannibali Fabius cui reputatus erat.
Germanis capta mittatus vincla Vienna;
Cœptum Mathias hoc Duce liquit opus.
Signa annos ter sex victricia mouit in hostes;
Pro populis pugnans Maximiliane tuis.
Quas Dux Menapius terras subduxerat armis;
Rursus ei fausta victor ademit aue.
Littoreos forti cum Flandro cogit Holandos,
Teq́; subire suum flaue Brabante iugum.
Inde tua externas accessit gloria gentes;
Dextraque Imperij dictus es esse manus.
Optauit votis viduata Bohemia Regem
Hunc sibi, post mortem Pogiebrade tuam:
Maluit ast alij intactam seruare coronam;
Tradita quàm cupida sumere sceptra manu.
Illius auspicijs primùm caput extulit altum,
Vrbs in Sudeto diues & ampla solo.
In pede Peliaci quæ nunc iacet inclyta montis;
Fossus vbi argenti messe ditescit ager.
De qua magnificam Misnæ quoque condidit arcem;
Quæ de colle tuas prospicit Albis aquas.
Præmia post belli casus, vitæq́; pericla,
Dat regimen Phrysij Cæsar habere soli.

Quod

Quod sibi dum sumptis bellator vindicat armis:
Conatu medium concidit inter opus.
Infesta Phrysiam Lachesis, sublatus ad Embdam,
In patriam, vt debet, non redit inde suam.
Spectat in occasum qua parte vrbs Misnia solis:
Coniuge cum ZEDENA contumulatur humo.
Quem pater antè locum Fridericus legerat, atque
Cæsaris Austriaci, mater amica, soror.

Eiusdem Epitaphium.

Saxoniæ Dux magnanimus, virtute vel armis,
Friderici Augusti tyro nepos'q; fuit.
Qui Phrysios, Flandros'q; leues, glaucos'q; Britannos,
Terribili lituo sæpe fugauit atrox.
Extitit hic terror Gallis, acri'q; Sicambro:
Eius & expauit Belgica terra iugum.
Victor ab Oceano, Zephyris instantibus, amplas
Exuuias retulit, signaq; capta ducum.
Victor ab aurora, prostrauit Paunonas armis:
Regis & Vngarici sæpe refregit opes.
Et vos ô Phrysios ob captum tristia uatum
Ferre iubet, vestros depopulatus agros.
Illius ad cunctas peruenit gloria terras:
Dictus & Imperij dextra fuisse manus.
Pro tantis meritis ingratus uil dedit orbis:
Præmia sed uonit iusta referre Deus.

ALEXANDRI Marchionis Epitaphium.

Dignus ALEXANDRI qui nomine posset haberi,
Heu rapitur manibus mors violenta tuis.
Talis eras facie, forma, virtute, vigore:
Maiorum ingenuo ferret vt ore decus.
Sæpe cadit crescens læsis radicibus arbor;
Virtus sæpe suum concidit ante diem.

Ernesti Electoris F. F.

FRIDERICVS III. Sapiens, Elector.

Aurea felices viuebant secula gentes:
Quum regeres nostras, Dux FRIDERICE, plagas.
Bella alij ferro, sed tu ratione regebas:
Et sine vi victi sæpe dedere manus.
Ingenio clarot meruisti sæpe triumphos:
Militeque haud vllo fixa trophæa tibi.
Et pacis studijs florere, atque artibus vrbes
Contigit auspicio, Dux FRIDERICE, tuo.
Namque tuo sumptu flauum schola condita ad Albim
Vt vitæ verum traderet illa modum. (est:
Hic Euangelij primùm doctrina reuata,
Derterso cæpit pura nitere situ.
Et quum Germani sumpsissent arma tyranni
Contra Euangelium, sanctaque iussa Dei:
Doctores tibi cura pios defendere soli,
Et Christi latè spargere dogma fuit.
Hic tibi pro meritis grata præconia voce
Posteritas omnis, virque puerque canet.

Epitaphium eiusdem.

Pacis amans tutæ, FRIDERICVS munera pacis
Auxit: qui gelidi rex bonus Albis erat:
Quamuis oblatos contempsit regis honores:
Romani custos armiger Imperij.
Saxoniæ columen, murus'q; & Teutonis oræ:
Instituit celebris clara Lycea scholæ.
Vnde sui Christo primùm renocantur honores:
Vnde venit pulcris artibus omne decus.
Annos imperij post tres, septenaque lustra,
Sublatus terris, sidera lætus adit.

IOANNES Septemvir.

Cui dedit excelsum fortis Constantia nomen,
IOANNES, orâ sidus in Albiata.
Virtutes aliæ cedant: huic vnica laus est,
Pro summo fortem bella tulisse Deo:
Quum Constantino similis Magno'q; pioque,
Ante fletis vultus, Carole Quinte, tuos:
Assereretque vnum te causam, Christe, salutis:
Cælorum Domino subijceretque caput.
Agrestum sedat patriæ inter viscera turbam;
Inq; ipso rerum turbine raptus, obit.
Angelicis moriens exceptus leniter vlnis,
Fertur ad æthereæ mœnia celsa domus.

De eodem:

Funere sublati post fata nouissima fratris,
Tradita sunt regni frena gerenda mihi:
Tempore quo sæuit toto Mars impius orbe:
Rustica gens dominis quum tulit arma suis,
Tunc ego Germanis sedaui incendia terris:
Asserui & regnis dogmata pura meis.
Vindelicis oris ad Cæsaris ora vocatus,
Saluificæ fidei iura professus eram.
Talibus atque alijs factis odia aspera moui:
Iuncta superans omnia damna fide.
Sic, quibus inuisus fueram, sum denique amatus:
Et laudem ingenua de pietate tuli.
Quisquis amat Christum, subeat mala multa necesse
Sed tamen hoc ipso vindice victor erit. (est:

IOAN. FRIDERICVS I. Elector,
Ioannes El. F.

Quem manibus dicas pedibus'q; & mente quadratum,
Crede mihi, toto rarus in orbe vir est.
Iudicio Christum Princeps constante professus,
Talis IOANNES Dux FRIDERICVS erat.
Qui Dux Saxoniæ, Romanæque arbiter aulæ,
Et Patrem, & Patruum nomine reque refert.
Hic etiam exemplo vertit te Carole Cæsar;
Iustificam moriens fassus es ipse fidem.
Cedite Pontifices damnati membra Draconis;
Efficit in sanctis facta stupenda Deus.

Io. Stigelius.

Epitaphium eiusdem.

Non minor & Patre, & Patruo, fortissimus heros,
Qui Patris & Patrui nomina magna tulit.

Qui bene de patria, de relligione merendo,
Inter honoratos primus honore duces:
Arma ferens, capitur; sed mens liberrima semper,
Atque Deo toto pectore nixa fuit.
Redditur hic patriæ, vinclis exutus ab ipso
Victore: ô victo Carole penè minor.
Vxoris tumulum vix clauserat: ipse repentè
Consortus sequitur funera mœsta pia.
Quantus erat, nunc regna tenens cœlestia tantus,
Lætatur merito, maxime Christe, tuo.

De obitu SIBYLLAE Iuliacensis, Ioan. Friderici Elect. Saxoniæ Coniugis.

Dum pia vota facit capto pro coniuge Princeps
Inclyta, Iuliaca stella SIBYLLA domus;
Cum prece, cum gemitu quem nocte dieq; requirit,
Et queritur tardos ire relicta dies:
Facta sui compos tandem sanctissima voti:
Sponte optat, viso coniuge, læta mori.
Mira fides, & mirus amor! mora parua, relanguens
Extremum fati sustinet ipsa diem.
Coniugis ipse suæ morientis lumina condit
IANFRIDERICVS: amat lætus & ipse mori.
Ah miserum, cur me mea coniux deseris, inquit:
Tam sine te potero viuere, quàm sine me.
Pars animæ sum magna tua: simul ipsa recedis,
Tecum anima vnà abijt pars quoque magna meæ.
Compositis ergo rebus, sanctissimus heros,
Consortem vndecima luce secutus, obit.
Sic quos dissociat, sociat mors rursus Olympo
Et tumulo: tantus ne moriatur amor.

IOAN. ERNESTI, Ioan. Friderici Elect. F. Tumulus.

Quisquis ad hunc venies tumulum, subsiste: IOANNIS
Hic tegit ERNESTI frigidus ossa lapis.
Saxonicæ gentis dux seruantissimus æqui
IOANNES genitor cui FRIDERICVS erat.
Menstrua Luna semel nondum compleuerat orbem:
Quum vidit nati funera mœsta parens.
Hunc vt suscipias, faciunt pia vota parentes,
Innocuum gremio, maxime Christe, tuo.

Io. Stigelij.

IOAN. FRIDERICVS II. Dux Saxoniæ, Ioan. Friderici I. Elect. F.

Qualia laudarunt Ptolemæum secula regem:
Auspice quo totus Nile trilinguis eras:
Talia lætamur reddi te præside nobis,
O princeps patriæ gloria iusta tuæ.
Quantum illi tellus Memphitica debet amoris:
Quod dedit Aonio præmia iusta choro:
Tantum nostra ætas tibi se debere fatetur:
Ingenuas artes te duce pascit honor.
Exulibus præbes augusta Lycæa Camænis:
Vnde disertorum nobile robur erat.
Viue diu in terris: nam tu quum sidera adibis,
Te melior patria vix pater alter erit.

Io. Stigelij.

IOAN. GVLIELMVS Fr.

Hoc erat illustri felicem è sanguine nasci:
Si videas veras lumine mentis opes.
Huncq; regens oculum diuini gratia verbi,
Præstantem innatis viribus esse sinat.
Iampridem cupidi te talem, & talibus ausis
Agnoscunt ciues, IANGVILIELME, sui;
Arma sequens Martis, tu pacis amore gubernas:
Proq; focis bellum, pro pietate geris.
Iudicio status, quæ nec sibi vendicet error:
Fortuna variet nec pluuiosa fides.
Impetus iste Deo venit aspirante: beatum
Patria te ex illo terra beata colet.

Io. Stigelij.

FRIDERICVS GVLIELMVS Ioan. Gulielmi F.

Si quis adhuc meminit Friderici Principis ora;
Grande viri nomen cui Sapientis erat:
Hic videt exemplar: princeps hic exprimit illum
Ingenio, vultu, moribus, officio.
Luce potens mentis, normam custodit honesti:
Virtutem reputans principis esse decus.
Et pietatis amans, diuini oracula verbi,
Seruari in populo pura sonante studet.
Iustitiæ custos, veri sincerus amator:
Consilio meditans res moderante gerit.
Castus amat Musas, & doctas prouehit artes:
E quibus emergit fontibus omne decus.
Viue tuis animis iam nunc quoque maior & annis,
O patria Princeps dulce future decus.
Tu Fridericus eris; quo sceptra tenente redibunt
Aurea de veris secla renata bonis.

Alberti Animosi Ducis Saxoniæ filij.

GEORGIVS.

Dedita bellorum studijs tibi prima GEORGI
Ætas, audacem quum sequerere Patrem;
Fert socio Phrysias Burgundo signa per vrbes:
Præmia pro patrio iusta labore petens.
Saxonicis tadem reparat robustior armis
Bella, nec auspicijs non gerit illa bonis,
Groningos implet flammis hostilibus agros:
Euertit captum saua per arma Thamum.
Non animus præsens, non defuit ardua virtus:
Sed cœptis magnis fors inimica fuit.
Omnibus ad pacis conuersus viribus artes,
Deposuit duri flebile Martis opus.
Aurea restituit Saturni secula: nulla
Nec tormentorum cura, nec ensis erat.
Donec in arma feros Alecto mouit agrestes:
Plurima qui furijs damna dedere suis.

Hos prope Francorum dictam de nomine sedem
Strauit: sanguineas Vipperis egit aquas.
Persoluit meritas itidem Molbusia pœnas:
Es vetus amittis ius Smalachalci tuum.
Massiliam peteret quum Cæsar Carolus vrbem:
Misit ei lectâ nobilitate manum:
Thraciaq́ adiuuit propellere finibus arma
Austriacis, Turca depopulante solum.
Iura domi populis, & leges condidit æquas:
Ac placidâ rexit pace quietus humum.
Egerat ille sui satis æui tempora felix:
Si spectes cunctas, quas habet orbis, opes.
Hoc miser hen nimium, quòd paucis perdidit annis
Omnem spem stirpis progenitemque suæ.
Tum super ipse dies non multos vixit; & acris,
Creditur extincto causa fuisse, dolor.
Misuensi princeps hic vltimus vrbe sepultus,
Conditus ad patris est vatus vterq; latus.
BARBARA Sarmatici Casimiri filia Regis,
Iuncta prius thalamo, iungitur & tumulo.

In eundem:

Nestor qualis erat bellantes inter Achiuos:
Quum Phrygium premeret Græcia tota solum:
Talis Germanus Dux ille GEORGIVS inter
Floruit, atq; Ducum gloria rara fuit.
Consilijs animoque simul maturus, & annis:
Conspicuus bello conspicuusque togâ.
Plus tamen exornans optata commoda pacis,
Odit sanguinei flebile Martis opus.
Alberti patris celebratur fama per orbem;
Quòd gessit validâ bella secunda manu.
Natus sceptra tenens tranquillâ in pace, parentis
Nomina non titulis inferiora tulit.
Sed duce læta tuo vixisti Misuia semper:
Cui des æternos viuere Christe dies.

HENRICVS Pius.

A patris Syrias terris accessit ad oras:
Hospes & Hesperium venit ad vsque fretum.
Scilicet vt sanctis HENRICVS poneret terris,
Pro veteri posset religione pedem.
Multa solo poterat memorare pericula, duro
Sæpius acta sibi tempore, multa mari.
Euasit Physium patriâ virtute furorem:
Quum Franica rupto fœdere, captus erat.
Nec secus ac patiens illa omnia vicit Vlysses,
Ausu magnanimo, consilioque bono.
Redditus ac patriæ diuino numine terra,
Saxa tenet montis Neritos alta sui.
Tum Friburgensis sedem sibi collocat arce:
Tranquilluq́ data munera sortis amat.
Hoc condit caput Marianus principe collis:
Lauta metalliferis vrbs celebrata iugis.
Debita defuncto natus moderamina fratre;
HENRICVS patria factus amore parens:
Eximium veræ meruit pietatis honorem:
Quòd sanctæ instaurat relligionis opus:

Hospitiumq́ pijs aperit doctoribus, atque
Excipit excelsi dona benigna Dei.
Heroes inter magnos animasque beatas,
Ætherei fulgens sideris instar erit:
Quando sua in sanctis ornabit munera Christus;
Præmia pro meritis digna cuique ferens.
Tempore commissas non longo rexit habenas,
Iam sanctus multa debilitate senex.
Fribergum sedes fuerat gratissima viuo:
Nunc quoque defuncti corporis illa domus.
Quum prope sex teneri sublati morte nepotes
Præpropera, tumulis nomen inane tenent.
Hic Mausolei stat mole erecta, nitensque
Marmore, Mauricij splendida tumba Ducis.
Salue sancte senex, cœlestibus addite templis,
Præsenti cernens lumine Diue Deum.

Eiusdem Epitaphium.

Iactatus varijs terrâque mariq́ periclis,
HENRICVS patriæ gloria summa suæ:
Filius Alberti, Dux Saxonis inclytus oræ;
Electorque tuus Dux Friderice nepos.
Qui Tartessiacum potuerat hospes Iberum:
Iordanisque suum lauerat amne caput.
Phrysia cui mortem statuit: quam iure regebat,
Et gladio: patriâ tradita regna manu.
Post ea pacificus viuens, tibi primus apertas
Christe suis terris præcipit esse fores:
Hospita quum regum Regi dat tecta benignus,
Submittens vni sceptra suosque Deo.
Nunc inter superos æterno splendet honore.
Salue omni populo commode sancte senex.

FRIDERICVS Magister Teutonicus.

Ornauit studijs quem docta Hetrnria pulcris:
Frugiferos Blandus quà fluit inter agros:
Inde Borussiacas peruenit rector ad vrbes:
Teutonica capiens cingula militia.
Tradere sed renuens iaue sua iura: Polono:
Exaij, patriam deligit ipse, locum.
Quodque putant falix, maiorum ad busta quiescit:
Post septem vitæ lustra peracta suæ.

Georgij Barbati filiorum
Epitaphia.

VVOLFGANGI.

Ætas, nobilitas non rumpunt vincula mortis:
VVOLFGANGVS Princeps occidit, atq́ puer.

IOANNIS.

Marmoris hac tegitur Princeps sub mole IOANNES
Saxonicâ ducens nobile stirpe genus:
Magnanimi herois proles generosa Georgi,
Cessit qui Misnæ ditia regna suæ:
Quique Duces inter reliquos, ceu Nestor habetur;
Constantique animo iura verenda colit.
Mater erat iuueni Casimiri filia Regis:
Qui gessit forti sceptra Polona manu.
Sub iuga qui casos misit victricia Moscos.
Compulit & Turcas vertere terga feros.

Indolis inde trahens generosæ infusa IOANNES
Semina, institiæ semper amator erat:
Pactorumq; tenax, fucos fraudesq; perosus,
Ingennos mores retulit ille patris.
Condorem ipsius tiro tironis amauit
Carolus, Augusti qui modo sceptra tenet.
Cæsar auus comitem hunc adiunxerat ipse nepoti:
Ergo etiam mores senserat esse bonos.
Sed res humanas fortuna incerta fugax que,
Arcanâ fati vertere lege solet.
Iam regno matura virum sua fecerat ætas:
Imperiumque illi publica vota dabant:
Interdumque leuans curarum fasce parentem,
Dicendi iuris grande subibat onus:
Iam puer officij nato cessurus honorem,
Optabat meritâ posse quiete frui:
Occidit ille prior florentibus integer annis:
Quæ dolent genitor fata superstes habet.
Ergo inuisa suo soluens funebria nato,
Tecta sub hoc mæstus condidit ossa solo:
Vtque illum æterna digneris munere vitæ,
Assiduis precibus maxime Christe, rogat.

Andr. Francus Camitianus.

In eiusdem obitum.

Fas æquidem fuerat te soluere insta parenti
IANE seni: soluit sed tibi insta parens.
Insta parens tibi soluit: at haud sibi insta futura.
Nam patriæ poteras, & patris esse decus.
Carolus ipse tuæ magnus virtutis amator
Cæsar erat: sed non hæc diuturna fuit.
Occidis heu Princeps florentibus integer annis:
Sic patriæ cadit, & sic Patris omne decus.

N. Reusn.

FRIDERICI.

Moribus innocuus, præclaro stemmate Princeps,
Qui niueâ placidus simplicitate fuit:
Illâ luce diem vidit, quâ milite multo
In Phrysios genitor de patria iuit agros.
Vno qui vixit tantummodo mense maritus:
Postque anni septem lustra, reliquit humum.
Ante patrem moritur: qui nulla prole relictâ,
Post etiam vitam finije inde suam.
Scilicet ex omni nil cuiquam parte beatum est:
Fata manent iuuenes, credite, fata senes.

In eiusdem obitum.

Saxoniæ Princeps dum morte Georgius orbum
Prole omni cernit se, FRIDERICE, tuâ:
Magnanimum heroem quem non virtutis egentem,
Post septem vitæ, mors fera, lustra rapit:
Proh dolor, exclamat, quisnam hic præposterus ordo
Quòd sobolem cogor sic sepelire pater? (cest
Tu mihi debueras morienti lumina patri
Condere: post mortem quò sine morte forem.
Tu meus, haud ego debueram successor & hæres
Esse tuus: genito non ego natus eram.
Quò fugis ah fili? mea lux, mea cura, meum cor
Occidit: heu animæ quod superextat, habes.

Vota mori mea sunt: morior videor orbus & exspec.
Pro se quando valent non mea vota mori.
Sic ait, & toto ægrescens iam corpore sensim
Deficit, & languet, commoriturq; senex.
Pro thalamo cumulum Mansfeldia sernat ELISA
Coniuge, cum magno, te viduata, Patre.

Nic. Reusn.

Henrici Pij. F.F.F.

MAVRICIVS Elector.

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo:
Et subito casu quæ valuêre ruunt.
Vt perit in primo Pelides flore iuuentæ:
Pyrrhus & hoc ipso de genitore satus.
Ac Asiæ domitor, Macedum de stirpe creatus:
Et qui Burgundas Carolus auxit opes:
Sic iam MAVRICIVM nimium properantia fata
Saxoniæ terris eripuere Ducem.
Qui Gallos, Turcosque feros virtute repressit:
Militiæ præstans artibus atque togæ.
Hic modo quum patriam iustis defenderet armis:
Fudissetque hostes auxiliante Deo:
Fraude globus missus victorem vulnerat: inde
Post pugnam vitæ non mora longa fuit.
Commendans animam sed Christo, exordia vitæ
Hausit cælestis non dubitante fide.
Est fragelis natura hominum: sed reddere vitæ
Gaudia vult Christus non moritura pijs,

Ph. Melanthon.

Eiusdem Epitaphium.

Nomine MAVRICIVS victoris mole sub ista
Conditur, Alberto plus memorandus auo.
Saxonica ambobus de stirpe parentibus ortus:
Saxonis ostendit fortia corda ducis.
Pannonium Turcæ primum obuius iuit ad Istrum:
Vertit & in turpem Thracia terga fugam.
Qualis in arma ferox rueret, bis Gallia sensit:
Gallia diuitijs nobilis, ampla viris.
Brunsuigum sedat pius absque cruore tumultum:
In vincla vt captas Dux dedit ipse manus,
Cæsaris auspicio tulit Electoris honores:
Pax è Germano quum fuit acta solo.
Saxonis vrbs, castæ quæ nomen adepta puella,
Quâ nulla ad ripas fortior Albis tuas:
Mauritij, menses bis septem, signa volare
Non trepedè, circum mœnia clausa videt.
Dissipat interea collectos fortè latrones,
Albiacis quâ se condit Hauelus aquis.
Liberat vt Socerum, posthac capit arma coactus
Officio potuit plus pietatis amor.
Cepit Erenburgi consenso vertice montem:
Et celer ad pontem peruenit Oene tuum:
Cæsareas Aquilas ibi vertere terga coegit:
In pulso sed quàm Cæsare mitis erat.
Eius Cæsareum vicit clementia pectus:
Vincere quum posset, maluit esse pius.

Arma-

Armaque sumpta feri conuertit in agmina Turcæ:
De collo pendens Dacia pressa tuo.
Iam pro communi dum vult pugnare salute:
Et patriæ fidam ferre pararet opem:
Nomine victoris decoratus ab hoste fugato,
Oppetit, impresso sulphure & igne globo.
Principe de forti, nisi mors, sibi nemo trophæum
Erigit: at mortem vincere nemo potest.
Hic tamen & mortis per Christi vulnera victor
In supera vitam sede beatus agit.

SEVERINVS Dux Saxoniæ.

Mole SEVERINVS princeps hac clauditur, artes
Cum natis Regis dum colit ipse bonas.
Indole magnanimâ qui Patrem æquabat, Auumq́:
Quos celebrat summos Saxonis ora Duces.
Augustus fieri hæc fratri monumenta iubebat:
Quem tulit vndecima messe suprema dies.
Stamsiacui tumulum præbet, cæliq́ quietem.
O vitæ nulli tempora certa breuis!

AVGVSTVS Septemvir.

AVGVSTVS Princeps Septemvir, pacis amator,
Roma tuum Augustum nomine req́ refert.
Iustitiaque tenens populosam Saxonis oram,
Suscepit fratris frena relicta sui:
Huncq́ sibi generum Rex prætulit omnibus vnum,
Qui tenuit iusta Danica sceptra manu.
Nota viri virtus, nota est constantia mentis,
In pietate fides, pro pietate labor.
Ergo nec inuidiam metuit, nec triste minantes
Exeidium regno, Marte lateute, suo.
Non vis, aut numerus, tandè bona causa triumphat:
Defendeute Deo nulla ruina nocet.
AVGVSTO imperium Deus augeat, augeat annos:
Sic crescet nati gloria vera sui.
Ioan. Maior Ioachimicus.

In eiusdem obitum.

Quo Pax, Relligio, Virtus auctore per vrbes
Floruit, innumeris aucta subinde bonis:
Sic AVGVSTE cadis, fatis superatus iniquis?
Magne Pater Patriæ sic miserande cadis?
Sexagies nondum cognomine mense reverso,
Post decimam lux te Frebrua prima necat.
Heu quantum columen per te Germania perdit!
Præsidium heu quantum patria perdit humus!
Tu virtutis eras cultor: tu maximus auctor
Pacis & assertor relligionis eras.
Sic AVGVSTVS eras tam re, quàm nomine Magnus:
Et fidus populi dux, Patriæq́ Pater.

Mens cælo viuit: viuit quoque fama per orbem
Semper, & æternum post tua fata decus.
N. Reusn.

Eiusdem Epitaphium.

Imperij sacri virtus Augusta fidesq́
Occidit, AVGVSTO cum Duce, victa nece.
O miserum fatum! sacrum sic omne profanat;
Et nihil augustum mors finit esse diu.
N. R.

De eodem:

Occidit AVGVSTVS, quo non augustior alter;
Qui sacri Imperij firma columna fuit.
Quiq́ Dei verbum magna pietate fouebat:
Atque Pater Patriæ iure vocatus erat.
Semper erunt laudes huius, nomenq́ manebit:
Vesper donec erit, donec & ortus erit.
Ioach. Beustius D.

CHRISTIANVS Elector.

Magnus Alexander domuit qua luce Darium
Victor ad Arbelas Marte, neciq́ dedit:
Luce sub hac mortis domitus vi concidit atra
CHRISTIANVS Princeps Saxonis ille domus:
Imperij columen sacri simul, ac decus; annos
Præproperè fatis debitus ante suos:
Bis sex vix lustris, & denis mensibus actis:
Tam breuis huic æui lux super orbe fuit:
Profuit haud generis splendor, vel gratia forma,
Corporis aut præstans, ingeniiq́ vigor.
Profuit haud ætas, vel regni magna potestas.
Mors haud humano subiacet imperio.
Omnia mors æquat, non exorabilis auro:
Grandia cum paruis mors fera falce metit.
Sic pius Æneas, sic Tullus dives, & Ancus,
Cum victo pariter victor & ipse cadit.
Magnus Alexander sic victor & inde Darij
Annos præproperè concidit ante suos.
Alter Alexander pariter sic Teutonis ora
MAVRICIVS patruus concidit ante diem.
Par ætas huic, imperij par cursus vtrique:
Par fuit & belli gloria, parq́ togæ.
Sic iacet ergo sui Princeps flos inclytus æui,
Saxonicæ columen sic iacet ergo domus.
Sic visum superis: superis parére necesse est:
Sospes adhuc viuit clara propago Ducis.
Viuit, & ô viuat sospes, cum sospite matre:
Saxonicæ viuat stirps numerosa domus.
Viuat & ô Tutor FRIDERICVS Dux GVILIELMVS:
Sospite quo semper patria sospes erit.
N. Reusnerus.

STIRPIS INCLYTAE VVITIKINDEAE

Stemma Tertium

REGVM GALLIAE CAPETORVM

à quibus orti

1. *Comites Montfortij & Bigorrenses.*
2. *Veteres Duces Burgundiæ.*
3. *Comites Veromandui.*
4. *Domini Cortenæi.*
5. *Comites Altißiodorenses, Impp. Byzantini.*
6. *Comites Dreufij.*
7. *Comites & Duces Britanniæ.*
8. *Comites Artesiæ.*
9. *Andium Comites, Reges Siciliæ & Neapolis: vnde etiam quidam Pannoniæ & Poloniæ Reges, item Principes Tarentini & Dyrrachini progeniti.*
10. *Comites Eboracenses, Reges Nauarræ.*
11. *Principes Alencenij.*
12. *Duces Adegauenses & Lotharingiæ.*
13. *Duces Burgundiæ recentiores.*
14. *Comites Neuersij & Estampij.*
15. *Duces Borbonij, Comites Clermontij: vnde hodierni Reges Nauarræ; ad quos & regni Francici successio iure hæreditario spectat.*

Acceßit corollarij loco

Continua REGVM NAVARRÆ genealogia.

SERENISSIMO POTENTISSIMOQVE PRINCIPI AC DOMINO

D. HENRICO BORBONIO, REGI FRANCIAE ET NAVARRAE

BELLI PACISQ. ARTIB. INCLYTO PRINCIPI OPT. ET MAX.

DOMINO CLEMENTISS.

D. D. D.

STIR-

STIRPIS VVITIKINDEAE
Stemma Tertium.
REGVM GALLIAE CAPETORVM.

VVITIKINDVS III. VVitikindi Magni nepos, Saxo Germanus, quum paternas opes tribus fratribus haud sufficere posse putaret: domo sua extorris, in Galliam Lugdunensem militiæ exercendæ gratia profectus: auspicijs Caroli Calui Imp. in Normannos mouit feliciter: à quo deinceps in præmium nauatæ operæ Andibus est præfectus. *Andium Comites.*

RVPERTVS I. Andium Comes, in Gallijs natus: primorum fortissimus, rei militaris peritissimus: ob virtutes heroicas, & res præclarè gestas, alter Iudas Machabæus cognominatus: & à Carolo Imp. ducatu inter Ligerim & Sequanam donatus: Hastingum Normannorũ Regem; Nannetes, Andegaues, Pictones, Turones crudeliter deuastantem; ac in templo quodam, quod viæ hærebat, latitantem; quum totadie vndique summis viribus oppugnasset: vesperique æstus de labore impatiens auram captaret: ab hostibus de improuiso erumpentibus; dum eos fugam simulantes, inermis, gloria & lorica nudatus, incautius insequitur; in acie est occisus vnà cum Ranulpho Aquitaniæ Duce A. C. 866.

OTHO siue VDO Dux Aureliæ, Comes Andegauensis, & Parisiorum, Abbas S. Germani: Carolo Crasso mortuo, à Celtis Galliæ Lugdunensi impositus: & à Gulielmo Senonensi Archiepiscopo Rex inunctus: tutorio eam nomine annos administrauit decem. Normannos & Danos, fœdere rupto in Francia bellum renouantes, & Parisiorum vrbem secundò obsidentes, acerrimis eruptionibus castra mutare coegit: multisq́ hostium cæsis, vrbem liberauit. Insignia regia, innumeris depicta lilijs, primus sumsit; similiter vsus depictis vexillis: quæ Franciæ Reges deinceps retinuere, ad Carolum vsque Sextum eius nominis: qui rursum induxit vsum insignium antiquorum, hoc est, trium duntaxat liliorum. Obijt A. C. 898. III. Non. Iannarij: sepultus Parisijs ad S. Dionysium.

RVPERTVS II. Comes Andegauensis, Dux Celticæ, Abbas S. Germani: Carolo Simplice in Gallijs regnante, rebus nouis studens, seque Regem nominans: bello abs eo victus; profligatoque exercitu, hasta confossus perijt prope Suessones A. C. 922. postquam regnum obtinuit annum plus minus vnum. Sepultus in Dionysiano. In eius vixit consortio N. soror Heriberti Comitis Veromandui.

HVGO Magnus, Comes Andium & Parisiorum, Abbas S. Germani, ab Arnulpho Imp. Forchemij regni Arelatensis constitutus Gubernator: Ludouico IV. Galliæ Regi infensus redditus, quod auũculum suum Comitem Veromanduorũ fœdo asseclisset suspendij supplicio: Normanno ad bellum ipsi mouendum non semel incitauit. Quibus turbis sedandis quum Otho I. Augustus in Galliam aduolaret, Regem liberaturus; hic eius inopinato auxilio spe sua deiectus, Regis se potestati permisit. Corporis mortalis exuuias deposuit ad villam Dordingam A.C. 945. XVI. Kal. Quinctiles: sepultus Parisijs in basilica B. Dionysij. Vxores ei fuere duæ: ELISABETHA F. Eduardi I. Regis Angliæ sterilis: & ADELHEIDA F. Henrici I. Imp. Rom. ducta A. C. 938.

EMMA coniux Rudolphi Regis Burgundiæ & Franciæ.

HVGO Capetus, Regum Galliæ nostra ætate progenitor.

OTHO Dux Burgundiæ ex soceri Giselberti testamẽto cuius F. LVIDGARDEM vxorem habebat, obijt *ænus* A. C. 965.

HVGO sexennis à patre Remensibus datus Archiepiscopus: verùm nec à

BEATRIX coniux Friderici Comitis Barrhi.

HENRI-

Andium & Parisioru Comites.

* HENRICVS *Andegauensis, Othonis in Ducatu Burgundiæ successor: suppetias ferens Lothario Regi Franciæ, copias Othonis II. August. prope Lutetiam fudit: qua victoria Magni cognomen meruit. Absque liberis decedens, sui principatus heredem testamento scripsit Robertum Regem Galliæ, suum ex fratre nepotem: A. C. 1001.*

† *Pontifice Romano, nec à clero receptus: Occupator dein tàxat nominatus est.*
ADELRICVS Arnaldo Archiepiscopo Remensi surrogatus, fratre excluso: A. C. 962.

* EMMA *nupta Richardo I. Duci Normanniæ anno 960. decessit ipsius.*

HVGONIS CAPETI PROSAPIA.

Hugo Capetus Rex Galliæ obijt 998.

Robertus Pius Rex Galliæ obijt 1030. | Lambertus Andegauensis.

Henricus I. Rex Galliæ obijt 1060. | Robertus conditor veterum Ducum Burgundiæ. | Amalricus Ramum Comitum Montfortiorum produxit.

Philippus I, Rex Francorum, obijt 1109. | Hugo Veromanduorum progenuit Comites.

Ludouicus VI. Crassus Rex Galliæ ✠ 1137. | Filiæ duæ. | Philippus Dominus Magdunī.

Philippus. | Ludouicus VII. Rex Galliæ, M. 1180. | Petrus conditor Cortenæi Dominorum: à quibus Impp. Byzantini. | Robertus progenitor Comitum Dunidensium, & Ducum Britanniæ. | Henricus Archiep. Remēsis.

Filiæ VI. | Philippus II. Adeodatus Rex Galliæ ✠ 1223.

Ludouicus IIX. Rex Galliæ 1226. | Philippus Comes Bononiensis. | Maria.

S. Ludouicus IX. Rex Galliæ ✠ 1270. | Robertus Artesiæ Co. propagauit. | Alphonsus Com. Pictauiæ. | Carolus Andegauensis, Reges Neapolis & c. progenuit.

Philippus III. Audax, Rex Galliæ ✠ 1285. | Petrus Comes Alenconij. | Robertus Claromontanus Comes. Ab hoc Borbonij Duces orti. | Ioannes Tristanes.

Ludouicus. | Philippus IV. Pulcer Rex Galliæ ✠ 1314. | Carolus Valesius. Vide fol. seq. | Ludouicus Eboracensis. Ab hoc quidem Nauarræ Reges orti.

Ludouicus X. vltimus Rex Galliæ ✠ 1316. | Philippus V Longus, Galliæ Rex ✠ 1321. | Carolus IV. Pulcer Rex Galliæ, ✠ 1328.

Ioanna Regina Nauarræ. | Ioan. Posthumus. | Ludouicus. | Filiæ V. | Blanca Posthuma, vxor Philippi Aureliani.

Carolus Valesiorum Comes primus ✠ 1325.

Philippus VI. Valesius Rex Galliæ ✠ 1350. | Filiæ IIX. | Carolus progenitor Comitum Alenconiorum.

Ioannes Valesius Rex Franc. ✠ 1364. | Philippus Dux Aureliæ. | Ludouicus. | Filiæ duæ.

Carolus V. Rex Galliæ, obijt 1380. | Ludouicus I. Andium Dux. Hoc orti Reges quidem Neapolis; item Duces Lotharingiæ. | Ioannes Biturigum Dux ✠ 1416. | Philippus Audax, recentiorum Ducum Burgundiæ progenitor.

Carolus

Carolus VI. Galliæ Rex ✠ 1422. — Filiæ V. — Ludouicus Dux Aureliæ confossus 1407.

Ludouicus Dux Aquitaniæ ✠ 1415. — Filiæ VII. — Carolus VII. Rex Galliæ ✠ 1460. — Ioannes Dux Turonēsis. — Carolus Aurelianensis — Philippus Comes virtutum. — Ioannes Comes Angolismorū. — Filiæ tres.

Philippus. — Ludouicus XI. Rex Galliæ ✠ 1436. — Carolus Dux Aquitaniæ & Biturigum. — Filiæ V. — Ludouicus XII. Rex Galliæ ✠ 1515. — Filiæ duæ. — Carolus Comes Angolismensis ✠ 1468. — Maria.

Ioachimus. — Carolus IIX. Rex Galliæ ✠ 1497. — Franciscus. — Filiæ tres. — Renata. — Claudia vxor Francisci I. — Franciscus I. Rex Galliæ ✠ 1547. — Margareta R. Nauarræ.

Franciscus Delphinus Franciæ, ✠ 1536. — Henricus II. Rex Galliæ, ✠ 1559. — Carolus Dux Aureliæ ✠ 1545. — Filiæ IV.

Franciscus II. Rex Galliæ ✠ 1560. — Ludouicus. — Carolus IX. Rex Galliæ ✠ 1574. — Henricus III. Rex Galliæ ✠ 1589. — Franciscus Dux Alenconij & Brabantiæ ✠ 1583. — Filiæ V.

Maria Elisabeth.

STEMMATIS CAPETINI ΕΚΦΡΑΣΙΣ.

HVGO *Capetus* siue *Scaplarius* cognominatus, Comes Parisiensis, Abbas S. Germani, Dux Francorum & Burgundiæ titulo tenus: Othonem II. Imp. Parisiorum vrbem obsidentem, quotidianis eruptionibus magno affecit damno: desperataque eiusdem expugnatione, abeuntem circa Suessiones aggressus; magnam ipsius exercitus stragem edidit. Ludouico Rege vltimo ex Caroli Magni posteritate veneno necato, *vestigium in Franciæ regnum ponens*: Carolo Lotharingiæ Duce, competitore, capto; vi ac militum fauore illud acquisitum ad posteros suos transmisit: coronatus & consecratus Remis ab Arnulpho Archiepiscopo, Ludouici Regis notho: quem postmodùm episcopali sede mouit: in locum eius Gilbertum Philosophum Aquitanum, filij sui pædagogum, substituens. Arnoldum Flandrum, violentam istam regni vsurpationem damnantem, ideoque debitam ipsi obedientiam denegantem, armis aggressus; Artesiæ illi Comitatum eripuit. quem tamen non multo pòst, Duce Normanniæ pro ipso intercedente, re transacta eidem restituit. Parisijs ædem Maglerij erexit: quumque nouennium regnasset integrum, in Dionysiano ad maiorum suorum tumulos est inhumatus A. C. 998. ex ADELHEIDE filia Eudi Comitis Blesensis, tribus susceptis liberis: *Reges Galliæ.*

Roberto *Pio*: Rege Galliæ, stemmatis propagatore. †

LAMBERTO Andium Comite, qui à fratre expulsus: ad Othonem III. Imp. in Germaniam profugisse dicitur: cuius deinde posteri sub bellu Friderici Barbarossæ in Italiam sunt profecti. Ab eo Spinularum Mocenicorumque familias refert Franciscus Spinula ex historia Maluetij Brixiani.

HADVINGA nupsit Lamberto Regineronis F. Bergorum Hannoniæ Præfecto: quem Benno Archipræsul Agrippinensis, quòd communem pacem turbarat, apud Valentinianos cepit, ad Venedosque relegauit.

ROBERTVS cogn. *Pius*, *Rex Galliæ*, Burgundiæ Dux patrui testamēto scriptus post Caroli Lotharingi fata, paterni regni factus cōsors, cum patre quinquenniū, post eum annos adhuc XXXIV. feliciter id administrauit. Vir pietate insignis, doctorū mæcenas liberalissimus, ipse doctissimus. Montē fortem, vrbem Galliç Celticç mœnibus &

Comites Montfortij.

arce muniuit. Parisijs ædem D. Nicolai deschamps prope Palatium erexit: Aureliæ ædem S. Mariæ des bonnes nouelles dicauit: multaque passim alia templa & monasteria fundauit. Obijt Meloduni A. C. 1030. Sepultus in æde Dionysiana. Liberi eius VI.

ex CONSTANTIA F. Gulielmi Comitis Arelatensis, in Abbatia de Poissy, ab ipsa fundata, tumulata; vxore legitima:

HVGO decennis à patre Rex Franciæ designatus A.C. 1024. sed quem morte præuertit: sepultus Compendij in æde S. Cornelij.

Henricus I. stemmatis Capetini propagator. †

ROBERTVS conditor DVCVM BVRGVNDIAE veterum: †

EVDVS Episcopus Altissiodorensis.

ALISA siue ADELHEIDA coniux primò Reinaldi Comitis Niuernensis, pòst Balduini Insulani Flandriæ Comitis.

ex N. Comite Nouiodunense, concubina:

Stemmatis Capetini ramus primus, COMITVM MONTFORTIORVM.

AMALRICVS siue Almaricus, à patre agrum accepit oppidi Montisfortis, quod muro cinxit: & Comites MOMFORTIOS progenuit.

SIMON primus Comes Montfortius. Vxor N. filia Richardi Comitis Eboracensis.

AMAVRIVS Comes Eboracensis.

AMALRICVS siue Almaricus II. Comes Montfortius.

SIMON II. cognom. Caluus, Comes Montfortius. Vxor ARNICE soror & hæres Roberti Comitis Licestriæ, ac Rogerij Archiepiscopi S. Andreæ in Scotia.

BERTHA siue BERTHRADA vxor Fulconis Rechini Aodium Comitis; mater ex ipso facta Fulconis Regis Solymorum. Pellex fuit hæc eadem Philippi I. Regis Galliæ.

SIMON III. Comes Montfortius & Licestrensis vir eo seculo militaris disciplinæ peritissimus: in Syria bis egit summum belli ducem: semel contra Saracenos anno 1198. iterum anno duodecimo pòst contra Albigaunos hæreticos: quibus vtrisq; bello fortissimè deuictis, in præmium victoriæ Comitatu Tolosano est ducatu Narbonensi donatus. In oppugnatione tandem vrbis Tolosæ saxo ictus interijt A. C. 1213. Vxor ALEXIA.

GVIDO Comes Sidoisin Oricote.

PETRONELLA vxor Petri Cortenei, Tanlæi Domini.

AMALRICVS III. Comes Montfortius, Franciæ Conestabilis factus superiores prouincias, cessit Ludouico IIX. Galliæ Regi. Obijt Romæ [illegible].

SIMON IV. Comicus Montfortius, vir singulari virtute & consilio; admodùm iuueni, propter iustitiam prudentiamque summam totius belli gerendi in Albigenses, hominum genus maleficum, in Narbonensi Gallia exortum, detulit Philippus Francorum Rex: qui nobilissimam adeptus victoriam; postea ob acceptam aliquam à Blanca D. Ludouici vxore offensionem, in Angliam concessit ad Henricum III. Regem: cuius sororem LEONORA, Gulielmi Marescalli & Licestrensis Comitis viduam, in vxorem ducta: factus Angliæ est Senescallus. Cui postea, quum eum bene moneret, ex amico effectus inimicus; ipsum bello ciuili Anglico acie fusum cepit, cum Richardo fratre, & Eduardo filio: sed à quo è vinculis elapso, belloque redintegrante, ipsemet casus occubuit A. C. 1263.

GVIDO Montfortius, Comes Bigorensis. †

PHILIPPVS Dominus Ferteæ Alesiæ, S. Ludouicum Galliæ Regem in Ægyptum secutus: inde castris Caroli I. Regis Siciliæ præfectus: auctor fuit victoriæ de Manfredo partæ.

ELEONORA nupsit N. Comiti Vindocinensi.

HENRICVS Montifortius, bello intestino Anglico, vnà cū patre oppetijt 1263.

SIMON Eques Gallicus.

AMALRICVS Præfectus ærario Eboracensi.

GVIDO Montfortius, Dynasta Benræ, & Gubernator Hetruriæ, Henricum, Richardi Angli Cæsaris electi filium occidit Viterbij in æde B. Laurentij A. C. 1271.

LEONORA vxor Petri Corteozi, deinde Leolini Walliæ Domini, obijt 1275.

Ipse in Sicilia captus, & ad perpetuas condemnatus carceres; aras quas innocentissimo sanguine polluerat, morte merita expiauit. *Comites Montfortij.*

PHILIPPVS Comes Montfortius, *ἄπαις.* ANASTASIA. NOLANA vxor Romani Vrsini.

✝

GVIDO Montfortius, Vicecomes Bigorrensis, & Matisconensis. Vxor PETRONELLA, vidua Gastonis Bearnensis.

ESCHIBATVS Bigorrensis Comes, ἄπαις suc- cessorem nominauit Simonem patruelem: qui ius suum cessit Theobaldo VII. Regi Nauarræ, Comiti Campaniæ.

ALEXIA Turaniensis Vicecomes. *MAHALTIS Thurensis Comes, vxor Philippi Flandri.*

Stemmatis Capetini ramus alter, VETERVM DVCVM BVRGVNDIAE.

ROBERTVS, Roberti Pij Galliæ Regis F. Dux Burgundiæ creatus anno 1030. eam rexit ad annum vsque 1075. quo grandæua ætate (vnde & Senior fuit cognominatus) Semurij in B. Virginis basilica, quam ipsemet extruxerat, est funeratus. Vxor HERMENGARDIS. *Veteres Duces Burgundiæ.*

HENRICVS Burgundus, princeps pius, iustus ac modestus: morte præmatura patrem præuertit.

HVGO Burgundus.

HVGO I. auo defuncto, Burgundiæ ducatum successione excipiens, eum tenuit annis XXII. Vxore IOLE absque sobole defuncta, mœrore propter eius desiderium confectus, Cluniacensi cœnobio se inclusit: fratri principatu relicto. Ibidem sepultus A. C. 1108.

OTHO siue EVDVS II. Dux Burgundiæ secundum fratrem, Cistertiense cœnobium condidit: in quo post fata est sepultus. Obijt autem in Sicilia, nomen dans sacræ militiæ A. C. 1102.

HVGO II. Dux Burgundiæ, annis XXXI. princeps pietate & iustitia præstans: obijt A. C. 1133. Vxor MECHTILDIS.

HENRICVS à patre lucernam induere compulsus.

OTHO III. Dux Burgundiæ, vita excessit A. C. 1163. Vxor MARIA F. Theobaldi Comitis Campaniæ.

ALEXANDER *ἄπαις* obijt.
HENRICVS } infantes mortui.
ROBERTVS }
GVALTERVS Archidiaconus.

AREMBVRGA virgo Sanctimonialis.

HVGO Dux Burgundiæ sub tutela patris auique materni. Ter in Palæstinam ad Saracenicum profectus bellum, Christianæ Reipub. multum profuit: non solùm Burgundis, sed & Francorum castris (decedente Philippo II. Rege) præfectus. Ex altera expeditione reuersus, sacram ædem Diuione construxit. Cum Vergyano domino graue gessit bellum, quod Philippi Francorum Regis auctoritate, liberorum matrimonio sopitum est. Rebus præclarè gestis, corporis mortalis exuuias deposuit IIX. Id. Augusti A. C. 1192. Vxores eius duæ. 1. ALEXIA F. Matthæi Ducis Lotharingiæ: 2. BEATRIX F. Guidonis Delphini Viennensis, vidua Raimundi Comitis Tolosani, sterilis.

OTHO IV. Dux Burgundiæ, Philippo Augusto Franciæ Regi in bello Bouinensi, aduersum Othonem Imp. & Anglos, egregiam nauauit operam. Post fata Cistertijs monumento auito illatus A. C. 1218. ætatis XLIIX. Cum MECHTILDE vidua Philippi Comitis Alsatiæ, sponsalia quidem contraxit, non autem duxit. Liberi eius

ALEXANDER Burgundus *ἄπαις.*

ex BLANCA F. Theobaldi Campaniæ & Briæ Comitis:

ex ALEXIA Vergyaria:

IOAN-

Veteres Duces Burgundiæ.

IOANNES Burgundus, ἄτεκνος ante patrem obijt.

AGNES vxor secunda Rudolphi I. Imp. Rom.
MECHTILDIS nupsit Ioanni Buchemerio Comiti Cabillonensi: mater Ioannis Lingonensis Episcopi.

HVGO IIII. Dux Burgundiæ, natus VII. Idus Martij A. C. 1212. à patre morituro, quia minorennis erat, matri regendi commendatus: cum ipsa Diuione cœnobium Iacobitarum fundauit. Vir factus, comitatus est Regem S. Ludouicum in Africam contra Saracenos. Permutatione facta cum Ioanne Cabillonensi Burgundiæ Comite, Cabillonensem acquisiuit Comitatum A. D. 1243. Obijt A. C. 1273. ex bino coniugio quatuor marium, sex fœmellarum parens effectus.

ex IOLANTHA F. Roberti III. Comitis Dreusij ac Brennensis, vxore priore:

EVDI Burgundi, Ancone in itinere ad terram Sanctam fato intercepti A.C. 1267. In huius vixit matrimonio primùm MECHTILDIS F. Archimbaldi Iunioris Domini Borbonij sterilis: dehinc ISABELLA Comes Niuernensis, Tonnerensis, & Altissiodorensis; qua nata

IOLE Niuernensis Comes, vxor primùm Tristani Franci, S. Ludouici Regis filij, Tuneti extincti: postea Roberti Bethuniensis, Flandriæ Comitis.

MARGARETA Comes Tonnerensis, Montismiralij in Particensi agro domina, vxor Caroli Regis Siciliæ.

ALEXIA Altissiodorensis Comes, Domina Sancti Agniani in agro Bituricum, elocata Ioanni Cabillonensi, Rupisfortis in Burgundia domino.

IOANNA ætate tenella mortua.

IOANNIS IV. Ducis Burgundiæ: cui fratriæ sororem AGNETEM F. Archimbaldi in vxorem ducenti, in partem obvenit ager Borboniensis: qua de causa, relicto paternæ familiæ nomine, Borbonij adsciuit. Ex hac vnicam tulit filiam ac hæredem

BEATRICEM Borboniam nuptam Roberto Franco, Comiti Claremontano apud Bellouacos.

ROBERTI II. Ducis Burgundiæ, pro qua cum Roberto Flandriæ Comite, Iole marito, apud S. Ludouicum Francorum Regem diu litigauit. Comitatus & ipse erat Galliæ proceres, vindicandis Sicilianis vesperis: sed infelici, quemadmodum & cæteri, euentu. Obijt A. C. 1309. ex AGNETE filia S. Ludouici Regis parens effectus nouem liberorum: quorum

HVGO V. Dominus Montisregij, & secundùm patrem Dux Burgundiæ, vxore CATHARINA Valesia, Imperatrice Byzantina mortua, desponsauit sibi IOANNAM F. Philippi Longi Regis Franciæ: qua nondum ducta, obijt ἄτεκνος A.C. 1315.

OTHO IV. Hugonis in ducatu Burgundiæ successor, Ludouico Hutino Francorum Rege mortuo, Philippo Longo illius fratri ad regnum properanti acriter se opposuit: asserens Franciæ regnum deberi Ioannæ Ludouici Hutini filiæ vnicæ, Salica lege tum nondum satis adulta. Verùm Philippus Longus elocata ipsi filia IOANNA, quę ipsi Burgundiæ ac Artesiæ Comitatus in dotem afferebat, consensum silentiumque redemit. AEdem Carthusianorum Belnensem fundauit cum Philippo F. A. C. 1332. obijt 1349. Duos genuit filios:

IOANNEM Burgundum, ante patrem morte præreptum.

PHILIPPVM Burgundum, Comitem Artesiæ & Boloniæ; Ioannem Normanniæ Ducem comitatũ ad oppugnationem munitissimi castelli Anguillonij apud Aquitanos, vbi obsessis, eruptione facta, equestri prælio decertantibus; cadentis equi mole costis ruptis, post tertium diem expirauit. Sepultus Cistensi cœnobio triennio ante patrem; ex vxore IOANNA Bolonica, Gulielmi Aruernæ & Boloniæ Comitis nata, superstite:

PHILIPPO Duce Burgundiæ, Comite Aruerniæ, Boloniæ, Artesiæ, Palatino Campaniæ & Briæ: hærede nimirum aui & auiatum: in castro Ruuerto (Rovreij) prope Diuionem absque sobole defuncto XI. Kal. Decemb. A.C. 1361. Coniux eius MARGARETA Ludouici Malani Flandriæ Comitis suæ familiæ vltimi F. postea nupsit Philippo Audaci Duci Burgundiæ.

IOANNAM Burgundam, per Ioannem Valesium Galliæ Regem redemptam ab Amedeo Sabaudo, quadraginta florenorum millibus,

ROBER-

ROBERTVS Tonnerensis Comes, obijt ἄπαις Idib. Octobris, 1333. Vxor IOANNA Cabilonensis, Gulielmi Antissiodorensis Comitis F. *Reges Galliæ.*

IOANNES Burgundus, natus an. 1278. ante patrem mortuus ἄπαις. Vxor ALEXIA F. Othonis Comitis Burgundiæ.

LVDOVICVS Burgundus. Vxor MATHILDIS.

MARGARETA vxor Ludouici Hætini Regis Galliæ: ob adulterium in carcere extincta: peperit IOANNAM vxorem Philippi Eboracensis, Regis Nauarræ: qui vxoris causa durante vita, actionem in Burgundiæ ducatum allegauit.

IOANNA coniux Philippi Valesij Francorum regis, quo matrimonio natus IOANNES Rex, qui Philippo postremo duce mortuo, materno iure Burgundiæ ducatum occupauit: exclusa matertera filia eiusque liberis; matris illius adulteria causatus.

BLANCA vxor Eduardi Comitis Sabaudiæ.

MARIA nupsit Eduardo Comiti Barrensi.

ALEIAE Burgundicæ, elocatæ Henrico Duci Brabantiæ.

MARIAE vxoris Guidonis Vicecomitis Lemouicum.

ex BEATRICE posteriore coniuge:

HVGONIS Burgundi, Domini Aualoni, Chauauniorum, montis Brealij, Montralij & aliorum in Burgundia.

BEATRICIS vxoris Hugonis Bruni, Comitis Marchiæ & Augolismorum.

ISABELLAE desponsatæ Carolo, Roberti Bethunij Flandriæ Comitis primogenito: quo in pueritia extincto, nupsit Godefrido Brabantino, Domino Versonij.

MARGARETAE nuptæ Ioanni Calillonensi, Comiti Burgundiæ, Salinarum Domino.

IOANNAE Sanctimonialis.

HENRICVS I. *Francorum Rex* coronatus A. C. 1030. de possessione regni contendit cum Roberto fratre: quo Roberti Normanni, Corbelliæ Comitis auxilijs deuicto, liberam obtinuit regni possessionem. Comiti Melunio, obedientiam detrectanti, ditionem eripiens, coronæ Francicæ eam coniunxit. Rebus humanis exemptus A. C. 1060. potestatis suæ trigesimo: sepultus in maiorum mausoleo ad S. Dionysium. Vxores eius commemorantur duæ: prior ἀνώνυμος, neptis Henrici II. Augusti ἄπαις paulo post nuptias mortua: latera ANNA F. Georgij Russiæ siue Moscouiæ Regis, tres ipsi enixa est filios:

Philippum Regem Galliæ, stemmatis Capetini propagatorem. † *Stemmatis Capetini ramus tertius*

ROBERTVM ante patrem morte absumptum.

HVGONEM Comitem Veromanduorum: qui & ipse cum alijs proceribus bello Sacro interfuit, in Palæstina gesto: duce Godefrido Bilionæo A. C. 1099. Vxor ALEXIA Heriberti postremi suæ familiæ Comitis Veromanduorum filia & hæres. COMITVM *Veromanduorum.*

RVDOLPHVS Senior, Comes Veromanduorum, Senescallus Angliæ: cõiuge ELEONORA repudiata (qua de causa diris est notatus: duxit PETRONELLAM, Gulielmi Pictauiensis Comitis F.	SIMON Episcopus Nouiodunensis.	AVANTINVS Calmontis in VVegrino agro Dominus. | HVGO Calmontensis, Franciæ Connestabilis.	Filiæ tres: MECHTILDIS vxor Hugonis Baugoncij *ELISABETH nupsit primò Roberto Meulanensi Comiti: deinde Gulielmo VVarameo Comiti Suriæ: ex illo mater facta Roberti Glocestriæ Comitis in Anglia.* Tertia ἀνώνυμος nupsit Bonifacio Marchioni Italiæ.

RVDOLPHVS Iunior, Comes Veromanduanus, obijt ἄγαμος.	ISABELLA Veromandua, vxor Philippi Alsatij Flandriæ Comitis, ἄπαις.	ELEONORA quatuor ordine viris elocata; Gotefrido Comiti Hannoniæ; Gulielmo Comiti Niuernensi; Matthæo Bononiensi, Philippi Flandri germano, & Matthæo Bellomonteno: obijt ἄπαις.

PHILIP-

Reges Galliæ.

PHILIPPVS I. *Rex Francorum*, nouennis patri successit: vsus ab initio tutore Balduino Flandriæ Comite. Biturigum terras, Vastinium, & Montem Melianum, ære suo empta, Franciæ regno acquisiuit: Postea voluptati & lasciuiæ se rorum mancipauit. BERTHA namque vxore legitima (filia hæc erat Florentij Comitis Hollandiæ) repudiata, & Monstrolium ad mare relegata: septem annis cum BERTHRADA Montfortensi, tori consorte Fulconis Andegauensis, in adulterio viuit: quam insano amore adeò deperijt, vt etiam ipsa inconsulta in publicis regni negotijs vix quicquam statuere auderet. Obijt Meliodeini IV. Kal. Augusti A. C. 1109. ætatis suæ LIIX. quum annos regnasset vndequinquaginta. Tumulatus in cænobio S. Benedicti super fl. Ligerim, ante aram maximam. Liberos progenuit

℞ ex BERTHA vxore legitima:

Ludouicum VI. Regem Galliæ, stemmatis propagatorem. †

CONSTANTIAM à marito Hugone Comite Campaniæ propter sanguinis coniunctionem seperatam: & Bohemundo Principi Antiocheno, Roberti Guiscardi primogenito, elocatam.

℞ ex BERTHRADA pellice:

CÆCILIAM vxorem primùm Tancredi, nepotis Bohemundi Antiocheni ex sorore: deinde Petri Tripolitani in Syria Comitis: cuius pater Bertrandus est ortus ex Comitum Tolosatium gente.

PHILIPPVM, cui genitor dedit agrum Magdunensem ad Eborum: vbi filiam Gultherij Montisberiensis Domini vxorem duxit. Verum agrum ipsum ob ipsius perfidiam, ipsi eripuit Ludouicus frater Rex: vitam gratiosè indulsit.

FLORIVM.

LVDOVICVS VI. cognom. *Crassus, Rex* coronatus Aureliæ à Daberto Archiepiscopo Senonensi: à finibus suis pepulit Henricum V. Augustum: pro Normannia cum Henrico I. Angliæ Rege manus aliquoriens conseruit: ædem D. Victoris Parisijs erexit, vbi è viuis excessit Kal. Sextil. A. C. 1137. sexagenarius, vbi annos regnasset XXIIX. Sepultus ad S. Dionysium. Vxores habuit duas: quarum priorem N. filiam Guidonis comitis Rupefortij, Franciæ Senescalli, Paschalis II. Pont. Romani instinctu, ob nescio quam sanguinis coniunctionem repudiauit: posterior ALEXIA siue ARDELINA F. Humberti Moriennensis Sabaudi, in monte martyrum sæpulta, septem ex ipso parens facta est liberorum: quorum

PHILIPPVS à patre in regni consortium adscitus, & Remis à Reinaldo Archiepiscopo Idib. Martij A. C. 1129. coronatus: sesquibiennio ab hinc Parisijs in suburbio ex casu equi (porco inter illius pedes tumultuante) decidens, exanimatus est III. Id. Octob. 1131. Sepultus in æde Dionysiana.

Ludouicus VII. Rex stemma Capetinum Regum Galliæ propagauit. †

ROBERTVS bifurcatum ramum COMITVM DRVIDENSIVM, & BRITANNIAE PRINCIPVM produxit.

HENRICVS primo monachus Clareuallensis, post Episcopus Bellouacensis, postremò Archiepiscopus factus est Remensis.

CONSTANTIA nupsit Eustathio Comiti Bononiensi, Stephani Anglorum Regis filio: deinde Reimundo Comiti Tolosano.

PHILIPPVS Archidiaconus primò, post Præsul Parisiensis, eam dignitatem cessit virtuti doctrinæque Petri Lombardi, Sententiarum Magistri.

Stemmatis Capetini ramus quartus, CORTENAEI Dominorum.

PETRVS Cortenai Dominus factus ratione Vxoris ISABELLÆ Cortenai & Montargiæ Domina: (fuit hæc Reginaldi F. neptis Milonis Cortenæi, sepulti in Abbatia Fontis Ioannis, in diœcesi Senonensi, à maioribus suis fundata: maritoque superfuit) transmarinam suscepisse legitur expeditionem A. C. 1179.

PETRVS Cortenæus, Impp. aliquor Byzantinos progenuit. ✠.

ROBERTVS Cortenæus, Archipincerna Franciæ, interfuit bello contra Albigenses gesto A. C. 1213. Mortuus grandæuus. Vxor MATHILDIS siue Matiaaltis, orta Magduno ad Eboram.

ALEXIA nupsit Hugoni Marchiæ Comiti: viduata ab Aymaro Angolismense; mater ex hoc facta ISABELLÆ nuptæ Ioanni Regi Angliæ.

GVLIELMVS Cortenęus Eques, Tanlæi Dominus: ex Alexia vxore tulit Robertum & Philippum Tanlæanos.

Cortenai Domini.

PETRVS Cortenæus. Vxores eius: 1. AGNES hæres Iognij: 2. PETRONELLA F. Simonis Calui Comitis Montfortij.

PHILIPPVS Cortenæus, Cãpimolinij & Castelli Vulpini Dominus, ἄπαις.

RVDOLPHVS Romanorum Archipræsul.

GALLINÆVS Dominus Campinellarum & Fertæ Lupariæ. Vxores eius, MARGARETA Domina Venisij; & AGNES Domina Charentoni.

GVLIELMVS Cortenæus, sepultus in Abbatia Fontis Ioannis apud Senones.

ISABELLA Cortenæa, nupsit Ioanni Palatino.

PERRETTA castelli Vulpini Domina. ANNA ex altero coniugio nata, nupsit Roberto II. Comiti Artesiæ, & inde Henrico Sallio.

PETRVS Cortenæus, Remorum Archiepiscopus.

IOANNES Cortenæus, Compinellarum & Lupariæ Dominus hæres Mathildæ ex parte vendidit Episcopo Badocẽsi domum Cluniacam Lutetiæ sitam A.C. 1324. Vxor IOANNA F. Ioannis Sanserrani, Domini S. Briconis ad Ligerim, neptis Stephani Comitis Sanserrani.

ISABELLA vxor Gulielmi Borbonij, Berensis Domini. MECHTILDIS Comiti Altissiodorensi sociata: eoque mortuo, Philippo Flandro.

IOANNES Cortenæus Eques Campinellarum, & S. Briconis Dominus. Vxor MARGARETA à S. Valerano.

PETRVS Cortenæus, Austriæ & Cordabertæ Dominus. Vxor LEONORA F. Simonis Comitis Montfortij.

PHILIPPVS Remensis & Senonensis canonicus.

GVLIELMVS Remensis & Leonensis Canonicus.

PETRVS Eques Cortenæus, IOANNA vxor Ioannis Belmontani.

Campinellarum & S. Briconis Dominus, Munij item & Blenelli factus ratione vxoris AGNETÆ Melodunensis. De cuius prosapia vide Tilium lib. 1. de rebus Gallicis.

Stemmatis Capetini ramus quintus, quorundam IMPP. Byzantinorum.

Impp. Byzantini.

PETRVS Cortenæus, ex priore coniungio AGNETAE factus Comes Antissiodorensis: ratione verò secundæ coniugis IOLAE siue Iolantæ, filiæ Henrici Flandri Impp. Byzantini, socero defuncto, quum mascula nulla superesset proles, Imperium Constantinopolitanum quasi iure hæreditario adijt A.C. 1216. coronatus ab Honorio Pontifice Romano extra vrbem Romam ad Fanum Laurentij. Inde Venetis nauibus soluens, quum Dyrrachij oppugnationem in Venetorum gratiam frustrà tentasset: insidijs Theodori Lascaris, qui Niceæ Græcorum se Imperatorem gerebat, in saltibus Thessaliæ, præter iurisiurandi religionem & fidem interceptus: & toto biennio in tetro squalidoque carcere fatigatus, ac penè enectus: tandem obtruncatus est A.C. 1221.

Liberi eius

ex AGNE Comite Antissiodorensi, Niuernensi, & Tonnerensi:

MECHTILDIS Comes Niuernensis & Tonnerensis, Domina Altissiodorensis; ex priore marito EDMVNDO siue Hermetio, Godefridi Genabensis filio, Domino Cosnæ ad Ligerim & Bouzioij, mater facta AGNETÆ desponsatæ Philippo Bononiensi, nuptæ verò Guidoni

ex IOLE Flandriæ Comite:

ROBERTVS Impp. Byzantinus, ad paternæ captiuitatis nuncium ex Gallis Byzantium aduolans: quum mari accessus ad vrbem nõ pateret; iter per Pannoniam & Mysiam intendit longo circuitu. Imperium adeptus, Venetorum amicitiam tam impensè coluit: vt prætorem illorum Martinum Michaelem in partem administrationis & Imperij societatem admiserit. Quum aliàs optimè sese gereret: inuidiam vnius ex purpuratis suis sensit: qui abductam sibi ab illo sponsam iniquissimè ferens, impotens Castilio-

IOLE Regina Vngariæ.

PHILIPPVS Comes Namurcensis ἄπαις.

ex concubina ἀνωνύμ.

PETRVS homo Ecclesiasticus anno 1210. Filia N. nupta Rudolpho Domino Ypsilodunensi.

Impp. Byzantini. Castileonæo secûdis postmodo nuptijs sociata est Guidoni Comiti Fecensi. animi in regiam irruperat, de honestatamque naribus puellam occiderat. Quam iniuriam vlturus Robertus Imp. dum Roma reuertitur, in Achaia morbo decessit. Anno Christi 1228.

BALDVINVS II. Imp. Byzantinus, quum per ætatem tantæ rerum moli sufficere haud videretur: adiutore vsus Ioannis Brennio Rege Solymitano, hostes aliquoties sustinuit: eo verò satis absumpro, quum insuper exhaustis thesauris omnibus, nulla amplius suppeteret alendæ classi Venetæ pecunia; nec à Pontifice Romano ac Friderico Imp. in Italia subsidij quicquam impetraret: Byzantio à Michaele Palæologo per proditionem recepto, rara se cum supellectili noctu clam proripuit ad Eurypum: inde in Eubœam delatus, quam Veneti tenebant profugit in Italiam A. C. 1261, quum annos imperasset XXXIII. Vxor MARTHA F. Ioannis Brennij Regis Solymorum.

ELISABETH consors primùm Gvalterij Barrensis Comitis: inde Eudi Domini Montis aeuti in Burgundia.

PHILIPPVS se quidem Imperatorem Græciæ scripsit: verum eam non possedit. Vxor BEATRIX Caroli I. Regis Siciliæ F.

IOANNA consors Thomæ Sabaudi.

CATHARINA consors Caroli Valesij à Bonifacio IIX. Pp. Imperatrix Constantinopolitana nuncupata.

Stemmatis Capetini ramus sextus, COMITVM DREVSII siue Druidensium.

Comites Dreusij. ROBERTVS F. Ludouici Crassi Regis Galliæ, Comes Druidensis, Particensis, & Dominus Viennæ Allobrogum: fundator Abbatiæ S. Petri Viennensis: ibidem funeratus cum vxore AGNETE Comite Brennensi, ducta A. C. 1154.

ROBERTVS II. cognom. Iunior Comes Druidensis, floruit circa A. C. 1180. Cum vxore IOLE filia Rudolphi Domini Cucij, & Agnetæ Hannoniæ Comitissæ, tumulatus in Abbatia Brennensi.

GVIDO Druidensis, Dominus Bu ei & Torcij.
IOANNES Comes Brennensis.
PHILIPPVS Præsul Belloua-cus.
HENRICVS Aureliorum Episcopus.

ALEXIA Roberti Toricensis vxor.

PETRVS conditor Principũ Britannicorum. Vide *

ROBERTVS III. cognom. Gaseslius, Comes Druidensis & Brennensis: cum vxore LEONORA filia & hærede Domini S. Valerij sepultus in Abbatia Brennensi.

IOANNES Brennensis dictus, quòd istic esset natus, Comes Dreusij, Dominus Viennæ. Vxor ALEXIA Comes Matisconensis ducta: vnde Comitatus hic peruenit ad S. Lodouicum Celtarum Regem.
HENRICVS Archiepiscopus Remensis.

Filiæ VI.
IOANNA consors Henrici Comitis Barrensis.
IOLE Comiti Essuano sociata, peperit Mariam vxorem Alphonsi. Ioannis Regis Acræ & Solymorum filij.
ISABELLA Comes Russiensis.
Quarta nupsit Comiti Burgundiæ, Domino Sanfilij:
Quinta Domino Castellano nupsit.
Sexta Abbas Fonteuallensis.

IOANNES I. Comes Druidensis & Brennensis, Dominus S. Valerij; perijt in prima expeditione S. Ludouici Regis Galliæ Asiatica: sepultus in Cypro circa 1249. Vxor MARIA F. Archimbaldi Magni, domini Botboniorum.

IOLE vxor Hugonis IV. Ducis Burgundiæ.

PETRVS Comes deureux & deporche.

ROBERTVS Druidensis, Viceecomes Castellodunensis, ratione vxoris CLEMENTIÆ: perijt in Cypro.

ROBERTVS IV. Dreusij & Brennæ Comes, S. Valerij
*

IOANNES Druidensis, Templarius.

IOLE Domina S. Albini & Duniin
†

ALEXIA vxor Rudolphi calramontani, domini
Dominus

Comites Dreusij.

Dominus: cum vxore BEATRICE F. Ioannis Comitis Montfortij sepultus in Abbatia Brennensi.

* Cadusiorum agro: coniux primùm Amaurij Craonensis: postea Ioannis Dammartini Comitis.

† Neslæ, Connestabilis Franciæ: quo in prælio Cortracensi occiso, nupsit Gulielmo Flandro.

IOANNES II. Dreusij, Pontisani, & Iognij Comes, magnus Franciæ Cubicularius, obijt postridie Kal. Martij A. C. 1329. In Longocampo ad S. Cloaldum sepultus. Vxores eius duæ: 1. IOANNA F. Imberti Belloiocani, domini Mompenserij, & Isabellæ Melodunensis, dominæ S. Mauricij in Puseano agro: 2. PERNETTA Salliana, vidua Godefridi Lusignani. Liberi eius

IOLE post fata Alexandri Regis Scotiæ, nupsit Arthuro Britanno.

IOANNA ad Ioannem Comitem Rußiensem, Brennensem attulit Comitatum: secundis nuptijs sociata Ioanni Barrensi, Theobaldi F. Bursea domino.

ROBERTVS Dominus Castelli Lorij, *ἄγαμος*.

MARIA vxor Mommorantij, iuxta patrem sepulta.

ex priore matrimonio

ROBERTVS V. Comes Druidensis & Mompenserij Dominus.

IOANNES Druidensis ex vxore MARIA Anguiana mares quidem sustulit: omnes tamen immatura defunctos ætate.

IOANNES III. Dreusij Comes, Mompenserij dominus, ante filium IOANNEM viuis excessit.

SIMON quartogenitus fratrem Petrū morte anteuertit. Ideoq́, eius filij à successione sunt exclusi.

PETRVS Comes Druidensis post fratres *ἀπαιδας* vxores habuit duas: 1. ISABELLAM Melodunensem, sterilem: 2. IDAM Lognensem.

IOANNA Druidensis *ἄγαμος*.

ex posteriore:

IOANNA nupsit primò Ludouico Thoarcensi, qui affinibus *ἄπαις*, in Comitatu Dreusij: successit deinde Gauuino Beaufardo, qui alteram familiam Dreusij Comitum condidit.

3.

Stemmatis Capetini ramus septimus COMITVM & DVCVM Britanniæ.

PETRVS, Roberti II. Druidensis Comitis F. à Britannis Malus Clericus cognominatus, quòd fidem Regi Franciæ pro Britanniæ Comitatu dederat, quem illi exemptum regno cupiebant: Henricum Auangorium agro Lumballico, Iugonensi, Montaltario, Guinegausio, alijsque spoliauit. A Ioanne Angliæ Rege A. C. 1214. cum multis alijs nobilibus captus, & in Angliam abductus: sed Philippi Augusti Regis Franciæ opera liberatus: decessit A. C. 1250. Britanniæ autem adeptus est Comitatum ratione vxoris ALEXIAE siue ADELAE, Guidonis Vicecomitis Thoarensis & Britanniæ Comitis filiæ.

IOANNES I. cognom. Rufus, Druidensis & Britanniæ Comes, S. Ludouicum Franciæ Regem ad bellum Sacrum comitatus, isthic loci in viuis esse desijt.
Vxor BLANCA F. Theobaldi VI. Regis Nauarræ, Comitis Campaniæ & Briæ.

IOLE seu IOLANTHA desponsata Ioanni fratri S. Ludouici Regis Franciæ: ipso ætate immatura mortuo, nupsit Hugoni Brunio Comiti Marcæ, Angolismorum, & Ponterræ.

IOANNES II. Dux Britanniæ primus, perijt Lugduni in coronatione Clementis V. Pp. Rom. oppressus ruina veteris maceriæ A. C. 1305.
Vxor BEATRIX F. Henrici III. Regis Angliæ, ducta A. C. 1298.

PETRVS florenti ætate mortuus & Lutetiæ in æde Franciscanorum humatus.
THEOBALDVS.
NICOLAVS.
ROBERTVS.

ALEXIA vxor primùm Ioannis Castilionæi, Blesensis & Carnutum Comitis: deinde Bochardi Comitis Vindocinensis.
LEONORA puella mortua.

ARTVRVS Dux Britanniæ secūdus, gloriæ perquàm appetens; ratus se Franciæ Regi magnam facturum gratiam; si Fanum Iamæ, deiecto Anglico præsidio, in potestatem redigeret: coacta manu viginti millium, oppidum obsidere, fortiterq́ue oppugnare est aggressus. Verùm inde repulsus, ignominiosa fuga in castra se recipere

IOANNES Britannus, Comes Richemōdan.*

PETRVS Britannicus.

BLANCA nupsit Philippo Artesio.
Secunda vxor Guidonis Castilionæi.
Tertia virgo Vestalis apud Fonteuralios.

 esto-

Duces Britannia. est coactus. Dolens itaque, conatum suum successu non solùm caruisse, sed & malè cecidisse: quò suam fugæ turpitudinem virtute deleret; in Andegauenses aduolans, quacunq; iuit, omnia vastauit, diripuit, ac vnum vel alterum oppidum occupauit.

Liberi eius

ex BEATRICE Lemonicum Vicecomitissa, vxore prima:

IOANNES III. Dux Britanniæ, ἄπαις testamento heredem scripsit Ioannam fratruelem, belli sanguinarij causam. Vxores habuit tres: ISABELLAM F. Caroli Valesij: ISABELLAM F. Sanctij IV. Regis Castellę: & MARGARETAM F. Eduardi Comitis Sabaudiæ.

PETRVS Britannicus, obijt iuuenis.

GVIDO Britānicus, Ponthieurę Comes. Vxor N. filia vnica Henrici Baronis Auangorij siue Vaugorij.

IOAONA *Clauda*, Ioannis III. patrui testamento scripta hæres ex asse: de ducatu Britanniæ contendit cum Ioanne Brenonio. Nupsit autem Carolo Blesensi Comiti, qui in prælio contra Ioannem IV. Britanniæ Ducem occubuit A. C. 1364.

ex IOLA F. Roberti IV. Druidensis, vel vt quidam volunt, F. Amaurij Comitis Narbonæ, Comitissa Montfortia, cuius ergo partem istius Comitatus obtinuit:

IOANNES *Brenonius*, Comes Montfortius. Huic post fata Ioannis III. fratris consanguinei litem mouit IOANNA Clauda, vxor Caroli Blesensis: quæ quum in Parlamento Parisiensi causam obtinuisset: non contentus ea sententia in iudicio pronunciata; Eduardi III. Angliæ Regis ope ducatum armata manu inuasit: primò omnium pecunias ab arce Lemouicum, quas frater eò loci recōderat, auferens: deinde Nannetes atq; Rhedones in potestatem redigens: tum Biestum vnà cum arce, eiecto Caroli Blesensis præsidio capiens: Venetos tandem in deditionem accipiens. Verùm à Ioanne Normanno, Philippi Valesij Francorum Regis filio, paucis pòst diebus Nannetibus receptis, captus: & Lutetiam in Lupacam arcem missus: vitam ibi ad extremum amisit. Vxor CLAVDIA F. Roberti, soror Ludouici Comitum Flandriæ.

MARIA Monialis Possiacę.

BEATRIX vxor Guidonis Vellensis.

ALEXIA nupta Comiti Vindocinensi.

IOANNA Britannica, consors Roberti Flandri, Cassel, Alluiæ & Montismiralij Domini.

IOANNES IIII. à Claudia matre, nihil ferè ob mariti casum animo territa, Britannis principibus suæ factionis impensè commendatus: missisque legatis, qui Anglica auxilia accerserent, Dux Britanniæ quartus renunciandus curatus: Carolo Blesensi prælio victo, Guerrandæ transanctione facta cum Ioanna Ponthieurana, legem ipsius consensu sanxit: ne fœminæ, dum mares è familia Britannica superessent, in gubernatione ducatus succederent, A. C. 1364. Nouissimè A. C. 1400. moriens, liberis tutorem constituit Philippum Audacem Ducem Burgundiæ. Vxores ordine habuit duas: MARIAM F. Eduardi III. Regis Angliæ, sterilem: & IOANNAM F. Philippi Eboracensis, quæ postmodò nupsit Henrico IV. Regi Angliæ: ex hoc autem genitrix facta est quatuor marium, totidemq; fœmellarum:

IOANNIS V. Ducis Britanniæ: qui à matre hæres scriptus Comitatus Richemontani & bonorum omnium, ad Carolum Gallum defecit: nec ita diu pòst superstes, vitam finijt A. C. 1442. ex IOANNA F. Caroli VI. Regis Franciæ quinis procreatis liberis:

FRANCISCO I. Duce Britanniæ, viro perfido & sanguinario, qui AEgydium fratrem germanum in vinculis trucidauit. à quo, vt de eo parricidio coram diuino iudicio intra annum respondeat, citatus dicitur: intra quod tempus hydrope perijt absq; mascula prole A. C. 1450. In eius vixere connubio IOLANTHA F. Ludouici Andegauensis Regis Siciliæ, sterilis: & ISABELLA F. Iacobi I. Regis Scotorum: è qua tulit

FRANCISCAM consortem Ioannis Domini Albretani.

MARIAM vxorem Ioannis Domini Rohanensis, & Vicecomitis Lemonicum, filij Alani Rohanensis.

PETRO Guincampi Domino, Duce Britanniæ post excessum fratris: cui septennio superfuit: mortuus ἄπαις A. C. 1457. Vxor FRANCISCA F. vnica Ludouici Ambrosiani, Thoarensis Burgrauij.

AEGIDIO

AEGIDIO Britannico, Rosei Domino,& Franciæ Marescallo (sic castrorum vocant Præfectum) viro clarissimo: à fratre Francisco, quòd nullis induci rationibus posset, vt desertis Anglis (qui eo tempore Francos acerbo vexabant bello) Francorum Regi operam nauaret, capto; & in carcere faucibus elisis necato A. C. 1449. *Reges Galliæ.*

SABELLA desponsata Guidoni Comiti Vallensi, sed nupta Ludouico III. Duci Andium, Regi Siciliæ.

CATHARINA vxori Gulielmi Challanij, Aurautiæ principis.

AEGIDII dydus Auxerra defuncti A. C. 1412.

ARTHVRI II. ab Anglis Richemondia donati Comitatu: sed à quibus postea vnà cum fratre defecit ad Carolum Regem Galliæ: à quo Connestabilis Franciæ siue Magister Equitum est dictus. Petro exinde fratrueli in Britannia ducatu successor datus: vix biennio exacto, morbo interijt Anno A. C. 1459. Vxores ipsi fuere tres: 1. MARGARETA F. Ioannis Ducis Burgundiæ: 2. N. filia Domini Albretani: 3. CATHARINA Lucemburgica, Comitissa S. Pauli.

RICHARDI Britannici, Stamparum Comitis, & Domini Clissonij, qui cum vxore MARGARETA Aureliana, Ludouici filia, factus Comes Virtutū: ex ea procreauit

FRANCISCVM II. Comitem Stamparum & Virtutum, Ducem Britanniæ suæ familiæ postremum. Per imprudentiam hic hospitij ius violans: Henricum Richemondiæ Comitem supplicem hosti Eduardo IV. Angliæ Regi prodidit: quem tamen breui pòst contra Richardum illius fratrem armis iuuit & defendit. Carolo quoq; Bellatori suas iungens copias, aduersus Ludouicum XI. Galliæ Regem malè pugnauit. Vita decessit VII. Id. Decembris A. C. 1488. ex vxore MARGARETA filia Gastonis Comitis Fecensis & Regis Nauarræi, duabus duntaxat progenitis filiabus:

ISABELLA immatura ætate extincta.

ANNA Britannica, desponsata primùm Richardo VValliæ Principi, filio Eduardi IV. Regis Angliæ: deinde Maximiliano I. Cæsari Augusto: sed quam huic præripuit Carolus IIX. Rex Galliæ: post cuius fata deniq; nupsit Ludouico XI. itidē Celtarum Regi.

CATHARINAM vxorem Gulielmi Cabillonensis, Domini Arcoliani, & Aurasiorum Principis.

ISABELLAM puellam mortuam.

N. Abbatissam Fontevallensem.

MARIAE Alano Vicecomiti siue Burggrauio Robanensi sociata.

MARIAE altera, vxoris Ioannis I. Ducis Alenconij,

BLANCAE Ioannem Armigniacum coniugem nacta.

SONAE Vicecomiti Lemouicum elocata.

LVDOVICVS VII. cognom. *Iunior*, patre etiamnum superstite, regni Franciæ habenas suscepit: coronatus Remis ab Innocentio II. Pontifice A. C. 1131. IIX. Kal. Nouembris. Cum Conrado III. Imp. Rom. expeditionem Asiaticam infelicissimo suscepit sidere: expertus totum iter periculis insidijsq; plenum, perfidia Græcorum, qui cum Turcis clanculū conspirauerant. Quibus difficultatibus superatis, nullo licet memorabili facinore edito, in Franciam reversus; vxorem ELEONORAM (fuit hæc filia & hæres Gulielmi Ducis Aquitaniæ Pictonumq; Comitis, quæ terras illius dotis nomine ad ipsum attulit) repudiauit propter adulterij & proditionis suspicionem: superinducta CONSTANTIA Hispaniarum Regis Alphonsi VII. filia: qua in puerperio extincta, ad tertias transiens nuptias, cōnubio sibi iuxit ALISAM siue ALEXIN, F. Theobaldi Magni, Briæ & Campaniæ Comitis, Palatini Blesensis. Naturæ fatoque concessit Lutetiæ XIV. Kal. Octobris A. C. 1180. sexagenarius; postquam summæ rei præfuit annis XLV. diebus quinquaginta. Sepultus in cœnobio Cistertiensi Barbeel dicto, à semet fundato. Liberi eius

¶ ex priore connubio:

MARIA vxor Henrici Largi, Comitis Briæ & Campaniæ, Palatini Trecensis.

ALISA siue Aalitz vxor Theobaldi IV. Comitis Blesensis.

¶ ex medio:

MARGARETA nupta Henrico, F. Henrici II. Regis Angliæ; & eo defuncto, Belæ Regi Pannoniæ.

ADELA siue Adelheida; in cuius partu mater expirauit.

Reges Gal lia.

ex vltimo:

Philippus Adeodatus, Rex & regij ſtemmatis propagator. †

ADELA deſponſata Richardo I. Duci Aquitaniæ & Regi Angliæ: ſed nupta Gulielmo Comiti Pontiuano.

AGNES conſors Alexidis, Emanuelis, Imp. Bizantini.

PHILIPPVS II. *Auguſtus*, vulgo (quòd Regi ætate iam grandiori, præter omnium ſpem & expectationem, ſingulari Dei beneficio datus crederetur) *A Deo datus* cognominatus: Remis ab auunculo Gulielmo Archiepiſcopo Celtarum Rex coronatus Kal. Nouembris A. C. 1180. ſub regni ſtatim auſpicijs ſeueriſſima ſcripſit edicta in diuini numinis blaſphemos: Iudæos & hæreticos regno ſuo exterminauit: Lutetiam multis ædificijs publicis exornauit, turribusq; ac propugnaculis muniuit: ædem Virginis Deiparæ ibidem perfecit. Cum Richardo Anglo A. C. 1196. expeditionem in Palæſtinam ſuſcipiens: naufragiū licèt paſſus, amiſſo nauium ſuarū magno numero: nihilominus ad Syriæ littus appellens, vrbem Ptolemaida occupauit: ſed peſte in dies magis magisq; in ſuos graſſante, quum Anglo inſuper diffideret, domum remeauit: nec multo poſt bellum inter vtrumque Regem exarſit. Richardo mortuo quum in regno ſucceſſiſſet Ioannes ſine terra cognominatus, occiſo nepote Arthuro Comite Britanniæ: hanc eius cædem Philippus Rex tam acerbè vindicauit: vt armis illi eripuerit prouincias, Normāniam, Aquitaniam, Lemaine, Andegauum, Pictauiam & Aruerniam: Imperatorem Othonem IV. qui fœdus cum Anglo pepigerat, fugauit: Ferrantem Flandrum cū Comite Dammartino captiuos Lutetiam abduxit. Medeunte morbo abſumptus prid. Id. Iulij A. C. 1223. ætatis ſuæ LVII. quē menſibus exceſſit decem, diebus XXII. quum annos imperaſſet VLII. menſes decem, tribus duntaxat demptis diebus. Sepultus Pariſijs in Dionyſiano. Vxores ei fuere tres: quarum ISABELLA F. Balduini III. Comitis Hannoniæ eam regionem, quæ nunc Arteſia vocatur, dotis nomine ad ipſum attulit: mortua Lutetiæ X. Kal. Martij A. C. 1189. ibidemq; in ſummo templo ſepulta. Cum altera ISEMBERGA ſiue GELBERGA ſorore VValdemari Regis Daniæ, conſanguinitatis prætextu fecit diuortium de ſententia Gulielmi Cardinalis: quam intra tertium menſem in Stamparum arcem cōcluſit. Eam tamen poſt vxoris tertiæ repudium, decreto Innocētij III. Pp. Rom. reduxit. Fuit ea AGNES F. Bertholdi IV. Ducis Meraniæ, Dalmatiæ, & Iſtriæ: quæ ob repudium mœtore animiq; indignatione Poſſiaci in exilio vitam finijt A. C. 1201. Liberi eius numerantur tres:

ex ISABELLA Hannoniæ Comitiſſa,

Ludouicus II X. Rex Celtarum, ſtemmatis propagator. †

ex AGNETE Iſtriæ Duciſſa.

PHILIPPVS Comes Bononienſis, Comitatum Claromontanum à parente accepit. Princeps fuit coniuratorum contra S. Ludouicum Regem adhuc impuberam: cuius in prima expeditione Aſiatica perijt A. C. 1249. Deſponſata ipſi erat AGNES F. Godefridi Genabenſis, & Mathildis Antiſiedorenſis: ſed qui ea deſerta duxit MECHTILDEN filiam & hæredem Reginaldi Comitis Bononienſis & Dammartinæi: ex qua ſuſtulit

IOANNAM vxorem Gancherij Caſtilionei, S. Agnani Domini, qui & ipſe in prima expeditione S. Ludouici Regis oppetijt: ipſa autem vidua abſq; prole ante matrem obijt.

MARIA deſponſata Arturo Comiti Britanniæ: eo ante diē nuptiarū mortuo, nupſit Philippo Namurcenſi, germano Balduini Imp. Bizantini: & inde Henrico Duci Lotharingiæ.

LVDOVICVS IIX. cogn. *Mitis*, Rex Francorum viuo etiamnū patre, Henrico III. Angliæ Regi armis multa ademit: totamq; Andegauenſem ditionem in patris poteſtatem redegit. Ab Anglis, à Rege ſuo Ioanne deficientibus, ad regnum accitus: valido exercitu inſtructus, Londinum perrexit: vnde tamen breui, perfidiam illorum pertęſus, in Franciam redijt. Regno Francico ſuſcepto, cum Cæſare Friderico II. antiqua renouauit Germanorum, Gallorumq; fœdera. Auenione randē capta, Montpenſerij vita defunctus eſt prid. Id. Nouemb. A. C. 1226. annos natus vndequatraginta, menſes duos, dies ſex: poſtquam à patris obitu rem tenuit Gallicam triennio cum quatuor menſibus. Sepultus in Dionyſiano cum vxore BLANCA F. Alphonſi IIX. Regis Caſtellæ, mortua A. C. 1250 genitrice ſeptem liberorum:

PHILIPPI in flore adoleſcentiæ defuncti, & Lutetiæ in æde Mariana inhumati.

S. Ludo-

S. Ludouici IX. Regis & stemmatis Regum Galliæ Capetorum propagatoris. † *Reges Galliæ.*
Caroli Andegauensis, Regum Neapolis & Pannoniæ aliquot progenitoris. †
ALPHONSI Comitis Pictauiensis & Tolosatis: in expeditione patris Saracenica ad Pharamiam capti: qui ex IOANNA filia Reimundi Tolosatis vnica nullam prolem sustulit.
IOANNIS sponsi IOLAE Drensiæ, Petri Britanniæ Comitis filiæ, ante nuptias extincti.
ISABELLAE desponsatæ Hugoni, filio Hugonis Lusignani Comitis Marcæ & Angolismorum: sed quæ cœnobium S. Cloaldi ingressa, vitam monasticam profiteri cœpit.
ROBERTI primi Comitis Attesiæ ac Fani D. Pauli, *in oppugnatione vrbis Damiata extincti Massnere XII. Kal. Decembris A. C. 1249. Vxor MECHTILDIS F. Henrici Magnanimi Ducis Brabantiæ.*

ROBERTVS II. Comes Atrebatum, perijt in pugna Curtracensi Non. Quintilib. A. C. 1302. Vxores habuit tres: AGNETEM Borboniam F. Archimbaldi Iunioris, viduam Ioannis Burgundi: ANNAM Cortenaeam, Cuchiarum & Magduni ad Eboram dominam: & MARGARETAM F. Ioannis Comitis Hannoniæ, marito superstitem: sed ex sola Cortenæa prolem reliquit.

BLANCA vxor primò Henrici Campani, Nauarræorum Regis, deinde Edmundi, Henrici III. Angliæ Regis filij.

Stemmatis Capetini ramus octauus, Comitum Atrebatum.

PHILIPPVS Artesius ante patrem obijt A. C. 1288. Vxor BLANCA F. Ioannis II. Duci Britanniæ.

ROBERTVS *[illegible].*

MATHILDIS fratre defuncto, patri in Comitatu Artesiæ successit, Regibus Franciæ approbantibus, & in Parlamenti cõsessu Comitatum illi confirmantibus. Nupsit Othoni Comiti Burgundiæ.

BLANCA *Rosetana Comitissa.*

ROBERTVS III. Artesius, Comes Belmontij & Rogeriani, matrimonio sibi copulauit IOANNAM, Philippi Valesij, quem reliquorum procerum auxilio ad regnum euexit, germanam: spe Comitatus Artesij per eum recipiendi. Causa iterum vbi cecidit: in Angliam ad Eduardum III. Regem se contulit, factus Comes Richamontis. Ex vulnere perijt A. C. 1341.

MARIA vxor Petri Flandri Com. Namurci.
IOANNA *coniux Gastonis Fecensis, Comitis Candalati.*
MARGARETA nupsit Ludouico Eboracensi.
AGATHA *elocata Remundo Buardo Foxiæ Comiti.*

IOANNES Artesius, Comes Essuanus.

CATHARINA vxor Ioannis Borbonij, Schusæ & Carentiæ Domini.

CAROLVS Artesius, Longæuillæ Piscenarũq; Comes. Vxor IOANNA Bancæa, mater Gulielmi Bancæi, Montifraxineæ, & Roalliarum Domini.

PHILIPPVS Artesius, Comes Essuanus, & Connestabilis Franciæ. Vxor MARIA Biturigα.

IOANNES Artesius, Peronæ Dominus, *[illegible].*

IOANNA vxor Simonis Thoariensis, Comitis Dreusij.

CAROLVS Artesius, Comes Essuanus, in prælio Azincurtensi ab Anglis captus, post XXIII. annorum captiuitatem [illegible] decessit A. C. 1461. mense Iulio. Vxor HELENA Melodunensis F. Antonij Domini Tornaci.

BONA vxor primùm Philippi Comitis Niuersij, deinde Philippi Burgundi.

Stemmatis Capetini ramus nonus, REGVM SICILIÆ & NEAPOLIS &c.

In hoc ramo præter alios, Bonfinium potissimum sumus secuti.

Carolus Rex Siciliæ ✠ 1284.

Carolus Claudus Rex Neapolis ✠ 1309.

Carolus Martellus Rex Vngariæ ✠ 1342.	Robertus Rex Neapolis ✠ 1343.	Philippus Tarentinus, ✠ 1364.	Ioannes Dyrrachinus. †	Filiæ V.

Reges Siciliæ & Neapolis.

Clementia Regina Franciæ. — Carolobertus Rex Vngariæ ✠ 1342. — Carolus Dux Calabriæ ✠ 1328. — Ludouic⁹ Dyrrachinus, ✠ 1352. — Carol⁹ Dyrrachinus, ✠ 1348.

Ludouicus Rex Pannoniæ & Poloniæ ✠ 1382. — Andreas Rex Neapolis ✠ 1345. — Ioanna I. Reg. Neapolis ✠ 1382. — Maria vxor Caroli Dyrrachij. — Carolus Pazus Rex Neapolis, ✠ 1386. — Margareta vxor Caroli Pazi.

Maria Regina Pannoniæ. ✠ 1395. — Heduigis Regina Poloniæ. ✠ 1399. — Carolus Dux Calabriæ. — Ladislaus Rex Neapolis ✠ 1414. — Ioanna II. Regina Neapolis ✠ 1434.

CAROLVS, Ludouici IIX. Celtarum Regis F. Andium & Prouinciæ Comes, ab Imp. Friderico II. Narbonensi Galliæ Præfectus: à Romano dehinc Pontifice *ad Campania, Apuliæ, Calabria, Siciliæ regna* vocatus; Romæ abs eo coronam sumsit: hac tamen lege, vt quotannis XL. millia numûm penderet. Quæ postea regna Manfredó & Conradino Regibus acie victis atque occisis, occupauit. Vir animo summo, aspectu feroci, in puniendo seuerus & acer; rebus militaribus, quàm ciuilibus, longe præstantior: at ingenio valde ambitioso & insolenti; qua de causa per conspirationem Sicilia eiectus; Gallis fermè omnibus ad internecionem sub vesperam trucidatis: (accidit hoc III. Kal. April. ipso die Paschatis anno 1282. vnde Vesperarum Sicularum nomine dies hic est insignitus) Apuliam dnntaxat cum Neapoli retinuit. Francica lilia cœruleo in campo supraque castellum rubrum, pro insigni tulit. Toggiæ in Apulia ex mœrore decessit VII. Id. Ianuarij A. C. 1284. ætatis suæ LVI. sepultus Neapoli in Ecclesia cathedrali. Vxores ei fuere duæ: BEATRIX filia & hæres Raimundi Berengarij Prouinciæ Comitis: & MARGARETA Tonnerensis, filia Othonis Comitis Niuernensis, neptis Hugonis IV. Ducis Burgundiæ: quæ marito Regi superstes, Tonnerense Prochotrophium construxit: in quo vidua pauperibus per totam vitam ministrauit. Ex illa geniti

Carolus Claudus Rex Neapolitanus. †

BEATRIX nupta Philippo, Balduini II. Imp. Byzantini filio.

BLANCA vxor Roberti Flandriæ Comitis, qui propria manu Manfredum interfecit.

CAROLVS II. à prauo corporis habitu *Claudus* cognominatus, Princeps Salernitanus, *Rex Neapolis*: vir benignus & liberalis; pace & moderatione ciuili plurimùm præstans: in rebus autem bellicis nec felix, nec expertus. Etenim Siciliam recuperare conatus: à Rogerio Lora Calabro, Petri Aragonij Regis Amiralio, VII. Id. Aprilis 1284. naualí prælio victus, & cum magno nobilium numero est captus: ex quibus ducenti in vltionem Conradini capite sunt truncati. Ipse quoq; morti adiudicatus; post quadriennij demum captiuitatem, beneficio Constantiæ Reginæ certis conditionibus dimissus, Florentiam venit: vbi à Nicolao IV. Pontifice Romano Rex Siciliæ & Apuliæ est inunctus: ad quam etiam repetendam satis magna ipsi auxilia sunt suppeditata. Pace autem inter ipsum & Iacobum Aragonium vixdum constituta: Fridericus Iacobi germanus Siciliam extemplò iterum occupauit: quam etiam, nauali licet victus prælio, affinitate cum Carolo inita, retinuit. Ex humanis Carolus excessit IV. Non. Maij, ipso die Quinquagenaliorum A. C. 1309. sexagenarius. Sepultus primùm Neapoli in æde S. Dominici: mox Arelatum in Prouinciam translatus, in basilica B. Mariæ Nazarenæ, quam ipsemet extruxit, est funetatus. Annos regnauit XXV. cùm quatuor fermè mensibus. In eius fuit consortio MARIA, filia & hæres Stephani Regis Vngariæ, quindecim liberorum mater:

Caroli Martelli Regis Pannoniæ. †

LVDOVICI Episcopi Tolosani, instituti S. Benedicti; à Ioanne XXII. Pontifice Rom. in diuorum album relati.

ROBERTI Ducis Calabriæ, & Regis Neapolitani, *Heredis regni Siciliæ: quam post Iacobi Aragonij fata recuperare conatus; sed victus à Friderico Iacobi germano, inuita fortuna nil amplius tentandum ratus: contentus Neapoli, Siciliam reliquit:*

illam

illam aduersus Imp. Germanicos Henricum VII. & Ludouicum Boium, acerrimè propugnauit: nec non Guelfos contra eorundem vim protexit. Quin & Genuensis vrbis imperium obtinuit: & multa passim templa, cœnobiaq; condidit: quorum è numero sunt Neapoli S. Claræ, & S. Crucis. Vita decessit Neapoli IV. Kal. Februarij A. C. 1343. regni XXXIV. ætatis suæ LXIIX. (Bonfinius habet LXIII.) incredibile sui apud omnes desiderium memoriamq; dulcissimam relinquens. Vir namque erat prudens, doctus, liberalis, eruditorum item hominum & ingeniorum amans. Ad S. Claram inhumatus. Vxores habuit duas: quarum VIOLANTA Petri Aragonum Regis F. vita decessit, ipso nondum regnum assecuto: SANCTIA Maioricarum Regis F. post Regis obitum in cœnobium S. Crucis se redigit: vbi ad annum 1345. cum maxima humilitate ac paupertate vitam exegit: ibidem sepulta ἄπαις. Priore genitus Reges Siciliæ & Neapolis.

CAROLVS Dux Calabriæ, ante patrem Neapoli in ipso ætatis flore extinctus VI. Id. Nouemb. A. C. 1328. ibidemque in cœnobio S. Claræ funeratus. Cæterùm Liparam Siciliæ exussisse legitur: & vxores habuisse duas: MARIAM Valesiam, sororem germanam Philippi VI. Francorum Regis: & CATHARINAM F. Alberti I. Imp. Rom. ἄπαιδα. Ex priore tres tulit filias:

IOANNAM I. Neapolis Reginam, aui testamento designatam, hac conditione; vt nuberet Andreæ Vngaro, principi agnato. Ob cuius cædem (illum namque strangularat) à leuiro Ludouico Vngariæ Rege regno eiecta; Clementis VI. Pontificis ope id deinceps recuperauit; ab eodem coronata cum Ludouico Tarentino, altero marito, VI. Kalend. Iunij Anno Christi 1352. Quo defuncto, nupsit Iacobo Tarraconensi, Infanti Maioricarum: & mox hoc repudiato, Othoni Brunsuigio & Embeccio. Sed quum ne hoc quidem defensore se tutam fore cerneret: vt expleret odium, quod in agnatos conceperat; & manibus mariti primi multa cæde parentaret: adoptauit Ludouicum Andegauensem. Qua eius importuna leuitate offensus Vrbanus VI. Pontifex Romanus: Ludouicum è Pannonia ad regnum reuocauit: qui ætatem prætexens, Carolum Dyrrachinum armauit: à quo illa capta; & eodem in loco, quo primum ipsa maritum suffocauerat, est strangulata IV. Idus Iunias A. C. 1382.

MARGARETAM mulierem impudicam: quippe quæ cum Ioanne Bocatio consuesse; nec non Regis Andreæ necis particeps, maximorumque scelerum conscia fuisse legitur. Quapropter etiam à Carolo III. Neapolis Rege capitis est damnata.

MARIAM Posthumam, vxorem Caroli Principis Dyrrachini.

PHILIPPI Principis Tarentini, Panormi in vinculis aliquandiu detenti: & tandem Neapoli defuncti, iuxtaque patrem ibidem in æde Dominici tumulati A. C. 1364. Vxores habuit duas: priorem N. Despotis Græciæ filiam, è familia Comminatium: posteriorem CATHARINAM Valesiam Imperatricem Byzantinam, filiam Caroli primi Valesiorum Comitis. Liberi eius Principes Tarenti-ni.

ex priore coniugio:

PETRVS maternæ hæreditatis iure Despotes Romaniæ cognominatus, viuo patre obijt ἄπαις: in æde Dominici prope auum sepultus. Huius in coniugio vixit Maioricarum Regina: seu (vt alijs placet) BEATRIX Ludouici Borbonij Ducis F.

CAROLVS patrem morte præuertit ἄπαις.

BEATRIX vxor Gualterij de Brenna, Ducis Athenarum & Licinij Comitis.

ex posteriore:

ROBERTVS Princeps Tarentinus, Imp. Byzantinus, ex MARIA filia Ludouici Borbonij, Hugonis Cypri & Solymorum Regis vidua, nihil liberorum sustulit.

LVDOVICVS Tarentinus, secundus maritus IOANNAE I. Reginæ Neapolitanæ, qui cum antea consueuerat; Dux Calabriæ & regni Administrator factus: in Regem exinde Solymorum & vtriusque Siciliæ à Clemente VI. Pontifice coronatus VI. Kalend. Iunij 1352. A Ludouico Pannoniæ Rege regno eiectus: paulo post eius discessum, concessa Pontifici Auenione, & reditum in regnum, & auxilia contra præsidia à Ludouico relicta, impetrauit. Amissa vbi recepit:

Principes Tarentini

nimio veneris vsu, quo vnico Reginæ libidinosæ placere potuit, ad castrum nouum humanis excessit A. C. 1362. VII. Kal. Iunij. Ad monasterium montis Virginis apud matrem ex testamento sepultus. Filiæ ipsius

CATHARINA }
FRANCISCA } *immatura morte subreptæ.*

PHILIPPVS Princeps Tarentinus, Imp. Constantinopolitanus, obijt ἄπαις A. C. 1373. Vxores eius duæ: 1. MARIA Caroli Ducis Calabriæ F. relicta Caroli Dyrrachini: 2. ELISABETH F. Stephani III. Regis Vngariæ.

CAROLVS perijt in prælio contra Huguccium A. C. 1315.

MARIA vxor Ludouici Dyrrachini, Neapoli mortua, & in D. Virginis æde inhumata.

MARGARETA Tarenti Princeps, cognatis inscijs nupsit Francisco Baucio: qui deinde à Ludouico & Ioanna Regina Dux Andriæ est creatus: Cuius postea gratia à Ioanna Regina Neapoli relegata, extremum ibi diem clausit. His nati

IACOBVS Baucius Imp. Byzantinus olim cognominatus, & Princeps Tarentinus Vxor AGNES F. Ludouici Dyrrachini.

ANTONIA vxor Friderici Regis Trinacriæ & Siciliæ, in abortu perijt.

4 *TRISTANI siue CHRISTIANI nati Catalaniæ eo tempore, quo pater ibidem captiuus detinebatur: in pueritia extincti.*

5 *RAIMVNDI Berengarij, Vicarij gubernatoris regni,* ἄγαμοι.

6 *IOANNIS sacris initiati, in pueritiaq́ extincti.*

7 *PETRI Comitis Grauinensis, victus ab Huguccio in prælio, quod pro Florentinorum auxilio est gestum, interijt suffocatus in paludibus A. C. 1315.*

8 Ioannis Ducis Dyrrachini. †

9 *CLEMENTIAE Caroli Valesij* }
10 *BLANCAE Iacobi Regis Aragoniæ* }
11 *LEONORAE Friderici Regis Siciliæ* } *vxorum*
12 *MARIAE Iacobi Regis Maioricarum* }

13 *BEATRICIS tribus ordine maritis nupta: primùm Azoni Estensi Marchioni Ferrariæ: dein Bertrando (Delbausio) è Bauciorum familia nato, Comiti Montis Cambiosi; postremo Roberto Delphino Viennensi.*

Reges Pannoniæ.

CAROLVS Martellus, Princeps Salernitanus, ex materna successione *Rex Pannoniæ* consecratus primùm Neapoli, patre perinuito, à Gentile de Montesflore Cardinale, legato Nicolai V. Pontificis VI. Id. Decemb. A. C. 1289. iterum in Alba regia sub initium anni 1310. IV. Non. Ianuarij: naturæ persoluit debitum XVII. Kalend. Septemb. 1342. ex CLEMENTIA coniuge, filia Rudolphi Habsburgij Imp. parens factus

CLEMENTIÆ Ludouico Hutino Celtarum Regi nuptum collocatæ.

CAROLI Regis Pannoniæ, *patris patruiq́ nomina in baptismo adepti: quorum alterum, à patre in regni consortium adscitus, omisit: Roberto patruo de regno Neapolitano litem mouit: qua composita, paucis ante patrē diebus morte est absumptus. Ex vxore ELISABETHA filia & herede Vladislai Loctici, filios suscepit quinque: quorum*

CAROLVS infans est extinctus A. C. 1321.

LADISLAVS quinquennis hominem exuit A. C. 1329.

LVDOVICVS adoptatus ab auunculo Casimiro Poloniæ Rege, *Vngariam pariter rexit fortesq́ Polonos*: Vngariam quidem annis XL. cum vndetriginta diebus: Poloniam verò annis duodecim, demptis LIII. diebus. Princeps magni atque excelsi animi, bellicosus, & fortunatus: qui iniustam cædem sui germani vindicaturus, & perfidiam flagitiosæ mulieris vlturus: magno cum exercitu Apuliam ingressus, non tamen magno negotio Reginam cum marito Ludouico Tarentino regno eiecit. Venetos item oppugnauit: quibus cum demum, Iadora Dalmatiæ metropoli capta, pacem sanciuit. Tirnauiæ decessit Idib. Septemb. 1382. quinquagenario maior sesquiseptennio, & diebus octo. Duas vxores habuit: quarum prior MARGARETA F. Caroli IV. Imp. Rom. absque prole decessit A. C. 1349. posterior ELISABETH Stephani Bosnensis Bani F. post mariti obitum submersa est & suffocata à Ioanne Heruatio Bano Croatiæ; mater quatuor duntaxat filiarum:

MARI-

MARIAE heredis regni Vngariæ: quæ in Croatia arcta custodia mancipata; à Sigismundo sponso, qui post imperatoriam est adeptus maiestatem, liberata; & in regnum restituta, vitam finiuit XVI Kal. Junij A. C. 1395. Reges Pannoniæ & Poloniæ.

HEDVIGAE Poloniæ Reginæ, quæ regni anno tertio nupsit Vladislao Iagelloni Duci Lithvaniæ: quem bis nuptijs ad fidem Christianam perduxit. Obijt 1399. prid. Idus Iunias.

CATHARINÆ desponsatæ Ludouico Aureliano, Caroli V. Celtarum Regis F. in prima ætate extinctæ.

ELISABETHÆ nuptæ Stephano Fibulato Duci Bauariæ.

ANDREAS fexennis à Roberto patruo magno *in* filium & *regni Neapolitani successorem* adoptatus: IOANNAM illius neptem vxorem duxit. Verùm quum effrenatæ Reginæ libidini parum satisfaceret: eius impulsu Auersæ à coniuratis oppressus & strangulatus est A. C 1345. Nonis Septembris, annum agens XIIX: sepultus Neapoli in Ecclesia cathedrali.

IOANNA ex ipso grauida facta, posthumum est enixa.

CAROLVM Marcellum, Ducem Calabriæ, infantem extinctum VII. Kal. Ianuarij A. C. 1345.

STEPHANVS Princeps Sclauoniæ & Dalmatiæ.

IOANNES Peloponnesi vel Amoreæ Princeps & Dux Dyrrachij, illius peninsulæ dominam vxorem duxit: ex qua quum nullum filium haberet, & illa alium, priore adhuc viuente, sibi despondisse diceret: facto diuortio, AGNETEM Petrocolensis Comitis filiam legitimè sibi copulauit. Excessit Neapoli: ibidem in D. Dominici basilica iuxta patris monumentum sepultus: tribus superstitibus filijs: quorum Duces Dyrrachij.

CAROLVS Dux Dyrrachij (cui Ioanna I. in Galliam fugiens, Neapolim commiserat gubernandam ac defendendam) Auersæ à Ludouico Pannoniæ Rege, in vltionem fratris Andreæ, est peremptus X. Kal. Februarij A. C. 1348. Vxor MARIA Posthuma, Dux Calabriæ, soror germana Ioannæ Reginæ, quatuor ipsi peperit filias

IOANNAM, AGNETEM & CLEMETIAM puellas extinctas.

MARGARETAM elocatam patrueli suo Carolo III. Regi Neapolitano.

ROBERTVS Dux Dyrrachinus, obijt ἀκατάδακρυς A. C. 1352. Bonfinius vnicam illi fœminam natam asserit, duobus elocatam: primo Ludouico Comiti Belmoncensi fratri germano Caroli I. Regis Nauarræ: deinde Roberto Comitis Artuensis filio, qui in castellum, Oui coniectus in carcerem, Regis Caroli III. iussu expirauit.

LVDOVICVS Dux Dyrrachij, ad Castellum Oui Reginæ Ioannæ iussu in vincula coniectus, animam efflauit VII. Kal. Iulij 1352. in D. Crucis æde sepultus: ex MARIA filia Philippi Principis Tolecani, & MARGARETA filia Roberti Seuerinatis, tribus susceptis liberis:

LVDOVICO in infantia extincto.

AGNETE vxore Canis Grandis Scaligeri, Domini Veronæ: deinde Iacobi Baucij Ducis Andriæ.

CAROLO III. cogn. Pazo siue Paruo. Duce Dyrrachino; qui à Ludouico Vngariæ Rege, agnato suo, armatus contra Ioannam I. Apuliæ Reginam, in Italia Othonem Brunsuigium, Ioannæ maritum, acie victum & captum in vincula coniecit: Reginam ipsam sponte se dedentem, iniecto super os puluino suffocauit. Qua ratione Hierosolymorum & vtriusque Siciliæ Rex inauguratus ab Vrbano VI. Pontifice, in basilica S. Petri inunctus est IV Non. Iunij A. C. 1381. A Ioanna Andegauensi, quem Ioanna adoptauerat, assiduo totius biennij bello fatigatus: eo improuisa morte intercepto, regnum Neapolitanum absque cæde obtinuit. Non multo post, Ludouico Rege mortuo, in Pannoniā reuocatus: in Alba regali regie coronatus est diademate Non. Decembris Anno Christi 1385. sed vix semestri elapso, Budæ insidijs Elisabethæ Reginæ inter epulas est obtruncatus III. Non: Iunij Anno Christi 1386. Bonfinius & alij referunt, eum Idib. Februarij in arce Budensi pluribus vulneribus confossum: & Vissegradi veneno esse enectum III. Kal. Martij. Sepultus Albæ regali in regum mausoleis. Regnauit super regnum Siciliæ cis Farum annis quatuor, mensibus octo, diebus XXVI. Ex MARGARETA autem patruele ipsi geniti Reges Neapolis.

LADIS-

Reges Siciliæ & Neapolis.

LADILAVS puer adhuc post patris in Pannoniam discessum Rex Siciliæ cis Farum *designatus: & Caietæ III.Kal.Martij A.C.1386.coronatus: regno annis præfuit duodetriginta, mensibus quinque, diebus vndecim. Pannoniæ quoque Rex creatus contra Sigismundum Imp. anno 1403. Iaderam vrbem cepit: quas Venetis vendidit, Neapolitanos audiens res nouas moliri. In regnum itaque reuersus, Tarentinos deditione cepit: & in defectionis auctores, Sanseuerinates inprimis, seueriter animaduertit. Romana Ecclesia Pontificum schismate lacerata, vrbem Romam secundùm occupauit: & magistratus pro suo arbitrio dedit & exauctorauit. Vno prælio victus à Ludouico II. Andegauensi, quem Alexander V. Pontifex & Florentini contra ipsum euocarant: mox resumptis viribus, bellum redintegrauit, tanto hostium cum terrore: vt Andegauensis bellum desereret; Florentini de pace fienda vel iniquissimis cõditionibus deliberararent. In eo belli apparatu, quum tercium Romam contenderet, obijt Perusij non sine veneni suspicione IIX. Id. Sextil. A.C.1314. Princeps bellicosus, imperij cupidus, felix auctoritate grauis, armorum atque militum amans, in actionibus peruigil, laborum patientissimus. In eius fuere matrimonio CONSTANTIA Manfredi Claremontij filia: & MARIA Dux Tarenti, filia Raimundi Elbenij.*

IOANNA II. Neapolis Regina: *damnatæ libidinis & inconstantiæ fœmina: omnibus nuptiarum spem faciens: tandem à proceribus coacta nupsit primùm Carolo Geldriæ Duci; postea Iacobo Borbonio Marchæ Comiti, ita vt contentus titulo Principis Tarentini, nil vltrà attentaret: sed quem post sexennium, quum Castro nouo Neapoli occupato, Regem se nominaret, repudiatum, regno expulit. Ex neutro grauida facta, adoptauit primò Alphonsum Aragoniæ & Siciliæ Regem: quem post biennium Romæ adoptionis iure rursus priuauit: hærede regni instituto Ludouico III. Andegauensi: & post eum Renato illius germano. Obijt Neapoli A.C.1434. postquam regni tenuit habenas annis XXII. Sepulta ibidem iuxta fratrem ad D. Ioannem de Carbonaria.*

Reges Galliæ.

LVDOVICVS IX. à religiosa pietate celebris, ideoque *Sanctus* cognominatus; duodecennis Celtarum Rex inunctus Remis A. C.1226. III.Kal.Decembr. Angliæ Regem Henricum III. ob Normanniam & Andegauum bellum sibi inferentem, fugauit: pacemque petere adegit. Multa passim Oratoria extruxit: scholas publicas non paucas erexit: quarum in numero est Collegium Sorbonnæ in vrbe Parisiorum: multaque alia ad regni administrationem spectantia, tam pie quàm prudenter ordinauit. Duas contra Saracenos AEgyptios & Africanos suscepit expeditiones: religioso quidem inceptu, sed exitu admodum aduerso. In priore Damiatam, quæ est Pelusium, expugnauit: verùm longiùs inde in AEgyptum progressus: multis suorum amissis & captis, ipse quoque cum fratribus ab hostibus est interceptus. Damiata tamen reddita, & λύτρῳ persoluto dimissus, in Franciam redijt. In altera post annum vigesimum, Carthagine primo aduentu expugnata, in vrbis Tunetanæ obsidione, ventris profluuio est extinctus IIX. Kal. Septembris A. C. 1270. ætatis suæ LVI. postquam ad clauum sedisset annos XLIII. menses nouem, dies XII. Corpus in Gallias relatum, Lutetiæ in Dionysiano est conditum. Vxor eius MARGARETA F. Raimundi Berengarij Comitis Prouinciæ Phocensis, Franciscanos ædemque S. Marci ad Lutetiam fundauit: vbi vitam vidua exegit: mortua Anno Christi 1285: quinque marium, quatuor fœmellarum genetrix: quorum

Ludouicus desponsatus BERENGARIÆ Alphonsi X. Regis Castellæ filiæ: ætatis suæ anno XIIX. rebus humanis exemptus: & in Ecclesia Malobuissonensi ad Ponthosiam est sepultus.

Comites Alenconij.

PHILIPPVS III. Rex Celtarum, regium stemma propogauit. †

ROBERTVS Comes Claremontius DVCES BORBONIOS progenuit. †

PETRVS Comes Alensonij, auxiliares ducens copias in Italiam cõtra Siculos à Carolo deficientes: in Apulia naturæ satisfecit A.C.1282. ex vxore IOANNA Ioannis Blesensis filia, parens

MECHTILDÆ Alenconiæ, Comitis Blosij & Carnutum: quæ dominia Auennæ & Remorancij vnà cum Comitatu Blesensi, in dotem attulit Hugoni secundo marito: Alensonia autem ditio ad Regem redijt, quòd in ea filiabus ius esse noluit.

IOANNES Tristanus cognomento, quod patre captiuo esset natus: peste extinctus in obsidi-

obsidione Toneti, paulo ante patrem, annum agens XXI. ætatis. *Vxor IOLE Comiti Burgundiæ & Niuersij, postmodo nupsit Roberto Comiti Flandriæ.* *Reges Galliæ.*

BLANCA post mariti excessum Ferdinandi de la Cerda, monasticen profiteri capit Lutetiæ in æde S. Marci.

MARGARETA nupsit Ioanni I. Duci Brabantiæ.

AGNES sociata Roberto III. Duci Burgundiæ.

PHILIPPVS III. cog. Audax, in castris Tunetanis Rex Francorum salutatus: anno vertente 1271. pridie Kal. Septemb. Remis est consecratus. Princeps pacificus, vtpote qui multas lites & discordias vicinorum principum summa diligentia composuit: quo item mediante, inter Venetos & Genuenses induciæ quinquennales sunt factæ. Petrum Brochium cubicularium suum suspendio mulctauit: tum quòd Reginam falso accusauerat: tum quòd Regis sui consilia cum hostibus Hispanis communicauerat, Genua tandem & Girona vrbibus expugnatis; in Galliam reuersus, decessit apud Perpinianum IX. Kal. Octobris A. C. 1285. quum annos regnasset quindecim, dies vndetriginta. Sepultus in Dionysiano. Vxores habuit duas: quarum prior ISABELLA, Iacobi I. Aragoniæ Regis F. Carcassonã dotis nomine ad ipsum attulit; ex Africa grauida reuersa, obijt in Apulia A. C. 1270. Altera MARIA Henrici Mansueti Ducis Brabantiæ F. falsò insimulata priuigno primogenito procurasse mortem; extremè ex veneno perijt.

Libri eius

℟ ex priore matrimonio:

LVDOVICVS veneno sublatus iuuenis, & in Dionysiano sepultus A. C. 1275.

PHILIPPVS IV. cogn. Pulcer, Rex Franciæ *coronatus A. C. 1286. IIX. Id. Ianuarij: habuit in matrimonio IOANNAM filiam ac hæredem Henrici Nauarræi: cui defuncta in regno successit. Princeps magnanimus ac bellicosus. Guidonem Flandriæ Comitem, Eduardi Angliæ Regis partes fouentem, bello deuicit, captiuum cum duobus filijs abduxit: præcipuasque Flandriæ vrbes præsidio imposito retinuit. Non multo pòst contra Flandros, qui defectione facta præsidiarios eius milites in lectulis suis oppressos trucidarant, inauspicato exercitum ducens: ad vrbem Cortracum magnam quidem ab eis accepit cladem, suorum amissis quàm plurimis: qua tamen irritatus magis quàm fractus; viribus redintegratis eos ad montem Piacrum iterum aggressus, ad triginta hostium millia cecidit, ac pacem orare adegit. A Bonifacio IIX. Pontifice Rom. absque causa excommunicatus: synodum regni procerum coegit: in qua Pontificem ipsum hæreticum pronunciauit. Obijt in venatione ex lapsu equi III. Kal. Decembris A. C. 1314. sepultus Parisijs in basilica B. Dionysij. Coniux verò decennio ante maritum Regem postridie Kal. Aprilis defuncta Lutetiæ in æde Franciscanorum est condita. Hoc vati coniugio*

LVDOVICVS *Hutinus* eius nominis Decimus, post genetricis fata *Rex Nauarræus* inauguratus Kal. Octobris A. C. 1307. Pompelonæ: patri quoque defuncto in regno Franciæ successor est datus: coronatus V. Kal. Iulij A. C. 1315. Iudæis his liberum in Galliam concessit reditum: Petri Lugdunensis Archiepiscopi, regiam sibi iurisdictionem sumentis, conatus repressit: Enguerranum de Marignio Comitem Longæuillanum, regij ærarij præfectum, peculatus accusatum, fœdissimo suspendij supplicio necauit: Flandris rebellantibus pacis cõditiones, quas ipse voluit, dedit. Ad Vicennarum saltũ defunctus Non. Iunij A. C. 1316. annos natus XXV. menses octo, diem vnum: postquam ad clauum sedisset sesquienniũ cum septem diebus Funeratos in Dionysiano. Liberos genuit ex MARGARETA, filia Roberti Ducis Burgundiæ, quam in adulterio deprehensam, in carcere fame necauit A. C. 1313. vxore prima:

IOANNAM Reginam Nauarræ, quæ Philippo Eboracensi elocata, regnum ad eum attulit.

MARGARETAM vxorem Ludouici Malani, Flandriæ Comitis.

ex CLEMENTIA, filia Caroli Martelli Regis vngariæ, sepulta Lutetiæ in æde Franciscanorum, vxore altera:

IOANNEM posthumum, infantem dierum octo in cunis mortuum VII. Kal. Quintil. A. C. 1316.

PHILIPPVS V. cognomento *Longus*, Pictauorum Comes, fratri *in Franciæ regno* surrogatus VII. Id. Iulij A. C. 1316. nescio quid insoliti tributi exigens, à subditis impetrare non potuit. Sub eo pestis orta per totam Galliam, ex veneno corruptis fontibus à lepra

Reges Galliæ.

infectis hominibus, qui ad id facinus perpetrandum, à Iudæis mercede erant conducti: cuius sceleris quidam conuicti, merita luerunt supplicia. Naturæ fatoque concessit IV. Non. Ianuarij A. C. 1321. regni sesquinto completo, cum octo diebus: sepultus Parisijs in Dionysiano. Ex IOANNA vxore, filia Othelij Comitis Burgundiæ, post obitum in æde Franciscanorum tumulata, sustulit

LVDOVICVM puerum defunctum, & Lutetiæ in æde Franciscanorum funeratum.

IOANNAM vxorem Othonis Ducis Burgundiæ.

MARGARETAM sociatam Ludouico Comiti Flandriæ & Augustinemetum siue Niuernsij: genitricem MARGARETÆ vxoris Philippi Audacis Ducis Burgundiæ.

ISABELLAM nuptam Guidoni Comiti Albonensi, Delphino Viennensi.

BLANCAM Monialem cœnobio Longicampi, mortuam A. C. 1358. VI. Kal. Maij.

MARIAM consortem Huberti Delphini Viennensis.

CAROLVS IV. *Pulcer* cognomento, ex Comite Marchæ *Francorum Rex* creatus IIX. Id. Ianuarij A. C. 1321. solenni ceremonia Remis est inunctus III. Id. Februarij. Princeps iustitiæ patronus acerrimus, sæuerè in homines nefarios animaduertens. Primus Regum Galliæ, Papæ decimarũ partem concessit in sumptus belli contra Ludouicum Boium Cæsarem. Ad saltum Vicennarum defunctus Kal. Febru. A. C. 1328. quum vltra septenniũ regnasset dies XXVI: sepultus in Dionysiano. Vixere in eius consortio, primùm BLANCA F. Othelij Comitis Burgundiæ, propter adulterium repudiata: & in arce Geillard carceri inclusa: deinde MARIA Lucemburgica, F. Henrici VII. Imp. Rom. mortua in abortiuo partu filiæ Blancæ (quæ illicò à baptismo suscepto matris fata est insecuta) sepulta in æde Monialiũ S. Dominici ad Montargiũ: vltimò Ioanna F. Ludouici Eboracẽsis, defuncta IV. Non. Martij A. C. 1327. & in Dionysiano sepulta. Hac natæ

MARIA immatura ætate mortua.

BLANCA Posthuma, nupta Philippo Franco Duci Aureliano.

ROBERTVS duodecennis obijt, sponsus Catharinæ filiæ Friderici Regis Siciliæ.

MARGARETA.

ISABELLA vxor Eduardi II. Regis Angliæ.

BLANCA puella obijt.

CAROLVS Valesius, à quo originem ducunt illi, qui hodie in Gallia rerum sunt potiti: de quibus vide fol. seq.

ROBERTVS immatura ætate mortuus.

ex posteriori matrimonio:

MARGARETA consors Eduardi I. Regis Angliæ.

BLANCA nupsit primum Ioanni Namurcensi, Hannoniæ Comiti, filio Guidonis Flandriæ Comitis: deinde Rudolpho Austriaco Regi Bohemiæ, Alberti I. Imp. filio desponsata paucis post diebus decessit Viennæ A. C. 1299.

Stemmatis Capetini ramus decimus Comitum Eboracẽsium, Regum Nauarræorum.

LVDOVICVS Comes Eboracensis, sepultus Lutetiæ Parisiorum ad Franciscanos A. C. 1319. Vxor MARGARETA Artesia, F. Philippi Comitis Atrebatensis.

PHILIPPVS Comes Eboracensis, ratione vxoris IOANNAE Nauarræ Reginæ Pampelunæ Rex inauguratus A. C. 1330. obijt in obsidione Argesilæ, quam infideles tenebant, in regno Granatæ XVII. Kal. Octobris A. C. 1343. Cor eius exsectum, Lutetiæ in æde fratrũ Prædicatorum, ex aduerso altaris maximi est collocatum. Vxor IOANNA F. Ludouici Hutini decessit VI. Id. Octob. A. C. 1349. Cor eius ad mariti cor, reliquum corpus in Dionysiano est funeratum.

CAROLVS Eboracensis, Stamparum Comes. Vxor MARIA Cantabrica siue Biscaina Comitissa.

LVDOVICVS Stamparum & Cãtabriæ Comes ἄπαις. Vxor IOANNA F. Rudolphi Comitis Essuani & Neslani.

MARGARETA nupsit Gulielmo Bononiæ & Aruerniæ Comiti.

MARIA elocata Ioanni Duci Brabantiæ.

IOANNA cõsors Caroli Pulcri Regis Franciæ.

CAROLVS I. Rex Nauarræ, & Comes Eboracensis, quod plures immensis vectigalibus opprimeret, Malus cognominatus: ad Aquilam Normanniæ vicum Carolum Hispanum,

LVDOVICVS Comes Belmõtensis Rogeriani, ἄπαις in Apulia defunctus: & in

†

ISABELLA vxor Ioannis IV. Comitis Armeniaci.

*

Equitum

†

Equitum magistrum, Ioanni Franciæ Regi apprimè carum, subornatis sicarijs trucidauit. Causa cognita, capitis damnatus: trium Reginarum intercessione est absolutus. Erant hæ Ioanna ipsius amita, Blanca ipsius germana, & IOANNA coniux propria, F. Ioannis Regis. Non multo post, anno nempe 1355. Non. Aprilis Rhotomagi apud Carolum Delphinum, è mensa luxu à satellitibus Ioannis Regis abstractus, & Lutetiam in Custodiam missus: anno vertente, Ioanne ab Anglis capto, ipse populi carceres effringentis opeest liberatus. Senio tandem confectus, quum neruorum quoq; dolore laboraret: inductus insutusq; linteis, aqua vim naphtha habente (quam idcirco viuam & ardentem vocant) perfusis: fomentis hisce ex scintilla in ea inconsideratè collapsa inflammatis; iusto Dei iudicio combustus est antè quàm ferre quisquam posset opem, sexagenarius A. C. 1386. non magno suorum luctu. Erat namque vir inquietus, & magnarum seditionum auctor.

agro Neapolitano ad D. Martini ædem relatus. Vxor N. filia Roberti Dyrrachiani.

PHILIPPVS Nauarrenus & Eboracensis Comes, ope Angliæ Regis fratrem ex carcere Parisiensi liberauit.

IOANNA post fata Ioannis V. Ducis Britanniæ, mariti prioris, nupsit Henrico IV. Lancastrio, Regi Angliæ.

MARGARETA nupsit Eduardo II. Barri Comiti.

AGNES (alter Maria) consors Ioannis Comitis Fecensis.

BLANCA vxor Philippi Valesij.

Reges Nauarræ.

CAROLVS II. Rex Nauarræ & Dux Nemorosi, Ioanni Burgundiæ Duci, Bellum Franciæ Regi inferenti, adhæsit. Obijt A. C. 1398. potestatis suæ XII. Vxor ELEONORA F. Henrici II. Regis Castellæ.

PETRVS Comes Mortanij. Vxor CATHARINA Alenconia.

IOANNA nupsit N. Domino Rohanensi.

IOANNES è nutricis manibus lapsus expirauit.

BLANCA ad Ioannem Aragoniæ Regem hisce nuptijs Nauarræ regnum attulit.

BEATRIX vxor Iacobi Borbonij.

CAROLVS, Philippi III. Franciæ Regis F. primus Valesiorum & Alenconij Comes, Princeps sine terra vocitatus: Philippo Pulcro fratri vniuersam penè Flandriam subegit. Exercitu quoque in Aquitaniam ducto contra Anglos, qui contra fœderis conditiones fecisse dicebantur, eripuit eis Burdegalam vrbem primariam, magnamq; Aquitaniæ partem. Eum Papa, regno Aragoniæ Valentiæq; vnà cum Comitatu Barcinonensi tradito, Regem dixit: donec ipse ex pacto cõuento pacis causa renunciauit. Vitam cum morte commutauit Kal. Ianua. 1325. in æde Iacobitarum funeratus. Vxores ordine habuit tres: quarum cum priore CLEMENTIA F. Caroli II. Regis Apuliæ Andium Cenomannorumque accepit Comitatus: alterius ergò nempe CATHARINAE, quæ Balduini I. Imp. Byzantini è filio Philippo neptis erat, Imperatorem se scripsit Constantinopolis: postrema fuit MECHTILDIS F. Guidonis Castilionæi, Comitis S. Pauli, & summi Franciæ à poculis. His tres nati mares, octo fœmellæ: *Valesiæ Comites.*

℞ ex priore quidem:

Philippus Valesius, Regij stemmatis in Gallia propagator. †

Carolus Carnutensis & Alenconij Comes: de cuius prosapia mox. †

IOANNA vxor Gulielmi III. Comitis Hollandiæ, Zelandiæ & Hannoniæ: post cuius fata Fontanellæ monasticen profiteri cepit.

MARIA consors Caroli Ducis Calabriæ.

MARGARETA nupta Guidoni Castilionæo, Comiti Blesensi.

ISABELLA puerili ætate in Abbatia Valentiana sepulta.

ISABELLA altera Monialis Poßiaci.

℞ ex media:

CATHARINA Imperatrix Byzantina, Hugoni VI. Duci Burgundiæ desponsata: sed nupta Philippo Siculo Duci Achaiæ & Tarenti.

IOANNA desponsata Carolo primogenito Tarentini Principis filio: sed nupta Roberto III. Artesio

℞ ex postema:

LVDOVICVS Comes Alenconius: quo sine liberis mortuo, Comitatus ad Carolum fratrem consanguineum est deuolutus.

ISABELLA despõsata Ludouico Comiti Niuernẽsi sed nupta Petro I. Borboniorũ Duci.

Stemmatis Capetini ramus XI. Principum Alenconiorum.

CAROLVS Valesius, Caroli F. Carnutensis & Alenconij Comes, occidit in luctuosißima *Principes Alenconij.*

pugna Gallorum cum Anglis ad Crusciacum VII. Kal. Septembris A. C. 1346. Vxores eius duæ: IOANNA F. Ioannis Comitis Iogniani, Domini Merolliensis sterilis: & MARIA Cantabria F. Ferdinandi de la Cerda Hispani, vidua Caroli Eboracensis & Stamparum Comitis.

Principes Alenconij.

CAROLVS Alenconij Comes, factus Archiep. Lugdunensis.
ROBERTVS Comes Particensis siue Percha.

PETRVS Comes Alenconij. Vxor Maria Chamalliartana, Belmontensis Vicecomitissa.

PHILIPPVS Bellouacensis Episcopus, Archiepiscopus Rothomagensis, & Patriarcha Solymitanus.
LVDOVICVS Estampij Comes.

ISABELLA Monialis Possiacensis.

IOANNES Dux Alenconij primus à Carolo VI. Franciæ Rege inuestitus: à quo contra Anglos missus, primò quidem Vernolieum expugnauit: trucidata non exigua parte ex præsidio Anglico: sed mox collatis signis cum Bredfordiensi, Anglicarum copiarum ductore; magna suorum strage accepta, ipse quoque captus est A.C.1380. Periji tandem in prælio Azincertano A. C. 1415. Desponsata huic erat ISABELLA Caroli V. Regis F. sed duxit MARIAM Ioannis V. Ducis Britanniæ F.

CATHARINA desponsata Guidoni Valesij, Gaulæ Domino: eo repudiato, nupsit Petro Nauarræo, Mortanio Comiti: & inde Ludouico Palatino Rheni & Duci Bauariæ.
MARIA vxor N. Comitis Harcartensis.
MARGARETA in cœnobioo vitam exegit: habitum tamen monasticum non assumsit.

IOANNES secundus Dux Alenconij. Vxores eius; IOANNA Aurelianensis F. Ludouici, sterilis: & MARIA Armeniaca.

RENATVS siue Reinerius, Dux Alenconius tertius, & Comes Percha. Vxor MARGARETA Lotharingiæ Ducissa, Friderici F. è Vandemontiorum familia.

CATHARINA vxor Francisci Valsensis, Magni Franciæ Magistri.

CAROLVS Dux Alensonij quartus: IOANNA Borbonia sponsa neglecta, duxit MARGARETAM Aurelianensem sororem Francisci I. Regis Franciæ: ad quem Carolo sine liberis paulo post pugnam Ticinensem, extincto, ducatus Alensoniorum rediji.

FRANCISCA desponsata Ludouico Armeniaco Duci Nemorensi, sed nupsit Francisco Lõgæuillæ Duci, & post eũ Carolo Duci Vindecimensi.

ANNA vxor Gulielmi Marchionis Montisferati.

Reges Galliæ ex Valesijs.

PHILIPPVS *Valesius*, eius nomine *Sextus*, Caroli Pulcri Regis agnatus Proximus, de præscripto legum Siciliarum, quæ fœminam ad regnum Francicum non admittunt, excluso Eduardo Angliæ Rege, illius ex sorore nepote, à proceribus Rex electus, solenniterq; coronatus est IV. Kal. Iunij A. C. 1328. Remis à Gulielmo Triano Archiep. id quod seminarium fuit belli Anglici. Sub regni autem limine IX. Kal. Septemb. eiusdem anni, Flandros, qui à Principe suo Ludouico defecerant, ad Caletum cruento prostrauit prælio: deuictosq; sub obedientiam sui principis redegit. Cum Anglis postmodò, dati iuramenti oblitus, infelicissimè egressus: ad Clusium amnem naues fermè omnes; ad Cresciacũ verò Carolum fratrem germanũ, cum triginta millibus suorum perdidit: & in his Ioannẽ Bohemiæ, Petrum Nauarræ Reges, Rudolphum Ducẽ Lotharingiæ IV. Episcopos, XXIIX. Comites, alios ex prima nobilitate quàm plurimos. Hasce autem clades, & quidem priorem accepit IX. Kal. Iunij A. C. 1340. alteram sexennio pòst VII. Kal. Sept. Quumque annos regnasset XXII. cum tribus mensibus, Nogenti decessit V. Kal. Septembris A. C. 1350. Sepultus ad S. Dionysium. Liberos procreauit

℞ ex IOANNA filia Roberti Ducis Burgundiæ, in Dionysiana sepulta A. C. 1349. vxore prima,

Ioannem Valesium, Regem, regniq; stemmatis propagatorem. †
LVDOVICVM infantem XV. dierum in cunis extinctum A. C. 1330.
PHILIPPVM Ducem Aurelianensem, [illegible] mortuum. Fuit in huius connubio BLANCA F. Caroli Pulcri Regis posthuma.
MARIAM nuptam N. Brabantiæ Duci.

℞ ex BLANCA filia Philippi Regis Nauarræ, ducta A.C.1349. IV. Kal. Febr.
IOANNAM desponsatam Ioanni Duci Geronensi: quæ quum nuptura Hispaniam peteret decessit Batiris A. C. 1361. Ibidem sepulta.

IOAN-

IOANNES *Valesius*, Dux Normanniæ, patre defuncto ad regnum Franciæ admotus, & coronatus Remis VII. Kal. Octobris A. C. 1350. Burgundiam, principum suorum cognatorum interitu desolatam, Francico regno coniunxit iure hęreditario. Quæ copulatio lites peperit, & bella longa ac difficilia: quibus certatum est vsque ad Carolum V. Imp. Germanicum. Primus autem litem illi mouit de Comitatu Campaniæ Carolus Rex Nauarræ, eius gener: quem ideo de regno affectando suspectum habens, captum carceri inclusit. Non multo pòst Anglis, quos Philippus captiui Regis frater euocauerat, in Aquitania obuiam procedens: inauspicato cum illis conflixit. Ipse namque non procul vrbe Pictonum acerrimo ab eis prælio victus: & cum Philippo F. plurimisq; è Francia nobilitate captiuus in Angliam abductus: suorum sex millibus & amplius desideratis: post quadriennij tandem captiuitatem, datis obsidibus, liber in Franciam redijt: quorum liberandorum gratia in Angliam reuersus, Londini diem clausit extremum IV. Kal. Aprilis A. C. 1364. quum regnum tenuisset annos tredecim, menses septem, dies quatuor. Corpus in Franciam relatum, & in Dionysiano est tumulatum. Duæ ei fuere vxores: prior IVTHA, à Gallis vocitata Bona, filia Ioannis Regis Bohemiæ, ducta an. 1329. in Abbatia Malobuissonensi tumulata A. C. 1348. Posterior IOANNA Bononiensis, vidua Philippi Ducis Burgundiæ, *anno* mortua. Ex Bohemia itaque ipsi nati *Reges Galliæ ex Valesijs.*

Carolus Valesius, Rex & stemmatis Regum Galliæ Capetini propagator. †
LVDOVICVS Valesius Dux Andegauensis, conditor quorundam Ducum Lotharingiæ. †
PHILIPPVS Valesius, progenitor Ducum Burgundiæ, Comitum item Niuersij. †

Horum filij ac nepotes Valesiorum nomen per vniuersum terrarum orbem, fortibus factis, ac moderata prudentiá gubernatione clarum ac illustre reddidere.

IOANNES Valesius, Biturigum & Auerniæ Dux, Comes Pictauiensis: vir sapiens & beneficus erga Ecclesiam, obijt A. C. 1416. Biturigibus sepultus. Duas habuit vxores: IOANNAM Comitem Armigniacam: & IOANNAM Bononiensem Auerniaéq; Comitem: hoc sterili, illo trium liberorum fœcundo vsus coniugio: nempe *Duces Biturigum & Auerniæ.*

IOANNIS Comitis Mompenserini, qui ex duabus coniugibus, CATHARINA Caroli V. Galliæ Regis F. & ANNA Ioannis Borbonij, nihil liberorum tulit.

MARIAE Bituricæ, nuptæ primùm Ludouico Castilioneo, Guidonis Comitis Blosij filio: inde Philippo Artesio Conneſtabili Franciæ: denique Ioanni Duci Borbonio.

BONAE Bituricæ, vxoris Amati siue Amedei Comitis Sabaudiæ; & inde Bernardi Comitis Armeniaci, cui peperit F.

BONAM elocatam Carolo Valesio.
MARTHA sociata Roberto, Henrici Barrensis Ducis primogenito.
IOANNA consors Caroli Ambusli Regis Nauarreni.
ISABELLA coniux Ioannis Galeacij Ducis Mediolanensis.
MARGARETA virgo Vestalis in cœnobio Possiaco.

Stemmatis Capetini ramus XII. DVCVM ANDEGAVENSIVM & LOTHARINGIAE.

LVDOVICVS I. *Valesius Dux Andegauensis* & Cenomannorum Comes, à Ioanna I. Neapolis Regina adoptatus; & *Rex Hierosolymæ, Siciliæ atque Neapolis* designatus: post illius interitum minimè negligendum ratus tam opulentum regnum: instigante Clemente VII. Pontifice Romano, qui patronum quærebat contra Vrbanum VI. æmulum; coactus militum triginta milibus, Carolum Dyrrachinum assiduo totius biennij bello fatigauit: Tarentum & Barium vrbes occupauit: sed in ipsa adhuc obsidione, ex potu fontis medicati, improuisa morte interceptus est XI. Kal. Octobris A. C. 1384. Alij eum, amisso exercitu ad Barium, ob aduersum belli fortunam mœrore animi extinctum asserunt. Leander affirmat, eum vulnere accepto in pugna cum Alberico Comite Cuniate, legionum Caroli Dyrrachini præfecto, vigilijs interijsse. Regnauit in Sicilia cis Farum titulo tenus biennium cum trimestri. Desponsata ipsi erat IOANNA II. F. Petri Regis Aragoniæ: verùm ea relicta, duxit MARIAM F. Caroli Blesensis & Ioannæ Claudæ Britannicæ. *Duces Andegauenses*

Duces Andegauẽses.

LVDOVICVS II. Dux *Andegauensis*, patre defuncto, à Clemente Antipapa *inunctus in Regem Siciliæ ac Hierosolymorum*; bis in Italiam abijt, quò paternæ adoptionis iure regnum Neapolitanum adiret, irrito tamen successu; Pontifice eius conatus impediente: nihilominus tamen Ladislaum Neapolis Regem tanta affixit clade, vt supplex à Ioanne Papa pacem & leges peteret. Decessit in Gallijs apud Andes, vbi Academiam condidit, A.C.1417. Vxor IOLE filia & hæres vnica Petri Regis Aragoniæ.

LVDOVICVS III. Dux Andium, à Ioanna II. Neapolis Regina *adoptatus in Regem Siciliæ*, Ducem Calabriæ ac Comitem Prouinciæ: vetera iura patris auique repetens: varia fortuna cum Alphonso Aragonio ob regnũ decertauit ad annum vsque 1434. quo ipse Consentiæ in Brutis decessit: ex duabus cõiugibus ISABELLA Ioannis VI. Ducis Britanniæ filia, & MARGARETA Amedei Sabaudiæ Ducis, nulla suscepta sobole.

RENATVS Andegauensis, *Dux Calabriæ* & Barri, Comes Prouinciæ & Guisiæ: à Ludouico fratre Germano, cõsensu Ioannę II. hæres institutus: nuper ducta in vxorẽ ISABELLA, Caroli vltimi Ducis Lotharingiæ filia, ditione ea familiam Andegauensem locupletauit: exclusis successoribus masculis Comitib. Vademontanis, è collaterali eiusdem familiæ Bilioneæ linea propagatis. Quamuis autem Genuensium auxilio Rex Neapolis fuerat creatus: regnũ tamen retinere neutiquam potuit. Etenim ab Alphonso Aragonio prælio victus atque fugatus: in Gallias iterum se recipere est coactus. Ab Antonio quoque Vadimontis Comite fusus, captus, & in Burgundiam abductus est. Octogenarius tandem in quadã regni Francici prouincia exul & *ἄπαις* vitam finiens, insigne instabilitatis fortunæ exemplum reliquit: Carolo tamen fratre prius testamento hærede instituto, spreto Renato Vadimontano A. C. 1480. Vxor ISABELLA, quæ marito capto strenuè rem in Apulia gessit, obijt A. C. 1452.

MARIA vxor Caroli VII. Regis Galliæ.

IOLE nupta Francisco I. Duci Britanniæ.

CAROLVS Cenomannorum & Mortanij Comes, Dux Lotharingiæ ex fratris testamẽto: quum & ipse sobole careret; hæredem instituit Ludouicum XI. Regem Galliæ. Vxor ISABELLA F. Petri I. Comitis Fani S. Pauli.

CAROLVS Comes Prouinciæ, patrẽ morte præuertit.

LVDOVICA vxor Iacobi Armeniaci Ducis Nemorosi.

IOANNES *Dux Lotharingiæ*, Calabriæ, Barrique, Præfectus Genuæ, patre Britannico bello occupato, magnis viribus per aliquot annos cum Ferdinando, Alphonsi notho, rerum successu parum prospero decertauit: donec ad Troiam Apuliæ extremo prælio profligatus; regnoque & AEnaria insula (quæ hodie est Iscla) pulsus: naui in Galliam se recepit: vbi dum noua cõflaret auxilia, vehementi continuaq; febre correptus; Barcinonæ vitam cum morte commutauit A. C. 1470. ibidem sepultus. Vxor MARIA Caroli Ducis Borbôniæ F.

LVDOVICVS Pontis Moncionis Marchionis.

RENATVS.

CAROLVS.

IOLE siue IOLANTA nupta Friderico Vadimontano, Lotharingiæ ducatum reduxit ad veterẽ stirpem Bilionæam. Obijt Barri A. C. 1483. sepulta Iouillæ in basilica S. Laurentij.

MARGARETA vxor Henrici VI. Regis Angliæ.

ELISABETH.

ANNA.

RENATVS, IOANNES, ELISABETH } infantes extincti.

NICOLAVS *Dux Lotharingiæ*, Marchio Pontensis adolescens staturæ procerioris, armis strenuus & magnanimus: bellum à patre in Catalonia inchoatum contra Hispanos renouauit: at cum Lotharingicis terra est eiectus. Cum Carolo Bellatore Burgundo fœdus iniens, aduersus Ludouicum XI. Franciæ Regem militem coëgit: Bellouacum obsedit: Rothomagensium agros igne vastauit: Metensium vrbem strategemate occupare conatus, in manus illorum incidit: contra quos denuo, Burgundo accersito bellum moliturus, & copias colligens; pestifera febre correptus, non sine veneni suspicione decessit *ἄπαις*, auo adhuc superstite

perstite Anno Christi 1473. Sepultus Naneeij in æde D. Georgij. Desponsatæ illi erant ANNA F. Ludouici Regis Franciæ, item MARIA F. Caroli Burgundi; sed neutram duxit. *Duces Burgundiæ.*

Stemmatis Capetini ramus XIII. DVCVM BVRGVNDIÆ recentiorum.

PHILIPPVS *Valesius*, quòd genitorem suum Ioannem Galliæ Regem contra Eduardum VValliæ principem audacissimè pugnando defenderat (quo tamen conflictu cum ipso captus est) *Audax* cognominatus: *Dux Burgundiæ*: in viuis esse desijt V. Kalend. Maij A. C. 1404. Sepultus Diuione apud Carthusianos. Proximo mense mariti fatum insecuta est eius coniux MARGARETA filia & hæres Ludouici Malani Flandriæ Comitis: quæ ad eum attulit Flandriam, Artesiam, Niuerniam, Rethelinum, Sabinas, Mechlinium. Sepulta Insulis in æde Petrina iuxta patrem.

IOANNES cogn. *Magnus siue Intrepidus*, Dux Burgundiæ, Comes Flandriæ, Artesiæ, & Bononiæ, natus Diuione A. C. 1371. VI. Kal. I... A Carolo VI. Galliarū Rege anno 1396. cum equitum exquisitio in Pannoniā ...: quò Sigismundo Regi ... Turcas mouenti iungeretur Nicopolis oppugnatione infeliciter tentata à Baiazethe eumquinq; captiuis (... quos nāq; hostis in horum conspectu ad vnum omnes frustulatim cōcidi iusserat) Prusiam deductus, arctaque custodia asseruatus: persoluto λύτρῳ ducentorū m... ium aureorum, in Galliam rediit. Decennio pòst Ludouicum Aurelianū, suū patruelem, Lutetiæ sicarijs trucidandum præbuis. vnde ciuilibus discordijs tota Gallia exarsis. Tandē tamē ipse quoque Monstreoli ad Sequanam in Gallia Lugdunensi ijsdem insidijs, cum agnato nimirum Franciæ Delphino ad singulare colloquium progressus, non sine iusta Dei vltione est peremptus IIII. Id. Septembris A. C. 1419. Diuione longo pòst tempore sepultus ad Carthusianos. Vxor MARGARETA Alberti Ducis Bauariæ & Hollandiæ Comitis F.

MARIA Amedei Ducis Sabaudiæ coniux.

CATHARINA nupsit Neopoldo Austriaco.

MARGARETA sociata Gulielmo II. Bauariæ Hollandiæ, & Zelandiæ principi: mater IACOBÆ Bathauicæ.

BONA.

ANTHONIVS *Dux Brabantiæ & Limburgi*, Comes Fani S. Pauli & Lignij, perijt in prælio Azincurtano A. C. 1415. In eius vixere connubio, primùm IOANNA filia & hæres Valerani Pulcri, Comitis Lucemburgij Connestabilis Frāciæ; propter quam ducatum Lucemburgium obtinuit: deinde ELISABETH F. Ioannis Ducis Gorlicensis, Morauiæ, neptis Caroli IV. Imp. Romanorum.

Liberi eius

ex priore coniugio: ex posterioris

IOANNES Dux Brabantiæ, Limburgi ac Lucemburgi, fundator Academiæ Louaniensis anno 1422. ab vxore & amitina IACOBA Batauica, Gulielmi Ducis Bauariæ & Hollandiæ filia, abdicatus: ci reconciliari vllo pacto pertinacissimè recusauit. Quin & Hunifredum, Henrici Angliæ Regis fratrem germanum, qui eam incestuoso sibi iunxerat connubio, vicit, fudit, ex Hannonia pepulit. Obijt A. C. 1425. ætatis suæ XXIV. IV. Maij ἄπαις. Sepultus Vuræ.

PHILIPPVS Comes S. Pauli ac Ligniaci, post fratris fata factus Dux Brabantiæ ac Limburgi: obijt ex apostemate in pectore nato, in arce Louaniensi A. C. 1430. sponsam expectans IOLAM F. Ludouici II. Andium Ducis. Reliquit ex concubina

ANTHONIVM & PHILIPPVM Brabantinos.

ANTONIVS Brabantinus, in pueritia extinctus.

PHILIPPVS Comes Niuersij. Vide *

PHILIPPVS *Bonus* siue *Mitis*, Dux Burgundiæ & Brabantiæ, Comes Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ & Zelandiæ, parentis cædem vindicaturus, atrox gessit bellum cum Rege Galliæ: quem maiori regni parte priuauit. Anglos præterea,

Filiæ VI.

MARGARETA vxor Ludouici Delphini Viennensis, Aquitaniæ Ducis: & post eum Arturi Britanni, Counestabilis Franciæ, ac Ducis Hichemontij: Lutetiæ ἄπαις mortua IV. Non. Februarij 1441. Ibidem ad Carmelitas sepulta.

Duces Burgundiæ.

Iacobæ Bathauicæ ſuppetias ferentes, ſuperauit & profligauit: à qua licet ipſemet magna ante affectus fuerit clade: poſt aliquot tamen annis Hollandiam, Zelandiam, Arteſiam, & Brabantiam Burgundiæ domui adiecit. Grandauenſes cruento prælio fudit & proſtrauit XI. Kal. Augusti A. C. 1453. Leodios miſerabili internecione deleuit, immiſſo in vrbem aratro, quo fundamenta ſubuertit. & diſſeminato ſale A. C. 1466. Brugis demum tribus annis maior ſeptuagenario, XVII. Kal. Quintiles deceſſit A. C. 1467. Princeps magnanimus, inuictus, prudens, & ſui temporis tam bello quàm pace clariſſimus. Præter concubinas, quas habuit plurimas, tres ei fuere vxores: prior MICHAELIA F. Caroli VI. Regis Galliæ, ſterilis: altera BONA Atrebatia, F. Philippi Arteſij vidua Philippi Niuernenſis, itidem *ſterilis*: tertia ISABELLA Luſitana, F. Ioannis I. Regis Portugalliæ, ducta A. C. 1429.

CATHARINA *vxor Philippi Aureliani, Virtutum Comitis.*

MARIA conſors Adolphi Ducis Cliuiæ.

ISABELLA *nupſit Comiti Ponthieurano apud Britones.*

ANNA coniux Ioannis Ducis Bethfortenſis Henrici V. Angliæ Regis filij.

AGNES *vxor Caroli I. Ducis Borbonij.*

ANTONIVS primogenitus, natus Bruxellæ A. C. 1430. pridie Kal. Octobris; immatura ætate extinctus.

IODOCVS natus Gãdaui IIX. Kal. Maij A. C. 1432. in pueritia annuo mortuus.

CAROLVS Dux Burgundiæ & Brabantiæ, ob plurima bella Audacis, Strenui, & Bellatoris Cognomina ſortitus: natus L[illegible]e III. Id. Nouemb. A. C. 1433. Sub eo conuenerunt, & in vnam ditionem ſunt redactæ ampliſſimæ prouinciæ, ſuiq; vnius obſequio ſubiectæ, Burgundia, Brabantia, ducatus Lucemburgenſis & Namurcenſis, Limburgum, Flandria, Hannonia, Friſia, Arteſia, Hollandia & Zelandia. Ideoque potentiam eius grauiter ferens Ludouicus XI. Galliarum Rex (cuius inſidioſas molitiones Carolus antea quoq; & ſuſtinuerat fortiter, & armis vindicarat feliciter: edito ingenti prælio ad Allerium montem, & pace ipſi Regi propemodùm debellato extorta) bellum ei intulit: & Renatum Lotharingum, vt in huius ditiones prædabundus irrumperet, impulit: ſed quem Carolus fortiter adortus, magna ſuæ ditionis parte pepulit. Dehinc in Heluetios, Lotharingi ſocios, progreſſus: primum caſtris ad Granſonē poſitis, arceq; expugnata: mox fortuna ſeſe vertente VI. Non. Maij ab ijs feſtinato acceſſu obrutus, fœdeq; fuſus, & caſtris exutus: amiſſis impedimentis, totiusq; exercitus opibus, & ſua precioſa ſupellectile; vix ex inſequentium manibus ſe eripuit. Paulo pòſt, decimo nimirum Kalend. Quintil. A. C. 1476. ad Moratum oppidum in confinio Allobrogum iterum ab ijsdem victus; quum tertiò, Renato amiſſa repetente, reduxiſſet exercitum ad Nanceium; in ipſa obſidione Nonis Ianuarijs circumventus ac trucidatus. interijt A. C. 1477. quum annos vixiſſet XLIII. cum diebus LVI. Vxores habuit tres: CATHARINAM F. Caroli VII. Regis Franciæ, decennem ipſi nuptam in oppido Omeri; Bruxellis mortuam & funeratam: deinde ISABELLAM F. Caroli I. Ducis Borbonij, ductam Inſulis Kalend. Nouembris A. C. 1454. vltimo MARGARETAM Lacaſtriam, ſororem Eduardi IV. Regis Angliæ. Ex harum media vnica ipſi nata F.

MARIA Carolina, hæres ex aſſe ducatus Burgundiæ ac Brabantiæ, & reliquarū ditionū patris, nupta Maximiliano I. Imperatori: in venatione ſtrata equi gradarij ruina grauiſſimè afflicta: quum fracto fœmore per verecundiam omnē loci affecti tractationem refugeret: hominem exuit VI. Non. Martij A. C. 1482. eodem nimirum die, quo ante ſexennium Carolus pater ab Heluetijs ad Granſam oppidum fugatus; amiſſis caſtris & præda triginta auri tonnatum precio æſtimata, ægrè euaſerat. Sepulta Brugis.

Nothi Philippi Boni, Burgundiæ Ducis, ex varijs concubinis, auctore Ponto Heutero Delphio.

CORNELIVS Burgundus omnium natu maximus, in prælio Morbecano contra Gandauenſes occubuit A. C. 1453. genitor ex MARGARETA Corbaudaa

IOANNIS Deluerdingæ Domini, cui MARIA Haleuina duas peperit filias:

ELISABETHAM Deluerdingæ dominam, nuptam Ludouico Flandrenſi Pratæ Domino Matrem: LVDOVICI Flandrenſis, Pratæ, Deluertingæ & VVoſtinæ Domini, Aurei Velleris Equitis, & Caroli V. Cæſaris Præfecti ærario.

MARGARETAM vxorem Arnoldi Traſignij, Armudæ Domini.

PHILIP-

negatur.

PHILIPPVS infans obijt.

Filia IV. ἀνώνυμοι: quarum vna nupsit apud Britones Angliæ domino: altera Vidamo Ambianensi: tertia & quarta Deo virginitatem dicarunt. Duces Burgundiæ.

ANTHONIVS Burgundus, natus matre IOLA Prellaa, Beveræ domina; liberos tulit ex MARIA Viesuilla, filia Petri Modonis ac Tornehemi Domini, vxore legitima:

PHILIPPVM Burgundum, Beueræ dynastam: genitorem ex ANNA Borsellia, Veræ, Vlissingæ, Brouwershauæ ac Sandeci domina,

ADOLPHI Burgundi, Veræ, Beueræ, Vlissingæ domini; cui nati ex ANNA filia Ioannis domini Bergarum ad Scaldim

PHILIPPVS infans mortuus.

MAXIMILIANVS Burgundus, primus Veræ Marchio à Carolo V. Augusto inuestitus, ἄπαις defunctus. Vxor LVDOVICA Crouiaca.

HENRICVS itidem in infantia extinctus.

ANNA post Iacobum Hornanum nupta Ioanni Hennino, primo Bossui (Comiti.

ANTHONIA vxor Caroli Crouiaci, Principis Chimaij.

IACOBA coniux primò Ioannis Flandri, Pratæ Domini, deinde Ioannis Cruningij.

PHILIPPVS Burgundus, ex voluntate patris Fontesij dominus: duxit hæredem Hesdinæ Domini.

ADOLPHVS infans obijt.

MAXIMILIANVS Fontesij dominus, ἄγαμος.

NICOLAVS infans obijt.

IOANNES Burgundus Fontesij dominus. Vxor ANTONIA Validolita.

MARTINVS Burgundus, Tenbergę dominus, perijt in Africa cũ Sebastiano Rege Portugalliæ, infeliciter pugnans contra Fesæ Regem A.C. 1578.

ANNA nupsit Iacobo Smitio Baerlantij domino.

MAGDALENAE Iodoco Cruningio elocata.

ANNAE vxoris Ioannis Bergij, VValbatnæ domini.

ex concubina quadam, quum esset viduus:

ANTHONIVM Burgundum, Capellæ & VVackæ dominum factum ratione vxoris, quæ fuit MARIA Bruana, F. Andreæ Andrei, Quæstoris Beuertwesterscheltij, VVackæ domini: ex qua ipsi geniti

ADOLPHVS Burgundus, maris apud Zelandos præfectus, ἄπαις mortuus. Vxor IACOBA Bonnera.

ANNA vxor Nicolai Triestij, Auwegenensium Domini.

ANTHONIVS Burgundus, VVackæ ac Capellæ Dominus, fratri in maris præfectura successit: vbi in ciuili bello pro Rege Hispaniarum in VValachria pugnans, tormenti globo traiectus occubuit: ex vxore N. Mortua tribus procreatis liberis:

ANTHONIO Burgundo, VVackæ Domino: cui ANNA Bonneta peperit ANTHONIVM puerili ætate defunctum.

ISABELLA coniuge Caroli Cotteteli, Lessenbossæ domini.

MARIA.

ANDREAS officio præfecti classis, cælebs Bergis ad Scaldim defunctus.

DAVID Terouanæ primùm, deinde Traiecti ad Rhenum Episcopus, ex eiuratione Gisberti Brederodij: princeps egregius, & doctorum virorum Mæcenas liberalissimus: non sine vitæ suæ dispendio ignominiosè à quibusdam factiosis captus: sed ab Imp. Maximiliano libertati restitutus: obijt plenus dierum in oppido VVicka A.C. 1496. Pontificatus sui XXXIX. Sepultus in æde S. Ioannis Baptistæ iuxta Dorestatum.

PHILIPPVS Burgundus, dominio Semeldikij fratri Balduino tradito, factus Episcopus Traiectinus ex resignatione Friderici Badensis: ecclesiam rexit annis septem, diebus demptis sedecim. Obijt Dorestati A. C. 1524. VII. Id. Aprilis, ætatis suæ LIX.

MARIA vxor Petri Baufremontij, Charnij dynastæ.

RAPHAEL Abbas Gannaui apud S. Banonem.

IOANNES Præpositus collegij S. Donatiani Brugis.

ANNA nupta primùm Adriano Borsello: deinde Adolpho Clinio, Rauasteinæ domino: neutri peperit.

BALDVI-

Duces Burgundiæ.

BALDVINVS Burgundus, Falaßij, Somergemij, & Somoldikij dominus: ex vxore N. filia Emanuelis Cerda Lusitani, tulit

PHILIPPVM Burgundum in infantia extinctum.

MAXIMILIANVM Burgnndum, Abbatem Middelburgium & ad Gislenum in Hannonia.

CAROLVM Burgundum, Falaffij & Brigdani Dominum: cui ex vxore MARGARETA VVerchina, filia Senescalli Hannoniæ, geniti

IACOBVS Burgundus, Falaßij dominus, Caluini opinionibus imbutus, quam iram Caroli V. Imp. ea de causa natam, nec mitigare nec ferre posset: Geneuam in voluntarium concessit exilium: inde Basileam: hinc Argentinam: vbi diem supremum clausit. In matrimonio habuit IOLEN F. VValrauij Brederodæ domini: deinde IACOBAM Rymersvvaleam, secundis nuptijs iunctam Iacobo Iuliaco, Bergarum apud Iuliacenses Domino, cuius pater fuerat nothus postremi Ducis Iuliacensis.

FRANCISCVS Burgundus, obijt ἄτεκνος.

IOANNES Burgundus, Tremontij dominus: in matrimonio habuit LVDOICAM Crouiacam, viduam Maximiliani Burgundi, Marchionis Verani: qua genita

IOANNA infans mortua.

PETRVS Pretonotarius.

CAROLVS Burgundus, Somoldikij Dominus, obijt A. C. 1582. quo eodem quoq; anno in viuis esse desijt: ipsius coniux IOANNA Calenburgica, mater

HERMANNI }
IOANNIS } Burgundi.

HELENA vxor Adriani Riselai Tresnoij domini.

ANTHONIVS Burgundus, Brigdami Dominus, ex MICHAELA Gauerensitres reliquit liberos:

IOANNEM }
PETRVM } Brigdami Dominos.
IOLEN.

MARGARETAM Burgundam, nuptam Philippo Lanoio Molembesij Domino.

FRANCISCVM Burgundum, Neuuerræ dominum, ex concubina genitum: cuius in mattimonio vixit N. filia notha Philiberti Challonij, Piincipis Aurantij.

Comites Neuersij.

Stemmatis Capetini ramus XIV. COMITVM NIVERNENSIVM & STAMPHANARVM.

PHILIPPVS, Philippi Valesij Burgundiæ Ducis F. Comes Neuersij, Rethelli & Estampij: cum fratre in pugna Azincurtiana oppetijt A. C. 1415.

Liberi eius

ex ALEXIA siue ALEIDA Enguerrani Couchij Domini & Suessionum Comitis F.

PHILIPPVS in cunis extinctus.

ex BONA F. Philippi Artesij, Comitis Essuani siue Eusij, vxore altera:

CAROLVS Niuernensis Comes, ἄτεκνος. Vxor MARIA Albrethana.

IOANNES Comes Stampanarum, fratre mortuo, Niuernensem quoque & Rhetellanum accepit Comitatus.

Liberi eius

ex IOANNA Alliana, Vidami Ambianensis F. vxore prima:

PHILIPPVS sesquisexennis Bruxellæ mortuus A. C. 1452.

ISABELLA ex dispensatione Pontificis nupsit patrino suo Ioanni Duci Cliuensi IX. Kal. Maij A. C. 1455. Patrem morte præuertit.

ex PAVLA Brossaca, filia Ponteuræ Comitis, vxore media:

CAROLA vxor Ioannis Albretani, Orsuallæ apud Britones reguli: cui pater Neuersij donauit Comitatum.

MARIA Albretana, Neuersij Comes, vxor Caroli Cliuensis.

ex CAROLA Albrethana vxore tertia:

Nulli.

CARO-

CAROLVS V. Valesius cognom. Sapiens, primus è regijs filijs Franciæ Delphinus: paterni regni hæres & successor: XIV. Kal. Iunij cum vxore Remis coronatus A. C. 1365. Rex bello felix: quippe qui omnia fere, quæ patri ab Anglis erepta erant, recuperauit. Assiduis hisce bellis cum Anglis exhausto ærario: noua subditis imponere tributa necesse habuit; salis præterea & vini exigere vectigalia: cæterum Rex pius, eruditorum Mæcenas, iustitiæq; patronus eximius. Annos regnauit XVI. menses quinque, dies viginti. Vita functus XVI. Kal. Octob. A. C. 1380. Beltæi ad Matronam: & Lutetiæ in Dionysiano funeratus cum vxore IOANNA, Petri I. Ducis Borbonij filia: quę fatū ipsius triennio anteuerterat in puerperio Catharinæ VIII. Id. Febru. Hoc ergo cōiugio nati *Reges Galliæ ex Valesijs.*

CAROLVS VI. Valesius Rex. de cuius prosapia primo loco.

LVDOVICVS Dux Aurelianus: regij stemmatis & ipse propagator. *(Campani.*

IOANNA BONA, obijt antè quàm pater obtineret regnum: sepulta in æde S. Antonij

IOANNA nata in nemore Vicennarum VI. Non. Quintil. A. C. 1366. eodem anno expirauit pridie Id. Decembris: funerata in æde Dionysiano.

MARIA nata V. Kal. Martij A. C. 1370. desponsata Gulielmo Duci Bauariæ & Hollandiæ Comiti, ante nuptiarum sollennia hominem exuit.

ISABELLA nata IX. Kal. Sextil. A. C. 1373. destinata Ioanni I. Duci Alenconio, obijt Idib. Februarij A. C. 1377.

CATHARINA nata A. C. 1377. pridie Non. Februarij: promissa Ruperto Duci Bauariæ; nupsit Ioanni Montpenseriano, filio Ioannis Bituricensis.

CAROLVS Valesius, eius nominis Sextus, Benenatus cognominatus, quòd Lutetiæ in æde S. Pauli esset editus III. Non. Decembris A. C. 1368. Patris defuncti in regno successor: duodecennis propter tutorum discordias, pridie Non. Nouemb. Rex consecrat temporis successu tursum induxit vsum insignium trium Liliorum, quæ instituerat Clodouæus, primus Regum Francorū Christianus. Flandros biennio post coronationē, anno nimirū 1382. XI. Kal. Decemb. cruento vicit prælio; hostium viginti milibus trucidatis. Iniuriam vlturus, Oliuerio Clisonio regni sui Conestabilio illatam à Petro Domino Catonio & Duce Brintanniæ: in Britanniam profectus, alienatæ mentis valetudine laborē cæpit. Quam ob rem Ioannes Biturigum & Philippus Burgundionum Duces, ipsius patrui, regnū denuo tutorio nomine administrarunt: quod tumultuantibus Gallis, inprimis verò Ioanne Burgundo, Angli prælio ad Azincurtum victores occuparunt. Febre quartana extinctus A. C. 1422. XII. Kal. Nouemb. quo eodem die ante annos XXVII. cum Richardo Anglo inducias pepigerat. Sepultus in Dionysiano quinquagenario maior annis quatuor, demptis XLIII diebus. Vxor ELISABETH, Gallis ISABELLA vocitata, F. Stephani Ducis Bauariæ: fæmina fortunæ, si Reginam consideres, tenuis & pauperis: quippe quæ sub Anglorum, Lutetiam obtinentium, principatu degens; eorum arbitratu vitam egit priuatæ fæminæ non absimilis. Ex mœrore animi decessit VII. Kal. Octob. A. C. 1424. Eius cadauer, quatuor tantùm comitibus naui aduectū, apud S. Dionysium absq; vlla pompa est sepulrū. Liberi eius memorantur XI.

CAROLVS natus A. C. 1391. nonennis ex febre hectica decessit A. C. 1400. sepultus in Dionysiano.

MARIA nata A. C. 1392. promissa Henrico V. Regi Angliæ; sed monasterium Possiacense ingressa, ibidem Priorissam egit.

IOANNA nupsit Ioanni VI. Duci Britanniæ. *(A. C. 1394.*

MICHAELA seu Miccaella, vxor Philip. Boni Ducis Burgundiæ, nata est Id. Ianuarij

LVDOVICVS Dux Aquitaniæ, & Delphinus Viennensis, natus A. C. 1396. Obijt anno paulo post pugnam ad Azincurtum A. C. 1415. IIX. Kal Octobris. Vxor MARGARETA F. Ioannis Ducis Burgundiæ,

MARGARETA desponsata Ioanni V. Duci Britanniæ, ante nuptiarum diem naturæ satisfecit.

MARIA consors Gulielmi II. Ducis Bauariæ, & Comitis Hollandiæ.

ISABELLA post Richardi II. Regis Angliæ fata, nupsit Carolo Duci Aurelianensi.

CATHARINA nupsit Henrico V. Regi Angliæ, & post eum Ouino Tyderio siue Teuthero viro nobili è VVallia oriundo.

IOANNES Dux Turonensis, & post Ludouici fratris obitum Delphinus Viennensis obijt anno IIX. Id April. A. C. 1417. In huius vixit matrimonio IACOBA Gulielmi II. Bauariæ, Hollandiæ, Hannoniæ, & Zelandiæ Principis F. CARO-

Reges Galliæ.

CAROLVS Valesius, *eius nominis* Septimus, *natus A.C.1402. prid. Kal. Martij: patre defuncto*, Rex Francorum *inauguratus, nulla habita ratione sponsaliorum, quæ inter Henricum Angliæ Regem, & Catharinam huius germanam contracta ei:manet fuerant. Sed quoniam Angli regni maiorem partem obtinebant: Carolo verò reliqui fermè nihil esset, præter Pictauiensem & Barrensem ditionem: ab eis per ludibrium nuncupatus est Rex Biturigum. Hoc ergo, quum omnia populabundi passim deuastarent; & iam prospero fortunæ zephyro adiuti nihil sibi non pollicerentur: septimo regni sui anno puellæ duce, armis victricibus Francia eiecit: paternoque principatu recuperato, Remis demum coronatus est Non. Quintil. A.C.1429. Erat autem puella hæc IOANNA, Iacobi Arei & Isabellæ Velteuriæ F. nata Dumprinij ad Mosam: quæ sexum virilem simulans, tanta animositate arma tractauit: vt stabiliendo Caroli regno Anglisque Francia expellendis, cælitus demissa vulgo credita fuerit. Hæc tandem è Compendiensibus eruptionem faciens in hostes capta: & in foro Rotomagensi igne cremata est. Carolus Rex autem, quum regnum suum pace firmasset: Galliamque annos rexisset triginta septem, & menses nouem, cum biduo: Magduni ad Eboram decessit XI. Kal. Augusti A.C.1460. sesquibiennio minor quinquagenario. Sepultus ad S. Dionysium cum vxore MARIA, Ludouici II. Andium Ducis ac Regis Siciliæ filia, defuncta A.C.1463. mense Ianuario. Progenitores sunt octo liberorum*

PHILIPPI nati Chionij, pridie Non. Februarii A.C.1436: sesquibimi defuncti.

LVDOVICI XI. *Valesij*, qui superstite patre, quasi exul, agebat apud Burgundiæ Ducem, principem agnatum; mox inde, parentis morte comperta, in Franciam regressus: *Rex* in vrbe Remensi *coronatus* est XIIX. Kal. Septemb. A.C. 1460. Initio regni sui quum ministros domesticos, quorum fideli opera Parens vsus fuerat, omnes loco mouisset: in eorum locum suffectis vilis conditionis hominibus: à proceribus motum ipsi est bellum: quo ad Monrericum superatus, omnes quos loco mouerat, in pristinam restituere dignitatem est coactus. Bellum quoque non ita multo post ipsi mouit Carolus Burgundus: cuius potentia Regi semper erat suspecta: pacemque ac fœdus ab ipso debellato extorsit. Post cuius fata Ludouicus Rex Flandriam & Burgundiam iterum occupare contendens: à Maximiliano Cæsare rursus acie victus, cedere est coactus. Plessiaci tandem ad Turones in viuis esse desijt III. Kal. Septembris A.C.1483. sexagenario minor mensibus decem, diebus quinq; postquam rem Francicam tenuit annos XXIII. cum vndequadraginta diebus. Sepultus Parisijs in æde B. Mariæ Clericanæ. Princeps *'dauaret*, literisque ac literatis adeò infensus: vt Carolo filio linguæ Latinæ cognitionem interdixerit. Infidus præterea; cui nihil tam familiare fuit, quàm ex vsu & commodis suis sine discrimine fidem fallere quibuslibet: inprimis verò agnatis principibus: quos ceu potentes nimis & factiosos, numero viribusque diminutos aut extirpatos cupiebat. Duæ ei fuere vxores: prior MARGARETA F. Iacobi Regis Scotorum, Turoni ducta VII. Kal. Iulij A. C. 1436. obijs *'anaet* in Catalannis A. C. 1445. Condita in summo templo. Posterior CAROLOTA F. Amedæi Ducis Sabaudiæ, ad maritum tumulata A.C.1484. tres ipsi mares, totidemque fœmellas peperit:

IOACHIMVM in pueritia sepultum Ambosiæ apud Franciscanos.

CAROLVM IIX. Valesium, *cognomento* Gibbosum, Regem Franciæ: *natum Ambosiæ prid. Kal. Iulij A. C. 1470. Iuuenis hic alacer & feruidus, atque ex assentatorum applausu spebus amplissimis, eximiaque gloriæ cupitate inexplebili inflammatus: quum domi pacata videret omnia: animum ad recuperationem regni Neapolitani adiecit: quod ad ipsum spectare dicebatur, successione Renati Andegauensis. Quæ res ex animi sententia illi successit. Nam celeri & incruenta victoria Aragonios regno isto exegit: Gilbertum Mompenserinum regni Gubernatorem constituens. In reditu vbi triplici exercitu Romanorum, Venetorum, & Mediolanensium ad Foronouum iter ipsi esset præclusum: generoso pectore, medias hostium Phalanges, magna hostium ad Tarrum amnem facta cæde, armatus perrupit: incolumisque in Galliam remeauit. Quâ eadem victoria liberauit quoque Ducem Aurelianensem, Nauariæ obsessum. Non multo pòst regni Neapolitani defectione audita, apoplexia correptus, Ambosiæ præpropera morte è vita est euocatus, nullis relictis liberis. VII. Id. Aprilis A. C.1497. quum annos vixisset XXVI. menses octo, dies XXIV. regnasset annos tredecim, menses septem dies nouem. Sepultus ad S. Dionysium. Desponsata ipsi erat ISABELLA F. Eduardi IV. Regis Angliæ:*

Angliæ: pòst etiam MARGARETA Flandrica filia Maximiliani I. Imp. sed hac spreta sponsam Allius rapuit ANNAM filiam & heredem Francisci I. Ducis Britanniæ: quo matrimonio Britanniam regno Franciæ vniuit. Ex hac tres genuisse filios fertur: omnes tamen in cunis ante ipsum fato absumptos. *Reges Galliæ.*

FRANCISCVM natum A. C.1472. in pueritia extinctum, & Ambosiæ apud Franciscanos tumulatum.

LVDOVICAM puellam mortuam.

ANNAM vxorem Petri II. Ducis Borbonij.

IOANNAM à Ludouico XII. Caroli in regno Celtico successore, marito repudiatam.

CAROLI Ducis Aquitaniæ & Biturigum, qui caput & fax erat belli, à proceribus ob Reip. bonum (vt ipsis quidem videbatur) Ludouico XI. Regi illati. Desponderat sibi per procuratorem IOANNAM F. Henrici IV. Regis Castellæ: verùm sponsaliorum tempore veneno, ab Abbato quodam Regis iussu sibi propinato, apud Burdegalam est extinctus IV. Id. Maias A. C. 1472.

RAGVNDIS, quæ promissa Sigismundo Austriaco ante diem nuptiarum hominem exuit.

YOLANTAE coniugis Amedæi Ducis Sabaudiæ.

CATHARINAE, quæ decennis nupsit Carolo Audaci Duci Burgundiæ in oppido S. Omeri. Mortua & sepulta Bruxellis.

IOANNAE sociatæ Ioanni II. Duci Borbonio.

MAGDALENAE desponsatæ Ladislao Posthumo Regi Bohemiæ & Vngariæ: quo ante diem nuptiarum mortuo collocata est Gastoni Principi Viennensi, F. Gastonis Fœcensis.

LVDOVICVS *Valesius*, Caroli V. Regis Galliæ F. Dux Aurelianensis & Turonensis, Alenconij & Vertucij Comes: natus V. Nonas Martij A. C. 1371. Lutetiæ ad Portam Barbitanam sub horam octauam vespertinam trucidatus per sicarios, à Ioanne Burgundo patruele subornatus X. Kal. Decembris A. C. 1407. ætatis suæ XXXVI. completo cum mensibus octo, diebus viginti. Postridie sepultus in Cœlestinorũ æde in sacello Aurelianensi. Nuptum data ipsi erat VALENTINA Ioan. Galeacij Ducis Mediolanensis F. & Asta vrbs in dotem concessa: conditio insuper superaddita, vt si fratribus nouæ nuptæ nulla soboles legitima esset superstes, Valentinæ filij tanquam legitimi successores, Insubrium principatu potirentur. Verùm tabulis dotalibus in hanc sententiam confectis, defuit Imp. Rom. auctoritas. Hoc connubio sex procreati liberi: *Duces Aurelianenses ex Valesijs.*

CAROLVS Valesius, Dux Aurelianensis, *hæres Comitatus Mediolanensis: Philippo Vicecomite extincto, Ducem quidem Mediolani se appellauit ob matris hæreditatem: verùm Comitatum illum iam occuparat Franciscus Sfortia, qui Blancam Philippi notham vxorem duxerat: contra quem in Italiam cum instis copijs transmisit Reinaldum: Verùm eo à Mediolanensibus superato captoq; auito Insubriũ principatu excidit. Ab Anglis in prælio ad Agincurtum captus A. C.1416. vigintiquinq; annis in custodia detentus est. Post obitum sepultus Blesis: vnde ossa deincept filius transportauit Lutetiam in ædem Cælestinorum ad aui tumulũ. Desponsauerat sibi adolescens ELISABETHAM F. Ioannis Marchionis Morauiæ: sed ea relicta duxit ISABELLAM F. Caroli V. Regis Franciæ: viduam Richardi Angli: qua in puerperio vnà cum infante extincta, connubio sibi sociauit BONAM, natam Bernardo Comite Armeniaco, & Bona Biturica, [illegible] mortuam. Ad tertias inde transiens nuptias iunctus est MARIÆ (quidã Margaretã nominant) filiæ Adolphi Ducis Cleuensis A. C.1440. mense Nouemb. ex qua gennit*

MARIAM vxorem Ioannis Fœcensis, Vicecomitis Narbonensis.

ANNAM Abbatissam Fonteuralliorum.

LVDOVICVM XII. *Valesium*, Ducem Aureliæ & Mediolani, post Caroli IIX agnati sui mortem Regem Celtarum magno omnium applausu inauguratũ VI. Kal. Iunij A. C. 1497. Ante regnũ castris Regijs ex Asta vrbe sua promotis, Nouariam occupauit: verùm inde longius progressurum, hostium confœderatorum exercitus repulit: obsessumque Nouaria abire coegit. Triennio tamen pòst regnum Franciæ adeptus, ad arma reuersus: icto cum Venetis fœdere, Ludouicum Morum Insubrium ducatu expulit: Sfortiam è Germanis Heluetica Rheticaq; auxilia attrahentem, ad Nouariã cepit: abductumq; in Galliã carceri inclusit: in quo quinto captiuitatis exacto anno, miserrimo illic interitu *Rex Galliæ ex Aurelianis.*

Reges Galliæ. pœnas expendit commissi parricidij & rapti principatus Mediolano subiugato, mox regnum quoq; Neapolitanum occupauit: quod tamen cum Ferdinando Hispano est partitus. In Lombartiam inde digressus: etiam iureiurando, quo se Imperatori Haganoæ obstrinxerat, posthabito; Genuam, quæ ab ipso defecerat, recepit A. C. 1507. III. Kal. Maij. Biennio pôst, fœdere icto Cameraci cum Cæsare, Pontifice, & Hispano; Venetos pridie Idus Maij ad amnem Abduam in ducatu Mediolanensi memorabili clade strauit, fudit, in fugam vertit; hostium octo millibus occisis: omnesq; in continenti eorundem vrbes ad deditionem adegit. Princeps fuit fortissimus & fortunatissimus: sed qui posteà fortuna mutata, à Iulio Pontifice bellicoso magis, quàm religioso, excõmunicatus ac proscriptus: ab eodemq;, Hispano & Venetis fœderatis, vno tempore diuersis in locis oppugnatus est: ex quibus tamen omnibus difficultatibus feliciter emersit. Cæterùm Academiam Parisiensem reformauit: Rothomagi Parlamentum instituit: antiqua tributa tot bellis implicitus nihilominus sustulir. Parisijs tandem corporis exuuias deposuit Kal. Ianuarij A. C. 1515. ætatis suæ supra quinquagesimum sesquitertio completo, cum diebus XVII. menses septem, dies quinque. Funeratus ad S. Dionysium. Tres vxores habuit. Priorem, IOANNAM F. Ludouici XI. Regis Franciæ de sententia Pontificis repudiauit, propter vim & metum, quo se obsessum confirmabat: ducta ANNA Britannica, Caroli IIX. vidua: qua defuncta V. Id. Ianuarij A. C. 1514. cum MARIA Henrici VII. Angliæ Regis filia eodem anno celebrauit nuptias III. Idib. Octobris: post quas vix ac ne vix quidem superfuit: duabus relictis filiabus ex Britannica:

CLAVDIA in lucem edita IIX. Kalend. Nouembris A. C. 1499. nupta Francisco I. Valesio Regi Franciæ XV. Kal. Iunij A. C. 1514. mortua Blesis v. II. Kalend. Sextiles A C. 1524. ætatis suæ XXV.

RENATA vxore Herculis Estensis, Ducis Ferrariæ.

PHILIPPVS Comes Virtutum siue Vertuzij, ex legibus pacis inter domum Aurelianensem & Ioannem Burgundum factæ, duxit CATHARINAM filiam Ioannis: sed obijt æxxxx.

Ioannes Comes Angolismensis, propagator stemmatis regij. †

ANNA vxor Ioannis II. Ducis Alenconij.

MARGARETA nupta Richardo Britanno, Stamparum Comiti.

MARIA vxor Ioannis Harcuria & Aumaliæ Comitis, mater MARIAE Harcuriæ, quæ nupsit Antonio Vadani montis Comiti.

Comites Angolismorum ex Valesijs. IOANNES *Valesius*, Comes Angolismorum, ex Anglia, quo missus fuerat obses stipendiorum gratia, reuersus: duxit MARGARETAM Rohanensem A. C. 1445. obijt A C. 1468. ex vxore duorum liberorum pater effectus:

Caroli Comitis Angolismensis, progenitoris Regum Franciæ, qui hodie rerum potiuntur.

MARIAE (alij IOANNAM nominant) vxoris Caroli Cortinij, Comitis Talleburgij.

CAROLVS Valesius, Comes Angolismensis, defunctus A. C. 1494. ex vxore LVDOVICA siue ALOYSIA, filia Philippi Comitis Bressani & Segusiani, Ducis Sabaudiæ, mortua A. C. 1532. V. Kal. Nouembris; genuit

Franciscum I Regem Galliæ, regij stemmatis propagatorem. †

MARGARETAM heroinam multa virtute præditam, literatam, & Musarum alteram Mnemosynen: vxorem primò Caroli Alenconij, inde Henrici Albretani Regis Nauarræ fatali morte absumptam A. C. 1549. XII. Kal. Ianuarij.

FRANCISCVS I. *Valesius*, Eugulemæ Comes, natus in oppido Galliæ Coignac in ditione Santonum A. C. 1494. pridie Idus Septembris: duxit CLAVDIAM Ludouici XII. Franciæ regis F. A. C. 1514. XV. Kal. Iunij: & procero fine mascula prole defuncto, in regno successit: ex Comite Angolismorum inauguratus Rex in vrbe Remensi XIII. Kal. Februarij anni insequentis. In huius autem administratione tanta cum grauitate dignitateq; est versatus: vt meritò toti terrarum orbi admirationi fuerit. Fuit enim virtutibus ijs omnibus, quæ Regem decent, ornatissimus: omni doctrinarum genere excultissimus: erga literatos humanissimus. Itaq; Academiã Parisiensem liberalitate sua exornauit: priuilegia eius amplificauit, alijsque additis cumulauit: ipsas artes liberales, quę tũ passim pessum ierant, quasi postliminio reuocatas, pristinę suę dignitati restituit.

Vnde

Vnde non immeritò literarum instaurator, literatorumque mecœnas vnicus appellatus fuit. Fuit in animi robore inuictissimus, reique militaris scientissimus: quod re- ipse non semel ostendit: Albæ Duce cum Hispanis Aquitania eiecto: deuictis Heluetijs; occupato Mediolano, capta Fontarabia; depulsis à Gallia ceruicibus Anglorum Imperatorisque numerosissimis exercitibus. Ad Ticinum, cuius obsidionem deserere nolebat, post plurima facinora fortissimo Imperatore digna; reflante demum fortuna, equo vulneribus ad terram collabēte, suis fermè omnibus desideratis, in Caroli V. Cæsaris venit potestatem VI. Kal. Martias A.C. 1525. cuius beneficio nondum exacto anno in regnum restitutus: & LEONORA eiusdem soror (CLAVDIA namque iam mortem obierat) ipsi est desponsata: ex qua tamen nullos suscepit liberos. Bello hoc recrudescente, Sabaudiam, Pedemontanamque ditionem inuasit: & Imperatorem Prouincia excedere coegit A.C. 1542. Pace tandem Franciæ vndique restituta, grauissima febre correptus, obijt in arce Rambouillutana prid. Kal. Apri. A.C. 1547. sesquitriennio & diebus vndetriginta maior quinquagenario. Sepultus in Dyonisiano. Liberi eius ex Claudia:

Reges Gallia.

FRANCISCVS Delphinus Franciæ, natus Ambosiæ A.C. 1517 prid. Kal. Mar. patri in regno successurus erat, si superuixisset: sed vita breuis IV. Id Sexti. A.C. 1536. Taronæ apud Allobroges veneno est sublatus à quodem Sebastiano de monte Cuculo, natione Italo: qui deinceps quæstione habita pœnas dedit Lugduni. Annos vixit XIX. menses quinque, dies tredecim iamque desponsatus fuerat MARIÆ filiæ Henrici IIX. Regis Angliæ.

Henricus II. Rex, regium stemma propagauit; †

CAROLVS Dux Aurelianensis, in bello contra Carolum V. Imp. Ynoidium expugnauit: Viroetonium, Arlunum, & Lucemburgum arces cepit muniuitque A.C. 1542. Eidem Carolo Imp. postea futurus gener, anno æræ nostræ 1545. V. Id. Septemb. quo fermè tempore nuptiæ erant peragendæ, quum paucos dies ægrotasset, immatura morte decessit ex febre pestifera. Quidam tamen veneno eum extinctum opinantur. Annos vixit XXIII. menses septem, dies XIIX.

LVDOVICA } *vtraque Carolo V. Imp. in matrimonium promissa, vtraque immatura*
CAROLA } *ætate obijt.*

MAGDALENA Iacobo V. Scotorum Regi nupta A.C. 1537. quarto post nuptias mense tale est consumpta Non. Iulij.

MARGARETA Emanueli Philiberto Duci Sabaudiæ nuptum collocata Lutetiæ III. Kal. Iulij A.C. 1559.

HENRICVS II. Rex Celtarum, natus ad S. Germanum Luianum A.C. 1519. III. Kal. Aprilis hora 17. post meridiem: & in vrbe Rhemorum solenniter inauguratus IIX. Kal. Sextil. A.C. 1547. regni administationem auspicatus est à supplicijs eorum, qui sophisticis Pontificiorum deliramentis reiectis, magis sinceram amplecterentur religionem: quod suum institutum, quoad vixit, strenuè semper vrsit. Sub regni quoque sui auspicijs, Scotis contra Anglos auxilia misit: paternum cum Heluetijs fœdus renouauit: Boloniam recuperauit. Cæsari exinde A.C. 1551. bellum faciens: per Pedemontium & Taurinos oppida multa cepit: & in his Churium atque Sandamianum; & mox anno proximo Tullum & Virodonum; nec non Metim, vrbem Imperij celebrem. Inde regressus in Lucemburgico agro populationibus & incendijs omnia vastauit: Astenæum oppidum, à defensoribus vacuum, recepit: Danullerium expugnauit; pòst etiam Iuæum, ex præcipuis eius loci propugnaculis haud postremum. Iulio dehinc Pontifici reconciliatus, Parmam & Mirandulam, Italiæ vrbes liberauit: Senensibus ab Hispanis erepta in libertatem restituit. Cæsare ab vrbe Mediomatricum abacto, ceptis feliciter instans inter alia multa cepit Mariæburgum, Bouinum, & Dinantum: Cæsare nequicquam resistente. Clade ad Sanquintianum satis memorabili & miserabili accepta: restauratis viribus, Hispaniarum Regi Philippo eripuit Calerum, Guyneium, Hanium, cum Comitatu Hoiano. In tanta autem animorum vtrinque exacerbatione, quum nequicquam res ad compositionem spectare videretur: æquato quasi vtrinq; damno, præter omnium opinionem pacem expetijt: quæ mox multis conditionibus inita, intimo inter eos affinitatis vinculo Lutetiæ est confirmata XIV. Kal. Quinctil. A.C. 1559. Sed quid fit? Quum sub nuptijs Margaretæ sororis, publicè habetentur equestris certaminis exercitia: Rex conscenso equo, cum Comite Moncomerij concurrens: grauissimè vulneratus ex festuca hastæ, ex occursu confractæ, per galeæ minutissimum foramen ocu-

Reges Galliæ.

men oculare fataliter penetrante; & per oculi sedem ad cerebrum vsque adacta: febri ardente superueniente, post diem decimumsextũ nimirum Idus Iulij extinctus est: veram atque admirabilem, si quis alius vnquam, exhibens vitæ humanæ tragædiam. Annos regnauit duodecim, menses tres, dies vndecim. Sepultus in Dionysiano. Habuit in matrimonio CATHARINAM Mediceam, Laurentij Florentini Ducis filiam, ductam Massiliæ suasu & instinctu Clementis VII. Pontificis Romani, IV. Non. Octobris A.C. 1533. quam veneno necatam asserunt A.C. 1589. V. Ianuarij Calendarij Gregoriani. De hac, quum primis aliquot annis non conceperat ob suspectam sterilitatem repudianda non leuiter fuit actitatum: quæ tamen mariti beneuolentia retenta, & ab ea difficultate liberata; satis numerosam vtriusque sexus prolem postea enixa est: Horum

FRANCISCVS II. primogenitus, natus Aquis Bellis A.C. 1544. XIV. Kal. Februarias: ducta in vxorem MARIA Stuarta, Scotorum Regina regnum illud suscepit: post patris quoq; interitum in Regem Franciæ consecratus: sed in ipso statim limine cùm adolescentiæ, tum regni, quum dies decubuisset septemdecim, ex apostemate cerebri periit 'ãtmt A.C. 1560. Non. Decembris. Vixit annos XVII. demptis XLV. diebus: regnauit annum duntaxat vnum, menses quatuor, dies XXV.

ISABELLA Valesia, nata in Fontebellaqueo A.C. 1545. IV. Non. Aprilis, hora 11. min. 26. post meridiem: nupsit Philippo Hispaniarum Regi Parisijs, non sine incredibili subditorum congratulatione, quorum vires continuis XXV. annorum bellis fatigatæ, iampridem erant exhaustæ, X. Kal. Quintil. A.C. 1559. Decessit ex δυστοκίᾳ *Non. Octobris A.C. 1568. ætatis suæ sesquitertio supra vigesimum, cum diebus quinque completo.*

CLAVDIA nata prid. Id. Nouembris A.C. 1547. matrimonio collocata est Carolo Duci Lotharingiæ XI. Kal.. Februarij, A.C. 1559.

LVDOVICVS Dux Aurelianensis, natus III. Non. Februarij A.C. 1549. insequenti anno mense Octobri nondum bimus naturæ debitum persoluit.

CAROLVS MAXIMILIANVS: qui postea Caroli IX. *nomen accepit, natus A.C. 1550. V. Kal. Quinctil. hora 5. min. 15. ante meridiem. decennis Francisco fratri in Franciæ regno successor datus; & in vrbe Rhemorum Idib. Maij A.C. 1561. coronatus: sub quindecim tutoribus & Regina matre, donec pubesceret, primis annis regnauit. Sub eo quidem liberum reformatæ religionis exercitium concessum: sed quum contrariæ opinionis homines: quò id impedirent, multa passim latrocinia cædesque facerent: tota Gallia ciuilibus exarsit bellis; quibus vix ac ne vix quidem sopitis interueniente connubio Regis Nauarræi cum Regis sorore: nouum cudi malum cœpit. Ad nuptias namque inuitati Admiralius, Condæus, & reliqui reformatæ religionis proceres; quomodo excepti, etiam dimissi fuerint: quum toti terrarum orbi notissimum sit: hic narrare superfluum fuerit. Euas enim Parisiensis, ecquis est Christianorum: qui nesciat: Carolus tandem Rex acuta febre, cum multa sanguinis effusione est extinctus III. Kal. Iunij, ipso Quinquagenaliorum festo A.C. 1574. non absque veneni suspicione: Annos vixit XXIV. mense excepto vnico: regnauit annos tredecim, menses quinque, dies XXIII. Sepultus ad S. Dionysium. Ex ELISABETHA Austriaca, F. Maximiliani II. Imp. quæ Spiræ in Comitijs A.C. 1570. XII. Kal. Nouemb. nuptum ipsi fuit collocata, genuit*

MARIAM ELISABETHAM natam VI. Kal, Nouemb A.C. 1572. baptizatam postridie Kal. Februarij anni sequentis.

HENRICVS III. Valesius, *Dux Andium & Comes Engulemæ, è sacro baptismatis fonte lauatus, ALEXANDER EDVARDVS nominatus: lucis huius vsuram accepit XIII Kal. Octobris A.C. 1552. hora 5. min. 15. post meridiem. Obsidens Rupellas, in castris XVI. Kal. Iunij 1573. à Polonis Rex salutatus: anno vertente, quarto post consecrationem mense, fratris Caroli morte intellecta; quum sciret, regnum Francicum successionis iure ad se spectare: intempesta nocte, qua conuiuium regium primaris Polonis præbuerat, clam elapsus: comitatus duobus domesticis Gallis: equis citatissimi: Viennam quanto maximo potuit cursu contendit: indeque Venetias, & in Galliam reuersus, regnum fratris successione excepit. ALOYSIÆ vxoris, filiæ Nicolai Comitis Vadimontij, coniugio sterili vsus: à factione Guisiana pòst infestatus Marte occulto & manifesto: & in extremum vitæ discrimen adductus: tandem à monacho Iacobitano, venenato cultello confossus Kal. Sextil. postridie expirauit: Rege tamen Nauarræo, quem fidelissimũ sibi semper expertus est, primùm imposita corona successore nominato A.C. 1589. A trigesimoseptimo ætatis anno diebus duntaxat abfuit XVIII.*

MAR.

Duces Borboniæ.

MARGARETA nata A.C. 1553. pridie Idus Maij: Heurico Regi Nauarre uo nupsit Lutetia XV. Kal. Septembris 1572.

HERCVLES Andegauensis, Dux Alenconius, qui postea FRANCISCI assumpsit nomen, natus XV. Kalend. Aprilis A.C. 1555. Contra Philippum Hispanum in Belgium accersitus: & in Brabantiæ Ducem Imperijque Romani Marchionem Antuerpiæ inauguratus XI. Kal. Martij A.C. 1582. Antuerpiam Burgas, Alostum, Nyportum, alias & Belgij ciuitates subdole occupauit, vno eodemq́ die ac hora: Qua eius fraude detecta, Galli ad vnum omnes, inter mœnia quotquot erant, trucidati sunt A.C. 1583. mense Ianuario: ipse fuga in Franciam elapsus, anno proximo pridie Kal. Iunias est extinctus, non sine suspicione veneni.

VICTORIA & IOANNA gemellæ natæ A.C. 1556. IIX. Kalend. Quinctil. non diu superfuere: illa namque sex hebdomadas nata; hæc paulò post susceptum baptismum sunt extinctæ.

Stemmatis Capetini ramus XV. DVCVM BORBONIORVM, ad quos hodie regni Francici successio iure hæreditario spectat.

Comites Claramontani.

ROBERTVS, S. Ludouici Galliæ Regis F. Comes Claremontanus apud Bellouacos institutus à patre: in matrimonio habuit BEATRICEM F. Ioannis Ducis Burgundiæ: quæ à matre Agnete Arcibaldi Borboniorum domini filia, dominum Borboniæ accepit.

LVDOVICVS cognom. Magnus, Comes Claramontanus, à Philippo VI. Valesio Rege Franciæ primus Borbonij Dux constitutus anno 1329. Lutetiæ in æde Iacobitarum sepultus. Vxor MARIA F. Ioannis Hannoniæ Comitis.

IOANNES Claromontius, Liber Baro Caroloi, & S. Iusti in Campania dominus, florenti ætate defunctus. Vxor IOANNA soror germana & hæres Suessionum Comitis.

IOANNA vxor Ioannis Comitis Boloniæ & Aruernæ.

PETRVS Claromōtanus, maximus Lutetiæ Archidiaconus.

BLANCA coniux Roberti Magni, Borboniæ & Aruernæ Comitis.

MARGARETA nupsit Ioanni Flandro, Comiti Namurcensi.

MARIA desponsata quidem Ioanni Marchioni Montisferrati: sed quæ monasterium Possiacense ingressa, sacris se dicauit.

PETRVS I. Dux Borboniæ secundus, & Molini Dominus, occubuit in prælio Pictauiensi cum Anglis commisso, XIII. Kalend. Octobris 1356. Sepultus Lutetiæ iuxta patrem. Vxor ISABELLA Caroli Valesiorum Comitis F.

IACOBVS progenitor Marchæ & Vendomæ Comitum. Vide sub litera A.

IOANNA nupsit Ioanni primogenito Ioannis Forestani Comitis.

MARIA nupsit Roberto Principi Tarentino: & ante eum Guidoni, filio Hugonis Cypri & Hierosolymorum Regis: mater ex hoc facta Hugonis Galilææ Principis.

BEATRIX vxor Philippi Principis Tarentini.

PHILIPPVS Domin' Belloiacensis.

LVDOVICVS Bonus, Dux Borboniæ tertius, pensum vitæ terrestris absoluit A.C. 1410. Vxor ANNA F. Beroaldi Delphini Aruernorum, Simi ducis nominati, & Ioannæ Forestanæ.

IACOBVS Borbonius, Marcæ Dominus, contra seditiosos milites ad Lugdunū malè pugnans, post tertium diem vulneribus confectus perijt vnà cum F.

PETRO eiusdem belli so-

IOANNA vxor Caroli V. Regis Franciæ.

BLANCA à marito Petro Castellæ tyranno iugulata.

BONA nupsit Amedæo Comiti Sabandiæ.

CATHARINA vxor Ioannis Harcortensis Comitis.

MARGARETA nupta primùm Ioanni, Henrici Salliani filio: deinde Arnoldo Albretano.

MARIA Monialis Possiacensis.

Filia natu minima elocata Godefrido Duci Brabantiæ.

Duces Borbonij.

IOANNES I. Dux Borbonij quartus, Mompenserij Comes, & Aruernæ Delphinus: in prælio Gallorum cum Anglis (1415) ad Dagincurtum siue Azincurtum captus, & in Angliam abductus, in vinculis expirauit. Vxor MARIA F. Ioannis Biturigum Ducis.

ISABELLA vxor Albretensis Domini.

BEATRIX post Ioannem Lucemburgium Bohemiæ Regem, nupsit Eudo Grauiarum Domino.

LVDOVICVS Borbonius adolescens XVI. annorum mortuus.

IACOBVS Pransij Dominus: cuius F. ἀνώνυμος perijt prælio Azincurtano.

CAROLVS I. Dux Borbonij quintus, partes Caroli VII. Galliæ Regis secutus, contra Anglos & Philippum Burgundum fortiter pugnauit: cum quo tandem, mediante & adnitente coniuge AGNETE Burgunda, huius sorore germana, pacem sanciuit. Obijt A. C. 1456.

LVDOVICVS Borbonius, Comes Mompenserij: maritus primùm IOANNAE filiæ Betoaldi Iunioris Delphini Aruerni, sterilis: deinde GABRIELAE Turensis siue Turrianæ.

IOANNES II. Dux Borboniæ sextus, trigamus licet, tamen ἄπαις obijt. Vxores eius: 1. IOANNA Caroli VII. Franciæ Regis: 2. CATHARINA Armeniaca, Iacobi Ducis Nemorensis: 3. IOANNA Ioannis Borbonij F. F. F.

LVDOVICVS Borbonius, adolescens, IACOBVS puer decessit Brugis.

LVDOVICVS Leodiensis Episcopus, vir prudens, doctus ac sapiens: omnibus patrocinari, deque omnibus pro viribus optimè mereri studens: de suorum ingratitudine apud Carolum Burgundum conquestus, magnam urbi ecclesiæq; suæ calamitatem accersiuit. Tandem in quodam contra Arenburgum prælio cæsus oppetijt A. C. 1479. ætatis suæ XLVII. regiminis XXIII.

CAROLVS Borbonij Cardinalis.

IOANNA vxor Ioannis Challonnij, Principis Aurantij.

CATHARINA coniux Adolphi Egmondani, Ducis Geldriæ.

MARGARETA Philippo Bressæo Duci Sabaudiæ nupta.

ISABELLA Caroli Pugnacis, Ducis Burgundiæ consors.

MARIA post fata Ioannis Calabriæ Ducis, nupsit Gastoni Comiti Fecensi.

PETRVS Belloiocensis Dominus, Dux Borboniorum VII. sponsus quidem MARIAE Aurelianensis, sed duxit ANNAM Ludouici XI. Franciæ Regis F.

SVSANNA nupsit Carolo Mompenserij Comiti: quem his nuptijs Borboniæ Ducem fecit.

GILBERTVS Borbonius Comes Mompenserianus & Auerniæ, Caroli IIX. Galliæ Regis in Neapoli Prorex 1495. ibidem obijt. Vxor LEONORA Gonzaga F. Friderici Marchionis Mantuani.

GABRIELA vxor Ludouici Domini Tri molliani.

CAROLA côiux VVolfhardi Borsellani, Comit. Bussanensis.

LVDOVICVS Borbonius in regno Neapolitano mortuus, & iuxta patrem tumulatus. Quum enim patris manes inuiseret: præ nimio dolore illicò animam cum lacrymis effudisse dicitur.

FRANCISCVS Borbonius, castelli Heraldini dux, in prælio S. Brigitæ dicto cæsus A. C. 1515. XIIX. Kal. Octobris.

CAROLVS II. Comes Mompenserius, & Cônestabilis Franciæ, Dux Borboniorum IIX. factus ob coniugium SVSANNAE Borboniæ: à Francisco I. Galliæ Rege defecit ad Carolum V. Imp. cuius auspicijs vrbem Romam oppugnans; paucis ante expugnationem horis, inter primos pugnam acerrimè ciens, plumbea glande à quodam suorum incautiùs emissa, traiectus occubuit ἄπαις, pridie Non. Maij A. C. 1527. ætatis suæ duodequadragesimo, quem binis excessit mensibus, & diebus vndeuiginti. Sepultus Caietæ in arce. Post SVSANNAE vxoris fata, Rege Borboniam sibi vendicante, Veridomæ Duces arma titulumque iure cognationis retinuere. A.

LVDOVICA coniux primùm Andreę Caluigniani: postea Ludouici Borbonij, Rupis ad Yonam Principis.

RENATA consors Antonij Ducis Lotharingiæ.

Comites Clermôtj.

IACOBVS F. Ludouici Magni primi Ducis Borbonij, Comes Caroloi, Marcæ, Clermontij, ac Pontiaci, Franciæ Connestabilis. Vxor IOANNA Comes S. Pauli.

IOANNES Borbonius, Comes Carolensis, Marchianus, Claremontanus ac Ponthievanus; ob vxorem CATHARINAM filiam ac hæredem Ioannis Vindomiensis, oriundi ex Normannis & Andegauensibus, factus Comes Vendomæ, Castresij, Lusignani, Espernonaij & Bretencortij.

CATHARINA vxor Bochardi II. Vendomæ Comitis.

ISABELLA coniux Ludouici Comitis Belmontensis.

IACOBVS

IACOBVS Marcæ Comes, procus Ioannæ Reginæ Neapolis, dum ab ea se delusum videret; in Galliam reuersus, Besansoni tonsæ religioni vitam vouit. Vxor BEATRIX F. Caroli II. Regis Nauarræ.

LEONORA vxor Bernardi Armeniaci, Comitis Perdriacensis, contendisse legitur ob Siciliæ & Nauarræ regna.

LVDOVICVS Borbonius, Comes Vendomæ. Vide sub B.

IOANNES Borbonius, Sclusæ & Carencij Dominus. Vxor CATHARINA Artesiana, Roberti III. Comitis Bellmontensis F.

ANNA vxor Ioannis Bituricì, Com. Mompenserij: & post eum Ludouici Palatini. — *Carentij Domini.*

MARIA consors Ioannis Bennensis, Domini Croum.

LVDOVICVS Borbonius, Sclusæ Dominus, cælebs.

PETRVS Borbonius, ἄγαμος. Vxor PHILIPPA Plenena.

IACOBVS Borbonius, Albinij & Rupisfortis Dominus Vxor N. vidua Antonij Torriani, Montelliani domini.

MARIA vxor Ioannis Crucia ni Equitis.

PHILIPPVS Borbonius, Duisanti Dominus: maritus primùm IOANNÆ Lalanæ, Simonis Domini Roberto Cortensis filiæ: deinde IOANÆ Cognlacæ S. Germani Falconensis ad Alliam dominæ, *ἄγαμος.*

IOANNES Borbonius, Albinij Dominus, *ἄγαμος.*

CAROLVS Borbonius Carencij Dominus. Vxor CATHARINA F. Bertrandi Allegræi, Baronis Putei acuti.

BERTRANDVS Borbonius, Carencij Dominus.

ISABELLA Borbonia, vxor Francisci Scarasensis, Domini vallis Guidonicæ.

IOANNES Borbonius, Carencij Dominus, *ἄγαμος.*

ANTONIVS Borbonius, Duisanti Dominus. Vxor IOANNA Albrethana.

ANTONIVS Borbonius, Duisanti Dominus, *ἄγαμος.*

IOANNA vxor Francisci Rullinæi, Bellocapensis Domini.

B.

LVDOVICVS Borbonius, Ioannis Marcæ & Clermontij Comitis F. primus Vendomæ Comes, egregiam nauauit operam Carolo VII. Franciæ Regi contra Burgundos & Anglos A. C. 1428. Vxor IOANNA Comes Vallensis siue Lauali, Britannica. — *Vendomæ Comites.*

IOANNES Borbonius, Comes Vendomiensis secundus. Vxor ISABELLA F. Præsigniani Belloiacensis.

FRANCISCVS Borbonius, Vendomæ Comes tertius: Carolum IIX. Galliarum Regem ad expeditionem Neapolitanam comitatus: in reditu Vercellis obijt. Vxor MARIA F. Petri Lucemburgij, Connestabilis Franciæ.

LVDOVICVS Borbonius, principum Rupis ad flumen Ionā progenitor. Vide C.

IOANNA Borbonia tribus ordine nupsit: 1. Iacobo Borbonio, principi agnato: 2. Ioanni Boloniæ & Auerniæ Comiti; Baroni Turriano: 3. Francisco Pansano Baroni Gardiæ & Bordi, Castellarumq; dynastæ.

CATHARINA coniux Gilberti Chabanensis, Rupefortis Domini.

IOANNA altera, vxor Ludouici Iocosani.

CAROLA consors Engelberti Cliuensis & Niuernensis.

RENATA Abbas Fonteuerallìensis.

ISABELLA Abbas Cadomensis.

CAROLVS Borbonius, Dux Vendomiorum primus creatus à Francisco Rege Galliarum: duxit A. C. 1537. FRANCISCAM Renati Ducis Alensonij filiam, viduam Francisci Longæuillæ Ducis: parens ex ipsa factus septem marium & quinque fœmellarum: quorum

IACOBVS puer mortuus.

LVDOVICVS Cardinalis Borbonius.

FRANCISCVS Borbonius, Comes S. Pauli, ratione vxoris ADRIANÆ Turenillæ hæredis, Dux factus Stuteuillæ siue Tuteuillæ.

ANTONIA vxor Claudij Lotharingi, Ducis Guisiani. — *Vendomæ Duces.*

LVDOVICA Fonteraltæ Abbas.

FRANCISCVS Borbonius, in adolescentiæ flore extinctus.

MARIA tribus ordine nupsit: Ioanni Borbonio, Anghiani Domino: Francisco Duci Niuernensi: & vltimo N. Duci Longæuillæ.

Reges Navarrae.

LVDOVICVS Borbonius, inuenis diem obijt.

ANTHONIVS Borbonius, Dux Vendomae, Franciae Par, vxorem duxit IOANNAM Albrecham, Henrici Albretij Nauarrae Regis ac Bearnij Comitis vnicam filiam ac heredem A. C. 1548. foeminam omni virtutum genere clarissimam: cuius ergò REGEM se NAVARRAEVM scripsit. Regnante Carolo IX. abdicata Picardia, Aquitaniae gubernationem accepit: ciuiliq́ Gallorum contra Regem ac religionem bello, regias defendenc partes; dum vrbem Rhotomagum, quam coniurati inuaserant, pro Rege oppugnat; tormento è muris ictus occubuit A. C. 1562. aetatis suae XLV. Vxor vero IOANNA post varias rerum vicißitudines Lucecia Parisiorum èx pleuritide decessit paulo ante nuptias filij, VI. Id. Iunij A. C. 1572. necata (vt quidam auctores sunt) per chirotecas suaueolentes venenatas à Renato Pharmacopaeo Regio. Hoc nati coniugio

IOANNES Princeps Nauatraeus, iuuenis mortuus.

MARGARETA.

HENRICVS IV. Borbonius, Rex Galliae & Nauatrae, Princeps Bearnij, Dux Vendomę &c. cui insignis pietas admirabilem prudentiam & inuictum animi robur peperit: nuptiale celebrauit sacrum mense Sextili A. C. 1572. cum MARGARETA Valesia, Regum Franciae sorore germana: nobile Eois Parisiensibus, quas vocant: Lutetiae in vrbe circiter triginta millibus; in toto verò regno centenis millibus plus minus religionis causa crudelissimè iugulatis: ipso quin etiam capto: qui tamen pręsentissimo Dei auxilio imminenti periculo ereptus: hostium maximas vires multis hactenus annis fortiter feliciterque sustinuit. Ab Henrico III. Galliae Rege ex asse hęres atque successor dictus, tanquam agnatus proximus:

FRANCISCVS Borbonius, Dux Anglianus, & Alpinarum gentium Prorex: prope Cerisolas (anno 1544.) cum Guasta Marchione, Caroli V. Augusti legato, confligens; victoriam memorabilem, à P. Ionio copiosè descriptam, obtinuit: Caesareanorum viginti millibus fusis, & Carigniaco deditione capto. Biennio pòst Rupis ad flumen Ionam dum ludo paruae pilae cum reticula se èxercet: deiecta è proxima fenestra arca cernicem ei fregit.

LVDOVICVS alter, itidem immatnra morte ereptus.

CAROLVS Borbonij Cardinalis, & Archiepiscopus Rothomagensis, anno 1585. cum Henrico Guisio & alijs confaederatis, Pontificiae religionis assercoribus ac propugnatoribus, Henrico Nauarraeo Regi (ad quem, Rege Henrico III. haeredem regni nullum suscipiente, corona Gallicae successionem percinere videbant) graue bellum intulic; quod nondum est sopitum. Ab Henrico III. Valesio, Rege in Comitijs Blesensibus captus vnà cum Archiepiscopo Lugdunensi: in custodia vitae cursum impleuit A. C. 1590. maior septuagenario.

IOANNES Arighiani siue Anguinei Comes, in praelio ad Sanquintianum in Veromanduis facto, quum nec à pugna diuelli, nec ad deditionem perpelli posset, caesus Anno Christi 1557.

Principes Condaei.

LVDOVICVS Borbonius, Princeps Condaeus, contra Triumuiratum Guisi, Connestabilis, & Marescalli, Hugonotarum Dux constitutus: bello ciuili Gallico (1562.) prope Druydec, quum equo pilae ictu per armum traiecto, ipse nec sui èxplicandi nec inequum desultorium se recipiendi potestatem haberet; in hostium venit manus, captus à Conestabilis filio: caetera sanus & integer, nisi quòd vulnusculum èx gladij ictu in aduersum os recepisset: tertio tandem bello intestino prope Basacam iterum captus, & à Montecquio est occisus III. Id. Martij A. C. 1569. Liberos genuit

ex LEONORA Royana siue Rhiense, Ruscij Comite, Gerardi F. vxore priore:

HENRICVM Borbonium, Condati Marchionem, captum in sacris nuptialibus Henrici Nauarraei cum ipso sponso A. C. 1572. X. Kal. Septembris. In huius vixit consortio MARIA Cliuensis, Francisci Ducis Niuersij F. à qua toxico potionatus, diem obijt 1588. mense Februario.

FRANCISCVM Borbonium, Contij Marchionem.

CAROLVM Borbonium Pr. Condaeum.

MAGDALENAM }
CATHARINAM } puellas mortuas. *Principes Condæi.*
MARGARETAM.

ex FRANCISCA Aurelianensi, Longauillæ Ducis filia, vxore posteriore:

CAROLVM Suessonum Comitem, gemellum natum
LVDOVICVM gemellum, in cunis extinctum.
BENIAMINEM itidem in infantiæ annis mortuum.

MARIA desponsata Francisco Cliuensi, Comiti Niuernensi, ante nuptiarum diem obijt.
MARGARETA consors Francisci Cliuensis.
CATHARINA S. Crucis apud Pictauienses Abbatissa.
RENATA Chellarum Abbatissa.
LEONORA virgo Sanctimonialis apud Fonteuerallios.

C

LVDOVICVS Borbonius, Ioannis Vendomæ Comitis F. Rupis ad Ionam Princeps, Comes Monpenserius, Vxor Ludouica natu maxima Gilberti Borbonij. *Duces Monpenserij.*

LVDOVICVS Dux Monpenserianus primus. Vxor IACOBA Longouicana.

CAROLVS Borbonius, Rupis ad Yonam Princeps. Vxor PHILIPPA Montespenia.

SVSANNA vxor Domini Riussij siue Riosani.

FRANCISCVS Dux Monpenserianus secundus, Delphinus Aruernæ. Vxor N. hæres de Mesieres.

HENRICVS Borbonius, Princeps Dombensis.

ANNA nupsit Henrico Cliuensi, Ducis Niuersij.
FRANCISCA consors Henrici Roberti Marcani Ducis Bulbonæ, Domini Sedani.
CAROLA siue Carolata, Iouarensis Antistes, eiurata religione, nupsit Gulielmo Nassouio Aurasiorum Principi. Obijt Antuerpiæ III. Non. Maij: ibidem in æde B. Mariæ tumulata.
IOANNA Abbatissa Tonnerensis.
LVDOVICA Abbatissa Fonteueralliorum.

HENRICVS IOANNES immatura ætate defuncti.

COROL-

COROLARIVM

STEMMATIS CAPETINI REGVM GALLIAE ET DVCVM BORBONIAE: continens

REGVM NAVARRÆ GENEALOGIAM.

Reges Nauarra.

ENNICVS ab ardore belandi Arista cognominatus, Comes Bigorrensis, gente Gothica oriundus: ex montibus Pyrenæis cum exercitu descendens; Othonum Imp. auxilio magnas Maurorum copias in Tarraconensi Hispania deleuit; victorque, iugo barbarico excusso, nouam regnorum Aragoniæ & Nauarræ faciem constituit, regio adscito nomine. Regnauit annos XXXI. Mortuus A.C. 860.

GARSIAS Eniecus, Nauarræ Rex alter, vir non minùs integritate vitæ, quàm armis præstans: cum vxore VRRACA, Ferdinandi Gundissalui Castellæ Comitis filia, ab Ordonio IV. Legionis Rege repudiata, fœmina lectissima, grauida & partui iam vicina, per montes & aspera loca incautiùs iter faciens: nec opinato insulto hostium oppressus: fortiter pro fide dimicans interijt A. C. 891. regni XXX. Regina quoque lethali vulnere in vtero confossa perijt, illæso tamen infantulo.

SANCTIVS Garcesius, Rex Nauarræ tertius, vtero matris à Mauris lanceâ perfossæ, à nobili quodam exemptus, diligenterque educatus: à peronibus, calciamenti genere, quo puer vtebatur, Auarca cognominatus: princeps bellicosissimus: Mauris deuictis, & à Cantabriæ ac Pyrenæorum montium finibus abactis, Naiaram ciuitatem recuperauit. Annis regnauit XXXVI. Fatali morte peremptus, siue (vt aliqui produnt) à Comite Castellæ in acie occisus A. C. 927. Sepultus in æde S. Ioannis de la Pegna. Vxor THEODA.

GARSIAS Sanctius, quartus Rex Nauarræ, Tremulus cognominatus: quòd in primo præliorum cõgressu contremisceret, & toto corpore perhorresceret sit solitus: quum alioquin In conflictu fortissimus esset, & omniõ maximè intrepidus. Hic nempe omnibus virtutibus egregio principe dignis cumulatus, maximas sæpe de barbaris reportauit victorias. Post fata sepultus ad diui Ioannis à Pigna A. C. 962. ætatis suæ LVI. regni XXXV. Vxor CONSTANTIA fœmina primariæ nobilitatis ex Asturijs.

VRRACA Alphonso Legionis Rege,
SANCTIA quæ & Tyresia, Ranimiro Castellæ Regi.
MARIA Ordonio Legionis Regi, Inde Othoni III. Imp. Rom.
BLANCA siue BLASQVITA Nugno Cantabriæ Comiti.
} matrimonio sociatæ.

SANCTIVS Maior, Rex Nauarræ vir nõ minus iustitia quàm bello fortis: Cordubam & Toletum Saracenis eripuit: Mauros omnes è Nauarræ, Aragoniæ, Castellæ, Legionis, Portugalliæ, Cantabriæ & Vasconiæ finibus exterminauit: totamque fere Hispaniam Christiano nomini restituit. Qua de causa totius quoq; Hispaniæ Imperator dici voluit. Rebus humanis excessit A.C. 1018. regiminis sui dexterrimè administrati LIV. Sepultus apud Astures in æde S. Saluatoris Ouetanæ ciuitatis. Vxores habuit duas VRRACAM

SANCTIA Garsiam, Ferdinandi Gundisalui F. Castellæ Comitem, à patre duriter in vinculis habitum, oblita sui sexus, oblita dignitatis, animo sumpto plusquàm virili, acceptaque coniugij fide, carcere eductum in Castellam magno suo periculo secuta: matrimonioque est iuncta A. C. 932. Quadriennio ab hinc eodem à Legionensi Rege per fraudem capto, atque in carcere adseruato: peregrinantis induta personam Compestellam, proficisci religionis ergo finxit: factoque per Legionem itinere, copia mariti videndi, & per eam saltem noctem à vinculis relaxandi impetrata; mutatis cum ipso ve
fœminam

fœminam nobilissimã, cuius erat castrum Aiuaris: & ELVIRAM siue Geloriam, quam quidam Maiorem appellant: Garsiæ postremi Castellæ Comitis sororem & ex asse hæredem: cuius nomine Castella põtitus, non se Castellæ Comitem, sed Regem scripsit. *stibus, denuo vicaria illum captiuitate liberauit: memorabile in omne æuum amoris ac fidei coniugalis exemplum relinquens.* *Reges Nauarræ.*

Liberi eius

ex VRRACA:

RANIMIRVS Rex primus Aragoniæ, nouercæ innocentiæ defensor acerrimus. De quo & eius prosapia vide suprà.

ex ELIVRA Sanctij Castellæ Comitis F.

GARSIAS matrem innocẽtem, adulterij ream egit apud patrem, victorem de Mauris redeuntẽ. Quod tantę impietatis facinus non inultum extitit. Etenim à patris oblitu regnum Nauarræ sortitus: dum Castellam quoque Ferdinando fratri armata manu eripere tentat: bello abs eo victus occubuit A. C. 1069. regiminis sui LI.

FERDINANDVS Rex Legionis & Castellæ: cuius prosapiã attulimus suprà fol.

SANCTIVS (alijs Gundissalus) Rex Vasconiæ siue Sobrarbæ, ἄπαις: occisus à quodam Vascone, nomine Tomanerio.

SANCTIVS GARSIAS Rex Nauarræ, occisus in Pœna leni septimo principatus anno, iuxta opinionem quorundam.

BLANCA vxor Sanctij II. Regis Legionis & Castellæ.

SANCTIVS nothus Aiuarium castrum à patre accepit Comitis titulo: apud Rhodam proditoriè occisus.

RANIMIRVS Rex Nauarræ titulo tenus, regni administratiõne tota apud Aragoniæ Reges existente. Vxor ELVIRA F. Roderici Didaci Cydi, ex illustri Comitum Castellæ stemmate oriundi.

GARSIAS Rex Nauarræ, regnum post LVI. annos, quàm ab Aragonibus est occupatum, valde tenue & lacerum virtute sua restituit. Mortuus ex casu equi A. C. 1151. regni XXV. Vxores habuit duas: MARGELINAM F. Rothronis Comitis Perticarum: & VRRACAM Alphonsi Hispaniarum Imp. ex Gontroide sorore Didaci Abiregonis filiam, quæ postmodò nupsit Aluaro Roderici.

SANCTIVS IV. Rex Nauarræ, heros prudens, magnanimus, & in rebus agendis strenuus: vnde & Sapientis cognomentũ tulit: obijt A. C. 1159. regni XLIV. Vxor BEATRIX F. Alphonsi VII. Regis Legionis & Castellæ.

SANCTIA vxor Sanctij Desiderati, Regis Castellæ. *MARGARETA consors Gulielmi Regis Siciliæ.*

SANCTIA sola ex posteriori nata matrimonio, nupsit Gastoni Vicecomiti Bearnensi: & hoc defuncto, Petrõ Comiti Molinensi.

SANCTIVS V. cogn. Fortis, Rex Nauarræ, obijt ἄπαις A. C. 1235. potestatis suæ XL.

FERDINANDVS. miserabili equi casu extinctus Tudeliæ.

BLANCA hæres regni Nauarreni, nupsit *THEOBALDO Henrici Largi filio*, Comiti Campaniæ & Salinarum: defuncto A. C. 1216.

BERENGARIA vxor Richardi Angliæ Regis ἄπαις. *II. Familia.*

CONSTANTIA virgo naturæ satisfecit.

BLANCA vxor Othonis Ducis Burgundiæ.

THEOBALDVS Posthumus, Comes Campaniæ & Briæ; auunculi in regno Nauarræ successor: princeps moderatus & iustus reique bellicæ haud imperitus: duas in Palæstinam fecit expeditiones: semel contra Saracenos, quibus multa loca erepta, Christianæ restituit potestati: iterum contra Alexiam Cypri Reginam: cui quò satisfaceret, S. Ludouico Franciæ Regi vendidit dominium Blosij, Carnutum, & Sancerranum. Obijt A. C. 1254. regni XIX. Elocata ipsi fuerat N. Comitis Metensis in Lotharingia filia: sed à qua fecit diuortium. Nati vero ipsi

Reges Nauarræ.

ex N. Baronissa Belloiocensi, Guiscardi de Belloioco & Sibyllæ Flandræ F.

BLANCA siue IOANNA, vxor Ioannis Ducis Britanniæ.

ex MARGARETA filia Archimbaldi Magni Ducis Borboniæ:

THEOBALDVS II. Comes Campaniæ & Briæ, Rex Nauarræ XIII. Drepanæ in reditu ex Africa ἄπαις extinctus A. C. 1271. regni XVI. Vxor ISABELLA F. S. Ludouici Regis Galliæ.

HENRICVS Comes Campaniæ, Briæ & Ronnai, Rex Nauarræ XIV. Pompelone tertio regni anno defunctus A. C. 1274. Vxor BLANCA F. Roberti I. Comitis Artesiæ.

MARGARETA vxor Friderici Forrei Ducis Lotharingiæ.

ELEONORA nupsit Comiti Fecensi.

PHILIPPVS Audax, Rex Galliæ.

III. Familia.

LVDOVICVS frater consanguineus Philippi Pulcri, Comes Eboracensis, sepultus Lutetiæ ad Franciscanos A. C. 1319. Vxor MARGARETA F. Philippi Comitis Atrebatensis.

PHILIPPVS Pulcer Rex Galliæ, socero in regno Nauarræo surrogatus: obijt A. C. 1314.

IANA siue IOANNA vxor Philippi Pulcri Regis Galliæ, defuncta A. C. 1313.

LVDOVICVS Vtinus Rex Galliæ & Nauarræ, obijt 1316. Vxor MARGARETA Dux Burgundiæ.

LVDOVICVS Longus Rex Galliæ, Nauarræ quoque regnum tenuit exclusa filia Ludouici Vtini, ad quam iure hæreditario regnum spectabat. Obijt A. C. 1321.

CAROLVS Pulcer, Rex Galliæ & Nauarræ, obijt 1328.

PHILIPPVS Comes Eboracensis, vxoris ratione Pompelone Nauarræ Rex inauguratus 1330. obijt A. C. 1343.

IOANNA Regina Nauarræ, defuncta A. C. 1349. VI. Id. Octobris.

CAROLVS Eboracensis, Rex Nauarræ post mortem matris demum regnare cœpit. Obijt sexagenarius A. C. 1386. regni XXXVII. Vxor IOANNA F. Ioannis Regis Galliæ

CAROLVS Rex Nauarræ, & Dux Nemorosi, obijt A. C. 1398. potestatis suæ XII. Vxor ELEONORA F. Henrici II. Regis Castellæ.

ARCEMBALDVS Captalis Burchius. Vxor ISABELLA F. Rogerij-Bernardi Moncadæ Domini & Burggrauij Castelbanij, soror & hæres Matthæi Comitis Bearnij & Fecensis, neptis Gastonis Fecensis.

BLANCA Nauarræ Regina nupsit IOANNI Aragonio, patri ex alia coniuge Ferdinandi Catholici Hispaniæ Regis: defuncto A. C. 1439. XIV. Kalend. Februarij. Regnum Nauarræ hoc ille coniugio obtinuit.

IOANNES Comes Bearnij Foxij, Bigorræ & Moncadæ Dominus. Vxores eius duæ: 1. AGNES Nauarræa, Caroli soror, ἄπαις: 2. IOANNA Albertana.

GASTON Captalis Burchij, à quo Comites Gandalæ orti. Vxor IOANNA F. Philippi Artesij.

IV. Familia.

CAROLVS hæres regni Nauarræ, ante patrem extinct⁹ Barcinone, iuuenis.

BLANCA ab Henrico IV. Castellæ Rege repudiata. Hic inter Nauarræ Reges quidem numeratur, sed ad regnum nō peruenit.

LEONORA Nauarræ Regina, vxor Gastonis Fecensis, vidua post patris obitū rerum potita, cui XV. duntaxat diebus superfuit. Mortua A. C. 1478. III. Non. Februarij.

GASTON Comes Foxij, Bearnij, Bigorræ & Moncadæ: insignem nauauit operam Carolo VII. Regi Franciæ in recuperanda Aquitania. Socero item in recuperando regno Nauarræ, à quo eum pepulerat Carolus F. præsto fuit.

GASTON

Reges Nauarræ.

GASTON Comes Bearnij, Foxij, Bigorræ ac Viennæ; obijt ante patrem: ideo regnum non accepit. Vxor MAGDALENA F. Caroli VII. Regis Galliæ.

MARIA vxor Gulielmi Marchionis Montisferrati.
MAGDALENA vxor Francisci II. Ducis Britanniæ.
CATHARINA nupsit Vasconi Comiti Candallati, parens ex ipso facta *ANNAE Reginæ Pannoniæ & Bohemiæ.*

IOANNES Fecensis, secundogenitus, Vicecomes Narbonæ. Vxor MARIA F. Caroli Valesij Ducis Aurelianensis.

FRANCISCVS PHOEBVS Rex Nauarræ XXIV. corona aurea Pompeiopoli redimitus A. C. 1481. Obijt ἄτεκνος anno proximo. Sepultus Lescarij apud Bearnos.

CATHARINA Regina Nauarræ XXV. Comes Fecensis, Bearnij, Bigorræ ac Viennæ: nupsit *IOANNI Alani F. dynastæ Albretano*, qui cum ea regnũ accepit. Cum Ludouico XII. Francorum Rege arma hic iunxit contra Venetos, Hispanos, Germanos, ac Iulium II. Pontificem Romanum: copiarum duce vsus Gastone Fecensi. Quam ob causam quum à Iulio II. Pontifice proscriberetur & excommunicaretur: Ferdinandus Catholicus Pompeiopolim & vniuersam penè Nauarræam ditionem, pulso ipso, occupauit: paucis ipsi arcibus ac oppidulis relictis: vterque tamen regium Nauarræ nomen retinuit.

GASTON Comes Fecensis, Dux Nemurci: ad Rauennam contra Iulium II. Pontificem & Hispanos comminùs pugnãs, gloriosa victriciq; morte occubuit ἄτεκνος A. C. 1512. Vxor MARIA F. Caroli I. Ducis Borbonij.

GERMANA nupsit Ferdinãdo Regi Aragoniæ, dehinc Ferdinando Regi Calabriæ. Mortua ἄτεκνος.

V. Familia.

HENRICVS Albretanus Rex Nauarræ XXVI. titulo tenus, Comes Bearnij, Foxij, Bigorræ, & Armigniaci: princeps singulari bonitate, & pacis studiosus: obijt Anno C. 1555. Vxor MARGARETA Valesia, soror germana Francisci I. Regis Franciæ, vidua Caroli Alenconij, obijt A. C. 1549. 21. Decemb.

CAROLVS ad Neapolim extinct' ἄγαμος.

ANNA Comiti Candallati desponsata, ante nuptiarum diem obijt.
ISABELLA nupsit Dynastæ Robanensi.
CATHARINA, GVITERIA } moniales.

IOANNA Albretana, Regina Nauarræ, vndecim annorum puella, inuito vtroque parente, desponsata Gulielmo Duci Iuliacensi; sed à quo ante nuptias separata, nupsit Antonio Vendomio Lutetiæ Parisiorum, quo profecta erat ad apparatum nuptiarum filij, venenato chirotecarum munere cuiusdam Itali necata A. C. 1572. ætatis suæ XLII. VI. Id. Iunij.

ANTONIVS Borbonius Dux Borbonius, socero in reliquias fortunarum (meliorem namque partem Ferdinandus Catholicus iam antè occupauerat) successit, ex dote vxoria assis hæres. In oppugnatione Rhetomagi globo traiectus occubuit A. C. 1562. ætatis suæ XLV.

HENRICVS Borbonius, Rex Galliæ & Nauarræ Christianissimus: cui Deus Opt. Max. salutaria negotiorum & auxilia clementer suppetat.

GVILIELMI PARADINI ANCHEMANNI.

FRANCORVM REGVM
Series.

PHARAMVNDVS I. Francorum Rex.

ALtera transmisso quærebat Pergama Rheno,
ExScythico emigrans Hectoris orbe genus
Insigni dum me Regem virtute salutat;
Meq́ iubet tanti stemmatis esse caput.

CLODIO CRINITVS.

Regia cæsarie insigni stirps culta nitebat,
Promissas à me docta fouere comas:
Adijciens victor regni incrementa futuri,
Belgica compressi viribus arma nouis.

MEROVÆVS.

Tam Latium afflictum, Francos tam cuncta freme-
Vt foret auxilijs indiga Roma meis. (bant,
Sed miserum obtruncat Catalaunus fusus in aruis,
Gallica pertentans Hunnius arma furor.

CHILPERICVS.

Fœmineum attrectans seu vi, precioue pudorem,
Iure fuga pœnas, exilioque luis.
Vidomari in solium mox Principis arte reductus,
Cælitus afflictus, desijt esse procax.

CLODOVEVS PRIMVS CHRI-
stianorum Regum.

Ethnica primus ego ad sacrum deliria fontem
Expurgans, Christi sacra professus agor.
Hinc noua suggessit cæli fiducia vires:
Sensit & hostis ope numinis arma geri.

CHILDEBERTVS.

Exigit ingentes fratris pro sanguine pœnas,
Burgundumq́ plagas Celtica regna domat.
Hesperia & reget fratrum pius agmine fundit:
Cumq́ sacris spolijs victor & vltor abit.

CLOTARIVS I.

Fratrum morte auctus, sed dirus cæde nepotum,
Fit regnorum hæres imperijq́ potens.
Dum sitis exagitat proprij te sæua cruoris,
Ab tinile iterum cogit ad arma scelus.

CHEREBERTVS siue ARIBERTVS.

Deficis à sancta malesanus coniuge: tuisne
Aula lupanar erat, prostibulumque domus.
Præsul & hunc pellit cætu Germane piorum:
Subdita quòd scortis scepera duobus erant.

CHILPERICVS.

Pignoribus cæsis, iugulata vxore, penates
Cæde palam diræ pellicis implet amor.
Inde cruenta subest, ac digna libidine merces:
Illius insidijs captus & ipse cadit.

CLOTARIVS II.

Tam procul à vitio patris. quàm dissidet ausis:
Quamque etenim hic lenis tàm fuit ille ferox.
Nec matris meliore ortus de semine: nasci
Exq́ parente m lo miror vtroque bonum.

DAGOBERTVS I.

Dum sacro patrem fugiens obdormit in antro;
Obuersante illi numine, sensit opem.
Rex tibi mox Machari templum pius excitat ingens:
Quod tandem elatis regibus vrna foret.

CLODOVEVS II.

Illecebris captum Veneris, luxuque fluentem,
Præcipitem in clades improbus egit amor.
Atque ausus manibus sacrum attrectare profanis:
Cælitus emota mente, furore vagor.

CLOTARIVS III.

Cordis inops, & mentis iners, animique remissus,
Et curis pecudum more solutus agens:
Præfectum regni curas deuoluit in vnum:
Vanaq́ nil præter nomina regis habet.

CHILPERICVS II.

Hunc cum dilecta venatu vxore reuersum,
Quem flagris cædi iusserat antè, necat.
Dumq́ potestatem regni sibi vendicat aulæ
Præfectus: regum nil ipsi nomen erat.

THEODORICVS I.

Ad pia damnatus monachorum ergastula primùm,
Impia quòd vulgò trux Ebroinus agit.
Rursus & elapsum sceptris, in regna reducit:
Moliturq́ iterum dira tyrannus atrox.

CLODOVEVS III.

Me nondum insanis assuetum motibus aulæ,
Ignarum thalami, coniugijque rudem,
Iam menses vix quinque puer quum iura tulissem:
Ad sua mors Regem iura, forumq́ vocat.

CHILDEBERTVS II.

Nos Maia in vulgus soliti prodire calendis:
Accipere & nostræ publica dona tribus.
Munia tunc equitum præfecto ineunte, quieui:
Nil nisi quum regis truncus & vmbra forem.

DAGOBERTVS II.

Quum statua & caudex, ego Rex, & larua sederem
Segnis, & in solij vertice pondus iners:
Bellaces equitum moderantur frena magistri:
Et pacem, inducias, fœdera, bella, iubent.

CLOTARIVS IV.

Post emota mei regni de cardine fratris
Pignora, Ranfredus cum Daniele furit.
Me tamen eiecto in solium Daniele reuexit
Inclytus Abdirama Carolus arma domans.

CHILPERICVS II.

Sacrificus fueras, Regem sors lubrica fecit:
Sublimiq́ ruens voluitur inde gradu.
Et tamen hunc ridens iterum fortuna reuisit:
Rursus & instabili tollit in astra ioco.

THEODORVS CALA.

Trans gelidā exagitat dum Carolus arma Pyrenen,
Sector & ipse feras, delicijsque fruor.

Ille animi petit illecebras, ego corporis vtor:
Illum hominem dicas, me redolere feram.

CHILDERICVS III.

En quò me miserum prouexit inertia Regem,
Cui ferus èxtorsit sceptra paterna cliens!
Principia vt regum sunt stemmatis ista secundi,
Finis ab antiquo semine stirpis idem.

PIPINVS PRIMVS ALTErius stemmatis.

Francia me frenis eiecto admonuit tueri,
Quod flamen, vulgus, nobilitasque probant.
Ipsa satis virtus sibi sit licèt ardua merces:
Hanc tamen inuitam publicus ambit honor.

CAROLVS MAGNVS AVGVSTVS.

Numinis Augustum pietas, & bellica virtus
Fecit: & vt toto summus in orbe forem.
Teutonis & Franca me vendicat, inclyta gentis
Posteritas: vnquam vix habitura parem.

LVDOVICVS PIVS AVG.

Insignis pietas, & par clementia, nomen
Edit: & in natos exitialis amor.
Natorum patrem impietas in vincula ducit:
Quorum animos tandem vix Metanæa domat.

CAROLVS CALVVS AVG.

Fontonicæ licet hic fratrum certamine cladis
Victor, in exitium seque suosque trahit.
Nulla vnquam fusum meminit tot sanguinis ætas:
Supplicio hoc fuerat vincla luenda patris.

LVDOVICVS BALBVS AVG.

Imperij procerum frustra obtestante senatu,
Huic profugus flamen cingit ab vrbe caput:
At vix dum geminos Cæsar ius dixerat annos,
Quum iuuenem cogunt tristia fata mori.

LVDOVICVS & CARLOMANVS.

Nos licèt obscurâ nati de pellice fratres,
Finibus eiecto iura Bosone damus.
Dum fruimur sceptris, èxpectabatur ab almo
Posthumus: & regni spes pia venter erat.

CAROLVS CRASSVS.

Pannonias acies, Danorumque agmina fundit:
Ac victis sedes Neustria rura dedit.
Quumq; refrixisset vix mentis & indolis ardor:
Imperij princeps suscipit alter onus.

LVDOVICVS CVNCTATOR.

Segnis eram, sed sunt qui cunctatoris adumbrant,
Virtutisque tegunt nomine, crimen iners.
Me cum Vestali stupri ob commertia, regno
Eiectum, cogit mulcta pudore mori.

O T H O.

Danorum ferro atq; foco crassantibus armis,
Quum spes in puero Rege nec arma forent,
Euehit Audinæ procerum vox stirpis Othonem:
Qui Danos Franco victor ab orbe fugat.

CAROLVS SIMPLEX.

Legitimus princeps, & Balbi posthuma proles,
Vix tandem assequitur iura paterna senex:
Northmannosque agris donat, pia sacra professos:
Ab dira illectum fraude Perona necat.

RVDOLPHVS BVRGVNDIO.

Simplice blanditijs Heberti in vincla redacto:
Elgina cum nato pulsa Britanna fugit.
Extorquetque ferox vi vincto sceptra Rudolphus
Commoda raptori non paritura diu.

LVDOVICVS TRANSMARINVS.

Factus ab èxilio Rex ad suspendia misi
Desertorem illum, carnificemque patris.
Ne tamen in vinclis captum me Danus haberet,
Tædia tunc nattus carceris obsit adit.

LOTHARIVS.

Cæsaris Austrasiam exturbans vexilla recepi:
Et mea sunt armis adsita regna meis.
Hinc Carolo tandem cessit Lotharingia fratri:
Constitit & regni paxque fidesq; meo.

LVDOVICVS V.

Me pater innocuæ ætatis, teneræque reliquit:
Solus vt ex regum semine præda forem.
Lethifero me dira petit dum Blanca veneno,
Inuadit viduas Rege Capetus opes.

HVGO CAPETVS, PRIMVS tertij stemmatis.

Mentitur mihi fama loquax, genus esse pudendum,
Maternis quum sim regibus ortus auis.
Me nouus euexit stimulis virtutibus ardor:
Vt longo Regum tempore sanguis hebet.

ROBERTVS PIVS.

Pacis amans, rectique tenax, clarusque Camœnis,
Assiduo, & cultu sacra, Deumque colens:
Dum sacris operans modulis, pius assidet vrbi,
Mœnia sunt capto strata repente loco.

HENRICVS I.

Campanus mihi bella Comes, Flandrusq; cierunt:
Iratoque in me classica fratre canunt.
At fraternus amor cædi, ferroque percepit:
Sanguinis vt proprij est stirps generosa memor.

PHILIPPVS I.

Flaminis à fœdo reuocat me fulmen amore,
Ad sacram vxoris coniugijque fidem.
Deceruitq; sacrum synodus Gergobia bellum,
Subdidit Eoas quo sibi Vesper opes.

LVDOVICVS CRASSVS VI.

Hic opibus primùm sacris infestus, in ædes
Conuertit vecors tela facesq; Deûm.
Quod luit elato maioris funere nati.
Inde timens cæpit numinis esse magis.

LVDOVICVS IVNIOR VII.

Tentantem voto Syriam infelicibus armis,
Re infecta, cogit Græca redire fides.
Vxorem alterius pia post diuortia duxit:
Nascitur expressum cælitus vnde genus.

PHILIPPVS AVGVSTVS II.

Treis Anglos Reges Neustrensibus exuit agris,
Acconisque arces ense, sociiq; domat.

Et capit insigni victum certamine Flandrum:
Inque fugam Othonis Cæsaris agmen agit.

LVDOVICVS IIX.

Santonicis Anglos, pictisq; exturbat ab oris:
Inque suos cogit signa Britanna lacus.
Errorem vlciscens infandum, mœnibus vrbes
Ferro Auarum nudat, Tectosagumque domos.

D. LVDOVICVS IX.

Omnibus antetulit Christi pia numina regnis:
Idque piâ didicit de genetrice puer.
Sustinuit longe patrijs auectus ab oris
Aeger, ad obsessam classe Tuneta mori.

PHILIPPVS III.

Præditus insigni monitis virtute paternis,
Et fortis, & sancto digna parente gerit.
Hoc rege immanis cædit Trinacria Francos:
Hinc Siculus vulgò nomina Vesper habet.

PHILIPPVS PVLCER IV.

Me Flandrus varijs victorem exercuit armis,
Expertus pugnis fata sinistra tribus.
Inde ciens diras Bonifactia tempora turbas:
Auctor & in rabiem se canis instar agit.

LVDOVICVS HVTINVS X.

Augerium fœdâ damnaui veste Marinum:
Cui Stygijs pollens artibus vxor erat.
Atria dicendo struxit regalia iuri,
Qui Carolo obiectis sordibus arte luit.

PHILIPPVS LONGVS V.

Hutino ante diem paulò antè ad sidera rapto,
Successit luces posthumus octo puer.
Extinctoq; breui (submotis lege puellis)
Ad regnum Salico iure, propinquus ager.

CAROLVS PVLCER.

Fratribus elatis, sacro ceromate Remis
Auguror: vt Francis regia iura darem.
Anglicolas cogens ad pacta fidemque, professos
Esse sub imperijs rura Aquitana meis.

PHILIPPVS VALESIVS.

Ad Casilam Flandros affeci clade rebelles;
Sed grauis exacto primus in ære feror.
Abstulit & victo mihi Cressia pugna Caletos:
Et pereunt ingens classis & arma mihi.

IOANNES.

Me gener infestis inuadens Cantaber armis,
Euocat in fines signa Britanna meos,
Fusus & à paucis ingens exercitus Anglis,
Me vinctum, & populos ære maloq; grauat.

CAROLVS V. SAPIENS.

Hic Sapiens, per scripta magis quod vicerit hostes,
Quàm ferro, & nullo cinxerit ense latus.
Iuris & vsque tenax, obseruantissimus æquis
Hinc sacer adiuuit numinis arma fauor.

CAROLVS VI. MENTE MOTVS.

Vindictæ incumbens, oblitus numinis vltor,
Conuulsa cerebri funditus arce furit.

Hinc solium bellax inuadit, & insidet Anglus:
Et res in præceps publica pulsa ruit.

CAROLVS VII.

Adstitit vt nulli Regum præsentior æther,
Non etiam auxilij tam fuit alter egens.
Expulit immites Francis è finibus Anglos,
Cælitus immissâ virginis vsus ope.

LVDOVICVS XI.

Ingenium versans in parteis callidus omneis,
Versutumq; animum relligione tegens:
Depressit proceres, tenues euexit in altum:
Nec nisi mens pacis morte quieuit inops.

CAROLVS IIX.

Chalcidicas arces, atque Appula regna domantem,
Horret Auentinâ clausus in arce senex.
Parthenope ad Siculos auersa reuoluitur hostes:
Hinc acies, sumptus, Rexq; repente perit.

LVDOVICVS XII.

Magnum erat Insubrem vinctum abduxisse tyrannum:
Euganeosque graui fundere strage duces:
Clarius ablatis populi ceruice tributis,
Officio fungi Regis, & esse patrem.

FRANCISCVS I.

Nec letis fidens, nec fractus mente sinistris,
Fortunam alternis mensus vtramque sagax.
Quin maior fatis animo eluctatus iniquis:
Maximus euectis artibus vsque parens.

HENRICVS II.

Teutonas ac Thuscos ex seruitute resolui,
Senseruntque meam Rhenus & Arnus opem.
Inque fidem Caletos, post secula bina reduxi;
Quod dudum Reges non potuere nouem.

FRANCISCVS II.

Aureliam ordinibus iura ad condenda vocatis,
Abscessu enato est raptus in aure puer.
Motibus ô felix iuuenis subductus obortis,
Atque malis, quæ fors deteriora tulit.

CAROLVS IX.

Nos excetra ferox afflat ciuilibus armis:
Insurgitq; nefas pronus ad omne cliens.
Paxque reculta furit, pietatis perlita fuco:
Meque dolore adigit ciuica rixa mori.

HENRICVS III.

Me licet abductum legit sibi Sarmata Regem:
Ad mea me patria regna reuexit amor.
O Deus, armorum satis est: sat sanguinis haustum:
Da quandoque pijs pacis amore frui.

HENRICVS IV.

Borbonia me gente satum, regemque Nauarræ,
Legitimum hæredem nuncupat ipse sibi.
Henricus moriens indigno vulnere: Francis
Impero lege, simul rege iubente meis.

N. R.

STIRPIS INCLYTAE VVITIKINDEAE

Stemma Quartum

COMITVM RINGELHEIMIORVM ET OLDEMBVRGIORVM: VNDE HODIERNI REGES DANIAE & NORVEGIAE, Cæteri item SLESVIGAE & HOLSATIAE Duces: necnon Comites Dermenhorstiani procreati.

SERENISSIMIS POTENTISSIMISQ. Principibus ac Dominis

D. CHRISTIANO IV. REGI DANIAE & Noruegiæ,

D. HVLDRICHO, & D. IOANNI FRIDERICI II. REGIS DANIÆ F. F. F. inclytis:

D. IOANNI, eiusque Filijs, D. CHRISTIANO, D. ERNESTO, D. ALEXANDRO, D. AVGVSTO, D. IOAN. ADOLPHO, D. FRIDERICO & D. PHILIPPO

Item

D. IOANNI ADOLPHO & D. IOAN. FRIDERICO Fratribus Germanis, D. ADOLPHI F. F.

Principibus Noruegiæ, Ducibus Holsatiæ, Slesuigi; & Dietmarsiæ, Comitib. Oldemburgæ, &c.

DOMINIS CLEMENTISS.

D. D. D.

STIRPIS INCLYTAE VVITIKINDEAE

Stemma Quartum

COMITVM RINGELHEIMIORVM ET OLDEMBVRGIORVM: VNDE HODIERNI REGES DANIAE & NORVEGIAE, Duces item Slesuigæ & Holsatiæ procreati.

Comites Ringelheimij.

VALPERTVS, VVitikindi magni nepos, Dux Saxoniæ, Angriç, VVestphaliæ & Nordalbingiæ, primus Comes Ringelheimius: cœnobium VVildeshusium (alijs VVitingohusium) à patre inchoatum absoluit: & Romam profectus A. C. 846. reliquias S. Alexandri, filij B. Felicitatis (si credere par est) à Leone Pontifice acceptas, in illud transtulit. Sepultus in VVildershusensi cœnobio iuxta patrem A. C. 856. Vxor ALTBVRGA siue ADELBVRGA filia vnica Comitis de Lesmona: in cuius memoriam de nomine eius arcem Alteburgum, infra VVilshusiam & Bremam, extruxit: vnde Comitatus Alteburgensis siue Oldenburgius nomen accepit.

Comites Alteburgij.

THEODORICVS I. Comes Ringelheimensis & Alteburgius. Vxor REINHILDIS Comitissa Mersburgensis & Alteburgensis.

REGINOBERTVS siue Regenbert⁹, Dux Angriuariç & VVestphaliæ, Comes Ringelheimius: gentiles suos à Danorũ incursionibus liberauit A. C. 918. De eius prosapia vide signum. *

THEODORICVS II. Comes Ringelheimius & Alteburgius, nobilis dynasta in Saxonia, floruit circa A. C. 910. Vxores habuit duas: REINHILDIM Comitissam Cleuensem: & Hedwigin Comitissam Marchiæ.

VVITIKINDVS IV. Stirps MARCHIONVM Montisferratensiũ: de quibus sub stẽmate quinto.

IMMODVS à quo prosapia COMITVM & DVCVM SABAVDIAE: de quib⁹ stẽmate sexto.

SIGEFRIDVS siue Sifridus Marchio Brandeburgius primus, & Procurator Saxoniæ cõstitutus ab Henrico Aucupe A. C. 927. Henricum Ducem Saxoniæ & Boiariæ, Cæsaris F. educauit. Obijt A. C. 940. *ienus.* Vxor MAGDALENA F. Alberti III. Comitis Ascaniæ, Mortua A. C. 938.

*VVITIKINDVS vltimus Comes Ringelheimius, *dxaut.*

SIBOLDVS Comes Ringelheimensis, interfuit prælio Vngarico A. C. 933.

OTHO Comes Alteburgius, Dynasta Rustringiæ, Ammerlandiæ & Broickmariæ: vixit in castris Othonũ Primi & Secundi Impp. Vxor MATHILDIS Comes Aluesleuiana.

MECHTILDIS Comes Ringelheimẽsis, coniux Henrici I. Imp. Rom. nobilissima & castissimæ pudicitiæ fœmina: mortua pridie Iduum Martij A. C. 969. sepulta in Quedlinburgensi cœnobio.

IOANNES Comes Alteburgius, Henrico II. Imperatori contra Saracenos & Græcos in Italia A. C. 1007: & decennio post contra Polonos militauit. Tenuit arces Mellum circa mare, & Iadele ad Iadam fluuium, à maioribus ædificatas: ex quibus Frisios ad Grœningam vsque domuit. Vxor RICHSA F. Sigefridi I. Comitis Stadensis.

CONRADVS Comes Aluesleuianus.

THEODORVS Comes Aluesleuianus.

MILO Comes Aluesleuianus litem conatu irrito mouit Elimaro propter Comitatum Aldeburgium.

HVNO cognomine Gloriosus, Comes Aldeburgius, quum Frisios, qui ab ipso ad Albertum Bremensem Archiepiscopum defecerant, summis viribus in ordinem redigere tentaret: ab hoc criminatus est apud Imp. Henricum IV. Goslariam

RIXA nupta Haioni dynastæ Frisiæ.

viam itaque ad causam dicendam citatus: quum dicto audiens non esset: in suspicionem venit Archiepiscopo frigidam suffundente, ac si cum Imperij hostibus colluderet: reusque crimine læsæ maiestatis est damnatus. Iterum peremptoriè citatus, Imperatorem accessit: & sententiam capitalem in iudicio recitari audijt. Quæ quum mutari neutiquam posset: Imperator eam ita disposuit: vt, si vitam redimere vellet, cum feroci leone certaret: id quod filius pro parente grandæuo in se recepit. Quare, Deo omnia bene fortunante, feliciter gesta: cœnobium Benedictinum in Radstede, quod metipse erexerat, ingressus: in eo consenuit. Vxor GVILLA F. Dedonis Comitis Vechtensis. Comites Oldemburga.

FRIDERICVS Comes Alteburgius in hac linea postremus: pro patre senio confecto ad bestias condemnato, pietatis ergo certamen cum leone suscepturus Gorslariæ: fictitium quendam virum, pinguedine carnis illitum, in aream præmisit: quo à leone famelico prostrato, ipse eum subsecutus, leonem, pinguedinem auide lingentem, ense transfixum iugulauit: sicque periculum euasit. Henrici quoque Crassi, Ducis Saxoniæ ad visurgim & Comitis Northeimij, auxilijs munitus cum Frisijs feliciter conseruit. Parentis tandem monitu & instinctu, Elimaro amitino & agnato principe testamento herede scripto: in eodem cœnobio Radstedensi vitam exegit cælebs.

*

H AIO Dynasta Frisiæ, Reginoberti Ducis Angriæ & VVestphaliæ, Comitis Ringelheimij, nepos siue pronepos. Vxor RICHSA F. Ioannis Comitis Alteburgensis.

ELIMARVS siue EILMARVS I. Dynasta Frisiæ, cum amitino Friderico Frisios debellauit: à quo postea hæres scriptus, Comitatum Alteburgensem ad suam transtulit prosapiam. Vxor RICHSA siue RICHENSA F. Dedonis Comitis Stadensis & Dithmarsiæ.

ELIMARI II. prosapiam require sub signo *.

BEATRIX vxor Friderici Comitis Anvvertensis, commorantis Elmendorffi.

IOANNES I. Comes Alteburgius.

IOANNES Comes Alteburgius, partes fouit Henrici Leonis Electoris & Ducis Saxoniæ: qui ipsi restituit arcem Alteburgum: inque vxorem collocauit CATHARINAM Obotritam. Eius fortasse filij fuere

VVILLEBRANDVS Episcopus Padebornensis & Vltraiectinus: bis in Palæstinam profectus: sepultus Traiecti in cœnobio suo S. Seruatij A. C. 1233.

BVRCHARDVS Comes Alteburgius, occubuit in priore prælio Gerardi Archiepiscopi Bremensis cum Stedingis A. C. 1233.

N. Comes Alteburgius.

OTHO Archiepiscopus Bremensis, quum propter decrepitam ætatem ad gubernationem minùs esset idoneus: Administratorem sibi adiunxit fratruelem. Obijt A. C. 1349.

MAVRITIVS Decanus Ecclesiæ Bremensis, à patruo Archiepiscopatus Administrator esse iussus: bellum gessit grauissimũ cõtra Godefridum Comitem Arnsbergiũ, & Episcopum Osnaburgensem, Othoni patruo Archiepiscopatu à clero surrogatum A. C. 1549. quo Bremenses fudit: & vrbem ipsam obsidione cinxit: quam tamen breui, peste in vrbe horribiliter grassante, sponte soluit. De finibus quoq; contendit cum Gulielmo Lunæburgio, qui arcem, Leonis pontem, ad VVummam construxerat. Occisus tandem in prælio contra Rustringos A. C. 1368.

CHRISTIANVS Comes Alteburgius, perijt in prælio, quod Bremensis gessere contra Rustringos in Blexen: in quo ne nuncius quidem tantæ cladis superfuit A. C. 1368.

CONRADVS Comes Alteburgius, vindicaturus necem patris & agnatorum principum, anno proximo 1369. denuo in Frisios mouit: à quibus acie victus, desideratis suorum quingentis, domum inglorius repedauit.

GERARDVS occubuit cũ patre, patruo, & Gõrado Brockhuano in Frisia A. C. 1368.

IOANNES Comes Alteburgius. Vxor ANNA F. Othonis Comitis Delmenhorstensis.

Comites Oldenburgæ.

IOANNES OTHO. CHRISTIANVS, GVLIELMVS
Vltimi Comites Alteburgij ex Ioannis stirpe.

ELIMARVS II. Comes Alteburgius, vixit circa A. C. 1120. Vxor HELICA F. Othonis Comitis Cappenburgij.

CHRISTIANVS Comes Alteburgius, bellator fortis & industrius (vnde Animosi & Bellicosi cognomenta meruit) cum reliquis Imperij procetibus se opposuit Henrico Leoni Saxoniæ Electori: collectaq; Frisiorum manu, arcem VVeige est demolitus; Bremamque cepit: sed quam Leone hostilibus copijs reuerso deserens, Alteburgum profugit: vbi obsessus, pensum vitæ terrestris absoluit. Mors eius tamdiu dissimulata est, donec hostis obsidionem soluit. Vxor CVNEGVNDIS vltima Comitissa in Loken.

HENRICVS Comes Alteburgius. Vxor SALOME soror germana Henrici Comitis Geldriæ.

OTHO Præpositus Bremensis.

HENRICVS cogn. Humilis & Largus, Comes Alteburgius: in altero prælio Gerhardi Archiepiscopi Bremensis contra Stedingos, in quo sex hostium millia cecidere, fortiter pugnans occubuit VI. Kal. Iulij A. C. 1234.

Filia N. vxor VVitikindi Stumpenhusani, Geronis F.

GERARDVS Comes Alteburgius, monachum induit.

CHRISTIANVS Comes Alteburgius, terram Sanctam ingressurus, haud sine fratris consensu interemptus dicitur: quum contra Frisios pro Hartuico Bremensi Archiepiscopo fortiter pugnasset.

MAVRICIVS Comes Alteburgius, auxiliaribus iuuit copijs Adolphum III. Comitem Holsatiæ aduersus Canutum Daniæ Regem A. C. 1201. nec non cum Simone Teclæburgio & Bernardo VVœlpensi postea adhæsit Othoni Cæsari contra Philippum. Senex gubernatione filijs concessa, reliquum vitæ, religioso illius seculi instituto, in cœnobio exegit. Vxor N. Comitissa Schualenburgica.

OTHO Comes Alteburgius, in diuisione cum fratre Comitatus partem sortitus, Hoiensi conterminam & ciuitati Bremensi: ad riuum Dalmæ extruxit arcem Delmenhorstum A. C. 1247. Obijt *anno*. Vxor N. Comitissa Ritbergica.

MAVRITIVS Canonicus Coloniensis & Bremensis.

CHRISTIANVS Comes Alteburgius, in diuisione meliorem partem arcis Alteburgicæ cum VVesterburgo obtinuit: fraternisq; auxilijs cũ Hoiensibus bello decertauit. Vxor MATHILDIS Comitissa Sladensis ad Hateiniam.

CVNEGVNDA nupsit N. Dynastæ Bröckhorstiano.

IOANNES Comes Alteburgius, in Broickmerlandiæ loco Aurich, cũ fratre & agnatis Comitibus templum erexit. Vxor ANNA Comitissa Hoiensis.

OTHO Comes Alteburgius, Delmenhorstæ nouum instituit Collegium A. C. 1265. Decessit *anno*.

THEODORVS Teutonici Ordinis Magister in Borussia.

Comites Delmenhorstani.

IOANNES Comes Alteburgius & Delmẽhorstanus: cuius prosapiam require fol. seq. sub signo ✠.

CHRISTIANVS Comes Alteburgius & Delmenhorstanus, princeps pius, humanus doctus, eloquens Parisiensis Academiæ alumnus, literatorum mæcenas egregius: Comitatum Delmenhorstanum in paternarum ditionum partitione sibi suisq; retinuit. Vxor Gertrudis Comitissa Marcana.

OTHO Canonicus Bremensis.

CHRISTIANVS Comes Delmenhorstanus. Vxor LVIDGARDIS Comitissa Bröckhorstiana.

OTHO Comes Delmenhorstanus, Comitatum hunc Bremensi assignauit Ecclesiæ, oppignorauitq; 3000. marcarum Bremensium A. C. 1417. hac tamen lege, si filius soluendo non esset: & vt ille Archiepiscopus crearetur. Vxor RICHSA Comitissa Teclaburgica.

OTHO Comes Delmenhorstanus, cum Conrado Alteburgio eiusmodi pepigit fœdus, in quo & frater consensit: ne quis ex hac familia quicquam peregrino alicui vel venderet, vel oppignoraret, vel etiam elocaret, citra alterius partis consensum A. C. 1360. Vxor MARGARETA Comitissa Benthæmia.

ANNA nupta Ioanni, Conradi F. Comiti Alteburgio.

NICOLAVS

Comites Delmenhorstanij.

NICOLAVS Archiepiscopus Bremensis inauguratus XIII. Kal. Februarij A. C.1421. vnanimi Capituli consensu, spe potiundi Comitatus Delmenhorstani; bienuio pòst à Ducibus Brunsuigijs acri bello est infestatus. In bello, quod anno abhinc quarto intulit Focconi vken Frisio, captus: absque λύτρῳ tamen est dimissus. Militem quoque scripsit aduersus Ioannem Hoiensem, qui Harpstedem arcem oppugnauerat A. C.1430. Viribus tandem suis diffidens, in Coadiutorem elegit Othonem Claudum Ducem Brunsuigium: qui quum administrationem propter ciuium discordiam suscipere nollet: ipse quoque, Archiepiscopatu resignato Balduino à VVonden Abbati Luneburgio, Delmenhorsti decessit Nonis Aprilis A.C.1435. Sepultus Bremæ.

ADELHEIDA coniux Theodorici Comitis Aldeburgij.

✠

Comites Oldemburge.

IOANNES Comes Alteburgius & Delmenhorstanus, cum Christiano fratre summa concordia & æquo iure patrui Othonis hæreditatem possedit per annos XXXIV. ad annum vsque salutis humanæ 1334. quo facta diuisione Alteburgieam sortitus est regionem. Pro nepotibus ex fratre bella gessit grauia aduersus Giselbertum Bronshorstianum, Bremensem Archiepiscopum: ope & auxilio Gulielmi Principis Luneburgij. Florenti ætate adhuc quum esset, supra modum fuit prodigus: omnia canibus ac scortis impendens, intantum vt ad summam redigeretur paupertatem: ætate autem grandior, mores corrigens, honestati & pietati totum se dedidit: delictorumque seria acta pœnitentia, piè diem clausit supremum. Vxor MARGARETA Comes Lippiensis.

CONRADVS Comes Alteburgius, patris nec non ciuium Alteburgiorum atque Amerlandiæ ope, hostes (1345.) Alteburgo eiectos, fumo vaporeque ignis ad pagum Tungel fugauit, strauitque: ciuium autem Alteburgiorum, ob præclara merita, priuilegia confirmauit. Pro Mauritio Comite agnato, Archiepiscopatus Bremensis Administratore, ipsaque vrbe Bremensi, magna & diuturna gessit bella, contra eiusdem Archipræsulem Godefridum, bellique istius socium Gerardum Hoiensem: quibus durantibus, in vrbem intromissus, seditiosos ciues compescuit: & de eorundem antesignanis digna supplicia sumsit A. C. 1366. Nouissimè hostili in terram Butiarensem animo ingressus: fortiter pugnans occubuit: heros doctus, eloquens, forma insignis, in rebus gerendis dexter, in templa beneficus, pius, liberalis. Liberi eius

IVTHA consors Rudolphi Comitis Diepholitani.

ex N. Comite Hoiensi, vxore prima:

CONRADVS Comes Alteburgius: Alteburgi in parochia Lambertina collegium Canonicorum instituit: & in Frisios aliquoties feliciter mouit. Vxor INGELBVRGA Othonis Schouenburgici F.

GERARDVS cum patre cæsus in terra Butienensi.

MAVRICIVS Comes Alteburgius, priuilegia vrbis Alteburgi ex patris iussu denuo confirmauit 1381. Cæterùm Bremensibus cōtra Rustringos siue Butiadas Iadæ fluminis accolas suppetias ferens: hostes Hetam trāscūtes per pōtem ex nauigijs factum, tripartito aggressus exercitu vicit feliciter 1400. Iuuit & Ioann. Slamstorpiū Bremēsem Archimystā cōtra Bernardū ac Gubelmū Duces Brūsuigios ac Luneburgios: quo bello interuētu Senat⁹ Luneburgij sopito, naturę psoluit debitū A.C.1416.

IOANNES adolescens extinctus.

ex CVNEGVNDA Comite Diepholtiana:

CHRISTIANVS Comes Alteburgius, Coloniæ bonis literis inuigilans sacris istic est initiatus: sed relicto sacerdotio, vel inuito fratre, vxorem duxit AGNETEM Comitem Honsteiniam.

Ad THEODORICVM Comitem Alteburgium & Delmenhorstanum, agnatis Comitibus defunctis, tota hęreditas iterum est deuoluta. Quamuis enimuerò ditionem Delmēhorstanā ad se rapere Capitulū Bremense voluit: quum tamē illi opponeret decretū de nō alienando inter patrueles factū: in eo acqe scere illud oportuit. In bello Nicolai Bremensis Archiepiscopi cōtra Focconem Vken Frisium, fuga p paludes vix elapsus, vitā

CHRISTIANVS Comes Alteburgius, arcem ad Iadam fluuium extruxit, Vrieiadeque dixit. Bremensibus, quòd Fredeburgū aduersus Diddū Lubbeum Capitaneū Frisiorū construxissent: præsidioq; firmassēt, inauspicatò bellū indicēs; eo captus, caueæ inclusus, & Bremā abductus: non, nisi tractu VVordensi illis tradito, dimissus est. Retrāsacta, ne sic quidē quieuit: q.n naues iisdem cursorias ademit:

Sepultus

Comites Oldemburgæ. Sepultus Rastedij cum vxore ANNA Magni Torquati Ducis Luneburgi F. Heros pietatis ac iustitiæ laude iuxta præclarissimus.

ANNA vxor Othonis Comitis VValdeccij.

INGELBURGA consors Occonis Capitanei in Aurich & Broemertandia à Fockone Vken ipsius Præfecto eiecta.

seruauit A.C.1427. Rebus humanis exemptus Delmēhorsti A.C.1440. In eius fuit cōsortio primum ADELHEIDA Delmenhorstana, soror germana Nicolai Archipræsulis Bremensis, ducta anno 1401: qua absq; liberis defuncta, ad secundas ille nuptias transiens anno 1423. sociauit sibi HEDVIGEN siue Heiluigen, viduam Balthasaris Megapolensis: sororem Germanam Gerardi & Adolphi Ducum Slesuigæ & Holsatiæ: quas illa terras post illorum obitum ad maritum attulit.

quas militibus & bombardis instructas, Sibethi Capitanei instinctu misit in terram trās Iadam, vt eam de popularentur: quæ tamen ab incolis fortiter sunt repressæ. Obijt ἄπαις.

CHRISTIANVS Rex progenitor Regum Daniæ & Noruegiæ, Ducū Slesuigæ & Holsatiæ, &c.

GERARDVS Bellicosus, Comes Alteburgius & Delmēhorstanus: homo inquietus & turbulentus: primum in patria gessit bellum aduersus fratrem Mauritium & Bremenses; quorum copias prope Siburgum fortiter fudit. In Holsatia deinde, quum aduersus alterū germanum Daniæ Regem (à quo quinquaginta aureorum millia acceperat, vt Holsatia cederet) multa moliretur: bis abs eo ex VVilstermarschia eiectus: vbi ne sic quidem quiesceret à bellis & rapinis, quibus infestabat Bremenses Hamburgenses, Luneburgenses, & Lubecenses mercatores: Delmenhorstum ab Henrico Schvvarzeburgio Monasteriensi Episcopo, ciuitatibus fœderato, obsessum amisit A.C.1481. ac profugus in Gallia exul obijt A.C.1500. Vxor ADELHEIDA Nicolai Comitis Tecleburgij filia.

MAVRICIVS Comes Alteburgius, heroica virtute & doctrina præstans vixit in literis Erphordiæ, Rostochij, & Lutetiæ Parisiorum: tantumq; profecit, vt Baccalaurei Iurisprudentiæ nomen promeruerit. Canonicum egit aliquandiu Coloniæ & Bremæ: qua dignitate, fratribus licet renitentibus, resignata; vxorem duxit CATHARINAM filiam Othonis Comitis Hoiensis.

IACOBVS Comes Delmenhorstanus, ἄπαις.

HEDVIGIS, & ADELHEIDA virgines mortuæ.

ADELHEIDA vxor primum Ernesti Honsteinij: postea Gebhardi Mansfeldij.

Comites Oldemburgæ & Delmenhorsti. GERARDVS, THEODORICVS, & CHRISTIANVS immaturè mortui. ADOLPHVS Comes Alteburgius, & OTHO Canonicus Bremensis, in Dithmarsia cæsi XIV. Kal. Martij A.C.1500.

IOANNES Alteburgij Comitatus gubernationem, multis annis, patre adhuc superstite, at exule, tenuit. Huius industria virtute ac fortitudine patria rursus aliquātum recreata & amplificata est: Butiadis & Stadlandis Frisiæ populis, licet aliquoties rebellibus, semper tamen receptis atq; subiugatis: quorum in regione Ouelgandam quoque arcem extruxit. Obijt A.C.1526. Vxor ANNA F. Georgij Senioris Principis Anhaltini.

ADELHEIDA vxor N. Domini Plessiani. *IRMENGARDIS nupsit Herrom Ommeke, dynastæ Esens & Stedesdorfij A.C.1491.* HEILVIGIS sociata Edoni VVimecken Domino Ieueræ (quæ extremæ Frisiæ Orientalis pars est) A.C.1498. *ANNA & ELISABETH virgines pestis lue extinctæ A.C.1505.*

IOANNES Comes Alteburgius, paternam ditionem à genitoris excessu in tertium gubernauit annū: certis postea de causis regimini se abdicauit: cœlebs & ἄπαις mortuus A.C.1529. *GEORGIVS Comes Alteburgius, vir ingenio mitis ac simplici, sacris literis inuigilans Biblia sacra integra propria manu descripsit.*

ANTONIVS Comes Alteburgius & Delmēhorstanus: ob Delmenhorstensem Comitatum, quem auo ereptum ceperat Henricus Schvvarzeburgius Monasteriēsis Episcopus, bellum Monasteriensibus indixit: militeq; cōnscripto, Vectam arcem oppidumq; ex-

ANNA vxor Ennonis siue Ezonis Comitis Ostfrisiæ.

CHRISTOPHORVS Comes Alteburgius, Canonicus Coloniensis & Bremensis: heros magnanimus, doctus, doctorumq; fautor atque promotor singularis, θεράπων μὲν ἄνακτος Ἐνυαλίοιο, καὶ μουσῶν ἐρατὸν δῶρον ἐπιστάμενος: in Dania & alibi exercitus duxit, multisque interfuit prælijs. Holsatiam populabundus ingressus: celeritate & industria Christiani III. nondum Regis Daniæ repressus, in Selandiam profugit: quam certo defensouffit:

ussit: Cloppenbergã expugnauit: Delmenhorstum vi superauit ac muniuit A.C. 1542 Suppetias quoque tulit Friderico II. Regi Daniæ, & Holsatiæ Ducibus in bello Dithmarsico. Quumque patriam dexterrimè annos rexisset XLIV. viuenti finem fecit 1573. XI. Kal. Februarij, ætatis suæ LIV. Nupsit ipsi SOPHIA Laoburgica, Magni Ducis Saxoniæ, Angriæ & VVestphaliæ F. 1538.

re carentem facilè occupauit. Bello Germanico 1547. Protestantibus se coniunxit: quibus deuictis, in Saxoniam reuersus, circa Dracoburgum Erici Brunsuigij exercitum fundit. Quinquennio pòst stipendia meruit apud Carolum V. Imp. in obsidione Metensi: & mox anno proximo Alberti Marchionis secutus partes, prælio interfuit Siuershusano. Obijt ἄγαμος.

Comites Oldemburgæ. Delmenhorsti.

CATHARINA nupsit Alberto Comiti Hoiensi.
ANNA consors Ioan. Guntheri Comitis Schvarzeburgij.

IOANNES Comes Alteburgius & Delmenhorstanus, Dynasta Ieuetę, Rustringæ, Oistringæ, & VVangerlandię, ex asse nempe hæres scriptus à Maria Ieucrensi. Vxor ELISABETH F. Guntheri Comitis Schvarzeburgij.

CHRISTIANVS Comes Alteburgius, ante patrem mortuus Dresdæ in aula Augusti Saxoniæ Electoris A.C. 1570. IIX. Id. Sextil. ibidem sepultus.

ANTHONIVS Comes Delmenhorstanus; quippe qui hanc arcem cũ Varel & Harpstede in transactione cũ fratre facta obtinuit.

IOAN. FRIDERICVS Comes Alteburgius, bimus mortuus. — ANNA. — SOPHIA. — MARIA ELISABETH.

STEMMATIS ALTEBVRGICI RAMVS longè nobilissimus.

REGVM DANIAE ET NORVEGIAE MODERnorum, Ducum Holsatiæ, Slesuigæ, Stormariæ, VVagriæ, Dithmarsiæ, &c.

Christianus I. Rex Daniæ, Norvegiæ & Succiæ ✠ 1482.

Ioannes Rex Daniæ, Noruegiæ Succiæ ✠ 1513. — Fridericus Rex Daniæ & Noruegiæ ✠ 1533. — Margareta Regina Scotorum.

Christiernus II. Rex Danię, Noruegiæ & Succiæ ✠ exul 1525. — Elisabeth Marchionissa Brandeburgica. — Christianus III. Rex Daniæ & Noruegiæ ✠ 1559. — Ioãnes Senior Dux Holsatiæ ✠ 1580. — Adolphus Dux Holsatiæ ✠ 1586. — Fridericus Epis. Hildesiensis, & Slesuicensis. — Filiæ IV.

Ioannes Dux Holsatiæ ✠ 1532. — Filiæ duæ. — Fridericus II. Rex Daniæ & Noruegię ✠ 1588. — Magnus Dux Holsatiæ ✠ 1580. — Filiæ duæ. — Ioannes Iunior Dux Holsatiæ. — Fridericus Ep. Slesuicẽsis ✠ 1587. — Philippus Dux Holsatiæ ✠ 1590. — Ioan. Adolph'. — Ioan. Fridericus. Duces Holsatiæ.

Christianus IV. Rex Daniæ & Noruegiæ N. 1577. — Vlericus Dux Holsatiæ. — Ioannes Dux Holsatiæ. — Filiæ IV. — Christianus: — Ernestus. — Alexãder. — Augustus. — Ioan. Adolphus. — Fridericus. — Philippus.

CHRISTIANVS I. cognom. Diues, Comes Alteburgius & Delmenhorstanus: opera Adolphi Ducis Slesuicensis, sui auunculi, à proceribus in Regem Daniæ ac Noruegiæ electus A.C. 1448. vt nihil non sibi suffragaretur; matrimonio sibi copulauit DOROTHEAM Brandeburgiam, Christophori III. decessoris sui, è Boiariæ Ducibus oriundi, viduam: nec multo pòst, anno nimirum C.N. 1457. Suecorum quoque, qui à Rege suo desciuerant, regnum prioribus duobus coniunxit; regnum

Reges Daniæ, Noruegiæ, & Suecia.

satis

Reges Daniæ, Noruegiæ & Sueciæ.

satis inquietum & turbulentum: quippe quibus cum postmodùm iterum deficientibus, multa bella varia fortuna gessit: cuius rei gratia quum fratrem suspectum haberet, ducatu Slesuicensi, quem prius ipsi contulerat, pepulit. Anno salutiferi partus Virginei 1474. Romam religionis ergo peregrinaturus; à Friderico III. Imp. impetrauit: vt Holsatia, Stormaria, & VVagria, abolito Comitatus titulo, in ducatū transformarentur: à quo etiam in Dithmarsos plenarium accepit imperium: sed quos, domum reuersus, ad iuramentum fidelitatis sibi præstandum, persuadere & compellere neutiquam potuit. Eodem anno quum in componendo dissidio, inter Rupertum Archiepiscopum Coloniensem & Capitulum, frustra laborasset: ad Rolantzeecium è turri ter petitus globo è sclopeto magno emisso, non tamen læsus est: manu diuina protectus. Deo tandem receptui canente, Hafniæ pensum vitæ terrestris absoluit XI. Kal. Iunij A. C. 1482, ætatis suæ LVI. Princeps heroica animi & corporis maiestate præstantissimus: de quo multa multi. Cum vxore DOROTHEA Brandeburgia sepultus Rotschildæ. Hoc coniugio geniti,

OLAVVS primogenitus, peste in cunis extinctus infans vnius anni A. C. 1451.

CANVTVS natus A. C. 1451. primis ætatis suæ annis defunctus.

IOANNES Rex Daniæ, Noruegiæ & Sueciæ, Gothorum Vandalorumque, natus A. C. 1455. Huic pater superstes adbuc, ducatum Slesuicensem, Gerardo fratri ablatum, auctoritate Friderici III. Imp. contulerat. vnà cum dominijs Stormaria & Dithmarsia: ipsi postea defuncto in tribus illis valentissimis Septentrionis regnis successit: eximia potentia, auctoritate, & felicitate initiò florens. Anno exinde sesquimillesimo Dithmarsos, imperium ipsius detrectantes, infeliciter oppugnans: Meldorpium quidem Idib. Februarij expugnauit: verùm post triduum magna suorum strage ab eis superatus, vix fuga vitam ipsemet seruauit. Matrimonio ipsi erat sociata CHRISTINA, F. Ernesti Electoris Saxonici: quæ à Suecis Stocholmi capta, vix tandem Imperatoris ac Pontificis minis, post biennium liberata, ac ab ipso Rege Stenone Stuer ad fines Danicos est reducta A. C. 1503. Quam iniuriam maritus Rex vlturus: conscripta manu 50000. hominum, hostili in Suecos animo perrexit: sed à Lubecensibus V. Id. Sextil. A. C. 1509. ad Bernhelmium nauali prælio victus: re infecta cedere est coactus. Alia quoque prælia contra eosdem instituit: sed negotio irrito & infecto, Alburgæ in Iuthia decessit A. C. 1513. duodesexagenarius, X. Kal. Martij: coniux verò sexagenaria A. C. 1521. Sepultus Osboniæ: parens effectus trium liberorum.

CHRISTIANI II. (Dani *Christiernum* nominant) *Regis Daniæ, Noruegiæ, & Sueciæ*, nati Niburgi A. C. 1481. VI. Non. Quinctil. hora 8. min. 16. ante meridiem. Puer hic sexennis à patre designatus Rex: eo mortuo, magnis animis cœpit gerere paterna bella: nullumque non mouit lapidem, quò regnum Sueciæ sibi subijceret: vsus extremis viribus, astu, & dolo, donec id edomuit. Sed partum regnum diu retinere non potuit: vtpote propter tyrannidem & crudelitatem, quam in omnis generis homines, in Senatum præcipuè Holmensem & proceres Suecos exercuerat, mortuis quoque non parcens; ab ipsis & Lubecensibus, nec non Friderico patruo regno exactus A. C. 1522. Post decem exilij annos, comparatis in Belgio copijs, in regnum reuersus; spe eius recuperandi: captus, custodiæque mancipatus est Callinburgi: vbi tandem in diuturnis XXVII. annorum vinculis expirauit IIX. Kalend. Februarij A. C. 1559. septuagenario maior septennio, cum semestri, & diebus XXIII. Othoniæ iuxta patrem sepultus. Aluit viuente coniuge concubinam N. filiam Sidrechti: quæ plurimorum malorum & bellorum in Septentrionalibus regionibus ansam præbuit. Coniux autem eius erat ISABELLA, Caroli V. Cæsaris soror germana: matrona ob pietatem in Deum, aliasque virtutes laudatissima: defuncta A. C. 1525. XIV. Kalend. Februarij: Gandani sepulta. Hæc nati

PHILIPPVS }
MAXIMILIANVS } *infantes mortui.*

IOANNES Dux Holsatiæ, princeps conspicuus eruditione, ingenioque præstans: apud auunculum Carolum V. Cæsarem educatus: vitam finijt in eiusdem aula Steinbruchi, quum Imperator in Vngariam moueret A. C. 1532. eodem die, quo pater in marecaptus, custodiæ fuit traditus.

DOROTHEA

DOROTHEA consors Friderici II. Electoris Palatini, decessit Neagone in Norico A.C. 1580.

CHRISTINA coniux primùm Francisci Sfortiæ Ducis Mediolanensis, inde Francisci Ducis Lotharingiæ.

FRANCISCI II. in adolescentia fato absumpti.

ELISABETHAE nuptæ Ioachimo II. Electori Brandeburgio A C. 1500. Berhui: matris & auiæ LXX. Principum.

FRIDERICVS I. Rex Daniæ & Noruegiæ, stemmatis propagator: †

MARGARETA Iacobo III. Scotorum Regi elocata A.C. 1469.

Reges Daniæ & Noruegiæ, Duces Slesuigæ & Holsatiæ.

FRIDERICVS I. Rex Daniæ & Noruegiæ, Dux Slesuigæ, Holsatiæ, Stormariæ, VVagriæ, & Dithmarsiæ: patrem amisit nouennis. Ad ætatem autem maturiorem vbi peruenit: iniquam diuisionē à fratre factam: qui abolito patris testamento plerasq; & præcipuas ditiones, paucis huic relictis, occupauerat; considerans: abs eo legatū paternum repetijt: verùm responso minùs iucundo accepto, quoad ille vixit, quieuit: fortiterq; eidem contra Dithmarsos militauit. Goitlandiam ipsi Iberus quispiam tradidit; cuius auxilio regnum Suntiæ sibi subijceret: multis seditionibus implicitū regnum. Quod & ipsum fratri Daniæ Regi relinquens; belli perpetui simul fomitem dedit. Christierno fratruele ex tribus Borealibus regnis eiecto; ipsi ab regni Ordinibus ad regiam euectus dignitatem: Daniæ Noruegiæque regna annis decem magna laude administrauit: & Ecclesias passim à superstitionibus Pōtificijs repurgauit. AEtate grauis, placida demum compostus pace quieuit Gottorpij IV. Id. Aprilis A. C. 1533. sepultus Slesuigæ in choro templi Cathetralis, monumentoque Alabastrino ornatus. Annos autem vixit LVI. Rex optimus, Legum ac pacis amantissimus, fortunæ simul & morū præsagium ex nomine habens, πρᾶος ὢν καὶ εἰρηνικός. Liberos genuit

mitis revera et pacificus.

ex ANNA Brandeburgia, Ioannis Septemuiri F. defuncta A.C. 1514. V. Non. Maij, & in Borsholmensi cœnobio sub monumento orichalcino condita, vxore prima.

Christianum III. Regem Daniæ, reijque stemmatis propagatorem. †

DOROTHEAM I. natam A.C. 1504. nuptam Alberto I. Duci Borussiæ A. C. 1525. defunctam IV. Id. Aprilis A.C. 1547.

ex SOPHIA F. Buglani X. Ducis Stetinensis in Pomerania Kilonij defuncta A.C. 1568. & Stesurgæ sepulta, vxore altera.

IOANNEM Seniorem, Hæredem Noruegiæ, Ducem Slesuigæ, Holsatiæ, Stormariæ & Dithmarsiæ: Ecclesiæ & scholarum nutritium eximium: Haderslevij defunctum ἄγαμον *A.C. 1580. postrid. Kal. Octobris; ætatis suæ LIX. quem diebus excessit LXXIV. Sepultus Slesuigæ in coypta regia.*

Adolphum Hæredem Noruegiæ: †

FRIDERICVM Episcopum Hildesiensem & Slesuicensem, Conditorem Bremensem, Kilonij defunctum A.C. 1556. VI. Kal. Nouemb. ætatis suæ XXVII: funeratum Slesuigæ in monumento auito.

ELISABETAM vxorem primo Magni, dehinc Vlrici Ducum Megapolensium: Gescboris in Scauia defunctam A C. 1586. pridie Idus Octobris, ætatis suæ LXII. die & hora quibus nata fuit: & Gustrouij inhumatam.

ANNAM Fleusburgi peste absumptam: tumulatam Slesuigæ.

DOROTHEAM II. consortem Christophori Ducis Megapolensis, defunctam A.C. 1575. III. Id. Nouemb. & à sorore Elisabetha Gustrouij in monumentis Regum Obotritorum funeratam VI. Idib. Decembris.

CHRISTIANVS III. *Rex Daniæ & Noruegiæ*, Gothorum, Vandalorumque, Dux Slesuici, Holsatiæ, Stormariæ, & Dithmarsiæ, natus A.C. 1503. prid Id. Augu. hora 3. min. 56. post meridiem. Adolescens ex aula Ioachimi I. Electoris Brandeburgij sui auunculi, vbi in pietate & litteris optime institutus fuerat, in Holsatiam reuersus; patri Friderico auctor extitit: vt abiectis nugis Pontificiorum, puram Euangelij lucem amplecteretur: eique nō longe post Danorum Regi inaugurato, fidelem in expugnāda Hafnia operam præstitit. Regno deinceps ipsemet potitus; Clementem nautam, Iuthiæ Bornalis (veteres Cimbricam Chersonesum appellarunt) turbatorem; & Meierum Scaniam vexantem, victos captosq;, extremo affecit supplicio: Daniam terrore belli rustici liberauit: Christophori Alteburgij ac Lubecensium copias ad Afnicū,

Reges Daniæ & Noruegiæ, Duces Slesuigæ & Holsatiæ.

Fioniæ vrbem, edita stragi ingenti deleuit: interfectis inter cæteros penè innummeros duobus comitibus Hoiense & Tecleburgio: Hafniam bello & fame quassatam, post obsidionē grauissimā In deditionem accepit: cæterasq; vrbes Fioniæ, Selandiæ, & Scaniæ vno aditu atq; aduentu occupauit: Bellis nō sine laboribus & difficultatibus sopitis atq; sepultis: coronam demum horū regnorum solenni more sibi imponi curauit à Ioanne Bugenhagio Pomerano Theologo IIX. Kal. Quinctil. A.C. 1537. moxq; ad pacis cōuersus artes: omnium primùm inueteratā Pontificum idolomaniam, à patre oppugnari cæptam, summa felicitate euertit; sustulit, extirpauit: lucè veræ doctrinæ reddidit: Rempub. cōtinuis bellorū procellis quassatam, pace, legibus, & omnibus ornamentis ciuilibus recreauit: iudicia restituit. Academiam Hafniensem collapsam instaurauit: summæ deniq; rei tanta dignitate præfuit: vt omni virtutum genere nō modò proprijs subditis, sed & vniuersis Europæ regibus antecelluerit. Quid multa? Domus eius templum fuit Spiritus Sancti, prudentiæ oculus, libra iustitiæ, fortitudinis sedes, regula temperantiæ, honestatis exemplar, fons Gratiarum, Musarum corus, doctorum gymnasium, theologorum sacrariū, pauperū mensa, refugium innocentum, præsidium miserorum. Quare felicem quoq; & tranquillū ex hac vita exitum sortitus, animam Deo Creatori & Redēptori reddidit in vicina Coldingæ, Cimbricæ Chersonesi oppido A. C. 1559. ipsis Kal. Ian. hora 5. verspertina: qui dies per quietem ab Angelo Dei reuelatus ipsi dicitur. Princeps pientissimus, Christianissimus, inuictissimus: & in quo dubito Iustitiæ ne prius mirer, belliue laborē. Vitæ eius curriculū annorū fuit LV. mensium quatuor dierū viginti. Corporis exuuiæ primum Othoniæ in æde S. Canuti conditæ: indè à filio Rothschildā translatæ, ibiq; monumēto alebastrino ac marmoreo honoratæ. Vxor DOROTHEA, Magni Ducis Saxoniæ inferioris, Angriç & VVestphaliæ F. decessit A.C. 1571. Non. Octo. sexagenario maior mensibus ferme tribus: primum sepulta Sunderburgi, pòst Roschildam translata, & iuxta maritum humata. Nati hoc sanctissimo connubio

FRIDERICVS II. Rex Daniæ, Noruegiæ, Vandaliæ, & Gothiæ, *Dux Slesuigæ, Stormariæ, VVagriæ & Dithmarsiæ: Haderslebij lucem vitalem aspexit A.C. 1534. ipsis Kal. Quintil. hora sesquidecima matutina. Heros auos atauosque virtute, potentia, fortuna repræsentans: nō solùm in re militari; cuius rei testes sunt Dithmarsia subacta, & bellum illud septennale cum Erico Rege Suecorum: verùm vel maximè religiosa erga Deum pietate, fide in Rempublicam, beneuolentia erga omnes homines, cum primis verò literatos. Pie itaq; vitæ curriculo peracto, placido atque tranquillo animo in æternam Dei immortalis domum remigrauit IV. Non. Martij A.C. 1588. hora quarta pomeridiana. Andersoa in Selandia. Sepultus Roschildæ; quinquagenario maior triennio, mensibus octo, diebus tribus, horis. 7. Nuptias celebrauit cum SOPHIA Vlrici Principis Megapolensis F. A.C. 1572. XIII. Kal Sextil parens ex ea factus trium marium: quatuor fœmellarum:*

ELISABETHAE natæ Coldingæ A.C. 1573. IIX. Kal. Semprembr. nuptum elocatæ Henrico Iulio Duci Brunsuigio & Luneburgio, Cronburgi A. C. 1590. ipso die Paschatis.

ANNAE natæ Sunderburgi IV. Id. Octobris A. C. 1574. desponsatæ Iacobo VI. Scotorum Regi; nuptijs Croneburgi celebratis 20. Augusti A.C. 1589.

CHRISTIANI IV. Regis Daniæ & Noruegiæ, principis summa indole virtutis ac pietatis præditi: nati Fridrichburgi A.C. 1577. prid. Id. Aprilis hora 4. min 3. post meridiem. Quem vt Deus Opt. Max. omnibus heroicis virtutibus instruat & exornet: omnibus votis exopto.

VLRICI Noruegiæ Hæredis, Ducis Slesuigæ & Holsatiæ, nati A. C. 1578. III. Kal. Ianuarij.

AVGVSTAE natæ A.C. 1580. VI. Id. Aprilis.

HEDVIGAE natæ A.C. 1581. Nonis Sextilib.

IOANNIS Ducis Slesuigæ & Holsatiæ, nati A.C. 1583. VII. Kal. Sextilis.

ANNA Augusti Saxoniæ Electoris coniux, diem extremum clausit Dresdæ A.C 1585. Kal. Octobris.

Hæredes Noruegiæ, Duces Holsatiæ & Slesuigæ.

MAGNVS Hæres Noruegiæ, Dux Holsatiæ & Slesuigæ, natus Hafniæ A.C. 1540. IX. Kal. Septembris hora 10. min. 40. ante meridiem: factus Episcopus Orpatensis in Liuonia, dynasta in Osel & VViek: vxorem duxit MARIAM, magni Ducis Mosconiæ ex patruele neptem. Obijt A.C. 1580.

DORO-

DOROTHEA consors Gulielmi Iunioris, Ducis Brunsuigij ac Luneburgij.

IOANNES Iunior Dux Holsatiæ, Stormariæ & Dithmarsiæ, Hæres Noruegiæ, natus Coldingæ A.C 1545. IIX. Kal. Aprilis hora sesquioctaua vespertina: nuptias ibidem celebrauit cũ ELISABETHA F. Ernesti Ducis Luneburgij & Grubenhagij A.C. 1567. qua fatali morte absumpta A.C. 1586 XII. Febr. elapso biennio sociauit sibi AGNETEM HEDVIGEN Ioachimi Ernesti Principis Anhaltini F. nuper ab Augusto Electore Saxoniæ viduatam. Ex illa autem parens est effectus septem marium. sex fæmellarum: vtpote

Hæredes Noruegiæ, Duces Slesuigæ & Holsatiæ.

DOROTHEAE natæ Coldingæ A.C. 1569. XVII. Kal. Nouembris.

CHRISTIANI Hæredis Noruegiæ, Ducis Slesuigæ & Holsatiæ, nati Sunderburgi A. C. 1570. VI. Kal. Decembris.

ERNESTI Ducis Slesuici & Holsatiæ, nati Sunderburgi A.C. 1572. XVI. Cal. Febr.

ALEXANDRI Ducis Holsatiæ, nati A.C. 1573. XIII. Kal. Februarij, Sunderburgi.

AVGVSTI Ducis Slesuigæ & Holsatiæ, nati A.C. 1574. XII. Kal. Sextiles.

MARIAE natæ Sunderburgi A.C. 1575. XI. Kal. Sepremb.

IOAN. ADOLPHI Ducis Slesuigæ & Holsatiæ, nati Sunderburgi A.C. 1576. XV. Kal. Octobris hor. 7. min. 24. post meridiem.

ANNAE natæ A.C. 1577. IIX. Id. Octobris.

SOPHIAE natæ A. C. 1579. Idib. Sextilib.

ELISABETHAE natæ A. C. 1580. IIX. Kal. Octobris.

FRIDERICI nati A.C, 1581. VI. Kal. Decembris.

MARGARETAE natæ A. C. 1583. VI. Kal. Martij.

PHILIPPI Ducis Holsatiæ, nati A.C. 1584. Idib. Martij.

ADOLPHVS Hæres Noruegiæ, Dux Slesuicensis, Holsatiæ, Stormariæ & Dithmarsiæ, natus Flensburgi A. C. 1526. VII Kal. Februarij hora 11. min. 30. post meridiem. Iuuenis in obsidione Metensi stipendia meruit apud Carolum V. Imp. Semper augustum. Anno dehinc ab orbe asserto 1559, cum fratre Ioanne: & Friderico II. Cimbrorum Rege, Dithmarsiam subegit, liberam antehac & inuictam gentem: vbi quidem lethaliter sauciatus, Dei tamen clementia sanitatem recuperauit. Militauit quoq; Philippo Hispaniarum Regi in Belgico A.C. 1568. Gottorpiæ tandẽ corporis mortalis exuuijs depositis, in coelestem migrauit aulam Kal. Octo. A.C. 1586. inter sextam & septimã matutinam: quum annos vixisset LX. menses octo, dies quatuor, horas septem. Princeps fortis & magnanimus: summæque, & tam bello quàm pace spectatæ virtutis. Ex CHRISTINA filia Philippi Landgrauij Hassiæ, fœmina pia, de heroina verè Christiana, ducta Gottorpij A. C. 1564. mense Decembri, quinque procreauit mares, totidemque fœmellas:

FRIDERICVM Hæredem Noruegiæ, Ducem Slesuici & Holsatiæ, Coadiutorem indeque Episcopum Slesuicensem: principem eruditum & pium: Gottorpiæ natum XI. Kal. Maij A.C. 1568. florente ætate, omnium suorum desiderio ereptum A. C. 1587. 5. Iunij: Slesvvici humatum.

SOPHIAM consortem Ioannis Ducis Megapolitani: natam Kilonij A. C. 1569. pridie Kalend. Iunij.

Duces Slesuigæ & Holsatiæ.

PHILIPPVM Hæredem Noruegiæ, Ducem Slesuigum & Holsatium: principem paternarum virtutum æmulum: natum Gottorpiæ A. C. 1570. IV. Id. Sextil. Gottorfiæ phthisi immature mortuum A.C. 1590. 15. Kal. Nouembris.

CHRISTIANAM natam Kilonij A.C. 1573. pridie Idus Aprilis.

ELISABETHAM natam A. C. 1574. VI. Id. Martij defunctam 11. Ianuarij A. C. 1587. ætatis suæ XIV.

ANNAM gemellam natam A. C. 1575. III. Kal. Martij hora septima, min. 50. ante meridiem.

IOANNEM ADOLPHVM Ducem Holsatiæ gemellum natum cum Anna A.C. 1575. II. Kal. Martij, hora 8. min. 35. ante meridiem designatum Archiepiscopum Bremensem A.C. 1585. & Lubecensem A. C. 1586.

CHRISTIANVM natum A. C. 1576. IV. Kal. Iunij Gottorpiæ hora sesquiseptima vespertina: in cunis extinctum anno proximo X. Kal Maij.

IOAN. FRIDERICVM Ducem Holsatiæ.

AGNETEM natam A.C. 1579. XIII. Kal. Ianuarij.

Marchiones Montisferrati.

STIRPIS INCLYTAE VVITIKINDEAE

Stemma Quintum

MARHIONVM MONTIS-FERRATI.

ITIKINDVS IV. Theodorici Comitis Ringelheimij F. abnepos VVitikindi Magni, Regis Saxoniæ: cum vxore Compostellam ad S. Iacobum peregrinatus, obijt in Italia.

ALRAMVS, vtroque parente in Galetiam religionis ergò profecto, & in itinere extincto; in Italia infans est educatus: ubi tandem potitus ducatu Taurinatium & Eporregiæ, primus se Montisferrati nominauit Marchionem: idq; consensu Othonis I. Imp. cuius filiam ADELHEIDEN (Itali Aloysiam, Alesiam, & Falescam nominant) rapuerat, sibique matrimonio copularat.

GVLIELMVS I. Marchio Montisferrati confirmatus ab Othone III. Cæsare: qui cœteris quoque fratribus ipsius hanc dignitatẽ cum certis regionibus in Italia attribuit, Rauennæ A. C. 997. mense Aprili. Vxor HELENA F. Richardi Ducis Normanniæ.

OTHO Marchio Senæ.

DEDO Marchio Lavissa.

LVDOVICVS Marchio Beschi.

ALRAMVS Marchio Pontiani.

BONIFACIVS Marchio Sauonæ & Finarij cõstitutus ab Othone III. Imp. fundauit cœnobium Locedi in agro Vercellensi A. C. 1019, Vxor BEATRIX F. Theodorici Iunioris Ducis Mosellani. De prosapia eius vide signum *⁎*.

GVALTHERVS Marchio Saluzziarum: de cuius prosapia sub signo ✠.

ISABELLA vxor Azonis IV. Marchionis Estensis.

BONIFACIVS II. Marchio Montisferrati, princeps ingenio maximo. Vxor MARIA F. Philippi Regis Galliæ.

GVLIELMVS II. cogn. Senex, Marchio Montisferrati, Conradum III. Imp. & S. Ludouicum Galliæ Regem secutus ad expeditionem Hierosolymitanam: rem feliciter gessit A.C. 1146. Obijt A.C. 1183. Vxores habuit duas: 1. N. filiam Humberti II. Moriennæ Comitis. 2. ITHAM F. Conradi III. Imp. Rom,

GVLIELMVS III. abensis, quo vtebatur longitudine, Longaspata cognominatus: à Balduino IV. cuius sororem SIBYLLAM, Almerici Regis F. vxorem habebat, Solymorum Rex designatus: obijt A.C. 1175. Ipsa postmodò nupsit Guidoni Lusintano Gallo: qui priuigno necato regnum arripuit,

BALDVINVS Solymorũ Rex, puer successit auunculo: tribus vix mensib. superstes, malo Christianorũ fato. Veneno necatus à Guidone vitrico nondum Sexennis A. C. 1185.

REINERVS Princeps Thessaliæ, à socero Emanuele Imp. Byzantino (huius namq; fi á CYRIMARIAM duxerat) inuestitus: obijt A. C. 1182.

BONIFACIVS III. Marchio Montisferrati; suppetias ferens Balduino V. Solymorũ Regi, suo ex fratre nepoti, contra Sulthanum: à Guidone vitrico illius captus, Damascum est perductus A. C. 1185. triennio pòst filij virtute liberatus. Vxores eius fuere duæ: MARIA Regina Vngariæ, & CONSTANTIA Sabauda.

IORDANA vxor Alexij Imp. Byzantini, ob pietatem in diuorum album relata.

AGNES coniux Guidonis Guerra, Comitis Romanoe.

CONRADVS Marchio Montisferrati, copijs in Italia cõscriptis, Venetorũ auxilio Saladinũ bello petijt: quo vi superato, & patrem è vinculis liberauit, & se Regem Solymorum nominauit. In populari tandem seditione perijt,

GVLIELMVS IV. Marchio Montisferrati; fratrem regno pulsum restituere volens, veneno perijt. Vxor SOPHIA F. Friderici I. Imp. ducta A. C. 1186.

DEMETRIVS Princeps Thessalie.

crudeliter

crudeliter confossus à duobus Saracenis in foro Tyri A. C. 1192. Vxor ISABELLA F. Almerici Solymorum Regis, à priore marito Hunfredo Turonio vi abducta.

IOLE (al. MARIA) vxor Ioannis Brenni Comitis Viennensis, & Regis Solymitani: mater IOLÆ coningis Friderici II. Imp.

BONIFACIVS IV. Marchio Montisferrati, princeps prudentia, audacia, corporisque vigore eximius: obiit A. C. 1254. Vxor MARGARETA F. Amedei IV. Comitis Sabaudiæ. *Marchiones Monteferrati.*

BONIFACIVS V. Marchio Montisferrati, Vercellas & Eporediam cepit. Vxor BEATRIX Alfonsi Castellæ Regis F.

RVMBOLDVS Marchio Montisferrati. Vxor IVTHA Austriaca, S. Leopoldi F.

IOANNES cogn. Iustus Marchio Montisferrati, *ἄπαις* hæredem testamento scripsit Theodorum Palæologum ex sorore nepotē. Vxor MARGARETA Sabauda.

IOLE siue YOLANTHA vxor Andronici Senioris Palæologi Imp. Byzantini, defuncti 1332. prid. Id. Ferbr.

ALOYSIA nupsit Vrsino Patricio Romano.

THEODORVS Palæologus, Marchio Montisferrati scriptus ab auunculo: Astam suæ adiunxit ditioni. Vxor N. è Spinularum Genuensium gente prognata.

IOLE vxor Amedei V. Sabaudiæ Comitis.

IOANNES Palæologus, Marchio Montisferrati, princeps ingenio manuq; strenuus. Vxor N. soror Iacobi Regis Maioricarum.

OTHO Marchio Montisferrati, *ἄπαις*. Vxor VIOLANS F. Galeaeij tyranni Mediolanensis.

GVLIELMVS in pugna ad Nicopolin cæsus.

THEODORVS II. Marchio Montisferrati, multa cœnobia vel condidit vel reditibus ditauit. Vxores eius duæ: 1. IANA Burri Comes, Roberti Ducis F. 2. N. Saluzziarum Comes.

MARGARETA.

IACOBVS IOANNES Marchio Montisferrati, à Sigismundo Imp. Præses Italiæ constitutus. Vxor IOANNA F. Amedei VII. Comitis Sabaudiæ.

SOPHIA vxor Ioannis Palæologi Imp. Byzantini.

IOANNES III. Marchio, captus à Ludouico Sabaudo, amitino suo A. C. 1434. cuius postea filiam MARGARETAM vxorem duxit.

THEODORVS Cardinalis inauguratus à Paulo II. Pontifice.

GVLIELMVS VI. Casalis monasterij & ciuitatis fundator: Marchio Montisferrati inuestitus ab Imp. Friderico III. Augusto, qui irritas fecit alienationes per Ducem Sabaudiæ factas, anno 1464. Vxor ELISABETH Sforciaca, Dux Mediolani.

BONIFACIVS VI. cogn. Senex, in Marchionatu Montisferratensi fratribus successit, inuestitus à Friderico III. Imp. Augusto A. C. 1487. Vxor MARIA Macedo, Seruiæ Despotæ filia.

AMEDEA vxor Ioannis, (siue Iani Iacobi) Regis Cypri. *ISABELLA Salutiarum Marchioni nupsit.*

BLANCAMARIA patruo Bonifacio paternam renunciauit hæreditatem: & nupsit Carolo I. Duci Sabaudiæ.

IOANNA

GVLIELMVS VII Marchio Mōtisferrati, in ludis equestribus perpetuò victor: obijt A. C. 1518. Vxor MARIA (alijs ANNA) F. Gastonis Comitis Fecensis.

IOAN. GEORGIVS abbas quū esset, sacerdotio post mortem fratruelis abdicato, IVLIAM Friderici Aragonij Neapolitani quondam Regis ducere voluit: sed morte præuentus obijt A. C. 1534. Sic in hoc Palæologorum stirps mascula defecit.

BONIFACIVS VII. Marchio Montisferrati, iuuenis perijt in ludo equestri 1530.

MARGARETA vxor *Friderici Gonzagæ, primi Ducis Mantuani* electi à Carolo V. Imp. A. C. 1530. defuncti A. C. 1540. mense Iunio.

Filia N. Ludouici Saluzziarum vxor.

STEMMATIS MONTISFERRATENSIS Ramus primus, MARCHIONUM CARETTANI & FINARII.

Marchiones Finarij.

A BONIFACIO, Alrami Marchionis Montisferratensis F. longissima intercisa stemmatis linea descendit GALEOTTUS Marchio Finarij in Italia, vrbe eiectus à Genuensibus, quod contra illos partes esset tutatus Philippi Mariæ Ducis Mediolanensis, A. C. 1508. A Duce tamen restitutus, haud diu superfuit.

ALPHONSUS Marchio Finarij, vir prudentia animique virtutibus illustris: Finarum oppidum refecit.

CAROLUS Dominicus Cardinalis, electus à Iulio II. Pontifice Romano, obijt Romæ A. C. 1514.

FABRICIUS summus Magister Sodalitatis Equitum Hierosolymitanorum Rhodi, obijt A. C. 1521.

ALPHONSUS Marchio Finarij, per seditiosos ciues, Genuensibus frigidam suffundentibus, bis eiectus: semel quidem ab Imp. Ferdinando in Comitijs Augustanis est restitutus: secundò expulsum vt ciues reciperent, eò nec grauissimis Cæsaris Maximiliani minis adduci potuere.

STEMMATIS MONTISFERRATENSIS Ramus alter, MARCHIONUM SALUTIARUM.

Marchiones Saluzziarum.

GUALTHERUS, Alrami Marchionis Montisferratensis F. Marchiones quidem SALUZZI siue Salutiarum propagauit: sed quorum nomina & successio longa vetustate sunt obliterata. Ex eius tamen posteris memoratur

MANFREDUS Marchio Saluzziarum, gener Manfredi Regis Siciliæ, nothi Friderici II. Cæsaris. Cuius fortè siue abnepos siue trinepos est

ALOYSIUS Marchio Saluzziarum.

N. Marchio Saluzzi.

RICHARDA nupsit Nicolao III. Marchioni Estensi A. C. 1429.

ALOYSIUS Marchio Salutiarum, princeps prudens, à Carolo IIX. Rege constitutus Prorex Franciæ. Vxor MARGARETA Vascon obijt in Gallia A. C. 1532.

MICHAEL Marchio Salutiarum, ordines duxit sub Francisco I. Galliæ Rege contra Principem Aurantiæ A. C. 1528.

LUDOVICUS Marchio Saluzzij, populi studio ex vinculis maternis ereptus: breui eiusdem instinctu à Francisco Celtarum Rege carceri rursus est mancipatus.

FRANCISCUS de Montisferraten-si Marchionatu certans cum Friderico Guntzaga in Galliam citatus, ad Carolum V. Imp. defecit. In oppugnatione vrbis Carmaniolæ globo traiectus expirauit A. C. 1537.

GABRIEL Marchio Salutiarum, post fratrum excessum principatum consecutus, obijt Taurini.

STIRPIS

STIRPIS INCLYTAE VVITIKINDEAE

Stemma Sextum

PRINCIPVM ALLOBROGVM SABAVDIAE.

SERENISS. PRINCIPI

D. CAROLO EMANVELI ALLOBROgum Duci,

Principi Pedemontis, Marchioni Sezæ &c

D. D.

AMADAEVS siue IMMODVS, VVitikindi Magni Ducis Saxoniæ pronepos, Comes Ringelheimius: occisus in Bauaria. Vxor GEMMA Comitissa Boia. *Morienna Comites.*

BERTHOLDVS siue *BERALDVS*, patrium solium vertere coactus, in eam Burgundiæ Transiuranæ partem concessit, quæ inter Allobroges Comitatus Moriennæ vocatur: reque, Imperij nomine, feliciter gesta contra Genuenses, maris Ligustici accolas, & Vltramontanos Megistones: Moriennæ Comitatum obtinuit A. C. 998. Mortuus Massiliæ, sepultus verò Arelatæ A. C. 1027. Vxor CATHARINA Palatina Schirensis.

BOTHOL

ROTHINGVS, pater Bothonis II. auus Rothingi II. proauus FREDERVNÆ nobilissimæ fœminæ, vxoris Arduini siue Hartuici de la Scala, Boiorum dynastæ.

HVMBERTVS I. Moriennæ Comitatum, qui nunc Sabaudiæ nominatur, iure beneficiario ab Henrico III. Imp. accepit. Obijt A. C. 1048. quinquagenarius. Vxor ADELA siue Adelheida filia & hæres Marchionis Segusiani, secundis nuptijs iuncta Othoni Marchioni Italiæ, ex eo suscepit Bertham Henrici IV. Imp. coniugem, & Adelam nuptam Rudolpho Rhynfeldio.

AMEDAEVS I. cognom. *Cauda*, Comes Moriennæ & Marchio Segusianus: ab Henrico IV. Imp. contra Gregorium VII. Pontificem ituro in Italiam, donatus regione quadam Burgundiæ A. C. 1077. paulo post eius abitum naturæ concessit. Moriennæ sepultus iuxta patrem. Vxor IANA Comitissa Burgundiæ.

PETRVS Marchio Suza siue Segusianus.

OTHO.

ELISABETH vxor Othonis Comitis Matiscoňensis in Italia.

HVMBERTVS II. Moriennæ Comes & Segusianorum Marchio, ditioni suæ Tarentasiam, bello superatam, adiecit: belloque interfuit Sacro, quod Franci contra Saracenos gessere A. C. 1099. Decennio pòst fatali morte absumptus. Sepultus Musterij in basilica. Vxor LAVRENTIA Comitissa Venicæ siue Veniciarum.

AMADÆVS siue Amatus, Comes Moriennæ.

AMEDAEVS II. primus Comes Sabaudiæ, Marchio Taurinorum & Segusianorum, Vicarius Imperij ab Henrico V. constitutus: bona Ecclesiastica à Canonicis abalienata, collegio Mauriciano restituit: & alios Canonicos regulares ibidem congregauit. *Sabaudia Comes.*

REINHOLDVS vltimus Præpositus collegij Mauritiani.

ADELHEIDIS siue Alexia, vxor Ludouici Crassi Regis Franciæ. N. consors Gulielmi Marchionis Montisferrati.

Sabaudiæ Comites.

Cum Conrado Cæſare & Ludouico Iuniore Rege Franciæ in Aſiam traijciens A. C. 1147. Rhodum conſeruaſſe dicitur: in cuius rei memoriam Ordo Equitum Annunciationis inſtitutus eſt. Obijt in Cypro A.C. 1150. Quatuor vxores habuit: 1. GERTRVDEM F. Simonis Ducis Lotharingiæ: 2. GVYGONNAM Alboniam F. Vlrici Comitis Matiſconenſis, matrem quinque liberorum: 3. SIBYLLAM Guygonnæ ſororem germanam: 4. CLARENTIAM Geneuenſem Comitiſſam, quã repudiauit.

HVMBERTVS III. Comes Sabaudiæ Alpinarumq; gentium ſecundus, duo conſtruxit monaſteria, Alpinam Abbatiam, & Altam Combam: pacis ſtudioſus, in patria conſenuit. Obijt A. C. 1201. Vxores ordine habuit tres: 1. MATHILDEM F. Theodorici Alſatici Comitis Flandriæ: 2. ANNAM Salingiæ Duciſſam: 3. PETRONELLAM Comitiſſam Burgundiæ, viduam Ducis Auſtriæ.

ALASIA ſiue AVXILIA nupta Huberto Belloiacenſi dynaſtæ.

ADELHEIDIS conſors Andreæ Comitis Angleriæ.

PETRVS ſeculo renunciauit.

IOANNES ob aduerſam perpetuò valetudinem monachum induit.

AGNES ex ſecundo coniugio procreata virgo obijt.

THOMAS Sabaudiæ Alpinarumque gentium Comes tertius, Pedemontanum principatum bello ſibi vendicauit. A ſocero Guidone Comite Gehennarum, cuius filiam BEATRICEM ipſo inuito vxorem duxerat, bello laceſſitus: tam ſtrenuè ſe defendit: vt ipſum quoque ad extremam redactum neceſſitatem, fidelitatis ſibi ſacramentum dicere coëgerit. Obijt A. C. 1233. apud Caualerium montem: ſepultus Auillanæ.

AMEDAEVS III. Sabaudiæ & Alpinarum gentiũ Comes quartus: Vallis Auguſtę petram & Chablaſij principatũ acquiſiuit: quum maſculi hæredes legitimi non ſupereſſent. E viuis exceſſit A. C. 1246. Vxores habuit duas: ANNAM F. Delphini Viennenſis ſterilem: & CAECILIAM neptem Reimundi Toloſæ, Prouinciæ, & Fani S. AEgidij Comitis.

PETRVS Comes Sabaudiæ ſextus, princeps bellica virtute inſignis: Taurinenſes in fratruelis vltionem obſedit cepitq́; Zeringiæ principibus tractum Auenticum ſiue Valeſiam, & oppida aliquot ad lacum Lemanum eripuit: Mangepanam arcem, Baronibus Borgianis ſuperatis, deſtruxit: Veſpianam euertit: annulum S. Mauricij primus geſtauit, quem Sabaudiæ Comitibus ſubinde tradi iuſſit. Obijt ãnnus. Vxor LEONORA Foncingij Domini F.

PHILIPPVS Sabaudiæ Comes ſeptimus, antè Lugdunenſis Archiepiſcopus Præſul Valentinus; hæreditate in nepotes ex fratre Thomá diſtributa, *ãnnus* deceſſit ex hydrope A. C. 1285. Inhumatus in Altæ Combæ cœnobio. Vxor ALISA F. Othonis vltimi Ducis Meraniæ.

HVMBERTVS cum magno Boruſſiæ Magiſtro contra infideles pugnans, fortiter oppetijt A. C. 1235.

GVLIELMVS Præſul Leodienſis, obijt A. C. 1238.

BONIFACIVS Archiepiſcopus Cantuarienſis.

THOMAS Sabaudus. Vide ſignum ***

BEATRIX conſors Raymundi Berengarij, Prouinciæ Comitis.

MARGARETA vxor Hartmanni Kiburgenſis Comitis.

LEONORA vxor Azonis IIX. Marchionis Eſtenſis.

BONIFACIVS quintus Sabaudiæ & Alpinarum gentium Comes: à Marchionibus Montisferrati & Eſtenſibus in obſidione Teurini captus: in vinculis ex animi mœrore expirauit Anno Chriſti 1256.

CONSTANTIA vxor primùm Boneti Cabilonenſium Comitis: inde Manuelis Hiſpani, fratris Alphonſi Cæſaris electi.

BEATRIX Marchioniſſa Saluzziarum.

MARGARETA patris teſtamento ſacris deſtinata: nupſit Bonifacio IV. Marchioni Montisferrati.

***

THOMAS Sabaudus, principatum non obtinuit. Vxores habuit duas: IOANNAM Flandriæ Comitem, F. Balduini Imp. Byzantini, viduatam à Ferdinando Luſitano, Sanctij Regis filio; Marquettæ *ãnuda* ſepultam A. C. 1244. & IOANNAM F. Freſconis Genuenſis.

AMEDAEVS IV. cognom. Magnus, Sabaudiæ & Alpi-

THOMAS Sabaudius

narum

narum gentium Comes octauus: cum Humberto Allobrogum Delphino manus conseruisse legitur. In matrimonio habuit SIBYLLAM Basgæi Comitem & Bressiæ Dominam, filiam & hæredem Vltici: cuius beneficio Beugiaci siue Basgæi Comitatum cum tota Bressia suæ fecit potestatis: hac defuncta, duxit MARIAM Ioannis I. Brabantiæ Ducis F. Obijt A. C. 1323.

Auus. Vxor MARIA F. Ferdinandi Lusitani & Ioannæ Flandræ. *Comites Sabaudiæ.*

Liberi eius

ex Beugiaci Comitissa

EDVARDVS Sabaudiæ Comes nonus, victus ab Amedæo Geneuensi Comite, & Guidone Delphino viennensi ad Mortarij montem: anno vertente, virium raparandarum gratia in Galliam se conferens; Parisijs ex mœrore decessit A. C. 1329. Vxor BLANCA F. Roberti III. Ducis Burgundiæ.

MARGARETA vxor Ioannis Ducis Britanniæ.

MARGARETA vxor Ioannis Marchionis Montisferrati.

ELEONORA vxor Gulielmi Cabillonensis, Comitis Altissiodorensis.

AGNES nupsit Gulielmo Comiti Gebennensi.

AMEDAEVS V. Sabaudiæ Alpinarumque gentium Comes: heros pacis amantissimus: ędes sacras multas instaurauit locupletauitque: & Delphinatib. arces duas oblecit. Obijt A. C. 1342. Vxor IOLE Theodori Palæologi Marchonis Montisferrati F.

ex Brabantina:

MARIA nupsit Foncignij Domino.

CATHARINA consors Theobaldi II. Barri Comitis.

IANA vxor Andronici Palæologi Imp. Byzantini.

BEATRIX nupsit Clarentiæ Duci.

AMEDAEVS VI. Sabaudiæ gentiumque Alpinarum Comes: duodecennis in ludis Martialibus, herbacei coloris insignia gestans, in catadromis victor euasit: vnde Viridis Comitis cognomentum tulit. Ordinem equestrem Annunciatorium in honorem Amedæi II. atauui sui, quatuordecim constantem equitibus torquatis, instituit. A Carolo IV. Imp. cui homagium præstitit, Legatus Imperij perpetuus creatus. Obijt A. C. 1373. Vxor BONA Borbonia, F. Petri I. Ducis Borboniæ.

BLANCA vxor Galeatij II. Pr. Mediolanensis, Comitis Virtutum.

ACHABIA Comes Sabaudiæ & Pedemontanus. Vxor N. Comes Belloioci.

ACHABIA Iunior, Gomes Sabaudiæ & Pedemontanus. Vxor CATHARINA F. Amedæi Comitis Gebennarum, & Mathildæ Comitis Bononiæ & Aruerniæ.

MECHTILDIS nupsit Ludouico Barbato, Electori Palatino ad Rhenum, & Duci Bauariæ.

AMEDAEVS VII. qui & AIMO, Comes Sabaudiæ & Alpinarum gentium: Nicæe Insubrum principarum sine bello acquisiuit: eò nimirum à ciuibus accitus, qui à Ladislao Neapolis Rege defecerant. Pro fratre sedi Episcopali restituendo, Bernatum auxilijs, graue gessit bellum cum Sedunensibus: quod primò quidem ipsi feliciter cessit. Verùm illo dignitate ea denuo deturbato, bellum vbi redintegraret; à Sedunensibus & Valesijs victus, quatuor millia suorũ perdidit A. C. 1388. Nouissimè in venatione ab equo præcipitatus: fracto crure, è viuis excessit A. C. 1398. Vxor ANNA Bituricensis.

EDVARDVS Sabaudus Guiscardo Gradecio Sedunensium Episcopo, ab Antonio Barone Turriano de arce & scopulo Seona præcipitato, surrogatus A. C. 1375. triennio pòst & ipse à Valesijs est pulsus: quod intestini belli fuit initium, quo tota regio misferum in modum est vastata. Sedi episcopali à fratre restitutus A. C. 1384. quadriennio pòst denuo eiectus, Episcopatum non repetijt: siue morte præuentus, siue bellorum pertæsus.

AMEDAEVS IIX. Dux Sabaudiæ primus in Concilio Constantiensi ab Imp. Sigismundo cõstitutus A. C. 1416. vxore Maria Philippi Audacis Burgundiæ Ducis F. defuncta; ipse rerũ mundanarũ tædio affectus, Ludouico filio gubernacula relinquẽs; in agro Genebensi monachũ ꝓfiteri cœpit: cœnobio cõstructo ad lacũ Lemanũ A. C. 1434. Ob abstinẽtię postmodò, eruditionis eximiæ

BONA vxor Ludouici Sabaudi, Epiri Principis.

IOANNA consors Iacobi Ioannis Marchionis Montisferrati, & præsidis Italiæ.

Duces Sabaudiæ.

clarique

Duces Sabaudiæ.

clarique nominis famam in Concilio Basileensi postulatus in Pontificem Maximum, & contra Eugenium IV. magna solennitate consecratus, FELICIS V. nomen accepit IX. Kal. Sextil. A. C. 1440. quam tamen dignitatem nouennio pòst Nicolao V. concessit, solo Cardinalatus honore contentus. Obijt Ripaliæ ad lacum Lemanum inter milites Iesu, monasterij S. Mauricij (in quo antè Decanum egerat) A. C. 1452. mense Ianuario.

LUDOVICUS Dux Sabaudiæ alter; princeps pacis studiosus: Lugduni diem obijt A. C. 1462. Vxor ANNA F. Iani Regis Cypri.

AMEDÆVS Dux Achaiæ.

PHILIPPVS Comes Genebensis.

ANTHONII duo prima ætate extincti.

MARGARETA tribus ordine nupsit: Ludouico III. Andegauensi, Regi Siciliæ, Ludouico Electori Palatino: & Vlrico Comiti VVirtembergio.

MARIA nupta Philippo Mariæ Vicecomiti Mediolanensi, quòd è vomica circa fœmora laboraret, viro nunquam est congressa: eoq; defuncto, Virginum cœnobium, quod ipsamet extruxerat, intrauit.

AMEDAEVS IX. Dux Sabaudiæ tertius, iustitiæ & pietatis cultor eximius: ecclesiarum, scholarum, & pauperum nutritius singularis: alijsque heroicis virtutibus insignis: Diui & Patris pauperum cognomentum tulit. Hos namq; suos esse canes venaticos affirmabat: per quos se salutem & beatitudinem æternam assequi posse sperabat. Morbum Comitialem ad extremum vsq; vitæ spiritum patientissimè tulit. Obijt A. C. 1475. Vxor IOLE F. Caroli VII. Valesij Regis Galliæ.

LUDOVICUS Rex Cypri vxoris ratione, quæ fuit CAROLO-† A Ioannis Regis filia vnica, vidua Ioannis ex regio Lusitanorum sanguine: à Iacobo vxoris fratre illegitimo, regni inuasore, Venetorum auxilio in arce Nicosiæ expugnatus, pulsusq;, factus est Anachoreta. CARLOTA autem à persecutione iuris sui non quiescens, à Romano Pont. Sixto pecunia adiuta, in Ægyptum transfretauit ad Sulthanum: apud quem vbi triennium auxilij expectatione frustra triuisset: re infecta, Romam reuersa, ibi consenuit.

IOANNA Episcopus Gebennensis.

PETRVS Episcopus Gebennensis.

IACOBVS Romont Dominus.

PHILIPPVS Bressæus. Vide signum ✠

CAROLOTA Ludouici V. Regis Galliæ.

BONA nupsit Galeacio Maria Sforcia, Duci Mediolanensi.

MARGARETA consors Ioannis IV. March. Montisferrati.

MARIA vxor Ludouici Lucemburgij, Comitis Fani S. Pauli.

AGNES nupsit N. Comiti Diuensi.

PHILIBERTVS Dux Allobrogum quartus, patri successit quadrimus. Obijt apud Caualerium montem A. C. 1485. ætatis suæ XIV.

CAROLVS Dux Sabaudiæ quintus, fratri vix quadriennio superstes, veneno necatus perijt A. C. 1489. Vxor BLANCA F. Gulielmi VI. Marchionis Montisferrati.

IACOB. LVDOVICVS Gienſis Marchio.

MARIA nupsit N. Marchioni Rhötelino, *Philippo.*

CAROLVS II. in baptismate Ioan. Carolus nominatus, infans vix anni vnius patri successit in principatu sub tutela matris. Mortuus sexennis A. C. 1496.

✠

PHILIPPVS Baugiaci Comes, & Bressiæ Dominus, post agnatorum obitum senex Dux Sabaudiæ septimus factus: obijt Chamberiaci A. C. 1498. In eius vixere matrimonio MARGARETA F. Caroli I. Ducis Borbonij: & CLAVDIA Ponthicurana, Ioannis Brossij Bussaci Domini F.

Liberi eius

ex Borbonia *nomine Margarita.*

PHILIBERTVS Pulcer, Dux Allobrogum octauus, gener Maximiliani

LVDOVICA mater Francisci I. Regis Galliæ.

exPonthieurana:

CAROLVS III. Dux Allobrogum, ab Heluetijs Ber-

PHILIPPVS Dux Nemoricensis, Gebennæ Comes.

miliani

*

miliani I. Cæsaris ex filia MARGARETA: in flore iuuentutis decessit ἄτεκνος A. C. 1504. sepultus in Brenzeo cœnobio, ab vxore magnis sumtibus extructo.

PHILIBERTA nupsit Iuliano Mediceo, Principi Florentino.

†

natibus, Geneuam defendētibus recens malè mulctatus: à Francisco I Rege Galliæ & Valesijs maxima principatus sui parte spoliatus, & ditione patria eiectus A. C. 1536. duodeuigesimo anno pòst diem obijt Vercellis mense Iunio: Philiberto filio ex asse hærede instituto. Vxor BEATRIX Emanuelis Lusitaniæ Regis F.

*

IOANNES & ABSALON pueril i ætate extincti. *Duces Sabaudiæ.*

CAROLVS qo ijt in Hispania.

EMANVELES duo, & IOAN. MARIA tenera ætate sunt defuncti.

EMANVEL PHILIBERTVS Dux Sabaudiæ decimus; principatu eiectus, militauit Carolo V. Cæsari in finibus Belgicis, & bello Germanico: cui Ille, ne paterna carens hæreditate, rebus necessarijs pro dignitate omnino careret, Astæ ditionem tributariam concessit. Militauit & Philippo Hispaniarum Regi ad fanum Quintini: à quo restitutus in auitum ducatum, duxit MARGARETAM Francisci I. Galliarum Regis F. III. Kal. Iulij A. C. 1559. Cęterùm Hesdinum quoq; vrbem apud Morinos inuictissimam vi cepit. Obijt A. C. 1580. IV. Non. Augusti, Turini: Vercellis à suis sepultus cum insigni exequiarum pompa, & magnifico apparatu.

CATHARINA trima extincta.

ISABELLA & MARIA puellæ obierunt.

CAROLVS EMANVEL Dux Allobrogum, Pedemontis Princeps, Marchio Sizæ Comes Marennæ, Tarentesiæ Brisgoiæ, Bressiæ, Geneuæ, &c. natus A. C. 1561: baptizatus Turini VII. Id. Martij 1567. In eius viuit consortio CATHARINA minor natu Philippi Regis Hispaniarum filia.

ELIAE

ELIAE REVSNERI LEORINI

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI,

PARS IIII.

De Familijs Regum & principum, aliorumque procerum orbis Christiani

STIRPS COLVMNINA:

Quæ

Stemmata produxit illustria

I. COMITVM ZOLLERIORVM, Sigmaringæ & Veringæ.

II. BVRGGRAVIORVM NORIBERGENSIVM, & ab his oriundorum MARCHIONVM BRANDEBVRGENSIVM, Sacri Rom. Imperij Septemvirorum.

ILLVSTRISSIMIS POTENTISS. QVE Principibus ac Dominis

D. IOANNI GEORGIO SACR. IMP. ROM. ELECTORI SEPTEMVIRO:

D. IOACH. FRIDERICO ADMINISTR. Magdeburgio, Primatæ Germaniæ,

D. GEORGIO FRIDERICO, & D. ALBERTO FRIDERICO:

Principibus item Iunioribus,

D. CHRISTIANO & D. IOACH. ERNESTO D. IO. GEORG. ELECT. FF.

D. IOAN. SIGISMVNDO, D. IOAN. GEORGIO, D. AVGVSTO, D. ALBERTO FRIDERICO, D. IOACHIMO, D. ERNESTO, & D. CHRISTIANO GVLIELMO, D. IOACH. FRID. Filijs:

Marchionibus Brandeburgensibus, Ducibus Prussiæ, Stetini, Pomeraniæ, Cassubiæ, Vandaliæ, & Silesiæ, Burggrauijs Noribergensibus:

DOMINIS CLEMENTISS.

D. D. D.

STIRPIS INCLYTAE COLVMNINAE

Stemma Primum

COMITVM ZOLLERIORVM.

PETRVS COLVMNA, Patritius & Nobilis Romanus, oppidorum aliquot Latij dynasta: oriundus præalta maiorum serie, à vetertimo nimirum Camillotum sanguine; seu, vt alijs placet, ex antiquissima & nobilissima Guelphorum prosapia, Bertholdi scilicet & Odonis posteritate: cum alijs quibusdam proceribus aduersatus electioni Gregorij VII. Pontificis Romani, tanquam vitio factæ: captum Pontificem in vincula conicit. Quæ res quum turbas & popularem peperisset seditionem: Pontifex è vinculis liberatus, crudeliter in aduersarios animaduertit: & hunc quoque Petrum, Columna & Zagarolla castellis exutum, vna cum filijs in exilium pepulit. Quamuis autem ipsi, culpam postmodò deprecanti, Pontifex ignouit: bona tamen adempta non reddidit. Qua de causa quum noua his bella fereret: tota Italia à Pontifice eiectus ad Henricum IV. Cæsarem in Germaniam confugit: à quo agro quodam in Sueuia donatus arcem Zagarollam condidit: & Comitum hinc denominatorem familiam propagauit. *Comites Zollerij.*

FERTRIDVS abiectionem illam ad Pontificis pedes, tanquam ignominiosam, solus detrectans: quũ idcircò in Italia tutò consistere non posset: in Germaniam se deportans, militauit Henrico IV. Imp. contra Gregorium Hiltebrandum Pontificem, & Rudolphum Sueuum: vnde in præmiũ nauatæ operæ sedem in Germania à Cæsare accepit.

BVRCHARDVS Comes Zagarollæ siue Zollerensis, citatur in literis ab Henrico V. Cæsare de anno 1120. cætera obscurus.

IOANNES Comes Zagarollæ, citatur in literis de anno 1130.

FRIDERICVS I. Comes Zagarollæ siue Zollerij: Vxor N. Marchionissa Carinthiæ.

FRIDERICVS II. Comes Zollerius floruit circa A.C. 1212.

FRIDERICVS III. Comes Zollerius. Vxor N. Comitissa Tubingensis.

FRIDERICVS IV. Comes Zollerius, *senior.* Vxor ADEHEIDA Hartmanni Comitis Dillingani F.

[redacted] FRIDERICVS I. Comes Zollerensis. Vxor ELISABETH Comitissa Habsburgensis, soror germana Rudolphi I. Imp. Rom.

FRIDERICVS I. Stirps BVRGGRAVIORVM NORIBERGIORVM.

FRIDERICVS Episcopus Constantiensis electus A.C. 1292. obijt A.C. 1304.
BERTHOLDVS obijt ἄπαις. Vxor N. Comes Montisferrati.

[redacted] FRIDERICVS II. Comes Zollerensis. Vxor ELISABETH Comitissa VVirtenbergia.

BARBARA vxor Popponis Comitis VVerthæmij.
ELISABETH nupsit Comiti Sulzensi.

FRIDERICVS V. Comes Zollerius. Vxor AGNES Comitissa Nelleburgica.

ALBERTVS I. Comes Zollerius. Vxor IVTHA Comitissa Helffensteinia.

CATHARINA Comiti Eberstenio sociata.
MARGARETHA vxor Alberti Abusini, Boij.

Comites Zollerij.

IOANNES Comes Zollerius interfuit ludis Martialibus apud Ingelheimã celebratis A.C.1337.

FRIDERICVS VI. cogn. Senior, Comes Zollerẽsis. Vxor ADELHEIDA Henrici Comitis Fürstenbergij F.

MATHILDIS vxor Hermanni Comitis à Matsch.

Ao. 1480. finitis comitijs Norimbergensibus ab Frid: ad Ludov: Galliæ Regem, ablegati fuere Joannes Eps Augustensis et Jodocus Comes Zollerensis, uti negotia Burgundica componerent.

EITELFRIDERICVS III. Comes Zollerensis. Vxor VRSVLA Henrici Liberi Baronis Racunzij F.

MARGARETA.

FRIDERICVS VII. Comes Zollerius, Abbas Diuitis Augiæ 1402. vir pius & religiosus, sed non adeo doctus: obijt senex A.C.1427.Kal.Augusti.

al: Elisabeta.

FRIDERICVS IX. cognomento Niger Comes Zollerius: interfectus ad Sempachium in bello Leopoldi Exarchi Austriæ cum Heluetijs A.C.1386. VII.Id.Quintilis, *Anno*.

IODOCVS NICOLAVS Comes Zollerensis. Vxor AGNES Ioannis Comitis VVerdenbergij F.

FRIDERICVS Episcopus Augustanus electus A.C.1468. 1486.

ac S. R. I. Camerarius hæreditarius prima sua familia.

FRIDERICVS ex Canonico Argentoratensi electus in Episcopum Constantiensem p liberam resignationem Othonis Marchionis Hochburgij A. C. 1433. vir summa modestiæ & humanitatis laude insignis: obijt prid.Kal.Augusti A.C.1436: in arce Gotlibe. Sepultus Constantiæ.

EITELFRIDERICVS IV. Comes Zollarensis, Sigmaringæ, & Veringiæ; primus Iudex Cameræ Imperialis. Vxor MAGDALENA F. Friderici Crassi Marchionis Brandeburgij & Tãgermundani.

ALBERTVS Comes Zollerius.

Fridericus HENRICVS Episcopus Augustanus electus A.C. 1486. princeps fuit mitis, pius, castus, erga pauperes beneficus: tandem verò iusto austerior factus, in solitis exactionibus subditos onerauit. Arcem Zollerensem ædificijs exornauit: Burladingum ex imis fundamentis instaurauit: Hechingum renouauit: Dillingam ampliauit. Obijt IIX.Idib.Martij A.C.1505. ætatis LV. Sepult⁹ Augustæ in basilicæ Cathedralis sacello S. Gertrudi dicato.

de Wittem

FRANCISCVS VVolfgangus Comes Zollerẽsis, Sigmarensis, & Veringensis. Vxor ROSINA F. Christophori Marchionis Badensis & Hochburgij.

IOACHIMVS. *EITELIOACHIMVS.* FRIDERI. IX. *EITELFRIDERICVS V. Comes Zollerensis. Vxor N. Baronissa Stofelu.*

VVANDELABRA consors Alberti Comitis Hoheloij. *SALOME vxor Ludouici Comitis Oetingensis* ANNA Monialis.

IODOCVS Nicolaus Comes Zollerensis & Sigmaringensis vxor ANNA F. Gotofridi VVerneri lib. Baronis Cimbriei.

CAROLVS Comes Zollerij, Sigmaringæ, & Veringæ, Dominus, Haigerlochi & VVestrinæ, S. Rom. Imperij Camerarius hæreditarius. *Vx: Anna Marchionissa Badensis Ernesti F.*

ANNA nupsit Vlrico Philippo Baroni Altosaxe. *HELENA vxor Christophori Comitis Nelleburgij.*

IOACHIMVS. ELEONORA vxor Caroli Truchsessii in VValpurg. CAR...

Anna vxor Gulielmi Comitis Oetingani. Eitelfriderieus. Christophorus.



STIRPIS INCLYTAE COLVMNINAE

Stemma Secundum

BVRGGRAVIORVM NORIBERGENSIVM, ET AB HIS ORIVNDORVM MARCHIONVM BRANDEBVRGIORVM Electorum.

Fridericus I. Burggrauius 1290.

Fridericus II. Burggrau. 1330. Filiæ duæ. Albertus. Conradus. 1334.

Fridericus Episc. Ratisbonẽsis. Bertholdus Ep. Eistatensis. Albertus. 1361. Ioannes I. Burggrauius 1357. Ioannes. Fridericus. Albertus.

Frideri-

Fridericus IV. Burggrauius. 1394. Catharina.

Ioannes II. 1440. Fridericus I. Septemvir. 1440. Filiæ VII.

Elisabeth. — Ioannes. 1464. — *Fridericus II. Elector* 1470. — Albertus, Achilles Germanic[9], Elector. 1486. — Filiæ VII. — Fridericus Pinguis 1463.

Rudolphus. — Filiæ IV. — Ioannes. — Erasmus. — Filiæ duæ. — Filiæ duæ.

Ioannes Elector. 1499. — Filiæ XI. — Fridericus, vide signum ✣ — Georgius 1476. — Sigismundus 1495.

VVolfgangus. — Ioachimus I. Septemvir. 1535. — Albertus Elector Mogunt. 1545. — Filiæ IV.

Ioachimus II. Septemvir Brandenb. 1571. — Filiæ tres. — Ioannes Sapiens Marchio. 1571.

Ioan. Georgius Elector. N. 1525. — Fridericus. 1552. — Paulus. 1534. — Filiæ V. — Sigismundus Archiepisc. Magdeburg. — Elisabeth. — Catharina.

Ioach. Fridericus, Primus Germaniæ 1546. — Georg. Albertus. ✣ 1557. — Ioannes. — Albertus. — Filiæ IIX. — Christianus. — Ioach. Ernestus.

Ioan. Sigismundus. N. 1572. — Anna Catharina. N. 1575. — Ioan. Georgius. N. 1577. — Augustus. N. 1580. — Alber. Fridericus. N. 1582. — Ioachimus. N. 1583. — Ernestus. 1583. — Gulielm[9] Christian. N. 1588.

✣

Fridericus V. Marchio Onolsbacensis. 1536.

Casimirus. 1527. — Georgius Pius, Marchio Onolsbacensis. 1543. — Filiæ VI. — Albertus Senior, Dux Borussiæ. 1568. — Ioannes. 1524. — Ioan. Albertus Archiep. Magdeburg. 1551. — Gumbertus.

Albertus. 1557. — Filiæ tres. (Casimiri)

Georg. Fridericus. N. 1538. — Filiæ V. (Georgii Pii)

Fridericus. — Albertus. — Alber. Fridericus, Dux Borussiæ N. 1553. — Filiæ V. (Alberti Senioris)

Anna. — Maria. (Alber. Friderici)

STEMMATIS ἜΚΦΡΑΣΙΣ.

RIDERICVS Comes Zollerius, Eitelfriderici F. Petri Columnæ trinepos, ab Imp. Cæsare Rudolpho, suo auunculo; cui cùm aliàs sæpe, tum inprimis in bello Basiliensi suam fidem probauerat; veterum Burggrauiorum Noribergensium, è prosapia Marchionum Vogburgiorum, stirpe extincta; ea dignitate remuneratus, & Burggrauius est inuestitus circa A. C. 1273. Vnde nec deinceps de suo in Cæsarem studio quicquam remisit: Ipsique bis contra Othocarum Bohemum fortem nauauit operam. ELISABETHAE vxoris primæ matrimonio (fuit hæc Othonis Ducis Meraniæ, & Istriæ Marchionis vltimi F.) oppida Berytum & Cadesburgum. aliosque ad Salam & Mœnum tractus suæ fecit ditionis. Rebus humanis excessit Noribergæ XIX. Kal. Septembris A. C. 1290. Heilbrunni inhumatus. HELENA altera coniux, ex Saxonia oriunda (quidam Beatricem nominant) Noribergæ mortua & sepulta est A. C. 1309. His nati *Burggrauij Noribergenses.*

Fridericus II. Burggrauius Noribergius, stemmatis propagator. †

ANNA vxor VValrami Comitis Nassouij.

HELENA virgo Noribergæ apud Franciscanos tumulata.

CONRADVS Burggrauius Noribergensis, princeps iustitiæ, pacis, & religiosæ pietatis amantissimus: fratre bellicis negotijs implicito, Noribergæ ius dixit: ibidemque

Burggrauij Noribergenses.

Collegium Spaltense fundauit A.C. 1295. Naturæ concessit A. C. 1334. VI. Non. Martij. Ex AGNETE filia Cratonis Comitis Hohenloij procreauit

IOANNEM
FRIDERICUM } *Equites Ordinis Mariani, siue Commendatores Ordinis Prutenici.*
ALBERTUM

ALBERTUS Comes Turingiæ ad ostium Orilæ, obijt æuum. Vxor AGNES Othonis Comitis Orlamundani vidua.

FRIDERICVS II. *Burggrauius Noribergensis*, Ioanni Lucemburgio, Cæsaris Henrici VII. filio, in Bohemiam ad capessendum regnum eunti, auxiliarem adduxit manum: & Cuthnenses, intentare vim ausos, feliciter profligauit. Ludouico Boio cùm alijs in prælijs, tum in eo quoque affuit, quo cum Friderico Austriaco est debellatum: quem à Mosbachico nobili captum, Imperatori adduxit. huius enim causam magis probabat. Naturæ concessit XVII. Kal. Iunij A. C. 1330. Ex MARGARETA filia Vlrici Ducis Carinthiæ. genuit

BERTHOLDUM Burggrauium Noribergium, *qui Commendatoris per Franciam & Borussiam adeptus dignitatem, eam ad annum ætatis primum supra trigesimum retinuit. Tum enim Clementis VI. Pontificis Romani fauore ac studio Episcopatum Aistetensem consecutus: castrum S. Bilibaldi construxit. Tantum quoque ipsi tribuit Ludouicus Boius Imp. vt Cancellario eo vsus fuerit. Fatali morte sublatus A. C. 1365. ætatis suæ XLV. XVI Kal. Octobris: & Heilbrunni inhumatus.*

FRIDERICUM Episcopum Ratisbonensem designatum A. C. 1328 cui alteram adiunxit dignitatem, Administratoris videlicet Ecclesiæ Aistetensis, frustra renitente Friderico Landgrauio Leuchtebergio, Episcopo à Pontifice Rom. isti Ecclesiæ obtruso. Rebus humanis excessit A. C. 1342.

Ioannem Burggrauium Noribergium, stemmatis propagatorem. †

ALBERTUM Burggrauium Noribergensem, principem corporis dignitate & forma egregia: venationum studio summè deditum. A fratris morte ad Rempub. rediens, vxorem duxit SOPHIAM Bertholdi Hennebergij F. sed è qua nullam prolem sustulit. Obijt pridie Non. Aprilis A. C. 1361.

CATHARINAM coniugem Eberardi Comitis VVerthemij.

IOANNES I. Burggrauius Noribergensis. cum fratre Alberto, qui cum summa vixit concordia; paternas terras dispertitus; multa prædia à Comitibus Orlamundanis empta. suæ adiecit ditioni. Ludouico Cæsari militauit in Italia. Fabulam vitæ peregit A. C. 1357. Nonis Octobris. ex ELISABETHA vxore, Popponis Hennebergij F. filiaque superstitibus:

Friderico III. Burggrauio, stemmatis conseruatore.

CATHARINA coniuge Balthasaris Landgrauij Turingiæ & Marchionis Misniæ, mortua A. C. 1371.

FRIDERICVS III. Burggrauius Noribergensis, mirificè studuit Imperatori Carolo IV. cui Ludouicum quoque Romanum, Marchionem Brandeburgium, pertinaciter ipsi aduersantem, reconciliauit. Vnde abs eo pro magnis meritis, in castris ad Erphordiam, & bona deditiтia aliquot, & filiam eius suo filio coniugem impetrauit. Obijt Blasseburgi XII. Kal. Februarij A. C. 1394. Liberos genuit

ex ELISABETHA Friderici Grauis Landgrauij Turingiæ & Marchionis Misniæ filia, vxore prima:

IOANNEM II. Burggrauium Noribergium, Blasseburgi defunctum A. C. 1440. III. Id. Iunij: ex Margareta nata Caroli IV. Cæsaris filia suscepta vnica

ELISABETHA vxore altera Eberardi Senioris, cognomento Pacifici, Comitis VVirtembergij.

Fridericum I. conditorem, stemmatis Marchionum Brandeburgiorum. †

ELISABETHAM consortem Ruperti Imp. Rom. & Palatini Rheni.

BEATRICEM Alberto Austriaco, Academiæ Viennensis fundatori, elocatam.

ANNAM Abbatissam in Corona cœli, defunctam Anno Christi 1383. ibidem sepultam.

ex INGELBVRGA Bola, Ludouici Romani Marchionis Brandeburgij Electoris F. vxore altera:

MAR-

MARGARETAM nuptam Hermanno Landgrauio Hassiæ.
VERONICAM elocatam Barnimo VI. Duci Stetinensi in Pomerania.
CATHARINAM / *AGNETEM* } *Abbatissas S. Claræ Hofij in Voitlandia.*

FRIDERICVS IV. *Burggrauius Noribergensis*, Sigismundo Imperatori in Hungaricis, Bohemicis, & Imperij difficilimis negotijs fidam & strenuam nauauit operam multa sapienter consulendo: & varia pericula viriliter subeundo. Quapropter remunerationis ergo *Marchia Brandeburgensis*, quam Gulielmo Turingiæ Landgrauio à Iodoco patruele oppignoratam Cæsar redemerat, vnà *cum Electoratus dignitate*, quadringentorum aureorum millium stipulatu, ab eodem ipsi concessa; & postea in synodo Constantiensi publica ac solenni ceremonia est confirmata XIV. Kal. Maij A. C. 1417. Belligerauit etiā cum Ludouico Boio, Alberto Megalburgio, & Bernardo Saxone. Arcem Noribergensem, ab hoste suo Christophoro Luinigero exustam, Reipub Noribergensi vendidit vnà cum Burggrauiatu aureis CXXC. millibus, nemora item duo aureis LX. millibus, A. C. 1427: arcem Coloniensem ad Sueuum fluuium, quæ hodie Electorum Brandeburgiorum sedes est, à fundamentis extruxit. Aetate grauis, testamento condito, vita excessit Cadelsburgi XI. Kal Octobris A. C. 1440. Princeps spectatæ fidei, prudentiæ, magnanimitatis, & auctoritatis. Septemviratum tenuit annis XXIII. cum mensibus quinque, diebus tribus. Vxorem habuit ELISABETHAM Ducissam Bauariæ, Friderici Landshutensis F. qua nati *Marchiones Brandeburgij Septemviri.*

IOANNES I. Marchio Brandeburgius, Burggrauius Noribergensis, & Dominus Voitlandiæ: princeps ingenio mitissimus, otij liberalis amantissimus, patrius obseruantissimus: cessit de eius voluntate Friderico fratri septemvirali dignitate. Naturæ debitum persoluit Beiersdorffi XVI. Kal. Dec. A. C. 1464. Heilbrunnæ tumulatus. Fuit in eius matrimonio BARBARA Rudolphi Ducis Saxoniæ Septemviri F. quæ genuit.

RVDOLPHVM natum in arce Trebnicia non procul Viteberga: infantem nouem mensium extinctum.

DOROTHEAM consortem primò Christophori Palatini, Regis Cimbrorum: inde eiusdem in regno successoris Christiani I. Comitis Oldemburgij: defunctam A. C. 1471. Nonis Octobris.

ELISABETHAM nuptam Ioacbimo, Duci Stetinensi & Pomeraniæ.

BARBARAM Ludouico Marchioni Mantuano sociatam: fœminam inter matronas eius seculi forma moribusq́; insignem.

AGNETEM coniugem Bugslaui VII. Ducis Pomeraniæ.

FRIDERICVS II. Marchio Brandeburgius Septemvir, Burggrauius Noribergensis, ob bellicam fortitudinem, nec non acrimoniam & industriam in rebus gerendis, *Marchio cum ferreis dentibus* cognominatus: beneficio patris, & spontanea Ioannis fratris cessione, Marchiam cum Septemvirali dignitate obtinuit. Polonos, Lithuanos, Borossos, Francofurtum ad Viadrum obsidione cingentes, hostium tribus millibus cæsis, fudit A. C. 1450. Pomeranos & Megapolenses armis ita attriuit: vt de consensu Friderici III. Imp. gentis titulos, ducibus illis familiares, vnà cum insignibus communes acceperit A. C. 1464. A Vladislao Polonorum Rege Lusatiam inferiorem acquisiuit: quam deinde Georgio Regi Bohemiæ permisit, Cothusio cum paucis aliquot oppidis exceptis. Comitatum item Vierradensem occupauit: & arcem Torgelouiam, ciuitatesque Garzam ad Oderam & Banen suas fecit. Haud longè ante obitum in Palæstinam profectus: fratri Alberto Septemviratu cessit. Obijt IV. Id. Februarij A. C. 1470. Erat ipsi desponsata HEDVIGIS Vladislai Poloniæ Regis F. cuius ergo ad regnum illud procerum studio euocatus; raro exemplo recusauit; & in Casimirum Lithuanum transtulit. Ex vxore verò CATHARINA, Friderici I. Electoris Saxoniæ filia, sustulit

IOANNEM / *ERASMVM* } *infantes mortuos.*

MARGARETAM Bugslaui X. Ducis Pomeraniæ / *DOROTHEAM Ioannis V I. Ducis Saxoniæ Inferioris* } *coniuges.*

Albertus, Achilles Germanicus, Septemvir, stemma propagauit. †

FRIDERICVS Crassus siue Pinguis cognominatus, Marchio Brandeburgius, vete-

 rem pos-

Marchiones Brandeburgici Septemviri.

rem possedit Marchiam: aulæque sedem Tangermundæ habuit per annos XXII. Obijt Aruburgi, vbi templum fundauit A. C. 1463. pridie Non. Octobris: susceptis tribus filiabus ex AGNETE Ducissa Pomeraniæ, Barnimi filia:

MAGDALENA Marchionissa Brandeburgia & Tangermundana, vxore Eitelfriderici IV. Comitis Zollerij.
DOROTHEA in pueritia defuncta.
AGNETE vxor Georgij Iunioris Principis Anhaltini.
ELISABETH vxor Ludouici II. Ducis Lignicij & Bregani, obijt A. C. 1450.
CAECILIA consors Gulielmi Victoriosi Ducis Brunsuigij.
MARGARETA primùm Ludouico Gibboso Duci Boiariæ, pòst Martino VValdenfelsio Comiti in Palatinatu nupsit. Salingthalæ sepulta.
DOROTHEA coniux Henrici III. Ducis Megapolensis, diem obijt A. C. 1491.
MAGDALENA matrimonio sociata Friderico Duci Brunsuigio & Lunaburgio.
BARBARA fuit in consortio Ioannis postremi Ducis Opoliensis in Silesia.
BARBARA mansit innupta.

ALBERTVS, *Achilles Germanicus* cognominatus, Marchio Brandeburgius, Septemvir, Dux Pomeraniæ, Stetini, Cassuborum & Vandalorum, Burggrauius Noribergensis, Princeps Rugiæ, natus A. C. 1414. IIX. Kal. Decemb. hora septima matutina. A teneris (quod aiunt) vnguiculis in armis educatus: plurimis interfuit prælijs. Militauit in Polonia & Burgundia: pugnauit in Silesia: castra posuit in Borussia: hostes fudit in Bohemia: nec vllus in Germania angulus est, quem non calcauit armatus. Duxit exercitus numerosissimos: hostes prostrauit ferocissimos: vrbes expugnauit munitissimas. Pugnam in congressibus prior inijt: prælio vltimus excessit: in oppidorum oppugnationibus muros sæpe primus ascendit: monomachiam nunquã detrectauit. In Martialibus ludis, quibus hastis concurritur, vnus omnium repertus est, qui nunquam equo deiectus sit, nec vllo vnquam damno affectus: quum tamen septies & decies, solo tectus clypeo & galea, cætera nudus, prouocatores armatos equo semper deturbauerit. Anno Salutis humanæ 1448. satis graui & atroci bello Noribergenses oppugnauit: (ab eius tunc partibus steterunt XVII. Germaniæ principes) ciuitatesque quæ multæ illis suppetias tulerant, multis incommodis attriuit: quo in bello o[...] prælijs victor, nono demum victus, pacem fieri permisit. Auctus deinde Septemv[i]li dignitate, auctoritatem in Imperio tenuit præcipuam: effecitque, vt Saxonica, Bran[-]deburgica, Hassiaca domus certis inter se fœderibus iungerentur: quæ huc maximè spectarent, vt pax firma stabiliretur, & ad eam conseruandam auxilia subministrarentur mutua. Iam senex & ætate prouecta, Francofurtum ad Comitia, quæ Maximiliano I. creando Cæsari indicta erant, profectus: mortem in Balneo obijt repentinam V. Id. Martij A. C. 1486. Heilbrunni tumulatus. Princeps fortissimus & fortunatissimus: In quo non solùm militares artes & Imperatoriæ virtutes singulari quadam gratia eluxerunt: sed quem nobilitas quoque generis, corporis proceritas ac venustas, & virium robur atque facundia admirabilem ac penè diuinum reddidere. Vita illi annorum LXXI. mensium trium, dierum XV. Ex binis coniugibus vndeuiginti ipsi procreati liberi:

ex MARGARETA F. Iacobi Marchionis Badeni, vxore prima, defuncta A. C. 1457.

VRSVLA nata A. C. 1450. nupsit Henrico Duci Munsterbergio & Comiti Glocensi in Silesia, Georgij Podiebradij Bohemiæ Regis filio.
ELISABETH consors Eberardi II. Ducis VVirtembergij, nata Anno Christi 1451. obijt [...].
MARGARETA Abbatissa ad S. Claram Curiæ Nariscorum, nata A. C. 1453.
Ioannes stemmatis Marchionum Brandeburgiorum Septemvirorum propagator, natus A. C. 1455.
FRIDERICVS / *VVOLFGANGVS* } *in pueritia mortem obiere.*

ex ANNA F. Friderici II. Electoris Saxoniæ, vxore secunda, ducta A. C. 1458. prid. Id. Nouemb.

Fridericus V. conditor Gubernatorum Marchionatus Onolsbachij, & Ducum Borussiæ. †

ALBER-

ALBERTI duo: quorum alter in prima adolescentiæ annis A.C. 1466. alter infans eodem, quo in lucem editus fuit A.C. 1470. obijt.

GEORGIVS Marchio Brandeburgius, natus Coloniæ ad Suenum amnem: obijt Cadelsburgi A.C. 1576. ἄγαμος.

SIGISMVNDVS Marchio Brandeburgius, Præfectus Maximiliani I. Imp. Zistersdorfi: patris testamento accepit Voitlandiam. Decessit ἄγαμος VII. Kal. Martij A.C. 1495. ætatis suæ XXVII. Sepultus Heilbrunni.

Marchiones Brandeburgij Septemviri.

AEMILIA post Ludouicum Mansuetum Electorem Palatinum, secundis nuptijs iuncta est Casparo Duci Palatino & Bipontino.

BARBARA puella decem annorum desponsata est Henrico II. Duci Glogouiensi & Crosnensi A.C. 1473. qui feritatem Ioannis Saganensis perosus, ducatum coniugi legauit. Vnde Crosna cum alijs aliquot oppidulis pro dotalitio eius, quod erat aureorum 50000. Brandeburgicæ familiæ mansit. Hoc defuncto, Ladislao Regi Bohemiæ desponsata, non ducta est.

SIBYLLA coniux Gulielmi Ducis Iuliacensis & Burgensis.

ANASTASIA vxor Gulielmi IV. Principis Hennebergij, nata A.C. 1471.

ANNA innupta mansit.

DOROTHEA Abbatissa S. Sepulcri Bambergæ, nata A.C. 1472.

ELISABETH nata A.C. 1474. nupsit Hermanno Comiti Hennebergio.

MAGDALENA innupta mansit.

IOANNES à procera & heroica corporis statura, summaq; per Imperium Romanum auctoritate *Magnus*, ab eloquentia *Cicero Germanicus* cognominatus: Marchio Brandeburgius Elector, Dux Pomeraniæ, Stetini, Cassuborum & Vandalorum, Burggrauius Noribergensis: à patruo Friderico II. Electore educatus: sub eodem belli contra Pomeranos tyrocinium fecit. Patre bellis Burgundiacis occupato, A.C. 1489. Casimirum, Marhiam, Ladislaum, Reges Poloniæ, Vngariæ, & Bohemiæ, de Silesia contendentes, & finitimos excursionibus vexantes, Vratislauiæ graui & sapienti oratione inter se composuit: Germaniamq; externi belli terrore liberauit. Biennio pòst Ioanni Duci Saganensi, de Crosna bellum mouenti, cū instructis copijs occurrens: datis acceptisq; vtrinq; nonnullis cladibus, tandem ad pacem petendā hostem adegit: & Crosnam pro dotalitio sororis suæ retinuit. Moriturus Ioachimo F. præcepta hæc dedit: vt Deum coleret: iustitiæ ac beneficentiæ studeret: subditos à potentioribus oppressos vindicaret: licentiæ Nobilitatis non indulgeret. Supremum diem obijt A.C. 1499. ætatis suæ XLIV. Sepultus Berlini. Ipsi nupsit MARGARETA Marchionissa Misniæ, Gulielmi Ducis Saxoniæ F. A.C. 1476. mater ex ipso facta trium filiorum & quatuor filiarum:

VVOLFGANGI primogeniti in infantia extincti.

Ioachimi I. Electoris Brandeburgij. †

ELISABETHAE nata & mortua A.C. 1486.

ANNAE vxoris Friderici I. Regis Daniæ & Norwegiæ, mortuæ A.C. 1521. ætatis suæ XXXIV.

VRSVLAE coniugis Henrici IV. Ducis Megapolensis, defunctæ A.C. 1511. Kalend. Octobris vitæ suæ XXIII.

VRSVLAE alteræ, Erthmaro Duci Pomeraniæ elocatæ.

ALBERTI Marchionis Brandeburgij, Electoris Moguntini, nati A.C. 1490. IV. Kal. Iulij h. 2. pomeridiana. Hic è Canonico Treuirensi prid. Kal. Sept. A.C. 1513. ad Archiepiscopatum Magdeburgicum & Halberstadensem euectus: mox insequenti anno VII. Id. Martij Archiepiscopus Moguntinus Septemvir inauguratus est: & ab hinc quadriennio Kal. Augusti, Cardinalium quoque collegio adscriptus. Singularis fuit Musarum & literatorum patronus: at Pontificiarum superstitionum defensor acerrimus: pacis tamen amantissimus. Quippe qui, quum religionis dissidijs turbata esset Germania, vnus præcipuè cum Ludouico Electore Palatino omnes bellorum impetus ac æstum iam iam erupturum feliciter sedauit. Naturæ concessit IIX. Kal. Octob. A.C. 1545. Tumulatus Moguntiæ in basilica S. Martini post aram maximam sub rubro marmore. Vita expleuit annos LV. cum mensibus ternis, totidem diebus demptis.

IOACHIMVS I. Marchio Brandeburgius Elector, Dux Pomeraniæ, Stetini, Cassuborum & Vandalorum, Burggrauius Noribergensis, natus A.C. 1484. IX. Kal. Martij

Marchiones Brandeburgij Septemviri.

hora 10. min. 51. post meridiem: patris Septemviralem dignitatem successor excepit adhuc adolescens. Princeps fuit humanitate & affabilitate mirifica erga omnes: in bonis praeterea literis summè eruditus ac eloquens: quippe qui trium linguarum cognitionem habuit. Cuius rei certum posteritati reliquit argumentum: quando in conuentu Augustano A. C. 1530. Pontificiorum nomine Carolum Cæsarem oratione Latina excepit: eademque lingua Liburnorum legatis, auxilia contra Turcam petentibus, respondit. Condidit Academiam Francofurti ad Viadrum A.C.1506. V.Kal.Maij: quam diplomatibus confirmarunt Maximilianus I. Cæsar, & Alexander VI. Pontifex Romanus. Naturæ concessit V. Id. Quinctil. A.C.1535. ætatis suæ LI. mense quarto, die XXI. completis. Berlini inhumatus. Vxor ELISABETH Ioannis Cimbrorum Regis F. diem obijt Coloniæ ad Sueuum III. Idus Iunij: quum vixisset Spandauiæ vidua annis viginti, A. C. 1555. Hoc coniugio procreati,

Ioachimus II. Elector Brandeburgius. †

ANNA coniux Alberti III. Ducis Megapolensis, nata A. C. 1507.

ELISABETH elocata Erico Seniori Duci Brunsuigio: & eo mortuo, Popponi Principi Hennebergio.

MARGARETA fuit primò cum Georgio Duce Pomeraniæ: pòst cum Ioanne Principe Anhaltino.

IOANNES cognomento Prudens & Seuerus, *Marchio Brandeburgius, Dux Pomeraniæ, Stetini, Cassuborum, Vandalorum, & Crosnæ in Silesia, Burggrauius Noribergensis, Princeps Rugæ, dynasta Custrinæ natus A. C. 1513. III. Non. Sextilis hora 3 min. 30. post meridiem: singulari pietatis studio, eloquentia arguta & consilij dexteritate enituit: purioris religionis defensor, vindex, & propugnator extitit acerrimus: vnde quoq; fœderi Protestantium nomen dedit: communi Germaniæ saluti in publicis negotijs nunquam defuit. Cæsari, quum ipsi de religione prolixè cauisset, fratris suasu bello Germanico militauit: insimulatus propterea à confœderatis principibus, quòd fidem violasset, scripto publicè edito crimen obiectum diluit. Bello eo confecto, Cæsare in conuentu Augustano Interreligionis formulam promulgante, & ad subscriptionem Principes vrgente: re cum Mauricio Electore communicata, magno excelsoq; animo promissum Cæsaris vrsit acriter; nihil indignationem eius veritus. Vnde quoq; inter laudatissimos ætatis huius principes, qui toga & bello floruêre, haud immeritò est numerandus. Custrini catarrho suffocatiuo extinctus, animã Deo reddidit A. C. 1571. Idib. Ian. die à fratris excessu vndecimo. Ibidem sepultus. Vita illi annorum LVII. mensium 5. dierum decem. Ex CATHARINA F. Henrici Iunioris Ducis Brunsuigij & Luneburgij, duas sustulit filias:*

ELISABETHAM nuptam Georgio Friderico Marchioni Brandeburgio & Onolsbachio A. C. 1558. VII. Kal. Ianuarij: mortuam Varsoniæ in Polonia IIX. Id. Martij A. C. 1578. Sepultam Regiomonte in Borussia.

CATHARINAM in matrimonium collocatam Ioachimo Friderico Marchioni Brandeburgio, Administratori Magdeburgio A. C. 1570. VI. Idus Ianuarij.

IOACHIMVS II. Marchio Brandeburgius Elector, Dux Pomeraniæ, &c. natus A.C.1505. VI. Id. Iannarij hora 1. min. 30. post meridiem: puer in bonis literis informandus traditus est Funccio Iurisconsulto. Patrem ad Comitia & Imperij conuentus fermè omnes secutus: eo instituto magnum sibi rerum vsum comparauit. Solymanno Turcarum tyranno A.C.1532. Austriam bello impetente, Carolo V. Cæsari bis millie circiter equites auxiliares adduxit: quo bello quum Casonum ducem Turcicum ad Leopoldium interfecisset: à Cæsare cingulo equestri est donatus. Decennio ab hinc, de cõmuni Ordinum Imperij consensu, in conuentu Spirensi Dictator belli Turcici designatus: re parũ feliciter gesta domũ reuersus; Francofurtensi Academiæ ornandę incubuit, redditibus ipsam & stipendijs amplissimis adaugens. Cæsaris partes bello Germanico secutus: vt capitalis in Ioannẽ Fridericum Saxoniæ Electorem captiuũ lata sententia mutaretur, intercessione sua impetrauit: & cum Mauricio pro Philippo Landgrauio, Cæsari reconciliando, summoperè laborauit. Interreligionis formulã, Augustæ in Comitijs à Cæsare promulgatam, ne quid ad suas inde prouincias rediret incommodi, quidẽ approbauit: puriorem tamen religionem non immutauit. Magdeburgios, fines ipsius incursionibus aliquoties vexantes, oblatasq; pacis cõditiones repudiantes, cum Mauricio Saxoniæ Electore obsidione cinxit: cæterùm pacis, quàm belli, amantior: quam vt suis

perpe-

perpetuam præſtitit;ita alijs ſæpenumerò feliciter conciliauit. Apoplexia ad extremũ extinctus in arce Copnica III. Non. Ianu. A.C.1571. ætatis ſuæ LXVI. completo, demptis diebus ſex. Coloniæ ad Sueuum tumulatus in templo Cathedrali. Princeps ſincerioris religionis & pacis ſtudioſiſſimus: vitæ, morumq́; probitate laudatiſſimus: iuſtitiæ, ſapientiæ, aliarumq́; maximarum virtutum fama iuxtà clariſſimus. Liberos genuit

Marchiones Brandeburgici Septemviri.

ex MAGDALENA filia Georgij Barbati Ducis Saxoniæ, de-defuncta A. C. 1534. IV. Kal. Ianuarij,

Ioan. Georgium, Electorem Brandeburgium. †

BARBARAM nuptam Georgio Duci Bregano & Lignicio in Sileſia, A.C.1554.

ALBERTVM }
GEORGIVM } *gemellos in cunis mortuos.*

ELISABETHAM virginem defunctam A.C.1539. XIII. Kal. Septembris.

FRIDERICVM Marchionem Brandeburgium, natum Berlini pridie Idus Decembris A.C.1530. defunctum Halberſtadij V. Non. Octobris A. C. 1552. quo eodem anno non ita pridem in Archiepiſcopatu Magdeburgenſi, & Halberſtadenſis Adminiſtratione ſurrogatus fuit Ioanni Alberto Marchioni & agnato. Vita compleuit annos XXI. cum totidem diebus, & nouem inſuper menſibus. Sepultus Halberſtadij.

PAVLVM difficili matris partu editum A.C.1534. IV. Kal. Ianuarij: eiuſdemq́; fatum non multo pòſt inſecutum: quum vix Chriſtianæ religionis per ſacrum baptiſmum eſſet initiatus.

ex HEDVIGE Sigiſmundi I. Regis Poloniæ F. vxore altera, ducta Cracouiæ A. C. 1535. Kalend. Septemb.

SIGISMVNDVM Marchionem Brandeburgium, à fratris exceſſu electum Archiepiſcopum Magdeburgium & Adminiſtratorem Halberſtadenſem, Primatemq́; Germaniæ: principem bonum, humanum, literatorum ſingularem patronum: ac veræ religionis perquàm ſtudioſum. Quippe qui errores religionis huc vſq; in Salinis Saxonicis relictis ſuſtulit: Eccleſias ſuæ diœceſeos per viros pios viſitare curauit: fideiq́; ſuæ confeſſionem per conſiliarios ad Comitia Auguſtana miſſos edidit: reformationem inſignem, ſi vita ſuperfuiſſet longior, aggreſſurus. Halæ Saxonum defunctus XIIX. Kal. Octobris A.C.1566. ibidemq́; ſepultus: quum annos vixiſſet XXVII. menſes nouem, dies XII. diœceſim autem ſuam annis XIV. ita rexiſſet, vt ſubditis gratus, vicinis honoratus eſſet.

ELISABETH MAGDALENAM vxorem Franciſci Othonis Ducis Luneburgij & Brunſuigii.

HEDVIGEN conſortem Iulij Ducis Brunſuigij & Luneburgij.

SOPHIAM nuptam Guilelmo Baroni Roſenbergio A.C.1561. poſtridie Idus Decembris: triennio pòſt mortuam.

IOANNES GEORGIVS Marchio Brandeburgius Septemvir, & Imperij Archicamerarius, Dux Pomeraniæ, Stetini, Boruſſiæ, Caſſuborũ, Vandalorum & Cronę in Sileſia, Burggrauius Noribergenſis: natus III Idus Septembris A.C.1525. hora 1. ante meridiem: bello Germanico militauit Carolo V. Imperatori: quo ea generoſiſſimi animi, præluſtriſq́; fortitudine edidit facinora: vt cingulum equeſtre promeruerit. Patre defuncto, Electoratus dignitatem, auitamq́; prouinciarum adminiſtrationem ſucceſſor excepit: quibus adhuc ſumma cum laude præeſt. Princeps optimus, patriæq; amantiſſimus. Cui vt felicem & tranquillam gubernationem; & ſalutaria Eccleſiæ ac Reipub. conſilia atq; ſucceſſus tribuat Deus, auctor & cuſtos Imperiorum & principum bonorum; ardentibus votis exoptamus. Liberos ſuſcepit

ex SOPHIA F. Friderici II. Ducis Liguicenſis & Bregenſis, ducta Coloniæ ad Sueuum A.C.1545. inſequenti anno [illegible] extincta VI. Kal. Febr. vxore prima,

IOACHIMVM FRIDERICVM, Marchionem Brandeburgium, Primatem Germaniæ, natum VI. Kal. Febr. A.C.1546. hora 5. pomeridiana. Hic deſignatus Epiſcopus Hauelburgenſis & Lebuſienſis ab obitu patris Adminiſtrationem Archiepiſcopatus adiungens: templum Cathedrale repurgauit: puramq́; Euangelij doctrinam, legitimamque Sacramentorum adminiſtrationem, exploſo Antichriſto, inſtaurauit. De Burggrauiatu quoque Magdeburgenſi cum Auguſto Electore amicè tranſegit A.C.1579. In bonis literis & puriore religione informatus: laudato maiorum exemplo, ſummo eas ſtudio fouet & proſequitur. Cuius pijs conatibus & ſalutaribus conſilijs vt aura

semper aspiret secunda: faxit Deus trinus & vnus. Nuptias celebrauit Custrini cum CATHARINA Marchionissa Brandeburgica sua gentili. VI. Id. Ian. A. C. 1570. qua ipsum parentem fecit octo liberorum:

Marchiones Brandeburgici Septemviri.

IOAN. SIGISMVNDI Marchionis Brandeburgij, Prussiæ, Stetini, Pomeraniæ, Vandaliæ, Silesiæq; Ducis. nati A. C. 1572. VI. Id. Nouemb. hora 7. post meridiem.

ANNAE CATHARINAE natæ A. C. 1575. VI. Kal. Iulij h. 11. min. 30. post meridiem.

IOAN. GEORGII Marchionis Brandeburgij, nati A. C. 1577. XVII. Kal. Ianuarij.

AVGVSTI Marchionis Brandeburgij, Canonici Argentoratensis, nati A. C. 1580. XIII. Kal. Martij hora 12. min. 30. post meridiem.

ALBERTI FRIDERICI nati A. C. 1582. III. Kal. Maij.

IOACHIMI } ERNESTI } gemellorum, natorum A. C. 1583. Id. April. circa meridiem.

CHRISTIANI GVLIELMI, nati A. C. 1588.

☿ ex SABINA, gentile, Georgij Marchionis Brandeburgij F. ducta A. C. 1547. mortua IV. Non. Nouemb. A. C. 1574. vxore secunda;

MARIAM adolescentulam mortuam.

MAGDALENAM }
MAGDAL. SABINAM } *infantes extinctas.*
HEDVIGEM }
MARGARETAM }

IOANNEM } *ALBERTVM* } *gemellos, in cunis mortuos.*

GEORG. ALBERTVM natum Berlini XI. Kal. Martij A. C. 1555. bimum extinctũ.

ERTHMVDEN Ioan. Friderici }
ANNAM MARIAM Barnini X. } *Ducum Pomeraniæ coniuges.*

SOPHIAM elocatam Christiano Electori Saxoniæ A. C. 1582.

☿ ex ELISABETHA F. Ioach. Ernesti Principis Anhaltini, vxore tertia, ducta A. C. 1577. pridie Non. Octob.

CHRISTIANVM Marchionem Brandeburgium, Prussiæ, Stetini, Pomeraniæ, Vandaliæ, Silesiæque Ducem.

IOACHIMVM ERNESTVM.

Marchionatus Onolsbachij in Francia Gubernatores.

FRIDERICVS V. Alberti Achillis Germanici F. Marchio Brandeburgius, Dux Pomeraniæ, Stetini, Vandaliæ, Silesiæ, Princeps Rugiæ, Burggrauius Noribergensis, natus VI. Non. Maij A. C. 1460. hora 11. min. 20. ante meridiem: possedit auitos in Franciæ fines: quibus à Sigismundi fratris obitu Voitlandiam adiecit. Princeps fuit ætate heroicis virtutibus, & rebus gestis pace & bello clarissimus Res ipsi fuit cum Noribergensibus: & in bello Bauarico, Maximiliano I. Cæsari auxilia adducens, Bohemicas copias fortiter feliciterq; fudit. Decessit è vita die suo natali annos natus LXXVI. VI. Non. Maij A. C. 1536. gubernationis suæ quinquagesimo. Vxor SOPHIA, Casimiri Regis Poloniæ F. obijt A. C. 1513. mense Ianuario, quinquagenaria. Liberi eius numerantur XVI.

ELISABETH consors Ernesti Marchionis Badensis & Hochbergij nata A. C. 1480.

CASIMIRVS Marchio Brandeburgius in Franconia & Voitlandia, Dux Pomeraniæ, Burggrauius Noribergensis, natus A. C. 1481. V. Kal. Octob. hora 6. min. 31. antemeridiana: princeps fuit animi magnitudine, pietate, & bellica virtute præstans. Quippe qui A. C. 1506. durante inter patrem & Noribergenses simultate; quum iuuentus Norica pagi vicini encænia adijsset armata, manu subitò eos adortus plurimos eorum trucidauit: qui item in ducẽdo ac sustinendo patre senio confecto, exemplo Scipionis illius, baculi vicem subije; muniaque gubernationis, de Imperatoris voluntate in se deuoluta, summa fide administrauit: quo tempore in seditiosos quoque Kittingenses seuerè animaduertit A. C. 1525. Quum tandem contra Ioannem Scepusium Transyluaniæ Vaynuodam iustis vindicasset armis regnum Pannoniæ: post duros militiæ labores Budæ dysenteria extinctus est A. C. 1577. ætatis suæ XLVII. Corpus in patriam reductum, Heilbrunni inhumatum est. Nupsit ipsi Augustæ Vindelicorum in Comitijs A. C. 1518. IX. Kalend. Septembris SVSANNA Alberti Ducis Boiariæ F. mater ex ipso facta

MARIÆ vxoris Friderici Simmerensis, principis Palatini Septemviri, natæ A. C. 1519. V. Id. Octob: mortuæ prid. Kal. Nouemb. A. C. 1567. Veræ hæc religionis fuit amantissima, erga pauperes munifica, erga suos humana, omniumq; virtutum genere ornata. CVNE-

CVNEGVNDÆ consortis Caroli Marchionis Badeni & Hochburgij, ἄπαιδες defunctæ.

Marchiones Brandeburgij Onolsbacenses.

CATHARINAE virginis mortuæ.

ALBERTI Iunioris, Alcibiadis Germanici *cognominati, Marchionis Brandeburgij in Voitlandia, Burggrauij Noribergensis: nati Onolsbachi V. Kal. April. A. C. 1522. hora 4. min. 50. post meridiem. Heros hic fuit fortissimus & bellicosissimus: quippe qui & solus, & coniunctis armis cum alijs principibus, clarissimas & munitissimas Imperij vrbes direptionibus & incendijs vexauit, & ad deditionem coegit: multoties victor, aliquoties etiam victus. Carolo V. Cæsari militauit bello Gallico & Germanico: quo ab Ernesto Brunsuigio captus Rochlitij, adductusque Ioanni Friderico Electori, Gothæ vsque ad cladem Mulbergensem est asseruatus. Mauritio, cui familiarissimus tunc erat, Lipsiæ iunctus, obsidionem Magdeburgi communi marte vrsit A. C. 1550. Biennio pòst cum eodem iterum socia arma contra Cæsarem iunxit: Noribergam infesta obsidione pressit, grauissimaq; damna intulit: Episcopos Papæbergensem, & Vrbipolensem grandi pecunia multauit: Vlmensium & Moguntini ditiones incendijs & rapinis vastauit: Vormatiam & Spiram, fugatis episcopis, occupauit: Treuiros deditione cepit: Lucemburgiũ agrum & Lotharingiam rapinis infestauit: Aumalium Ducem è familia Guisia, totis viribus in ipsum irruentem, fortiter excipiens; ingenti strage profligatum, viuum cepit: indeque ad Metim cum Cæsare se coniunxit. Episcopi autem & Noribergenses quum pactis non starent; sed cum vicinis principibus & inprimis Henrico Iuniore Brunsuigio fœdus contra ipsum facerent: denuo fines illorum adortus, omni maleficij genere exhausit: Papæburgum & Suinfurtum occupauit: equitatum ab Noribergensibus conductum intercepit: Halberstadenses mulctauit: Henrici Brunsuigij agrum fœdè depopulatus est: donec post acerrimam ad castrum Peinum dimicationem fugatus, victoriam hosti maximè cruentam reliquit A. C. 1553. VII. Id. Iulij. Nõ multo pòst ab Henrico Brunsuigio ad vrbem Brunsuigam iterum in fugam coniectus; in Franconiam redijt: & Curiam, deditione interea amissam, subita impressione recuperauit: quod tamen breui cum alijs oppidis iterum amisit. Tandem sollicitantibus aduersarijs, cum à Camera solenni cæremonia, tum à Cæsare proscriptus, patriaque ditione pulsus: in Lotharingiam, & inde in Galliam contendit: elapsoque biennio publica fide in Germaniam reuersus, exul apud Carolum Marchionem Badensem, suum sororium vixit Portæ Hercinia: vbi in vera pœnitentia & agnition Mediatoris Christi placidissimè vitam finijt ἄγαμος καὶ ἄπαις VI. Id. Ianuarij A. C. 1557. Sepultus ibidem in æde B. Michaelis. Annos vixit XXXIV. menses nouem, dies decem.*

FRIDERICI in pueritia extincti.

MARGARETA coniux Bugslaui X. Ducis Pomeraniæ tertia, Mortua *ἄπαις*.

GEORGIVS cognom. *Pius*, Marchio Brandeburgius & Onolsbachius Dux Stetini, Pomeraniæ, Vandaliæ, Silesiæ, Burggrauius Noribergensis, natus Onolsbachi IV. Non. Martij A. C. 1484. hora 1. min. 12. ante meridiem: educatus est in Vngaria ab auunculo Rege Vladislao: cuius postmodo filium rursus instituir in moribus formandis, & militaribus studijs: cui in regno exinde Bohemiæ capessendo ensem quoque prætulit. Eundem etiam, bellum Vratislauiensibus ob mutatam religionem facturum, intercessione sua placauit. Vnde diuersis ex meritis Regi commendatissimus factus: Silesiæ tractu in ducatu Oppauiensi & Oppoliensi est donatus. Generosi fuit hic pectoris heros, in gubernatione iustus, beneficus, moderatus: Deum pietate non fucosa coluit: syncera & sancta fide puram Euangelij doctrinam inter primos amplexus; ecclesias suarum ditionum iuxta illius normam emendauit, paternaque benignitate fouit. Vnde, & in augustissimo Imperij procerum conuentu Augustæ Vindelicorum A. C. 1530. pro eius defensione nulla odia, nullas minas, nedum capitis periculum subterfugit: sed apertè & constanter, nominis sui subscriptione eam confessus est: nec vsquam Ioanni Friderico optimo principi defuir Beatissimo exitu vitæ finem imposuit Onolsbachi V. Kal. Ianuarij A. C. 1543. ætatis suæ sesquisexagesimo completo, cum XXIII. diebus. Sepultus Heilbrunni. Liberos procreauit

ex BEA-

Marchiones Brandeburgij Onolsbacenses.

¶ ex BEATRICE F. Ioannis Huniadis, ſorore germana Mathiæ Coruini Regis Vngariæ, vidua Bernardi Comitis Mondruſini & de Frau-gipanibus, vxore prima,

Nullos.

¶ ex HEDVIGE F. Caroli Ducis Monſterbergij & Præſidis in Sileſia, vxore altera,

ANNAM MARIAM conſortem Chriſtophori Ducis VVirtembergij & Teccij, piè defunctam A.C.1589. XIV. Kal. Iunij.

SABINAM coniugem Ioannis Georgij Electoris Brandeburgij, defunctam IV. Non. Nouembris A.C.1574.

¶ ex AEMILIA Duciſſa Saxoniæ, Mauricij, & Auguſti Electorum ſorore germana. vxore tertia defuncta 1591.

CATHARINAM DOROTHEAM natam A.C.1530. nuptam Henrico Seniori Burggrauio Miſniæ, & domino Plauenſi A.C.1556.

SOPHIAM natam A.C.1535. nuptum Henrico Duci Lignicio A.C. 1560. IV. Id. Nouemb.

BARBARAM natam A.C.1536.

GEORGIVM FRIDERICVM Marchionem Brandeburgium & Onolsbacenſem in Francia & Voitlandia, Ducem Pomeraniæ, Stetini, Vandalorum, Caſſuborum, & Sileſiæ in Iegersdorff, Radiboro & Oppolio, Burggrauium Noribergenſem: natum Onolsbach: Nonis Aprilis A.C.1538. hora 2. min. 48. poſt meridiem. Recuperauit hic Alberti patruelis per Franciam ditionem: Boruſſiamque à Stephano Buthorio Polonorum Rege feudi nomine accepit gubernandam A.C. 1578. Ad patris exemplum ſe totum componens: eiusdem pietatis ac virtutis heroicæ æmulus, Eccleſijs adhuc quàm optime proſpicit: prolixaque beneficentia optimarum artium ſtudia adiuuat. Cuius rei argumentum euidens eſt ſchola Heilbrunnenſis, ab ipſo, die ſuo natali A.C.1582. fundata. Matrimonio ipſi ſociata fuit ELISABETH F. Ioannis Prudentis, Marchionis Brandeburgij, VII. Kal. Ianuarij A.C. 1558. & poſt obitum eius SOPHIA F. Gulielmi Ducis Brunſuigij ac Luneburgij A.C. 1579. ſed ex neutra prolem tulit.

SOPHIA nata A.C.1485. nupſit Friderico Duci Lignitio & Bregano A.C. 1519. Id. Febr. diem obijt A.C.1537. XVII. Kal. Iuuij.

ANNA vxor Vladiſlai II. Ducis Glogonienſis & Teſchinenſis in Sileſia nata A.C. 1487.

Albertus V. cogn. Senior conditor Ducum Boruſſiæ. †

FRIDERICVS VI. natus A.C.1492. obijt in pueritia.

IOANNES IV. Marchio Brandeburgius, natus A.C.1493. promeruit Gubernatoris nomen ac dignitatem Valentiæ in Hiſpania. Obijt [illegible] non ſine veneni ſuſpicione A.C.1524. ætatis ſuæ XXXI, Vxor ISABELLA Ioannis II. Regis Caſtellæ F.

ELISABETH nata A.C.1494.

BARBARA conſors Georgij Landgrauij Leuchtenbergij, obijt in thermis Carolinis menſe Septembri A.C.1552, ætatis ſuæ LVII. Sepulta Pfreimbdæ.

FRIDERICVS VII. Marchio Brandeburgius, natus A.C. 1497. ex Canonico Moguntino dignitatem Præpoſiti VVurciburgij conſecutus: vitam Geneuæ in Sabaudia finijt, militans Carolo V. Cæſari contra Franciſcum I. Regem Celtarum A.C. 1536. ætatis ſuæ XXXIX.

GVLIELMVS Marchio Brandeburgius, natus A.C. 1498. Epiſcopatum Rigenſem in Liuonia conſecutus: Gulielmi Furſtburgij, Ordinis Teutonici per eam regionē Magiſtri armis oppugnatus, captusque A.C.1556. anno proximo opera Sigiſmundi Auguſti Poloniæ Regis & fratris Alberti Ducis Boruſſiæ, liberatus eſt. Non multò tamen pòſt à Ioanne Baſiliade Magno duce Moſcouiæ, qui tum temporis truculentum Liuoniæ bellum faciebat, eſt interceptus. Obijt A.C.1563 ætatis ſuæ LXV.

IOAN. ALBERTVS Marchio Brandeburgius natus A.C. 1499. patrueli Alberto Cardinali in Archiepiſcopatibus Magdeburgenſi & Halberſtadenſi Coadiutor adiunctus: eidem defuncto ſucceſſit. Obijt podagricus XVI. Kal. Iunij A.C.1551. vitæ ſuæ LII. Sepultus Halę Saxonum in templo arcis.

FRIDERICVS ALBERTVS natus A.C.1501. puer obijt.

GVMBERTVS natus A.C.1503.Herbipoli & Papebergæ Canonici dignitatem adeptus:deinde apud Leonē X. Pont. Rom. Cubicularij functus munere,obijt Neapoli. *Duces Borussiæ.*

ALBERTVS V. cogn. *Senior*,Marchio Brandeburgius,*Dux* Pomeraniæ,Stetini, *Borussiæ,&c.*natus Onolsbaci A.C.1490. XVI. Kal Iunij hora 10. antemeridiana: adolescentulus vixit in aula Hermanni Archiepiscopi Coloniensis:adultior à genitore in bellicis artibus egregiè est institutus. Adolescens viginti vnius annorum ab Imp. Maximiliano I. Marianorum equitum Familiæ adscriptus;& nouo exemplo simul Magister renunciatus ; ordinis sui iura contra auunculum Sigismundum Poloniæ Regem multis annis fortiter defendit: qui cum postea pace feliciter icta,de eius voluntate pro Magistro Ducem se gerere cœpit : vxoremque duxit DOROTHEAM F.Friderici I. Regis Cimbrorum. Accusatus propterea à cæteris Magistris illius ordinis,quasi Borussiam ab Imperio abalienasset:eisdem acriter instigantibus,à Camera proscriptus: Borussiam eum dignitate Ducis nihilominus sub tutela Regis Poloniæ,& quidem absque bello retinuit.Eximio religionis & pietatis flagrauit studio:nec non literas elegantiores & cæteras disciplinas benignissimè semper fouit: quibus iuuandis Regiomonte Academiam fundauit XVI.Kal.Septemb. A. C. 1544. administro ea in re vsus Georgio Sabino Iurecons. celeberrimo. Andream Osiandrum, nouas de religione turbas dantem,initio quidem defendit:melius deinde edoctus,scripto publico Confessionis Augustanæ doctrinam sequi se velle est professus: & secundum eam quoque Ecclesiarum reformationem instituit. Erico Iuniore Duce Brunsuigio hostiliter Borussiam aggresso: improuiso hostis aduentu consternatus,quū suas vix cogere posset copias,in paralysin incidit:quæ etsi curatione felicissima fuit depulsa,semina tamen aliorum morborū reliquit:Quibus recrudescentibus, Tapiæ, quo ob pestis grassantis contagionem secesserat,diem extremum claudens,ad æterna gaudia transijt XIII Kal. Aprilis A. C. 1568. hora 6.ante meridiem: quum annos vixisset LXXVII. dies CCCVII. horas duas. Sepultus Regiomonte. Liberos genuit

ex DOROTHEA Daniæ Regina, defuncta A.C.1547.IV.Id. Aprilis, vxore prima:

ANNAM SOPHIAM, Ioanni Alberto Duci Megapolensi elocatam VI. Kal. Martij A.C.1555.mortuam IIX.Id.Februarij A.C.1591.

CATARINAM,
LVCIAM DOROTHEAM
FRIDERICVM
ALBERTVM } *omnes hac vita ereptos.*

ex ANNA MARIA F. Erici Senioris Ducis Brunsuigij, ducta A. C. 1500.XVI.Kal. Aprilis:quæ mariti fatum eodem anno & die sedecim horarum interuallo est insecuta:

ALBERTVM FRIDERICVM Marchionem Brandeburgium, Ducem Borussiæ secundum,natum III.Kal.Maij A.C.1553.Ipsi in ægritudinem diuturnam incidenti, curator à Stephano Rege Poloniæ adiunctus est Georgius Fridericus patruelis; qui etiamnum Borussiam gubernat.Nuptiale sacrum celebrauit cum MARIA ELEONORA Gulielmi Ducis Iuliacensis F.pridie Idus Octobris A.C.1573.factus ex ea parens

ANNÆ natæ V.Non.Quintil.1576.
MARIÆ natæ XI.Kal.Februarij.1579.
LVCIAM.
ELISABETHAM immatura morte extinctam.

NICOLAI REVSNERI

PRINCIPVM ET ELECTORVM MARCHIONVM BRANDEBVRGENSIVM ELOGIA.

FRIDERICVS I. ELECTOR.

Quando Sigismundus frenaret legibus orbem
Cæsar, & Imperij rector haberet opes:
Quartus erat Præses FRIDERICVS Norides vrbis
Gente Columnæa Zolleriaq; satus.
Pacis amans sanctæ: sed & armis magnus, & acer,
Si qua manu fortis res peragenda fuit.
Cæsaris hic socio tutatus milite partes:
Pannonis afflixit cladibus hostis opes,
Pro meritis veteres Brenni dono accipit vrbes:
Lataque Septemuir Marchio regna tenet.
Carus, & acceptus genti, sic finijt æuι
Pace bona longos, & sine labe, dies.

FRIDERICVS II. Elector.

Pacis & armorum studijs, & mentis honore
Inclytus, & fa[illegible]is, Dux FRIDERICVS erat.
Tam ferro, quàm consilio certare paratus:
Indomita domuit te Pomerane manu.
Fortis, & ingeniosolers & corde benignus:
Sontibus iratus, supplicibusque bonus.
Sed pius inprimis Princeps, reuerensque Deorum:
Sincera coluit numina sancta fide.
Consilijsque bonis labefactam restituit rem:
Vtilior patriæ, quàm sibi, sæpe suæ.
Mortuus hic fratri regni commisit habenas:
Æacidæ nomen cui sua dextra dedit.

ALBERTVS, Achilles Germanicus, Elector.

Terrarum domitor Germanicus orbis Achilles
ALBERTVS, bello Marchio magnus eram.
Feruidus ingenio, caput insuperabile, pugnis:
Magnorum terror mille, timorque Ducum.
Prussia testis erit, sterilisq; Polonia campis,
Et Boiæ quondam patria gentis humus:
Præcipuè memori Respublica Norica clade
Testis erit, nouies milite capta meo.
Quid multis opus est? nemo tot prælia fecit:
Et toties redijt victor ab hoste domum.
Salue Heros, magni sapiens imitator Achillis:
AEternum viuet nomen in orbe tuum.

IOANNES Elector.

Nec tua celari virtus in carmine debet:
O decus, ô regni. IANE, columna tui.
Pacis eras medius, belliq; ue: Polonus in hostem
Pannonicum quando bella cruenta mouet:
Assuetaque tibi docta dulcedine lingua,
Afflictis rebus fers animosus opem.
Cura tibi semper patriæ fuit vna togatæ:
Quæ per te multis floruit aucta bonis.
Cura tibi cultus superum, legumque bonarum,
Virtutis, fidei, iustitiæque fuit.
Quæ tua iampridem laus cælo nomina tollit.
Atque Dijs superis te facit esse parem.

IOACHIMVS I. Elector.

Quo laudes, IOACHIME, tuas, quo carmine dicam,
O pater, ô patriæ cura salusq; tuæ?
Tu pacem genti potiùs, quàm bella tueris:
Si qua geris fines exuis hoste tuos.
Tu purgas latrone vias: tu legibus vrbes,
Tu sanctum munis relligione forum.
Tu nostri princeps es facundissimus æui:
Ingenij currunt flumina magna tui.
Namque per ingenuas clarum caput exeris artes:
Qualibet eloquio fit bona causa tuo.
Principis ô quantum decus est sapientis imago:
Eloquio tantum cuius honoris inest.

ALBERTVS Cardinalis, Elector Moguntinus.

Nec te carminibus nostris, Alberte, tacebo:
Nobile, Præsul, aui nomen adepte tui:
Ipsa gubernatrix caput, & Germania mundi,
Quo nihil, excepto Cæsare, maius habet.
Omnis cura tibi magnarum tradita rerum:
Inq; tuis humeris grande recumbit onus.
Tu medium pacis de conditionibus offers:
Teutonis annorum dum pauet ora metu.
Dumque ducum tacitæ fraudes, & operta tumescunt
Bella domi nobis, bella timenda foris:
Et sacra turbatur varijs Ecclesia sectis:
Omnia mista quibus fanda nefanda iacent.
Ergo quòd exultant securis publica terris
Ocia, suppresso bellaque Marte silent:
Quodq; graui nondum Germania mota tumultu,
In sua conuertit viscera cæde manus:
Se debere tuis meritis, Alberte, fatentur;
Compositæ quotquot commoda pacis amant.
Ne qua sedexistat metuendi causa furoris;
Afflictis fidei rebus & affer opem:
Induat vt veterem pietas renouata nitorem:
Quæ modò dissidijs tot labefacta ruit.
Quòd si composito, per te sublata tumultu
Schismata turbatæ relligionis erunt:
Donec adorabit nomen Germania Christi,
Laudis erit nunquàm fama caduca tuæ.

G. Sabinus.

IOACHIMVS II. Elector.

Quantum Marte ferox, & vinci nescius armis:
Tantum pace potens Dux IOACHIMVS erat.

Dux bonus, & sapiens, pietatis cultor & æqui:
Arma domi nunquam, sed tulit arma foris.
Asseruit patriæ cum libertate salutem:
Et sanctam Christi, cum pietate, fidem:
Cæsare grassantes quum contudit auspice Turcas
Victrici statuens pulcra trophæa manu.
Vixit in hoc etiam facundi lingua parentis:
Nec latuit virtus ingeniumque Ducis:
Quem referunt Musæ, quem sacrant carmina vatum:
Et ne sit laudis fama caduca, cauent.

De IOANNE Marchione Brandeburgio, Ioach. II. Fr. Germano, mortuo Anno M.D.LXXI.

Idus Marchia iam Boreâ rursus
Ianus dux tibi mensium reducit:
Plenas mæstitiâ, dolore plenas
Idus, & populis cuis acerbas.
Princeps Marchio principum IOANNES;
Et gentis pater ille patriæque,
Genti mortuus hen repente luctum,
Ac desiderium sui reliquit.
Princeps ille Seuerus ore, corde
Princeps at Sapiens (vtrumque nomen
Gessis viuus adhuc) piusque princeps:
Iuris iustitiæque cultor æquus:
Cultor relligionis & patronus:
Tutor maximus omnium piorum:
Pacis magnus amator, & quietis:
Paterni eloquij disertus hæres.
Quem Respublica tota luget orba,
Musarumque cohors & ipse Phœbus,
Et vacum pia gens amaniorum.
Hac merces pietatis esto sancta. N. Reusnerus.

Ioachimo II. Electoris F.F.F.
IOAN. GEORGIVS Elector.

Qui proauos, atauosque refers, in imagine sancta:
Et cumulas morum nobilitate genus:
O salue, Dux Magne, Caducifer inclyte sacri
Imperij: patriæ duxque paterque tuæ.
Te tua iampridem sublimem gloria cælo
Tollit in Eois Hesperijsque plagis:
Quòd superûm cultus & iura sacrata tueris:
Sæuaque sub miti supprimis arma toga:
Tamque bonis studijs, quàm moribus, excolis vrbes:
Collapsæque iuuas relligionis opus.
Salue care Deo Princeps: te numina seruent;
Proque tua maneant in statione domo.

FRIDERICVS Marchio, Præsul Magdeburgius.

Reddidit ante diem FRIDERICVS Marchio vitã:
Factus vbi Præsul Parthenopæus erat.
Hunc vbi conspexit Respublica morte solutum,
Fleuit, & hæc mæsto pectore verba dedit:
O columen Friderice meum, ceu messis in herba,
Ah tua sub primo flore iuuenta perit.
Te vix alter erat præstantior indole Princeps:
Spes erepta mihi funere quanta tuo:

SIGISMVNDVS Marchio, Præsul Magdeburgicus.

Quanta Sigismundi grauitas, sapientia, virtus,
Quem coluit regem Sarmatis ora, fuit:
Tanta tibi grauitas, illius tanta nepoti
Virtus, tamque sagax contigit ingenium.
Quin eadem facies, habitusque simillimus oris,
Inque tuo validum corpore robur inest.
Indole sic animi, sic fausto nominis illum
Omine, sic oculis, sic grauitate refers.
G. Sabinus.

IOACH. FRIDERICVS Primas Germaniæ.

Principe te quondam, IOACHIME, puerpera nato
Quum SOPHIA è terris mater ad astra redit:
Pax & Relligio mater tibi sancta futura
Vtraque, certatim te vocat inde suum:
Imponitque suum pariter tibi nomen, vt omen,
Vtraque: pacis amans tu FRIDERICVS eris,
Illa: sed hæc, felix (ait) instaurator honoris
Ipse Dei pariter tu IOACHIMVS eris.
Audijt hoc Pater ille tuus, clarissimus heros:
Et, meus hic, inquit, nomen vtrumque gerat.
Omen in euentu est: pietatis idoneus auctor,
Pacis & es cultor, Marchio magne, bonus.
Pax & Relligio sibi sic nunc obuia tandem:
Imperij custes vtraque magna tui.

FRIDERICVS Marchio Onolsbacensis.

Tu quoque secura pacis studiosus & oti,
Pacificum meritò nomen & omen habes.
Pacis dulcis amor, nomen latabile pacis:
Pax ducibus bello gloria maior erit.
Non illâ melius quicquam videt arduus æther:
Non maius quicquam totus hic orbis habet.
Cura tibi semper patriæ fuit vna togatæ:
Quæ per te multis floruit aucta bonis.
Quæ tua iampridem laus cælo nomina tollit:
Atque Dijs superis te fecit esse parem.
Sed magis hoc felix censendus es atque beatus:
Tot pater Heroum quòd potes esse Ducum.

CASIMIRVS Marchio.

Quantum Marte ferox, & vinci nescius armis:
Tantum pace potens Dux CASIMIRVS erat.
Ipse sui columen regni, Imperijque sacrati:
Vtilior patriæ, quàm sibi, sæpe sua.
Sospite quo felix hæc floruit, atque beata:
Concidit extincto, sed simul illa Duce.

ALBERTVS, Casimiri F. Marchio.

Ille sacerdotum terror, regumque, ducumque,
ALBERTVS nimis heî Marchio Marte ferox.
Exul obit tandem Portæ sub mænibus vrbis
Herciniæ: verâ relligione pius.

GEORGIVS Pius, Marchio.

Inclytus ingenua virtute GEORGIVS Heros,
Brandeburgiacâ Marchio stirpe satus:
Hic vbi fortis auus, fraterque, paterque quiescunt,
Luce senex functus post sua fata iacet.

Qui licet excelsa præstaret robore mentis:
Attamen innocuæ pacis amator erat.
Bella nec vlla domi, sed publica & extera, gessit:
Noxia nec patriæ, iusta sed arma tulit.
Quantum eius virtus, bellique scientia posset:
Sensit in Vngaricis Turca repressus agris.
Hinc sibi Pannoniæ Regum deuinxit amorem:
Præmia Silesios laudis adeptus agros.
Tum verò patriam tranquilla mente gubernans,
Fortiter asseruit dogmata vera Dei.
Hacque fide referens constanti, & pectore toto
Confessus caram Cæsare sæpe fuit.
Iustitiæ custos, & castus cætera princeps;
Subiectis meruit ciuis amore coli.
Adde quod est patris casum solatus acerbum:
Complexus summa quem pietate fuit.
Hunc quia te coluit, quia te constanter amauit:
Saluator gremio suscipe Christe tuo.

Ioan. Stigelius.

ALBERTVS I. Dux Borussiæ.

Terra remota iacet, pigro subiecta Bootæ:
Quam satus indomito Marte Borussus arat.
Terra ferax Cereris, fœcundaque melle, sed expers
Aonidum: Scythiæ namque propinqua iacet.
Belliger hic amplas ALBERTVS possidet vrbes,
Teutonici referens nomen Achillis aui.
Acribus armorum studijs fortissimus Heros:
Intrepida cuius pectora Marte calent.
Fortia quem diuo pro Cæsare bella gerentem
Itala Gallorum sanguine vidit humus.
Quem vetus Hunnorum, regnataque Pæone tellus
Nauiter inuictum sensit & esse manu.
Denique virtutemque Ducis, dextramque potentem
Sarmatis agnouit cladibus ora suis:
Postque cruenta feri Martis certamina, tandem
Fœdus, & optatam iunxit amicitiam.
Nec tamen inuicto laudatus pectore tantùm,
Sed multis alijs dotibus auctus is est.
Is dum pacis agit cessantibus otia bellis:
Promouet vrbana castra quieta toga.
Erigit impulsas bellorum turbine leges:
Ac populo dicens iura das æqua suo.
Primus & indigenas verâ pietate Borussas
Imbuit, & casta relligione Dei.
Vt quoque vulgus iners doctas traducat ad artes:
Laurigero Musas ex Helicone vocat:
Gymnasiumque recens literarum nobile condit:
Hic vbi labentes Bregela voluit aquas.
Sic iterum inuisunt hoc principe numina terras:
Quæ scelerata hominum vita fugauit humo:
Cana fides, libramque gerens Astræa bilancem:
Quæque acri pietas flagrat amore Dei.

G. Sabinus.

GEORGIVS FRIDERICVS Marchio.

Prisca sacros Musis quærat Bœotia fontes,
Et matutinas Pegasus acer aquas.
Nos laticesque nouos sancti gustabimus antri,
Ortaque sub mundi vespere sera bona:
Sera bona; at nullis non æquiparanda vetustis:
Immò etiam cunctis anteferenda bonis.
Nam venas FRIDERICE aperis diffusis; vnde
Lympha SALVTARI FONTE perennis eat.
Vngula fodit equi Pallantidos Hippocrenen:
Has scatebras magni principis alta manus.
Tanto igitur pluris fiant hæ principis vnda:
Quanto est inferior pes potiare manu.

P. Melissus.

IN PRINCIPES ET ELECTORES BRANDEburgicos

TETRASTICHA.

FRIDERICVS I.

Sigmundus populis te Cæsar, & vrbibus auxit:
Cum Præses quintus Noridos vrbis eras.
Factus es imperij septemvir, & ampla sub arcta
Marchia te proprium cœpit habere Ducem.

I.S.

FRIDERICVS II.

Nullus in imperio fuit obseruantior æqui:
Nec patriæ rexit mitior alter opes.
Dicitur huic supplex mœsto Pomerania vultu
Ante triumphantis succubuisse pedes.

G.S.

ALBERTVS ACHILLES Germanicus.

Plura suis nemo commisit prælia signis:
Plus neque diuerso laudis ab hoste tulit.
Belliger vnde tuus Germania dictus Achilles:
Omnibus inuicta namque terrar erat.

G.S.

IOANNES I.

Arma Bohemiaci Ioannes contudit hostis:
Et fera pugnacis robora Lusatiæ:
Silesiæque suis adiecit hic oppida terris:
Per quas irriguus Odera tendit aquis.

G.S.

FRIDERICVS III.

Te non læta minus se Francia iactat alumna,
Ipsaque piscosis Marchia tincta vadis:
Quàm claro gaudens lætatur Apolline Delos:
Quamque superba suo Gnosia terra Ioue.

G.S.

IOACHIMVS I.

Sanguine tum pascant animos, & cæde tyranni:
Quos fera plus hominum bella salute iuuant:
Publica tranquillæ tu commoda pacis amasti:
Nulla tuo strages edita Marte fuit.

G.S.

ALBER-

ALBER. VS CARD.
Magnanimum patrijs virtutibus aquat Achillem
Albertus, cuius laude superbit auus.
Hoc generosa nihil Germania Principe maius,
Nec sacra Romana Curia sedis habet.
G.S.

CASIMIRVS.
Te noua iampridem sublimi gloria fama,
Eoüque plagis, Hesperijsque vehit:
Quod superûm cultus veros, & iura tueris:
Saeuaque sub miti supprimis arma toga.

GEORGIVS.
Dux bonus, & sapiens, pietatis amator, & aequi:
Munificus, fidei, iustitiaeque tenax.
Non ignaua gerens, sed idonea pectora bello:
Fortia ceu magni Principis acta docent.

VVILHELMVS Praesul Rigensis.
Praesulis officio fungor: me Liuo remotus,
Et colit Arctoo proxima Rega freto.
Aetherei vigil hic pastoris ouilia custos
Sancta sub extremo cardine seruo poli.

ALBERTVS I. Dux Borussiae.
Regia laurigeris Dux condidit atria Musis
Albertus, bello maximus, atque toga.
Vtque bonis studijs, ita moribus excolit vrbes:
Imbuit ac vera relligione Dei.

IOACHIMVS. II.
Salue magnanimûm genus armipotentis Achillis,
O decus, ô patriae spes, Ioachime, tuae.
Vindice quo pulsus Thracum regnator ab Istro
Cessit & amisso milite terga dedit.
G.S.

IOANNES.
Tu pacem potius genti, quàm bella tueris:
Si qua geris, fines exuis hoste tuos.
Extimuit lectas ducentem Gallia turmas:
Quo te complexus nomine Caesar amat.

ALBERTVS Marchio.
Ter quinque exierant post natum secula Christum:
Et septem messes, lustraque lapsa decem.
Cum pia pro patria, pro libertate tuenda,
Bella gerens, Portae Marchio fortis obit.
I.A.

GEORGIVS FRIDERICVS.
Non tua Lethaeis olim, Friderice Georgi,
Laude sua celebris, fama tegetur aquis.
Me tua iamdudum virtus rapit, atque Camaenam,
Vt tibi depromat carmina digna, monet.
I.S.

ALBERTVS FRIDERICVS
Dux Borussiae.
Cresce, tuosque refer proauos, insignia quorum
Omine non laeuo nominis bina geris.
Cresce potens magni soboles, & Principis haeres:
Te populo felix diuite terra manet.
G.S.

IOANNES GEORGIVS.
Tu superum metuens, & cultor idoneus aequi,
Haeredem patriae laudis & artis agis.
Pax tibi prae bello semper placet optima rerum,
Sanctaque cum verâ relligione fides.

FRIDERICVS Praesul.
Te matura senem reddit prudentia, quamuis
Signet adhuc teneras vix tibi barba genas.
Te sibi relligio custos fidissima caeli
Vendicat: inque tuo pectore templa tenet.
G.S.

SIGISMVNDVS.
Excubias tu pastor agis, ne turba luporum
Irruat in Christi sanguinolenta gregem.
Atque salutari medicamine vulnera curas;
Tot quibus (heu) miserae conficiuntur oues.
G.S.

IOACHIMVS FRIDERICVS.
Tu columen patriae, Musis tu dulce leuamen:
Largiris studijs praemia digna bonis.
Te sibi Pieridum, te vatum vendicat agmen:
Qui graue pro meritis nomen habere dabunt.
N.R.

F I N I S.

ELIAE REVSNERI LEORINI

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI,

De Familijs Regum & principum, aliorumque procerum orbis Christiani;

STIRPS ACTIA siue GVELPHICA:

Quæ

Stemmata produxit illustria

I. MARCHIONVM ESTENSIVM, DVCVM Ferrariæ, Mutinæ, & Regij in Italia:

II. DVCVM BRVNSVIGIORVM & LVNAEBVRGIORVM in Saxonia.

ILLVSTRISS. PRINCIPIB. ac Dominis

D. HENRICO IVLIO ADMINISTR. HALBERSTAD. & MINDENSI, D. PHILIPPO SIGISMVNDO Ep. VERDENSI, D. IOACH. CAROLO & D. IVL. AVGVSTO, Fratrib. Germanis, D. IVLII Filijs inclytis.

Item

D. HENRICO & D. GVLIELMO FR.
D. OTHONI & D. PHILIPPO & D. VVOLFGANGO Principib. item Iuniorib.

D. IVLIO ERNESTO, D. FRANCISCO, & D. AVGVSTO, D. Henrici F. F. F.

Et

D. ERNESTO, D. CHRISTIANO, D. AVGVSTO, D. FRIDERICO, D. MAGNO, D. GEORGIO, & D. IOANNI, D. Gulielmi F. F. F.

Et

D. OTHONI HENRICO, D. IOAN. FRIDERICO, D. GVLIELMO, D. CHRISTOPHORO, D. IOANNI, & D. FRIDERICO, D. Othonis Harburgij F. F. F.

Ducibus Brunsuicensibus & Luneburgensibus

DOMINIS CLEMENTISS.
D. D. D.

STIRPIS

STIRPIS ACTIAE siue GVELPHICAE

Stemma Primum

MARCHIONM ESTENSIVM,
DVCVM FERRARIAE, MVTINAE, & Regij in Italia.

GENS ACTIA, à qua hac familiæ per tot secula continuata series radicem educit, Romæ L. Valerio Flacco & C. Mario Coss. floruit: maximè verò M. Actio Balbo, C. Cæsaris Augusti auo materno conspicua: quæ tanquam Imperij sequax, in Gallia Transpadana militum & populorum præfecturas consecuta est: atque huius C. Actij, qui vixit Imperante Theodosio, reliquorumq́; monumentis fuit conspicua: vt omittamus complures vetustioris tempestatis, ac præsertim Actium Nauium, augurem inclytum, cui statuam Romulus erexit. Hæc Reinerius Reineccius historicus clarißimus ex Hieronymo Faleto.

C. ACTIVS, cuius origo ad Actium Nauium augurem inclytum, (qui temporibus Tarquinij Prisci Regis Romanorum circa A. V. 48. cotem nouacula scidit) refertur. Vixit Ateſtæ, imperante Theodosio circa A. C. 390. *Principes Estenses.*

C. ACTIVS Decurio & Quatuorvir Ateſtis A. C. 402. ab Estensibus electus in principem seu ducem militiæ, ad Alarici & Radagusij Regum Gothorum & Vandalorum tyrannidem euertendam: obijt A. C. 411. Pro insigni gestauit Leonem nigrum in clypeo, trabibus ternis rubeis & totidē argenteis transuersim diuiso. Vxor MARTIA.

FL. ACTIVS Princeps Estensis, parentibus & fratri Xillo monumentum posuit. Obijt *ānus.*

AVREL. ACTIVS Princeps Estensis post patrem, & Vindelicorū præfectus: Venedicum tractum ab incursione Alarici ac reliquorum hostium fortiter defendit. Obijt A. C. 418, Vxor N. Norica.

C. XILLVS viuis adhue parentibus defunctus.

LVXONIA mortua Estæ.

TIBERIVS Ateſtis, Montis Silicis, Vincētiæ & Feltrij Princeps obijt A. C. 428. potestatis suæ decimo. Vxor IOCVNDA F. Valerij Rutheni, & Lauinij sororis germanæ Lilij reguli Paduani.

LVCIVS Princeps Estensis.

RENESTVS Princeps Estensis, obijt A. C. 454.

ATESTIVS sepultus Lodi.

FORESTVS Montis Silicis, Vicentiæ, Feltriæ Princeps post Tiberij fratris excessum: religionis Christianæ defensor acerrimus: armorum militiæq́; admodum gnarus. Atilæ Hunni copias, Aquilegiam obsessuras bis fudit: vrbem ipsam obsessam consilio, virtute, & armis sapientißime defendit: multos ex hostibus cepit: quorum nonnullos, qui baptismum suscipere recusabant, morte mulctauit: reliquos vita donauit. Ab Atila tandem lethaliter vulneratus, expirauit A. C. 453. Aquilegiæ inhumatus ad D. Virginem. In insignibus vsus est monocerente argentei coloris sedente. Vxor Constantia.

FL. ALPHORISIVS princeps Estensis ac Feltrij, perijt in pugna contra Odoacrū Herulum commissa circa Lodi: vbi & sepultus est A. C 478. potestatis suæ XXII. In insignibus vsus argentea aquila. Vxor PAMPHILIA Thesanciæ fratriæ soror.

MARVELLVS Princeps Estensis & Vicentiæ, missus in Sardiniam contra Vandalos à Valentiniano III. Imp. obijt *ānus* A. C. 458. Vxor THESAVREA siue Thauressa F. Regis Roxolanorum.

FL. ACRINVS siue Acharius, Ateſtis & Montis Silicis Princeps, Ferrariæ cōditor, vir bellicosus. Militauit Perottoni supremo militiæ præfecto Lilij Reguli Paduani, militauit contra Atilam: quo in Vngariam reuerso, Atestiam vetustam reædificare & munire occæpit: verùm à Genserico Vandalo impeditus, eius tyrannidem fugiens, Rauennam abijt: vbi à Seuero Cæsare inauguratus in

MAXI-

Principes Estenses & Feltrij.

MAXIMVS Princeps Feltrij, auxilio Theodorici Veronensis, Regis Italiæ, patrias ditiones recuperauit A. C. 493. Obijt A. C. 538.

SABINVS siue Sabinianus, Illyrico Præfectus A. C. 499. cæsus à Petzamo Comite Sirmiensi Anno C. 518.

Magistrum Equitum contra Alanos; Ricimeris auxilio victoria potitus est perinsigni; interfecto ipsorum Rege Biorgore A. C. 468. In prælio tandem contra Odoacrum Herulorum Regem fortiter dimicans occubuit A. C. 478. Lodi sepultus. Vxores ordine habuit duas: GARDENAM Reginam Damasci, quæ in baptismo Alectæ nomen accepit: & AMALASVNTHAM F. Theodorici Principis Francorum.

SEVERIANVS Feltrij Princeps.

BONIFACIVS Princeps Feltrij, aquilæ argenteæ in suis insignibus cygnum adiunxit rubeum propter oppidum Feltrium. Fugatus ab Orbaro Capitaneo Vitigis: Riminum obsidione liberauit, pulsis Gothis. Narseti Eunucho contra Totilam militans: sagitta in dextro oculo vulneratus, in tentorijs expirauit A. C. 556. Vxor ELISA.

ACTIVS siue Azo I. annos natus XXIIX. tyrannidem Odoacri fugiens, in Boiariam se contulit: vbi in vxorem duxit N. filiã Theodonis Ducis. Mortuus ἄπαις A. C. 538.

CONSTANTIVS Princeps Atestis & Mõtis Silicis annos vndeuiginti natus cum fratre in Boiariam abijt. Iustinianum imp. ad vlciscendam Amalasuntham, Theodorici Regis Italiæ F. à marito Theodato in exilium eiectam & necatã, sollicitauit. Ab Otharo Vitigis Capitaneo interfectus A. C. 538. Vxor ARTHVSIA siue Athusa, filia Æbrini Gothi. Huius nepos fuit.

VALERIANVS Princeps Feltrij, interfectus in prælio Longobardorum contra Francos in Italia gesto A. C. 591. Vxor CONSTANTIA.

ALDOARDVS I. Princeps Estensis, Montem Silicem ab Agilulpho Rege Longobardorum obsessum, adeo fortiter defendit: vt obsidionem soluere coactus sit A. C. 600. Obijt A. C. 638. ἄπαις. Vxor N. filia Gilulphi Foroiulij Præfecti.

GVNDELARDVS Atestis, Feltrij & Montis Silicis Princeps, Dagoberto Regi fidelem nauauit operam in bellis contra Vascones Hispaniæ populos: vnde tantam sibi eius conciliauit gratiã ac fauorem vt Principum Palatij, quem Maiorem Domus nominant, eum constituerit A. C. 636. In extrema senectute fato functus A. C. 683.

BASILIVS Atestis, Vicetiæ & Feltrij Princeps A. C. 651. mortuus A. C. 664. VI. Kal. Aug.

HERIBERTVS Atestis & Montis Silicis Princeps; vir quidem pius & religiosus; sed ad gubernationem parum idoneus, obijt A. C. 694.

ALDOARDVS II. Princeps Estensis obijt A. C. 700.

REGINOFREDVS Maior Domus regni Francici A. C. 715. in Gasconia decessit A. C. 722.

RHEOMANVS Aquilam albam pro insigni in clypeo gestauit.

ERNESTVS Atestis & Montis Silicis Princeps, heros animi ad belligerandum promptissimi. Ariberto Regi Longobardorum militauit contra Dalmatas & Sclauos, occupare conatus Forum Iulium, A. C. 711. Septennio pòst Luitprando Longobardorum Rege Rauennam obsidione cingente, auxilium Longobardis denegauit: arma contra Exarchum sumere pertinaciter recusans. Exinde à Theodato Hypato, Magistro militum Venetæ Reip. summus militiæ dux constitutus: Luitprandum Regem ex improuiso oppressit: eiusq; nepotem Hiltebrandum acie cepit A. C. 740. In Rauennæ tandem expugnatione facta ab Aistulpho Longobardorum Rege, occisus A. C. 749. postquam rei summam dexterrimè administrauit annos LIII. Vxor THEODORA.

HENRICVS Atestis & Montis Silicis Princeps, à Carolo Magno, apud quem stipendia meruit contra Desiderium vltimum Longobardorum in Italia Regem; cùm primus Comes Estensis creatus, tum Tarnisio cæterisq; Italiæ vrbibus, præsidio Francorum firmatis, præfectus A. C. 775. quinquennio pòst in seditione militari, orta contra Bonamarum Venetum ob stipendia & prædas denegatas, quas in bello Bauarico acquisiuerant, cuius causæ patrocinium ipse suscipiebat, interfectus A. C. 780. Vxor ATESTIA ex Actiorum gente oriunda, post necem mariti cum Othone filiolo octenni

carceri

carceri inclusa: tandem ab Imp. Carolo Magno, de Rudigando Foroiulij Capitaneo, seditionis Taruisianæ auctore, pœnas sumente, liberata est A. C. 800. *Comites Estenses.*

BERENGARIVS Comes Estensis, Præfectus Taruisianus, à Carolo Magno Imp. in Franciam quidem abductus: patri defuncto nihilominus successit: Pipino Italiæ Regi contra Venetos auxilium tulit: Bernardi huius F. seditionem contra Ludouicum Pium Imp. molientem, captiuum ipsi transmisit: Obelerium Principem Venetorum in occupanda insula Corcyra iuuit. Parisijs defunctus A. C. 840.

OBIZO cum Othone fratre & matre fugit Bergam: metuens sibi à Venetis. Obijt A. C. 813.

OTHO puer octennis cum matre incarceratus.

MARTIA vxor Obelerij Venetorũ Principis, obijt A. C. 802.

ABALDVS Comes Estensis.

IVGLANDA Lautij Comes an. 896. mater Petri Rauennæ diaconi. 900.

OTHO Comes Estensis & Comachij, inuestitus à Ludouico II. Imp. cuius aulæ magister fuerat A. C. 854. vitam reliquit mortalem an. 898. Vxor LADA F. Caladocci Præfecti Foroiuliensis.

HVNIBALDVS Camerini & Spoleti Marchio A. C. 845.

GOTIFREDVS Camerini Marchio.

ADELENGVS Camerini Marchio, obijt an. 891.

MARINVS Comachium parentis iussu in suam redegit potestatem: sed quũ Boarium, Ioannis Patriciani Venetiarum Principis germanum, ad Papam euntem petitũ auxilia contra Estenses, intercepisset: perq; dies XII. captiuum detineret: à Venetis Comachio rursus eiectus, & in Galliam ad patrem repedare est coactus: vbi & diem obijt A. C. 887.

SIGISBERTVS I. Lucensium Princeps: de cuius prosapia vide (*)

OBIZO II. (qui & Amizo) Estensis, à Berẽgario restitutus: fa &usq; alter Comachij Comes: obijt A. C. 925.

HVGO I. Comes Estensis, obijt A. C. 880.

ALMERICVS primus Marchio Ferrariæ in Romanula Transpadana, Pontificibus addictissimus: conditor templi S. Georgij: diem obijt suum A. C. 949. ex neutra coniuge, neque ARTOPERGA, neque FRANGA Artopergæ ex sorore nepte, liberis susceptis.

GERARDVS Parmæ Dominus an. 970.

ALMERICVS II. à patruo in Ferrariæ Marchionatu hæres scriptus.

HVBERTVS Comes Estensis post patrem: castra Berengarij I. Italiæ Regis secutus: obijt A. C. 926.

ALBERTVS Comes Estensis, Marchio Thusciæ: stipendia meruit apud Imperat. Henricum I. Cæsarem Augustum. Obijt A. C. 938. Vxor GISELA F. Berengarij I. Regis Italiæ: vidua Alberti Eporadiæ Marchionis.

HVGO II. Thusciæ Comes, Mediolani & Genuæ Marchio, ab Othone I. Augusto Imperij Vicarius in Italia constitutus A. C. 950. Berengario II. fratri vterino de Italiæ regno occupando perpetuò fuit suspectus: Azonem fratrem germanum ab obsidione Veronensium liberauit: ad ripam Padi templum magnificum extruxit: vbi post mortem, quæ ipsi anno 953 accidit, sepeliri voluit.

AZO III. Marchio Ferrariæ post Almericum II. partes Berengarij II. Regis Italiæ strenuè tuatus: qui tamen ipsum postmodò hostili prosecutus est animo. Qua de causa cum vxore HVMANA & filio fugit in Germaniam ad Othonem I. Imp. vbi diem supremum clausit A. C. 954.

VVALDERTA vxor Petri, Candiani F. Venetorum Principis, ob tyrannidẽ à ciuibus trucidati A. C. 976.

GVIDO I. Marchionem se scripsit Ferrariæ titulo tenus. In Germania fatis concessit.

HVGO III. Marchionatum Ferrariæ tradidit Adelardo.

ALBERTVS.

TIGRINVS.

GVIDO pater Mathildæ: cætera vterque obscurus.

Estenses & Ferrariæ Marchiones.

(**)

SIGISBERTVS I. (alijs Sigefridus) Othonis Estensis F. Lucensium Princeps strenuus, Berengario I. in Italia tyrannidem exercente, Parmæ Regijq; dominium occupauit. Decessit Parmæ A. C. 945.

AZO II. qui & Actius, Estensis, Mediolanensis & Genuensis Comes Regij & Placentiæ Dominus: Canossam in agro Regiensi muniuit: ibiq; domicilium sibi primamq; nascentis Imperij sedem constituit: vnde & posteri eius Canossiani sunt nuncupati. Briselli item & S. Apollonij monasteria construxit. A Berengario II. Italiæ Rege, quòd D. Adelheidam astu è carcere liberasset, hostiliter impetitus: primò eius filium, deinde ipsummet quoque acie vicit. Ab eodem obsidione pressus: Othonis I. Augusti aduentu (951.) est liberatus: quem in Germaniam secutus, fratri Parma commendata: contra Hungaros, Bohemos & Sclauos fortiter se gessit. In Italiam reuersus; Parmæ denuò à Berengario est obsessus: verùm à Rudolpho Augusti filio iterum seruatus: eo postmodò in bello cum Adelberto Berengarij filio cæso, Vicarius Romani imperij per Italiam, & Dux militiæ designatus: Berengarium cum filio vndiq; fugauit & afflixit adeo, vt vulgo Flagellum Berengarij & Assertor libertatis Italicæ audiret. Obijt A. C. 970. Vxor HILDEGARDIS Saxonica.

SIGEFRIDVS Lucæ Dynasta.

- BARRATO, à quo Barratinorũ familia.
- GIBERTVS cõditor familiæ Gibertinorum.

GERARDVS ab Azone fratre Parmæ Dominus constitutus.

- ADELARDVS Comes.
- RHEGINVS Episcopus.

THEOBALDVS siue Thedaldus, Comes Estẽsis, Regij Lepidi, Parmæ, Lucæ, & Ferrariæ Marchio: Mantuæ quã Marchionatu beneficio Othinis II. Imp. accepto in eius agro cœnobium S. Benedicti extruxit. Ferraria autem à Ioanne XII. Pont. Rom. impetrata, castellum in Padi ripa, Thedaldum à suo nomine insignitum, condidit. Obijt A. C. 1007. Vxor GVILIA siue Volilia Comes Rhemensis.

RVDOLPHVS Princeps Estensis, obijt A. C. 961.

GOTIFREDVS Præsul Brixiensis.

SIGISBERTVS II. qui & Sigisbertatius, aui nimirum Sigisberti & Actij patris nomina simul obtinens: item Albertatius vocatus: Marchio Estensis, Mediolanensis, & Genuensis: heros fortis & bellicosus: Othonis I. Cæsaris partes summè fouit: eiq; contra Haraldum Daniæ Regẽ fortiter militauit. Vnde non solùm in magna apud eum fuit gratia: sed & ab eodem in Italiam reuerso, propter summa obsequiorum merita, Calenum, Montem Silicis, Montanianam, Arquatam & Ateste, cum titulo Marchionis, dono tulit: sororisq; ipsius ALDAE siue ADELHEIDAE coniugium meruit, cum dote Frideburgi. Obijt A. C. 992.

BONIFACIVS Dux Thusciæ, Marchio Mantuæ, Parmæ, Lucæ ac Ferrariæ, Comes Canussij, & S. Rom. Imperij per Italiam Vicarius: princeps vt ditissimus & potentissimus, ita reliquis Italiæ proceribus maximè inuisus. Vixit lege Lombardica. Extreme ab exule quodam ad ripam Ollij prope Cremonam per insidias trucidatus A. C. 1052. pridie Non. Maij: & Mantuæ in æde S. Andreæ sepultus. Liberi eius

ex RICHILDE F. Giselberti, Cæsarei Præfecti Veronæ, vxore prima:

- FRIDERICVS
- BEATRIX

ante patrem mortui.

& BEATRICE F. Conradi II. Imp. quæ Salica vixit lege: quæ postmodò nupsit Gotheloni Duci Lotharingiæ, defuncta Anno Christi 1066.

THEDALDVS Episcopus Aretinus.

MARIA vxor Hugonis III. Marchionis Atestini.

CONRADVS Comes Estensis, Richildẽ fratris sponsam adducens, à reliquis Lombardiæ Marchionibus ad Cuuilium in agro Regino hostiliter petitus, fortiter pugnans occidit A. C. 1021.

HVGO V. Malaspina, missus à Mathilde Italiæ Principissa, vt Henrico IV. Imp. transitum per Padum occluderet: irrito tamen conatu.

HVGO IV. Marchio Estensis, Genuæ, Mediolani & Hetruriæ: vir bellicosus: Capnã

FVLCO Marchio Estensis, Comes Friburgi in Germania: hoc namq; in partitione hæredita-

MATHIL-

MATHILDIS Ducissa Lombardiæ & Thusciæ, Marchionissa Parmæ, Mantuæ, Ferrariæ, Hetruriæ, Spoleti, Anconæ, & Pisarum, Canusiæ Comes, omnium ditionum paternarum hæres: tribus ordine nupsit: primùm Gotifrido Barbato siue Strumoso, Duci Lotharingiæ, Arduennæ, & Bilonis: qui Antuerpiæ veru: ro confossus expirauit A.C. 1075. V. Kal. Martij: deinde Azoni V. Marchioni Atestino, quem breui pòst Romani Pontificis interdicto dimisit: vltimò Guelpho V. Boiorum, Ambronum, & Lycatiorum dynastæ: à quo & ipso tandem separata fuit. Hæc illa est, quæ Romanorum Pontificum partes pertinacissime fouens; Henrico IV. Cæsari sese ausa opponere, prælio cum ipso congressa, acie superatum Italia eiecit: Conrado huius filio sub ipsum pugnæ tempus à patre Augusto per fidè deficiente. Lege vixit Salica: literis tamen Longobardicis vsa. Ea rogante & iubente, Irnerius I C. leges populi Romani, à Iustiniano Imp. diuulgatas, hactenus autem neglectas, recognouit, & publicauit. Obijt IX. Kal. Sextil. A.C. 1115. septuagenaria maior septennio: Sepulta Mutinæ in cœnobio Benedictino. Moritura Lombardiæ Thusciæque ditionem omnem cum Ferraria testamento legauit Romano Pontifici: posteri patrimonium id D. Petri appellarunt. Quo tempore vocem de cœlo auditam esse, Venenum melle litum fœminam Christianis propinasse, Auentinus libr. 6. Annalium se à grauissimis Theologis accepisse testatur.

BONIFACIVS pucr extinct' A. C. 1055.

iussu Othonis III. Cæsaris Augusti obsidione cinxit: & de auctoribus cædis Landulphi, qui à ciuibus in æde S. Marcelli trucidatus erat, pœnas sumpsit. Arduini partes contra D. Henricum II. Imp. tutatus: acie ab eo est victus A. C. 1013. Conditor quoq; perhibetur monasterij Pomposiæ ad Padum A. C. 997. Naturæ persoluit debitum A.C. 1014. Vxor eius MARIA, patruelis, F. Theobaldi Marchionis Lucensis & Parmensis.

tis pratriæ fortius erat: Magdeburgi obijt *annis.* 1002.

Estenses & Ferrariæ Marchiones.

AZO IV. Estensi, & Tuschiæ Marchio, princeps perdiues & potens: sed cui Bonifacius Lucensis multifariàm grauis & molestus fuit. Quapropter rebus in Italia compositis, in Germaniam concessit: vbi Conradi II. & Henrici III. Imp. castra secutus: ab eis ad multas deliberationes grauissimas est adhibitus. Obijt A.C. 1055.

OBIZO III. Marchio Estensis, Arduino militauit contra Henricum II. Imp. Obijt A.C. 1046.

CONNO siue COMNVS, Comes Calaonensis, conditor cœnobij in pago Candiano, quod nunc Canonici Regulares tenent, *annis* obijt A.C. 1105. Vxor BERTHA Maltrauasia.

ALDVBRANDINVS I. Marchio Estensis.

AZO V. Marchio Ferrariæ, vir impiger & bellica gloria clarus (militauit autem Henrico III. Imp. in Italia anno 1050. subitanea morte extinctus A.C. 1081. Fuit cum ipso connexa MATHILDIS Lucensis Marchionissa, Italiæ Dux potentissima: sed quas nuptias non multo pòst Gregorius VII. Pontifex Rom. iussit esse irritas: quod in quarto affinitatis gradu essent coniuncti.

Liberi eius

ex CVNEGVNDA siue Chuniza, F. Guelphi III. Ducis Bauariæ, cuius dos fuit F!ina, quæ erat 1100. mansuum, vxore prima:

GVELPHVS IV. cōditor Stemmatis DVCVM BRVNSVIGIORVM & LVNEBVRGIORVM.

ex ISABELLA F. Gulielmi Marchionis Montisferrati, vxore media:

Nulli.

ex IVDITHA Franconiæ Principe F. Conradi II. Imp. Rom. vxore tertia:

AZO VI. Marchio Estensis castra secutus Henrici V. Imp. in Italia: Obijt Anno C. 1110. Vxor

ALBERTVS Archiepiscopus Bremensis & Hamburgensis: ecclesiæ Bremensis thesaurū, & donaria Emmæ ducissæ, insumpsit ad re-

†

BERTHOLDVS I. ex Italia cum Guelpho fratre consanguineo in Germaniā profectus: obtinuit

* MATHIL-

Marchiones Estenses & Ferrariæ.

MATHILDIS f. Henrici III. Imp. Rom. vidua Rudolphi Rhynfeldensis, Pseudocæsaris. demptionem Comitatuum, Findgoensis in Frisia, Emisgoensis, & Stadensis. Qua de causa in synodo Triburiensi (1066) cōdemnatus, in exilium abijt: vnde post tertium annum reuersus, Goslariæ decessit A.C. 1072. sepultus Bremæ. *Carinthiæ & Stiriæ ducatus. Mathildem & Pontificiam sedem acerrime defendit. Partes itaque Rudolphi Suevi contra Henricum IV. Imp. secutus: hoc extincto, etiam Henrico V. Cæsaris filia, contra patrem Augustum militauit. In Italiam reuersus fratri in Marchio nato Estensi successit A.C. 1111. Obijt A.C. 1118. Vxor SOPHIA Bertholdi III. Ducis Zaringiæ F.*

FVLCO II. Marchio Estēsis, cum fratribus feudū ex ditione Estensi accepit ab Henrico IV. Imp. A.C. 1111.

HVGO V. Marchio Estensis, obijt *'anno* A. C. 1163.

GVELPHVS Marchio Estēsis, obijt A.C. 1141.

OBIZO IV. Marchio Estensis, Friderico I. Imp. aduersus quē copias suas auxiliatū miserat Reinaldo Estensi, recōciliatus: abs eo postmodo in Marchionem Genuensem & Mediolanensem inuestitus anno 1159: obijt 1184.

FVLCO III. Marchio Estensis, cum fratre Obizo ne militauit Guelpho Duci Bauariæ contra Hugonem Palatinum Tubingensem A. C. 1164.

ALBERTVS IV. Marchio Estensis, obijt A. C. 1185. Vxor MATHILDIS F. Theodorici Rassenburgij Principis.

RAINALDVS I. Marchio Estensis, cui Mathildis concessit agrum in terra Regiensi; supremus militiæ Dux Mediolanensium & confœderatorum ciuitatū contra Fridericum Barbarossam Imp constitutus: acie ab eo est fusus A. C. 1158. Post quam cladem confœderatis sese seiungentibus, operam suam militarem vlterius denegauit. Denuò postea à Mediolanensibus electus in ductorem bellicōtra eiusdem Imp. alteram expeditionem, Gozonem fudit: & exercitu suo quadrifariam partito, Cæsarem magna clade affecit. Obijt A.C. 1175.

OBIZO V. Marchio Estensis, & post patrui fata etiam Genuensis, ac Mediolanensis: Veronensium auxilio oppidulum Fratam occupauit. Ob seditionem Ferrariæ motam à Salinguerra Torello Mantuæ, Veronæ, ac Modonæ Præfecto, Palestinam (vti decreuerat) cum Friderico Imp. ingredi nō potuit. Obijt A.C. 1196. Vxor SOPHIA Comes Veronensis.

AZO VII. Marchio Estensis à milite Friderici Cæs. captus: post multos annos dimissus: obijt *'ause* A. C. 1184.

AGNES nupsit Ezelimo Onaræ Comiti, capiti seditiosæ multitudinis Gibellinicæ: qui tandem monachum agere cœpit in cœnobio, quod est in pago Medaan. 1224.

AZO IIX. Marchio Estensis, Anconæ, Veronæ, & Ferrariæ; Ezelinum tyrannum ad Barchilionem amnem (anno 1195) ingenti prælio superauit: eundemque vndecimo ab hinc anno Veronæ cepit: Ferrariā præterea à tyrannide Salinguerræ Torrelli liberauit. Princeps acer & promptus, eloquens ac fortis factionis Guelphicæ. Diem obit Veronæ A. C. 1212. Magistratus sui XVI. Sepultus in Abbatiæ Vangaditia. In eius vixere consortio 1. LEONORA F. Thomæ Comitis Sabaudiæ: 2. BEATRIX Comitissa Genuensis: 3. MERCHESELLA Gulielmi Principis Ferrariæ ex Adelardo fratre neptis: 4. ELISA F. Ludouici Comitis de S. Bonifacio: præter Beatricem, reliquarum omnium sterili vsus connubio.

BONIFACIVS V. Marchio Estensis, Princeps animi quietioris: ab obitu patris ad regimen vocatus, modestè id recusauit.

ALDVBRANTINVS II. Marchio Estensis, Anconæ, Veronæ & Ferrariæ, patris in regimine successor obsessus Estæ ab Ezelino, Salinguerra Torello, & Paduanis: eruptione facta, hostes grauī fugauit clade. Veneno necatus à Paduanis, & Anconiæ sepult' A.C. 1216. Vxor ANNA siue REGINA F. Alb. Scalichij.

AZO IX. Ferrariæ, Mantuæ, Veronæ & Anconæ Marchio: fratris in his terris successor: cis Andriæ quoq; dominium adiecit: Ferrariam oppugnauit: Ezelinum fugauit: Taruisios contra Paduanos (1229) strenue defendit A. Friderico II. Imp. captiuus (1239) abductus: mos tamen custodia

BEATRIX Virgo Vestalis in monte Gernubo, obijt A.C. 1226.

CONSTANTIA ætate tenella extincta A.C. 1213.

BONIFACIVS V. Marchio Estensis, ob teneram ætatem summam administrationis non iniit. A patruo auxilio missus Taruisijs aduersum Paduanos: in itinere febre correptus, perijt A.C.1226.

BEATRIX vxor Andreæ II. Regis Panoniæ.

ALEXINA consors Alberti Magni, Ducis Brunsuigij & Luneburgij.

ELISA. SOPHIA.

custodia elapsus, cum Pontifice & Venetis fœdus icit: bellum cōtra Ezelinum instaurauit: & Ferrariam obsessam deditione cepit. Rebus humanis excessit plenus dierum A.C.1264. funeratus Ferrariæ in æde S Francisci. Vxor ELISA F. Reinaldi Principis Antiocheni. *Marchiones Estenses & Ferrariæ.*

REINALDVS II. Marchio Estensis, obses datus Friderico II. Augusto, & in Apuliam captiuus (1239.) abductus cum coniuge ADELHEIDE F. Alberici Onaræ Comitis: eò loci in carcere veneno necatus est à Conrado IV. Imp. patre suo adhuc superstite A. C. 1252.

BEATRIX post mortem Galeatij Manfredi, Vicentini & Verardini domini (alij habent Bernardini Deciosi) sui mariti, monacham egit Ferrariæ ad S. Antonium. 1221.

CONSTANTIA vxor Huperti Comitis Maremmæ.

COBITISSA coniux Ismardi Malaspinæ.

OBIZO VI. Marchio Estensis, vndetriginta vir annorum, auo in principatu successit Ferrariensi: nec non postea consensu & decreto Rudolphi I. Cæsaris Augusti, Mutinæ ac Regij accepit Imperium. Cum Pontifice Rom. & Carolo Andegauensi fœdus pepigit contra Manfredum Siciliæ Regem: Albertum Sealigerum, & Veronæ principem, & Bertholdum Romandolæ Comitem, Pontificis instinctu res nouas molientes, repressit: Mesaram recepit. Breui pòst Pontifici reconciliatus, & Venetorum interuentu hæc lis est composita anno 1280. Nouennio ab hinc, dum Mediolani Turrianos & Vicecomites reconciliare studet: graue ipsi à lunatico quodam Bononiensi vulnus est inflictum, cuius ille sceleris mox pœnas luit, quatuor nimirum asinis per vrbem tractus, & hinc suspendio enectus. Supremum clausit diem A. C. 1293, septuagenario minor anno vnico. Sepultus in æde S. Francisci.

PETRVS Abbas Insulæ Pomposianæ, obijt A. C. 1309.

Liberi eius

ex IACOBINA Flisca vidua Nini Scoti, vxore prima:

AZO X. Marchio Estensis, Anconæ & Ferrariæ, Mutinæ & Regij Dominus, Comes Andriæ: dominandi auiditate, quò paternas opes ac principatum occuparet; patrem in lecto decumbētem oppressisse traditur. Cæterùm Bononienses seditionem excitantes repressit, Matthæum Vicecomitem Mediolani Dominum prædæ de Cremonensibus victis inhiantem, vicit fugauitq́; fratres, quò filio naturali principatū relinqueret, terris suis eiecit. Quibus tamen iterū reconciliatus. Estæ diem obijt A. C. 1308. pridie Kal. Februarij, à notho in carcere necatus, vt quidam auctores sunt. Sepultus primùm Estæ ad S. Teclam: Ferrariam inde translatus in ædem S. Dominici. Duæ ei fuere vxores: IOANNA F. Gentilis Vrsi, & BEATRIX F. Caroli Salernitani Regis Siciliæ: vtraque sterilis.

ex CONSTANTIA F. Alberti Scaligeri, Domini Veronensis, vxore altera:

ALDVBRANDINVS III. de cuius prosapia fol. seq.

FRANCISCVS Marchio Estensis & Anconæ, Azoni fratri ob ductā Beatricem (1306.) bellum intulit: Rouigium cepit: Ferrariam opera Salinguerræ II. & Pelagura (Cardinalis occupauit: Venetorum classem euertit: Veronenses acie deuicit: & quamuis Ferrariam relinquere est coactus, Salinguerram tamen utrumque pepulit, vrbemque præsidio firmissimo muniuit. A Paduanis quoque in militiæ ductorem est lectus contra Canem Scaligerum principem Veronensem. Nouissimè, vnico saltem comitatus ministro, aucupium falconibus exercente, in reditu sub

BEATRIX Nino priore marito, Gallurae iudice (fuit ea insignis potestas in Gallia) defuncto; nupsit Galeacio Vicec. Mediolanensi, ab Azone X. in ordinem Equitū aurei velleris cooptato Anno C.1300.

MAGDALENA cōsors Aldubrandini Turci Comitis.

Alphonſus II. Dux Ferrarię, Mutinę, &c.	Aloyſius Cardinalis.	Fridericus Pr. Eſtenſis.	Filiæ tres.	Alphonſus.	Cæſar.	Leonora.	*Marchiones Eſtenſes & Ferrariæ.*

STEMMATIS ΕΚΦΡΑΣΙΣ.

LDVBRANDINVS III. Obizonis VI. F. Marchio Eſtenſis & Anconæ perſuaſus à Scaligeris, Paduanis, & Bonacoſſijs, fratrem Azonem ipſius vitæ inſidiari, partem Marchionatus Ferrarienſis occupauit. Quo bello per Hieronymum Turrianum ſopito, Bononiam conceſſit: nec diu ibi ſuperfuit; mortuus ſub finem anni 1318. Corpus Ferrariam translatum, & in S. Dominici cœnobio humatum. Vxor ALDA F. Tobiæ Rangonis Mutinenſis, fæmina pulcerrima, obijt ſub nuptijs filiæ A.C.1325. His nati

REINALDVS III. Marchio Eſtenſis, Anconæ, Ferrariæ, & Cimachi: fratrum & Azonis XI. patruelis auxilio milites Catalaunicos, Ioannis XXII. Pont. Rom. præſidium, Ferraria eiecit IX. Kal. Iunij A.C.1317. Octennio abhinc Bononienſes ingenti prælio ſuperauit, hoſtium cæſis ter millibus. Pontificis quoque Benedicti X. & Ioannis Regis Bohemiæ exercitum, Ferrariam obſidione prementem, memorabili clade fugauit, deleuitque, captis multis Italicis proceribus A.C.1334. Fratrem Nicolaum, reddito Hoſtaſio Polentano Romandiolæ Comite, vinculis exemit: Argentam ope Paſſarini Mantuani Principis occupauit: quam breui anathemate à Pontifice Romano idcircò notatus, Præſuli Rauennati reſtituit. Deceſſit ſub expeditione Mutinenſi A. C. 1335. pridie Kal. Iannuarij: Ferrariæ ſepultus in cœnobio Minoritarum. Princeps vt virtute ac fortitudine præſtans, ita humanitate & conſilio nulli ſecundus. Ex vxore IOANNA Comitiſſa Barbiana tulit

ALDVBRANDINVM V. Epiſcopum Adrienſem & Ferrarienſem, mortuum A.C.1351.

BEATRICEM vxorem Iacobi Sabaudi, Principis Peloponenſi mortuam A. C. 1339.

AZONEM XIII. natum A.C.1332.

Obizo VII. Marchio Eſtenſis & Ferrariæ, ſtemmatis propagator. †

NICOLAVS I. Marchio Eſtenſis, Ferrariæ & Anconæ, captus in bello contra Argentanos geſto: poſt victoriam fratris de exercitu Pontificis ad Ferrariam partam liberatus diem obijt A.C.1344. Kal. Maij. Sepultus ad S. Franciſcum. Nupta ipſi BEATRIX filia Guidonis Gonzagæ XII. Kal. Febr. A.C.1335. parentem ipſum effecit

REINALDI IV. Marchionis Eſtenſis, nati A.C.1336.

ELISA nupta Paſſarino Bonacoſio, Duci Mantuano A.C.1325 obijt Ferrariæ A.C.1329.

IACOBINA elocata Remeo Pepoli Bononienſi.

OBIZO VII. Marchio Eſtenſis, Ferrariæ, Mutinæ, Regij & Anconæ: excommunicatus à Ioanne XII. Pont. Rom. quòd Ferraria cedere nollet, fretus amicitia Imp. ſententias Pontificis annihilantium, fulmina eius ſusque deque fecit. Cum Maſtino Scaligero Breſſam occupauit: Cremonam obſidione cinxit: Mutinam à fratris obitu deditione cepit: Argentam à Romana ſede ſub annuo tributu decem millium aureorũ numûm obtinuit. Parmam quoque Maſtino Scaligero Veronenſi principi, regnum affectanti ſupraque modũ elato, ademptam, in ſuam ſubegit ditionem: quam tamen poſtea acie victus à Philippo Gonzaga, Luchino Vicecomiti eſt reddere coactus. Vita exceſſit A.C.1352. XIII. Kal. Aprilis. Vixit in eius matrimonio ELISABETH F. Alberti II. Ducis Saxoniæ Electoris: mortua ãnnus. A.C.1341. V. Non. Maij. Deinde LIPPAM Areoſtiam, qua velut concubina antea vtebatur, morituram matrimonio demum ſibi iunxit A.C.1346. V. Kal. Decembris. Hac nati.

ALDVBRANDINVS IV. Marchio Eſtenſis & Ferrariæ, Mutinæ ac Regij Dominus, patris in regimine ſucceſſor: obijt A.C.1361. III. Non. Septembr. ætatis ſuæ XXVI. Sepultus Ferrariæ ad S. Franciſcum. Ex BEATRICE F. Richardi Caminenſis genuit

AZONEM XVI Marchionem Eſtenſem: qui infans à gubernaculis excluſus: quum adultior factus, vi à Nicolao patruele ea rurſum extorquere conaretur: à Veneris

Marchiones Estenses & Ferrariæ.

Florentinis ac Bononiensibus captus,& in Cretam insulam relegatus: isthic vitæ finem fecit *Anno* A.C.1402.

OBIZONEM IIX. patrem Gerardi, vtrumque inglorium.paulo post patrem defunctum.

VIRIDEM vxorem Conradi Comitis Teccensis: quæ post mariti fata monacham professa Ferrariæ apud D.Gulielmum,ibidem obijt A.C.1400.

NICOLAVS II. cognomento Claudus, *post fratrem Marchio Estensis & Ferrariæ, Dominus Mutinæ, Regij, Prodigij & Fauentiæ: accerrimus exstitit Pontificum defensor, & bellorum summè gnarus: ideoq́ multis spectabilibus victorijs nobilitatus: nominatim verò illa, quam de Barnaba Vicecomitis exercitu, prope Montem Clarum agri Brixiani cæso, peperit. Fauentiam cum Bugnacauallo emit à Ioanne Aucutho Britannorum Duce numûm aureûm viginti millibus: vrbem tamen Fauentiam possidere nequaquam potuit: vtpote quam Astorgius Manfredus per proditionem occupauerat. Ferrarium splendidißimis operibus atque ædificijs exornauit. Sine liberis hæredibus tandem excedens: Albertum fratrem successorem reliquit Anno C.1398. VII. Kal. Aprilis. Princeps potens & eloquens. Ex VIRIDE Mastini Scaligeri II. domini Veronæ F. tulit*

RAINALDVM V. Abbatem insulæ Pomposianæ.

THADAEAM Francisco Iuniori, Carrariæ & Patauij Principi elocatam, matronam honestissimam: matrem Zilionæ vxoris VVenceslai Saxoniæ Electoris: defunctam A.C.1404.

CONSTANTIAM vxorem Malatestæ Ariminensis Iunioris.

Albertus V. Marhio Estensis, stemma propagauit. †

BONIFACIVS VII. Marchio Estensis obijt A.C.1358.

FVLCO IV. patris fata præuenit A.C.1342.

FRANCISCVS III. in pueritia extinctus A.C.1311.

CONSTANTIA Malatestæ Arimini Domino sociata, filium peperit Malatestam Iuniorem: obijt A.C.1392.

ALDA consors Ludouici Gonzagæ, mater Francisci Marchionis Mantuani.

ELISA nupsit Guidoni Comiti Polentiæ.

BEATRIX nuptum tradita VVoldemaro Principi Anhaltino, ituro in terram Sanctam A.C.1343.

ALBERTVS V. Marchio Estensis & Ferrariæ, Mutinæ, & Regij Dominus, post Nicolaum fratrem rei summam adeptus: Ateste recepit: & Bartholomæo de Saliceto Iurecons. auctore & suasore, Academiam Ferrariensem condidit, anno antequam è viuis excederet, quod ipsi contigit A.C.1393. Prid. Kal. Sextil. Duo ipsi nati filij:

☙ ex IOANNA F. Gabrini de Rubertis, Comitis Tripolis & Scyllacei, coniuge legitima,

GERARDVS ante patrem morte sublatus.

☙ ex ISOTA Albaresana nobili fœmina, concubina quam lecto decumbens, ne filius hæreditate defraudaretur, matrimonio sibi iunxit:

Nicolaus III. patris in principatu successor & stemmatis propagator. †

NICOLAVS III. nothus, Marchio Estensis & Ferrariæ, Mutinæ, Parmæ, Regij & Flaminiæ Dominus: à Venetis, Florentinis, & Bononiensibus, ætate adhuc imbecilli contra Azonem XII. Francisci F. suum agnatum, hunc sibi principatum, tanquã ex legitimis nuptijs procreato, vendicantem, fortiter defensus: confirmata ætate, Ottobonum Parmæ Regijq; Lepidi tyrannum, per Sforciam Attendolum occidit: Regiumque ditionis fecit suæ A.C. 1409. Arcem Ficaroli instauratam magnis operibus muniuit: vt catena per Padum hinc ad Stellatam, aduersa in ripa sitam, ducta flumen clauderet. Decessit Mediolani XIII. Kal. Ian. A.C.1441. Vir prudens magnanimus, ingeniosus: adeo vt nihil in eo desiderari, præterquam litteræ, videretur. Statuam equestrem ex ære pro porta Curiæ in foro habuit: quæ etiamnum ibi conspicitur. Corporis exuuiæ Ferrariam translatæ, & in templo S. Angeli à se extructo conditæ. Ex binis vxoribus legitimis & concubinis nonnullis pater factus est XIV. liberorum. Etenim ex priore cõiuge ZILIOLA Francisci Carrariæ Principis F. vidua VVenceslai Electoris Saxoniæ, ducta A.C.1397. nullam sobolem sustulit. Nati ergo ipsi

☙ ex PA-

☙ ex PARASINA Ducissa Ariminense, F. Caroli Malatestæ (quæ postea adulterium commisit cum Hugone priuigno) vxore secunda ducta A. C. 1418. *Marchiones Esten. ses & Ferrariæ.*

Filiæ quatuor vno partu editæ: quarum LVCIA vxor Caroli Gonzagæ ante patrem obijt: GENEFRA nupsit Sigismundo Malatestæ, Pandulphi filio. Cæterarum nomina ignorantur.

☙ ex RICHARDA seu RICCIARDA F. Aloysij Marchionis Saluzziarum, ducta A. C. 1429.

Hercules I. Dux Ferrariæ, stemmatis propagator. †

SIGISMVNDVS Marchio Ferrariæ & Estensis, à Leonello fratre consanguineo relegatus in Arragoniam ad Alphonsum Regem: sed à Borso eum Hercule suo germano reuocatus; auitam maiorum ditionē non magis armis, quàm iure obtinuit: & Nicolaum Leonelli F. qui Marchionis Mantuani auxilio Ferrariam per insidias occupare conabatur, captum capite mulctauit. Ex pellice quadam genuit

HERCVLEM }
GVRRAM } vtrunque ignobilem.

☙ ex Concubinis diuersis:

HVGO ob incestum cum nouerca Parasina à patre capite plexus, & Ferrariæ ad S. Franciscum sepultus.

LEONELLVS matre Stella natus, Marchio Estensis & Ferrariæ, Regij & Mutinæ Dominus: rerum post patrem potitus annis nouem: Herculem & Sigismundum fratres, iusto matrimonio genitos, pueros adhuc (quippe ne sibi tanquam notho negotium facesserent, verebatur) Neapolim ad Alphonsum Aragonium, suum socerum, amandauit: Ferrariam nouis mœnibus, qua fluminis alluitur Pado, muniuit: vias refecit & ampliauit, coctoq; latere strauit. Dum obijt A. C. 1450. Kal. Octobris: Ferrariæ in cœnobio Dominicano, quod ipsemet extruxit, humatus. Vir humanitate, lepore, prudentia, literis, ingenioq; ne mirificè pollens & ornatus: Theodori Gazæ, Georgij Trapezuntij, Laurentij Vallæ, & aliorum eruditione præstantiū virorum benignissimus mæcenas atq; promotor. Fuere in eius coniugio, primum IOANNA Marchionissa Mantuæ, Ioan. Francisci Gonzagæ F. quæ diem obijt A. C. 1440. VII. Id. Iunij: deinde MARIA F. Alphonsi Regis Aragoniæ, quinti coniugij anno defuncta A. C. 1449. Ex priore itaque matrimonio nati,

NICOLAVS impubes commendatus Borsio, cum obtestatione, vt principatus huic adulto restitueretur: sed qui, quum Herculem patruum, ad gubernationem vocatum, nonnihil impetijsset; captus, ipso Hercule inscio, capite luit.

ISABELLA consors Nicolai Pij Scalichij.

BORSIVS ex Senensi quadam muliere procreatus, Leonelli defuncti principatum, non sine Herculis fratris iniuria, ipse similiter occupauit. Cuius ignominiæ delendæ gratia, ipsum cum Sigismundo non solum reuocauit, liberaliterq; educauit: sed &, vt principatum illi tanquam legitimo hæredi restitueret, cælebs vixit. A Friderico III. Imp. quem Romam euntem, atq; inde reuersum magnificentissimè exceperat, Dux Mutinæ & Regij Lepidi creatus A. C. 1452. & tandem Romæ à Paulo Pontifice etiam Ferrariæ Dux A. C. 1470. Idib. Aprilis. Nihil hic antiquius, nihil prius habuit, quàm Venetum nomen colere: colendoq; sub illius vmbra pacis studia & otium fouere. Fuit namq; humanitate natura, sine fraude & fallacijs, grauitate consilij, splendore hospitalis disciplinæ, & regia liberalitate, cunctis suæ ætatis principibus anteponendus. Vnde ab illustri ynoq; ingenio præstantissimisq; moribus, publico præconio Pacificatoris nomen tulit: & Patriæ decus audijt. Rebus humanis exemptus omniū luctu A. C. 1471. XIII. Kal. Sept. regiminis sui XXI. In Carthusianorum cœnobio, quod ipse in Circo splendidissimum condidit, sepultus. *Marchiones Estenses, Duces Ferrariæ.*

ISOTTA desponsata Antonio de Montefeltro; qui ipso die nuptiarum solenni à conniuatis est trucidatus.

ALBERTVS Estensis, ex vxore N. Ducissa Ariminensi, nihil liberorum; at ex concubina quadam tulit

HERCVLEM.

MARGARETAM.

THADAEVM Venetorum Capitaneum, patrem

BERTHOLDI in expugnatione Peloponensi pereuntis.

Duces Ferrariæ.

GVRO vel Gurra, Protonotarius Apostolicus, genuit
NICOLAVM.
MARCVM Præsulem Adriensem.
REGINALDVS Protonotarius Apostolicus, maritus LVCRETIAE Marchionissæ Montisferrati.
MELEADVTIVS Protonotarius Apostolicus interfuit Concilio Basileensi: procreauit
SCIPIONEM, genitorem ex N. Patritia Genuensi.
BLANCAE MARIAE nupta Galeotto Pico Comiti Mirandulæ.
HIPPOLYTI Cardinalis.
IOANNIS.

HERCVLES I. Dux Ferrariæ, Mutinæ, & Regij secundus, Marchio Estensis, Comes Rhodigij, Brixilli, & Castri Noui: Borsio in regimine successit. A Venetis & Sixto IV. Pontifice Rom. vehementer oppugnatus, vexatusq;, auxilio aliorum Italiæ principum fortissimè se defendit: Ferrariam, Circi magna parte complexam, quã nunc vrbem nouam vocant, plurimùm auxit; mœnibusq; firmissimis ac turribus ad defensionem oportunis muniuit. Vita defunctus A. C. 1505. & in æde D. Mariæ Angelorum quam à fundamentis ipse incepit sumptuosissimam, nunc autem nemine curante dilabitur, iuxta patrem conditus. Vir ingenij acumine, prudentia, reique militaris vsu singulari. Nati ipsi

℞ ex LEONORA F. Ferdinandi Regis Aragoniæ & Neapolis, ducta A. C. 1437. vxore legitima,

Alphonsus I. Dux Ferrariæ tertius, stemmatis propagator. †
FERDINANDVS Neapoli in solo patrio triginta fermè annis in carcere detentus.
SIGISMVNDVS II. Marchio Estensis & Ferrariæ, obijt 1524.
ALPERTVS III. Marchio Estensis & Ferrariæ.
HIPPOLYTVS Cardinalis Estensis, natus A. C. 1497. XIV. Kal. April. hora 3. min 50. post meridiem. Vir Mauortius ductor copiarum fratris in bello Veneto, quo hostes ingenti prælio superauit A. C. 1509. Iulio fratri naturali in venatione oculos, amoris sui æmulos, erui iussit: amabat siquidem innenculam, qua non minore ardore Iulium ob oculorum venustatem prosequebatur. Vita excessit A. C. 1520.
BEATRIX Vxor Ludouici Sforciæ Mediolani Ducis.
ISABELLA consors Francisci Gonzagæ Marchionis Mantuani.

℞ ex concubina:

IVLIVS nothus, natus A. C. 1478. Idib. Quintil. hora 15. min. 56. post meridiem: ligneo stylo acuto à satellitibus Hippolyti fratris Cardinalis exoculatus in venatione: oculos pendulos ad nasum, manu propria in locum suum reposuit: at in dextro quidem visum recepit: in altero transuersim collocato, amisit, A. C. 1505.

ALPHONSVS I. Ferrariæ, Mutinæ & Regij Dux, Marchio Estensis, Princeps Carporum. Comes Rhodigij, Dominus Cimachi, Baiusarum, Falesiæ, Cimachi &c. natus A. C. 1476. XXII. Kal. Sextil. hora 7. pomeridiana; maximi fuit vir ingenij, magnanimus bello dux, & pace optimus: qui subacto corroboratoq; multis periculis ingenio, firmoq; semper pectore, cuncta aduersæ fortunæ iacula tam fortiter accepit, quàm feliciter auertit. Trium namq; Pontificum Rom. Iulij III. Leonis X. & Hadriani VI. diuina atque humana arma, odijq; perpetui insidias, tanta animi infracti constantia superauit: vt gloriosam triplicis triumphi lauream meruisse dici possit. Ferrariam egregijs operibus ornauit, muniuitque: in modica Padi iuxta vrbem insula palatium splendidissimum extruxit Beluederium: totamque insulam muro perpetuo cinxit. Bastanam tandem, ab Hispanis occupatam, oppugnans: fragmine muri, tormento icti, caput læsus, concidens perijt pridie Kal. Nouembris A. C. 1534. Sepultus in Virginum Corporis Christi æde. Liberos suscepit

℞ ex ANNA Galeacij Sfortiæ principis Mediolanensis F. vxore prima,
Nullos.

℞ ex LVCRETIA Borgia, Alexandri VI. Pont. Rom. filia, tribus viris antea desponsata, vidua Gismundi Biseliorum Principis, Alphonsi Neapolitani Regis nothi, vxore altera, ducta A. C. 1514.

ALEXANDRVM Ducem Ferrariæ in pueritia extinctum A. C. 1514.

HER-

HERCVLEM II. Ducem Ferrariæ, Mutinæ, Regij & Carnutorum Marchionem Estensem, Principem Carpi, Comitem Rhodigij & Gisoris, Dominum Comachij, Montagnanæ, & Romandiolæ: dicissimum Italiæ principum: ducem copiarum supremum, quas Henricus II. Galliarum Rex misit contra Philippum Hispanum A. C. 1557. Ardente febre absumptum V. Non. Octobris A.C.1559. quum vixisset annos LI. cum semestri. Vxor RENATA, Ludouici XII. Francorum Regis F. dotis nomine ad eum attulit ducatum Carnutensem, & Pontem Acherium, cum alijs locis in Gallia: parentemque fecie sex liberorum: *Duces Ferrariæ.*

ALPHONSI II. Ducis Ferrariæ, Mutinæ, & Regij quinti, Marchionis Estensis, principis Carporum, Domini prouinciarum Flaminiæ, Caseronianæ, Feroniani, Cimachi, Candorum, Baiacorum, Falesiæ, &c. qui Maximiliano II. Imper. in Vngariam contra Turcas mouenti, quadringentos equites & trecentos sclopetarios adduxit A. C. 566. Vxores eius memorantur tres: LVCRETIA Cosmi Florentiæ Ducis F. BARBARA F. Ferdinandi Imp. Rom. vtraque *Anno* mortua: & ANNA F. Gulielmi Gonzagæ Ducis Mautuani.

ANNAE coniugis Francisci Lotharingi, Guisiæ Ducis.

LVCRETIAE N. Duci Vrbini sociatæ.

LEONORAE.

ALOYSII Cardinalis Caperaniæ, non sine propinati veneni suspitione Romæ extincti, relicto post se 100000. coronatorum patrimonio. A.C. 1587.

FRIDERICI principis Estensis, cuius filiæ

MARVISA N. principi de Massa } *nupserunt.*
BRADEMANTA Conte Herculi, Beuil'aqua }

HIPPOLYDVM II. Cardinalem S. Mariæ in Aquino A. C. 1539.

ALEXANDRVM Estensem, itidem puerum defunctum A.C. 1519.

FERDINANDVM (alij Franciscum nominant) Armipotentissimum *cognomento, Marchionem Massæ & Padulæ, Comitem Auellini: cuius in coniugio vixit MARIA Cardona.*

LEONORAM Virginem Vestalem in cœnobio Corporis Christi, Ferrariæ.

ex LAVRA Ferrariense, fœmina obscuræ originis, at accerrimi ingenij, maximæque prudentiæ, vxore tertia:

ALPHONSVM Marchionem Montellæ, genitorem ex IVLIA nata Francisci Mariæ Ducis Vrbini,

ALPHONSI

CAESARIS

LEONORAE.

ALPHONSINVM Castri noni Dominum defunctum A.C. 1547.

STIRPIS ACTIAE siue GVELPHICAE

Stemma Secundum

DVCVM BRVNSVIGIORVM
& LVNAEBVRGENSIVM.

Guelphus IV. Marchio Estensis, Dux Bauariæ ✠ 1101.

Guelphus V. Dux Bauariæ, Marchio Veron. ✠ 1119. — Henricus VVolpho, Dux Bauariæ & Hetruriæ ✠ 1125. — Zegebardus ✠ 1070.

Henricus Superbus Elector Saxoniæ, Dux Bauariæ ✠ 1139. — Conradus monachus Benedictinus. — Filiæ VI. — Guelphus VI. Dux Bauariæ ✠ 1191.

Henricus Leo Elector Saxoniæ & Dux Bauariæ, ✠ 1195. — Guelphus VII. Dux Bauariæ ✠ 1168.

Otho IV. Imp. ✝ 1218. | Henricus Iunior Dux Sax. Elector Palatinus ✝ 1227. | Gulielmus Dux Saxoniæ, Dominus Luneburgi ✝ 1213. | Luderus ✝ 1191.

Agnes vxor Othonis Ducis Bauariæ. | Irmgardis vxor Hermanni Badeni.

Otho Dux Brunsuig & Luneburgius ✝ 1252.

Albertus Magnus Dux Brunsuig. ✝ 1279. | Conradus Episcop. Verdensis. | Otho Præsul Hildesiensis. | Ioannes Dux Luneburgius ✝ 1261. | Filiæ V.

Henricus Mirabilis, progenitor Grubenhagiorum. | Albertus Pinguis D. Brunsuig. & Gothing. ✝ 1318. | Gulielmus ✝ 1292. | Mechtildis Reg. Daniæ.

Otho Strenuus Dux Luneburg. ✝ 1330.

Ludouicus Epis. Mindensis. | Otho ✝ 1354. | Gulielmus ✝ 1368.

Otho Longus 1334. | Ernestus Gothingensis. | Magnus Pius & Sangerhusanus. 1368. | Henricus Ep. Hildes. | Albertus Epis. Halberstad.

Otho Malus Dux de Leina. 1394. | Elisabeth.

Ludouicus 1353. | Magnus Torquatus Dux Luneburg. 1373. | Albertus Ep. Bremensis. | Filiæ IV.

Otho Cocles, Gothingensis circa Leinam. 1463. | Elisabeth.

Fridericus Imp. 1400. | Bernardus, Stirps Ducum Luneburgioru. | Henricus Luneb. 1416. | Otho Archiepisc. Bremensis. | Filiæ V.

Gulielmus Senior & Victoriosus, D. Brunsuig. 1482. | Catharina. | Henricus Pacificus. 1473.

Gulielmus Iunior 1503. | Fridericus Hannobr. Dynasta. | Otho.

Margareta.

Henricus Senior 1514. | Anna. | Ericus Senior ad Leinam. 1540.

Christophorus Ep. Verdensis. | Ericus. | Henricus Iunior 1568. | Franciscus Epis. Mindensis. | Georgius Epis. Bremensis.

Ericus II. Gothingensis. | Filiæ IV.

Carolus Victor 1545. | Philip. Magnus 1545. | Iulius 1589. | Henricus. | Ioannes | Ioachimus. | Andreas. | Filiæ IV.

Henricus Iulius N. 1562. | Phil. Sigismundus. | Ioach. Carolus. | Iulius Augustus. | Filiæ VII.

Dorothea, Heduigis. | Fridericus, Vlricus.

DVCATVS LVNAEBVRGENSIS GVBERNATORES.

Bernardus Brunsuig. 1434.

Otho Claudius & Magnus. 1445. | Fridericus. 1478. | Catharina.

Bernardus. 1464. | Otho. 1471. | Margareta.

Henricus

Henricus Iunior. 1532.

Otho Harburgius. 1549. | Ernestus Luneb. 1546. | Filiæ tres. | Franciscus Gifhornius. 1549.

Otho. | Ernestus. | Otho. N. 1528. | Fridericus. | Filiæ tres. | Francisc' Otho. 1559. | Fridericus. 1553. | Henricus. | Filiæ VI. | Gulielmus. | Filiæ duæ.

Otho. N. 1528.: Otho Henricus. | Ioan. Fridericus. | Filiæ V. | Gulielmus. | Enno. | Henricus. | Christophorus. | Otho. | Ioannes. | Fridericus: | Augustus. | Fridericus Au-

Henricus: Iulius Ernestus. | Franciscus. | Henricus. | Augustus. | Filiæ tres.

Gulielmus: Ernestus. | Christianus. | Augustus. | Fridericus. | Magnus. | Georgius. | Ioannes. | Filiæ IIX.

GVBERNATORES DITIONIS EMBECENSIS, & GRVBENNAGIANAE.

Henricus Mirabilis. 1322.

Henricus. | Ioannes. | Gulielmus. | Ernestus. 1344. | Filiæ IV.

Otho Rex Neapolis. 1384. | Balthasar. Comes Fundi. | Melchior. Ep. Osnaburg. | Fridericus. 1370. | Albertus. 1397. | Otho. | Ernestus.

Fridericus. 1370.: Otho. — Adelheida.

Albertus. 1397.: Ericus. 1449.

Henricus. | Filiæ V. | Albertus. 1486. | Ernestus.

Henricus. | Iodocus. | Philippus. 1551. | Ernestus. | Ericus Ep. Osnaburg. | Sophia.

Ernestus. 1567. | Albertus. 1546. | Ioannes. 1557. | VVolfgangus. | Philippus. | Catharina.

Ernestus. 1567.: Elisabeth.

STEMMATIS ΕΚΦΡΑΣΙΣ.

GVELPHVS IV. cognomento *Robustus siue Fortis*, Azonis IV. Marchionis Estensis & Thusciæ F. Princeps Sardiniæ, Nortgouiæ, Carinthiæ Marchio Veronæ, Sueuiæ & Spoleti Dux: Boiariam quoque post auunculi excessum, Henrici IV. Imp. beneficio obtinuit A. C. 1071. Sexēnio ab hinc, quum Hiltebrandi Pont. Romani, ac Rudolphi Sueui rebus studeret: & Imperatorem omnibus perfidiæ ac sæuitiæ modis oppugnaret: ab eo proscriptus, Neoburgi obsessus, & in acie captus, carceri inclusus est. Elapsus è custodia, Rauensburgum muniuit: Augustam Rhetiæ ex improuiso cepit: Fruxinum diripuit: Sigfridum Præsulem Augustanum captiuum biennio Rauensburgi detinuit. Post viginti demum annorum exilium, desertis Pontificum partibus, Imperatori reconcilatus: Boiariam ducatumq; recepit. Vbi consenuit, cum instructissimo cōmitatu in Palestinam militatū abijt: magnaque difficultate, Turcis nimirum vndique lacessentibus, & comitibus plurimis fame, inopia, peste absumptis, Hierosolymam penetrauit: viam sibi ferro aperiēs. Omnibus sic amissis, dum reuerti domum parat, in Cypro Paphi decessit: vbi & humatus est A. C. 1101. Tres ipsi fuere vxores: prior ETHELINA F. Othonis Ducis Bauariæ & Saxoniæ ad Visurgim, quam in gratiam Imperatoris sponsam deseruit: altera, IVDITHA F. Balduini Comitis Flandriæ, vidua Tustonis Regis Angliæ: tertia AGNES Gulielmi Principis Pictauiæ F. vidua Henrici III. Imp. Ex harum media duntaxat liberos sustulit quatuor: *Boiariæ & Sueuiæ Duces.*

Henricum Nigrum, Ducem Bauariæ, stemmatis propagatorem. †

Duces Bauariæ & Hetruriæ.

ADELHEIDIN vxorem Sighardi Burggrauij Ratisbonensis, & inde Conradi Marchionis Landsbergensis.

GVELPHVM V. cogno. Pinguem, *Ducem Boiorum, Ambronum, & Lycantiorum, Comitem Altorfium, Marchionem Veronensem Fauit hic Henrico V. Cæsari aduersus patrem Imp. Augustum: Romam ad Paschalem Pontificem missus cum mandatis, Cæsaris legatos Tridenti captos valida manu liberauit: & Gebbardum Tridentinum Episcopum, à ciuibus exactum, armis restituit. Vxorem habuit MATHILDEN Bonifacij Principis Lucensis F. fœminam Italiæ primariam: ex qua quum sobolem nullam susciperet; ea deserta, domum reuersus, vitam egit cælibem ad vitæ finem, qui ipsi accidit A.C.1119. Sepultus Altorffi.*

ZEGEBARDVM subitanea morte extinctum A. C.1070. Vxorem habuit ODAM Comitissam Flandriæ.

HENRICVS *Niger & Catulus* siue *VVelpho* cognominatus, Dux Boiariæ & Hetruriæ de ducatu Saxoniæ & dominio Luneburgensi litem mouit Othoni Diuiti Marchioni Salisquellensi: (feudum hoc olim ab Henrico IV. Imp. in Lotharium Saxonem erat translatum) Boiariæ ducatum cum fratre vndeuiginti, post eius mortem quinque annis administrauit. Decessit Rauensburgi A. C.1125. sepultus Altorffi in cœnobio S. Martini. Mariti fatum post sextumdecimum diem subsecuta est vxor VVVLPHILDIS Magni Billingij Saxoniæ Electoris F. genetrix nouem liberorum: quorum

Henricus Superbus, primus in hac familia Saxoniæ Elector & Dux Bauariæ. †

CONRADVS Princeps innocentia vitæ & pietate clarus: educatus ab Episcopo Constantiensi: vbi adoleuit, metuens ne ipsi aliquando surrogaretur; cœnobium ingressus Clareuallense, cucullum induit. Terram Sanctam inuisens, in Cardinalium numerum cooptatus est: in reditu morbo correptus, Barij in municipio decessit A.C.1125.

GVELPHVS VI. cognomento Liberalis & Beneficus, Dux Bauariæ, Ambronum, Lycatiorum, & Spoleti, Marchio Thusciæ & Hetruriæ, Princeps Sardiniæ, Comes Altorffi: post Henrici Superbi obitum Boiariæ principatum hereditario ad se rediisse iure causatus, arma corripuit. & Leopoldum à Conrado Cæsare Boiis impositũ, aggressus, plerisq; occisis profligauit. A Cæsareanis itaq; fortiter exceptus: quũ per aliquot annos ancipiti sæpe Marte pugnasset, multosq; suorum perdidisset: ad oppidum tandem VVinsbergã obsessus, at post multas atq; difficiles oppugnationes: armis & fame expugnatus se suosq; irato victori quibuscunq; cõditionibus dedere est coactus. Vbi quũ de vita summè periclitaretur: coniugis suo honestissimo, at vafro consilio, ac φιλοστοργία *vxorum erga maritos, quos in humeros sublatos vrbe exportabãt, eo periculo liberatus est. A Leopoldi morte nouas copias cogens auitum paternumq; Boiariæ ducatum repetiit quidem: sed quũ non satis virium atque neruorum ad hunc conatum sibi esse perspiceret: fortunæ cessit, inceptoque destitit: cæteroquin bellator egregius, & velut alter Achilles Germanicus. Cæterùm vbi filio defuncto, nullos amplius speraret liberos: ab re vxoria abhorrens, ITHAM coniugem, Gotfridi Comitis Calbensis ditissimi filiam, ad Alpes migrare iussit: ipse Memmingæ crebrò se detinuit, luxui, commessationibus, venationibus, alijsque voluptatibus indulgens. Quumque sufficere his sumptibus nequiret: Hetruriam, Sardiniam, Spoletum Imperatori Friderico Barbarossa; patrimonium in Suevia & Boiaria Henrico Leoni, suo fratrueli, vendidit. Ad extremum tamen obsaturatus voluptatibus, luminibusque captus: reuocata ab Alpibus vxore, pleraque pauperibus elargitus est: voluptati bellum indixit: & Augusta piè vitam finijt Anno Christi.1191. Sepultus Steingadi iuxta filium.*

GVELPHVM VII. Ducem Bauariæ · qui ducatum Spoleti Sardiniæ & Tuschiæ, à genitore sibi commissum, instar pastoris boni, non citra offensionem Imperatoris, tutatus est atque defendit. Reuocatus inde in Germaniam aduersus Hugonem Comitem Tubingensem; qui arcem Moringam vi occuparat, & in præsidiarios milites infami furcæ supplicio animaduerterat: socios sibi principes, multos adiungens, Tubingam obsidione pressit. at inauspicatò. Altero siquidem obsidionis die, qui erat IIX. Id. Septemb. 1164. ab hostibus acriter vrgentibus in fugam coniectus: cum tribus duntaxat comitibus vix euasit. Quam cladem in sequenti anno finitis Iudicijs prauiter vltus: duas Hugonis arces, Calmucensem & VVeilerensem, expugnauit vastauitque: ipsum quoque Hugonem post causæ cognitionem ab Imp. suæ potestati traditum, in vinculis

toto

to semestri detinuit. Fridericum tandem Imp. ad obsidionem Romæ secutus: peste in Thuscia obijt A. C 1168. Corpus Steingadum (superioris Boiariæ apud Lycatios templum est) transuectum, in tumulo à parente extructo sepulturam accepit.

Duces Bauariæ & Saxoniæ, Domini Luneburgi.

IVDITHA vxor Friderici Comitis Hohestauffij, primi suæ familiæ Ducis Sueuiæ, mater Friderici I. Imp.

SOPHIA fuit in matrimonio Bertholdi Ducis Zaringiæ; & deinde Leopoldi Marchionis Austriæ, Stiriæ, ac Carinthiæ.

MATHILDIS Theobaldo Iuniori Comiti Vogburgio; & hoc defuncto, Gebhardo Comiti Sultzbachio sociata fuit.

VVVLPHILDIS Rudolpho Comiti Brigantino & Rhætorum matrimonio perquàm felici iuncta est.

HEILA siue HELENA consors VVartislai I. Principis Pomeraniæ, die obijt A C. 1128.

BERTHA vxor Othonis Comitis in Buothorn.

HENRICVS *Superbus*, Hetruriæ, Noricorum, Vindelicorum, Nauiscorum, Rhætorum Princeps potentissimus: Saxoniam quoq; connubio GERTRVDIS, Lotharij Cæsaris filiæ, sibi copulauit: à socero insuper dominijs Brūsuigæ & Luneburgij donatus ob fidē & virtutem suam, quam bellis Italicis ipsi præstiterat. Cum Sueuiæ principibus bella gessit grauissima: Alemanniam ipsam igne ferroq; ad Staufam vsq; vastauit; Vlmam cladibus ingentibus affecit. A soceri morte Imperium affectans, dum Conrado Cæsari recens inaugurato Cæsarea insignia, quæ apud se retinebat, reddere negaret: imperata & mandata detrectaret: ipsum quin etiā ad Augustam obsideret: VVirceburgi ab eo læsę maiestatis condemnatus: in Saxonia Goslariæ vtriusq; ducatus administratione, principū sententia submotus; edictoq; proscriptus est. Ita in diuersa distractus, quū vtrobiq; periclitaretur: ne vtroq;, Boiariæ scilicet & Saxoniæ, ducatu excideret, Imperatore se cōfirmante: in Saxoniā profugit, sobrinum inde suum, Albertū. Vrsum Marchionem Brandeburgium eiecturus. Quo castris exuto pulsoq;, vrbem Plotscham diruit, & arcem Anhaltinam incendit. Hinc Boiariam Saxonū auxilio repetiturus: in ipso conatu, vel veneno, vel animi mœrore est extinctus Quedlinburgi XIII. Kal. Nouembris A. C. 1139. In cœnobio Lotariano cum vxore, socero, & socru tumulatus.

Duces Boiariæ, Electores Saxoniæ, Domini Brūsuigæ & Luneburgi.

HENRICVS Superbi F. propter ingentes animos & fortia facta *LEO* cognominatus, Elector Saxoniæ ex hac familia secundus: potentissimus haud dubiè totius Europæ princeps: vt qui à sinu penè Hadriatico ad sinum Codanū Oceanumq; Germanicū Boijs, Sueuis, Rhætis, Findelicis, Noticis, Caucis, Saxonibus est dominatus: in acquirendo, quàm retinendo, fuit fortunatior. In Vandalos quot fecit expeditiones, tot victorijs factus est illustrior: & populos illos barbaros ad aliquem vitæ cultum traduxit: Fridericum Barbarossām Imp. prælio supra Pontem Aelium Romæ commisso, effractis arcis portis, magno animo defendit: cæsis hostium M.C.LXVI. A. C. 1155. Ob quod egregium facinus, accepto ab Imp. iure eligendi episcopos, & Canonicorū collegia condendi: tres fundauit episcopatus, Lubecensem, Raceburgiū, Suerinensem. Vrbē Leopolim prope Hamburgā de suo nomine exstruxit; igneq; absumptam restituit: Hannoueram ampliauit: è ruinis Bardouici à se euersi Luneburgum reparauit: eiusdē fontes salis priuilegijs ornauit: Ratisbonæ Danubium iunxit ponte. Expeditionem in Obotritos mouens; Niclotum ipsorum Regem seditiosum prælio ad Megapolim fugauit: ad VVurleuium q; per suos frumentatores occidit. Filijs huius rebellionem mouentibus, VVerlum Vandalicum præsidium oppugnauit: VVartislaum religionis desertorem captum, vinctumque catenis ferreis, Brunsuigam abduxit: denuo rebellem laqueo strangulari iussit: Primislaum eius fratrem, fuga ad Pomeranos elapsum, fidem Christianam suscipere coëgit: sicq; rapinis & latrocinijs sublatis, ocium & securitatem genti reliquæ peperit. Comitem Arnburgium, qui suum germanum in carcere necauerat, in exilium egit: Sueuonem IV. Regem, Danis ad VVejburgum superatis, restituit: VValdemarum I. intra fines continuit. Ob hanc suam potentiam reliquis Germaniæ principibus inuisus; eos, in se conspirantes, tum contemsit, tum armis opprimere est conatus. Etenim Ludouicum III. Turingiæ Landgrauium, vnà cum fratre Hermanno, cepit: Theodorici Marchionis Lusatiæ, & Landsbergæ ditionem vastauit: Christiano Oldemburgico Bremam eripuit, ipsum met in arce sua obsidione cinxit: Hartuico Bremensi, & Conrado Lubecensi Præsulibus, tantum incussit terrorem; vt relictis diœcesibus

Magdebur-

Duces Bauariæ Electores Saxoniæ.

Magdeburgum fugerent: Simonem Teclæburgium in ordinē redegit, captiuumq; tenuit. Re tandem transacta Imperatore mediatore: cum splendido multorum principū comitatu in Palæstinam contendit. Inde reuersus domum, pecunia (vt quidam auctores sunt) corruptus, ab Imperatore, suo amitino, deficiens: eum in obsidione Mediolanensi nō tantùm deseruit, sed & propemodum sibi supplicem, fastu ingenti cōtempsit: Quapropter ab illo, in Germaniam reuerso, ad causam dicendā aliquoties citatus, quū non compareret: à proceribus Imperij grauissimè accusatus, & criminis læsæ maiestatis condemnatus est: & in perfidiæ pœnam Saxonia Boiariaque exclusus, maximaque potentiæ ac dignitatis suæ parte mulctatus. Vnde irato ac leonino animo conuentum principum Goslariæ dissipauit: officinas metallicas ibidem euertit: Northusam & Molhusam vrbes Imperiales incendit: Philippum Coloniensem Archimystam prælio superatum fugauit: Halberstadium expugnauit, & Vlricum eius loci Episcopum in vinculis necauit: Adolphum Holsatum, & Bernardum Ratzeburgium Comites in exilium pepulit. In conuentu postea Erphordiensi supplex quidem Cæsari factus: at nihilominus ad triennium patrijs penatibus exactus: exul cum vxore MECHTILDE & liberis paruis ad Henricum Angliæ Regem, suum socerum abijt: cuius intercessione partem quidem ditionis amissæ recuperauit: verùm ad dignitatem pristinam non rediit. Obijt Brunsuigæ IIX. Id. Sextil. A. C. 1195. sepultus ibidem in æde Blasiana, cum MECHTILDE Anglica, coniuge nobilissima. Fortunæ mutabilis exemplum fuit mirabile, & quasi Marius quidam: maxima potentia & parta feliciter, & amissa celerrimè. Nati sunt ipsi

ꝟ ex CLEMENTIA, F. Bertholdi Ducis Zæringensis, coniuge priore: quam ob consanguinitatem repudiare fuerat coactus:

Filius ἀνώνυμος, infans adhuc nutricis negligentia de mensa cadens ceruicem fregit.

RICHSA Friderico F. Conradi Palatini; & post eum Canuto, VVoldemari Regis Daniæ F. sociata.

ꝟ ex MECHTILDE Anglica

HENRICVS Iunior *Dux Saxoniæ & Bauariæ: nobilis virtute, speciosus forma, validus corpore, fama clarus: Cæsari Henrico VI. reconciliatus; eius patruelem CLEMENTIAM, filiam Conradi Ducis Sueuorum, & Palatini Rheni Electoris, accedux pit in vxorem, inq; soceri bona possessionem. At soceri ergo excessu principatum Rhenanum occupauit. Cum eodem exinde Imp. terrā Sanctam ingressus; & supremus militiæ cōstitutus: Berytū vi cepit: & circa Ioppen aliquot millia Turcorū fudit A.C. 1198. Domū reuersus, fratrem Othonē, in Anglia tum militantē, Pontificis Romani instinctu Cæsarē nominauit: Stadā & Bremā eiusdem auxilio occupauit: & in hac Harduicū Archiepiscopum eius loci, in illa Bernardum Comitē VValpensem cepit: In diuisione cū fratribus facta oppida prædicta retinuit, & Cellā insuper obtinuit: hinc post Othonis excessum, Brūsuigā quoq; occupauit. Vita functus A. C. 1227. & Brunsuigæ ad D. Blasium sepultus. Post CLEMENTIAM Palatinam, Stadæ in cœnobio D. Virginis quod ipsa fundarat, sepultam A. C. 1221. ad secundas transiens nuptias, sociauit sibi AGNETEM Marchionissam Landsbergicam, Conradi F. fundatricem cœnobiorum Ilsenbagæ, Hamerslebij, & VVinbusæ, vbi sepulta est* annus *& sterilis A. C. 1244. Ex Palatina autem tulit,*

HENRICVM ante parentē defunctus ætatis annū agens quintumdecimū A. C. 1212.

IRMENGARDIM consortem Hermanni Marchionis Badeni.

AGNETEM nuptam Othoni Duci Boiariæ, qui socero in Palatinatu Rheni & Electoratu successit.

OTHO Dux Saxoniæ & Dynasta Brunsuigius: militans Richardo Angliæ Regi A. C. 1199. per dissensionem ab altera Electorum parte contra Philippum inauguratus Imperator: & Aquisgrani ab Adolpho Archiepiscopo Coloniensi coronatus: sed à Philippo cùm prælio ad Mosellam conserto repulsus; tùm ad Coloniam castris exutus & profligatus: in Angliam profugit. Post cuius cædem denuo ad clauum euectus: Italiam magno cum exercitu ingressus, Imperio eam asseruit: occupata Romandiola, Thuscia, & Marchia Aleuconitana. Hinc in Apuliam castra promouit, vt imperij prouincias quas Fridericus tenebat artibus Pontificum ab Imperio abalienatas, repeteret, Imperioque redderet. Quapropter diris Pontificijs petitus, Imperijque titulis priuatus: & à Friderico II. ad Imperium euocato, in Saxoniam pulsus: postquam

ad Bono-

ad Bononiam quoque in Flandria Francicis armis esset profligatus; & amissa Aquila ad extremas redactus angustias: abiecta spe Imperij, reliquum vitæ transegit priuatus. Quinquennio pòst dysenterico fluxu extinctus Hartesburgi V. Kal. Maij A. C. 1218. & Brunsuigæ in templo Cathedrali sepultus. Duas vxores habuit: BEATRICEM Philippi Cæsaris F. decimoquarto à nuptijs die Northusij defunctam, & Brunsuigæ sepultam: & ante illam, MARIAM Henrici Boni Ducis Brabantiæ F. quam ob consanguinitatem repudiauit: parens priùs ex ipsa factus

Duces Saxoniæ Domini Brunsuigæ.

HELENAE siue Mechtildis, vxoris Alberti I. Ducis Saxoniæ Electoris.

MARIAE nuptæ VVoldemaro Duci Slesuicensi.

Gulielmus stemmatis dynastarum Brunsuigæ & Luneburgi propagator. †

LVDGERVS siue Luderus, Henrico VI. Cæsari obses datus puer, obijt Augustæ A. C. 1191.

MECHTILDIS nupsit Henrico Bureuino, Pridulai Obitritorum Regis filio.

LEONORA peste extincta A. C. 1167.

GVLIELMVS Princeps Saxoniæ, à patre Henrico Leone constitutus hæres ditionis Luneburgensis & Saxoniæ Inferioris: captus in Vngaria, & magno demum ære redemptus A. C. 1205. in diuisione cum fratribus facta Luneburgum retinuit: insuperque accepit Leichtenbergam, Gandersheimium, Giseluerderam, & Osam. Othoni IV. Cæsari, suo germano, in multis prælijs fuit præstò: inprimis verò eo, quod gessit cum Hermanno & Henrico Comitibus VVernigerodijs; qui arcem Leichtenbergam vi occuparant. In viuis esse desijt A. C. 1213. VII. Kal. Quintil. postquam Luneburgi rem dexterrimè administrauit annos septem. Ibidem sepultus ad D. Michaelem. Vxor HELENA VValdemari Regis Daniæ F.

OTHO *Puer* siue *Paruus* cognomine, Gulielmi F. Princeps Saxoniæ, dynasta Luneburgi: VVoldemaro Daniæ Regi suo auunculo militans contra Lubecenses & socios principes: captus in prælio ab Henrico Comite Suerinensi, titulum Ducis Saxoniæ Alberto II. Electori cedere est coactus. Liberatus, præsidium Friderici II. Imp. (cui filiæ Henrici Palatini dimidietatem dominij super vrbem Brunsuigam vendiderant) Brunsuiga eiecit: ciuitate noctu ciuium auxilio occupata: quibus ob id libertatem concessit. Quam iniuriam Imperator vlturus, exercitum contra ipsum scripsit: verùm principum interuentu Othoni supplici non solùm ignouit: sed eundem quoque Ducem postea Brunsuigium ac Luneburgium Moguntiæ creauit: attributis ipsi armis, quæ auus Henricus Leo ex Anglia tulerat, duobus fuluis leonibus pro ditione Brunsuigæ; & tertio coloris cyanei, quo olim in armis suis est vsus Hermannus Bilungus Princeps Saxoniæ: decimas insuper Goslarienses ipsi donauit. A Sigefrido Comite Osterbergensi emit subditos, quos habuit in Comitatu Stadensi cum tota proprietate: subditos item inter Salisquellam & Gardelebiam, Cellam & Bremam iuxta vtrunque littus Aleræ atq; Visurgis: Bremam obsidione cinxit: Luneburgo ius municipale dedit. Obijt A. C. 1252 potestatis suæ XL. V. Idus Iunij: Sepultus Brunsuigæ ad S. Blasium iuxta patrem. Ex MATHILDE Alberti Marchionis Brandeburgij F. quinque genuit mares, totidemque fœmellas:

Duces Brunsuicenses & Luneburgenses.

Albertum Magnum, Ducatus Brunsuicensis gubernatorem. †

IOANNEM Ducem Luneburgium: quam vrbem ipse in diuisione cum fratre obtinuit, & multis priuilegijs atque immunitatibus ornauit: à quo tempore ad vitæ exitum annos regnauit octo. Ioanni Episcopo Hildesiensi, fratris Alberti auxilio, bellum denunciauit A. C. 1261. quo Episcopus inter viuos esse desijt. Ipse obijt A. C. 1261. Id. Decembris: Luneburgi in æde S. Michaëlis sepultus. Ex AGNETE siue Luidgarde filia Gerardi I. Comitis Holsatiæ, ducta A. C. 1265 pater factus quinque liberorum:

ELISABETHAE Conrado Comiti Varnigerodio AGNETIS Gardenino siue Gerruino Comiti Hadmerslebio HELENAE N. Comiti Oldemburgio MATHILDAE Henrico Vandalorum domino & equiti aurato	} elocatarum.

OTHONIS cognomento Strenui, Ducis Brunsuigij & Luneburgij, bellatoris eximij: qui Hannobriam ex improuiso adortus, multos ciues cepit, magnoque se ære redimere coegit: Lubecam diripuit: Dannæbergam & Luchouiensem Comitatum suæ feciditionis. Scarmbeccense quoque monasterium ampliauit: fanum Rede construxit:

Dux et Brūsuigij & Luneburgij. Franciscanis Luneburgi nouum refectorium ædificauit. Obijt A. C. 1330. pridie Non. Aprilis: sepultus Luneburgi in æde S. Michaelis, cum vxore MECHTILDE Ludouici Electoris Palatini ad Rhenum filia, mortua A. C. 1319. IIX. Id. Aprilis: relictis quatuor filijs:

OTHONE Duce Luneburgio, qui viuo patre Comitatum Luchouiensem occupare conatus, impeditus est ab Episcopo Verdensi. Auxilio Alberti Principis Megapolensis, cuius sororem MECTHIDEM, patre Henrico Leone genitam, vxorem habebat, vias à Latronibus vndiquaque purgauit. Diem obijt XV. Kal. Septem. A. C. 1354. postquam XXIV annos cum fratre Gulielmo ditionem rexit paternam. Sepultus Luneburgi. Hoc coniugio nati

OTHO hæres dirionis Luneburgensis futurus, ante parentis fata miserè perijt infans: ex ponte in fluuium Elmemam circa Emmendorff delapsus.

MECHTILDIS consors Henrici Comitis VValdechiani.

GVLIELMO Duce Luneburgio, quam vrbem post fratris sui excessum solus retinuit. Cum Mauritio Comite Oldemburgio Administratore Episcopatus Bremensis, ob limites diu contendit: qua de causa arcem ad VVummam construxit, quam Leonis pontem nominauit. Bellum quoque intulit Erico II. Saxoniæ inferioris Duci: & Reiffenburgum inermem occupauit: Ertenéburgum vastauit: Gammerodam arcem ædificauit: Luneburgensium priuilegia confirmauit, auxitque. Quum hæredes masculos non haberet: successorem ducatus Luneburgici scripsit Albertum Ducem Saxoniæ: Postea mutata sententia Ludouicum Ducem Brunsuigium generum alterum & agnatum principem: eoque absque liberis defuncto, Magnum Torquatum. Obijt autem A. C. 1368. IX. Kal. Decembr. Quatuor ordine vxores habuit: MARIAM Reginam de Maiorica: SOPHIAM (alij Helenam nominant) Reginam Sueciæ: HESECAM Comitissam Rauensburgensem: & AGNETEM F. Erici I. Ducis Inferioris Saxoniæ, quæ Reiffenburgum dotis nomine ad eum attulit. His duæ ipsi natæ filiæ:

ELISABETH nupta primùm Othoni Duci Saxoniæ, Angriæ, & VVestphaliæ A. C. 1339. deinde Nicolao Comiti Holsatiæ A. C. 1371.

MECHTILDIS elocata Ludouico Duci Brunsuigio A. C. 1355. postmodò nupsit Othoni Comiti Schoumburgio cæso in pugna Luneburgensium contra Brunsuicenses commissa A. C. 1338.

LVDOVICO Episcopo Mindensi, in suo cœnobio VValfrode sepulto A. C. 1346. vbi ecclesiam suam pacificè rexit annis XXII.

IOANNE Archiepiscopatus Bremensis Administratore.

VLRICVM in adolescentia mortuum.

CONRADVM Episcopum Verdensem, defunctum A. C. 1303. Idib. Octobris: quum sedisset annos XXIII. Sub hoc ecclesia igne vastata est à Giselberto Archiepiscopo Bremensi A. C. 1282.

OTHONEM Episcopum Hildesiensem, qui à fratribus Comitatum Peinensem accepit: mortuum A. C. 1279. IV. Non. Quintilis, præsulatus sui XIIX. & Hildesiæ sepultum ante aram S. Crucis in summa basilica.

HELENAM Alberti I. Saxoniæ Electoris
ADELHEDIN Henrici Landgrauij Hassiæ
AGNETEM VVenceslai Principis Rugiæ } *coniuges.*
MECHTILDEM Henrici Principis Anhaltini
ELISABETHAM Gulielmi Hollandi Regis Rom.

Ducatus Brunsuicēsis gubernatores. ALBERTVS *Magnus & Senior* cognominatus, Dux Brunsuigius & Luneburgius in diuisione cum fratre Ioanne ducatum retinuit Brunsuicensem: Harburgum cum Ottersbergo, arces à Gerardo II. Archiepiscopo Bremensi destructas, de nouo extruxit: & cōtrouersiam de Comitatu Stadēsi renouauit. Othocari Bohemiæ Regis partes aduersas Belam Vngariæ Regē fouens: victor, hostium ingenti strage facta, baltheo militari cinctus, prædaq; ampla onustus, domum redijt A. C. 1252. Nobiles Asseburgios, in solentius ipsi illudentes, præsertim quum esset victus à VVittekindeo Hoiensi, Præsule Mindensi, triennio obsessos ditione sua eiecit: & Asseburgū arcem sui iuris fecit A. C. 1258. Hac obsidione durante, Theodoricū Comitem Eberstelnium, & Gerardū Archiepiscopū Moguntinū, agrum Gothingensem deprędantes, cepit: illum propter perfidiā in ca-

in castris pedibus suspendit, vt in tertium vsq; diem viueret: hunc Brunsuigæ in vinculis tamdiu detinuit, donec à Richardo Anglo, Cornubiæ Comite, ad Romanum Imperium aspirante, magno ære redimeretur. Lubecensibus opem ferens contra Ioannē Holsatiæ Comitem, Altenstadium deditione accepit: sicut postea quoq; Embecenses, à Comite Dassiliensi nimium grauatos, Gunzelino Comite Suerinense eiecto, ditionem eius cis Albim Luneburgo coniunxit: Peinam castrum obsidione cinxit, irrito tamen eius conatu. In Misnia quoque contra Henricum Marchionem res maximas gessit: à quo tandem apud Halam captus, vulneratusque, & in custodia totum sesquibiennium detentus: λύτρῳ octo millium marcarum argenti, & cessione octo arcium ad VVerram in compensam damnorum, se redimere est coactus. Mortuus & sepultus Brunsuigæ A. C. 1279. circa Idus Sextiles. Duas in connubio vxores habuit: ex prima ELISABETHA, filia Henrici Magnanimi Ducis Brabantiæ, nullam; ex altera, ALEXINA F. Aldabrandini Marchionis Estensis, septenam sustulit sobolem: *Ducatus Brunsuicensis gubernatores*

Henricum Mirabilem, primogenitum, ditionis Embecensis & GRVBENHAGIANAE Rectorem. †

Albertum Pinguem, ducatus Brunsuicensis, & Gothingensis ditionis Gubernatorem. †

GVLIELMVM Brunsuigum vnà cum VVulfferbyto in diuisione paternorum agrorum sortitum: in iuuenili ætate defunctum, & Brunsuigæ inhumatum A. C. 1292.

LVDERVM } *Ordinis S. Ioannis dominos.*
CONRADVM

OTHONEM Templarium.

MECHTILDEM vxorem Erici VII. Regis Daniæ, & inde Henrici III. Ducis Silesiæ, Domini Glogouiæ & Posnaniæ.

ALBERTVS *Pinguis*, secundogenitus, Dux Brunsuigius & Luneburgius: in diuisione paternarum terrarum Gothingam adeptus: fratre Gulielmo defuncto, Brunsuigam opinione citiùs occupauit: & Henricum Mirabilem, fratrem natu maiorem, ob seditionem excitatam (duodecim namque ciues tribunos plebis contra Senatum elegerat) vrbe eiecit A. C. 1292. Vita decessit A. C. 1318. quum ditionibus suis magna cum laude præfuisset annos vndequadraginta. Brunsuigæ sepultus. Ex RICHSA vxore, Herulorum & Vandalorum Ducissa, ipsi nati:

OTHO Largus & Diues, *Dux Brunsuigius & Luneburgius, Dynasta Marchiæ veteris, scilicet Herbipoleos & Sebusiæ, quam dotis nomine ad eum attulit AGNES filia Conradi I. Marchionis Brandeburgij Electoris, vxor prior; quæ tamen ipsi rursus vi est adempta: gubernationem à patris obitu Brunsuigæ accepit: ibique monasterium prædicatorum fundauit. Obijt A. C. 1334. Altera eius coniux IVDITHA Landgrauia Hassiæ, Henrici Ferrei F. sterilis fuit: ex priore vnicam tantùm reliquit filiam;*

AGNETEM vxorem Baruimi III. Ducis Pomeraniæ, mortuam A. C. 1371.

ERNESTVS Dux Brunsuicensis & Luneburgensis, in partitione hæreditatis paternæ Gothingam accepit, cum ditione transsyluam & circa Leinam. Fratri Alberto Halberstadensi Episcopo suppetias ferens contra Comites Mansfeldios & Reinsteinios: ditionibus illorum igne ferroque vastatis, pingui onustus præda domum rediit A. C. 1342. Magno Torquato interempto, VVulfferbytum & Brunsuicensem ducatum tutorio occupauit nomine A. C. 1373. quo eodem anno, mense Nouembri, captus à Bussone Duss Capitaneo Magdeburgensium, λύτρῳ 4000. marcarum argenti se redemit. Ex ELISABETHA siue Barbara, Ducissa Saganensi & Glogouicensi, Henrici IV. filia, tulit

ELISABETHAM (alij ANNAM vocant) consortem Gulielmi I. Comitis Hennebergij.

OTHONEM *Armipotentem* & *Malum*, vulgò à latè patente ditione *Ducem de Leina* cognominatum: virum bellicosum. Hic viuo adhuc patre gubernationem arripuit: Alfeldam oppressit; quam tamen, recepto Hartesburgo, Episcopo Hildesiensi restituit: Marchiam vastauit: quumque in reditu honorificè à Schuickeldijs exciperetur, Hartesburgum eis donauit. Arcem Thueselingam demolitam reædificare conatus: impeditus est à ciuitatibus Brunsuiga & Megdeburgo. Quum insuper Brunsuicensibus ex arce VVolfferbyto multa inferret damna: eam amisit, inde nimirum eiectus à Fri-

Tutor Brunsuigij & Luneburgij. derico, Magni Torquati filio A. C. 1384. Quare Gothingenses postea sæpenumerò afflixit. Decessit A.C. 1394. ex vxore MARGARETA Ducissa Bergensi quatuor susceptis liberis:

GVLIELMO iuuenili ætate extincto, & Hardesheima in æde à matre constructa sepulto.

OTHONE Coclite, *Duce Brunsuigio, Dynasta Gothingensi, trans Syluam, & circa Leinam: principe pacis, concordiæ omnis, honestatis, aliarumque virtutum studiosissimo & amantissimo: qui Erphordiensium, Northusanorum, & Mulhusanorum auxilijs obsedit & diruit arcem & receptaculum latronum Hindenburgum; latronibus omnibus suspendio necatis A.C. 1397. Obijt anno A. C. 1463. regiminis sui LXIX. Sepultus Gothingæ. Vxor AGNES F. Hermanni Landgrauij Hassiæ obijt Munda A. C. 1471. postridie Kal. Februarij.*

AGNETE vxore Henrici Comitis Honsteinij.

ELISABETHA consorte Erici Ducis Brunsuigij & Grubenhagij.

MAGNVS Pius, stemmatis propagator. †

ALBERTVS Episcopus Halberstadensis electus A. C. 1327. Comitibus Reinsteinijs & Mansfeldijs bellum intulit, quòd electioni ipsius aduersarentur: agros ipsorum depopulatus: & monasterium Helfsam incendio perdens. Obijt A. C. 1358. Sepultus Brunsuigæ.

HENRICVS Episcopus Hildesiensis electus A. C. 1335. diu multumque contendit cum Othone Comite Schoumburgio, quem Pontifex Rom. contra eum obtruserat. Artem & Comitatum Stadensem, item VViddenlage & VVoldenstein Episcopatui adiecit: Schuichgeldiorum arcem VValmede occupauit: Mariaburgum ædificauit. Naturæ concessit A. C. 1362. Hildesiæ sepultus.

IOANNES Ordinis Teutonicorum Magister in Borussia.

Filia N. Abbatissa Gandersheimensis XXIII. oppidum Boccenam concessit Henrico fratri Episcopo Hildesiensi A. C. 1314.

MAGNVS cogn. *Pius* & *Sangerhusius*, quòd Sangerhusij in marchionatu Landsbergensi aulæ sedem haberet; Dux Luneburgius & Brunsuigius; ab Othonis fratris excessu, gubernationem ducatus Brunsuicensis accepit A. C. 1334. & Albertum alterum germanum, Episcopum Halberstadensem, aduersus Comites Mansfeldios suis copijs ipse quoque iuuit. Obijt A. C. 1368. Vxorem habuit SOPHIAM Marchionissem Landsbergicam, Henrici Siue terra Marchionis Brandeburgij F. quæ dotis nomine marito attulit Sangerhusium, Petersbergam, Lechstadium, Landsbergam, cum alijs oppidis. Hoc matrimonio nati

LVDOVICVS Dux Brunsuigius, Dynasta Gothingensis, ducta in vxorem MECHTILDE Gulielmi Principis Luneburgij vltimi filia, à socero suo ducatus sui hæres est scriptus. Sed vix tribus annis superfuit: fato absumptus anno, & VVunsij sepultus A. C. 1358.

OTHO perijt in Italia.

Magnus Torquatus Dux Brunsuigius & Luneburgius. stemma propagauit. †

IOANNES Archiepiscopum egisse creditur Magdeburgium: in catalogo tamen illorum non reperitur.

ALBERTVS Archiepiscopus Bremensis à decessore Gotefrido electus, & à Pontifice Romano Quinione confirmatus: Mauritium Oldemburgium Archiepiscopatus Administratorem, Verdæ captum, ad pacem petendam adegit A. C. 1362. Accusatus à Ioanne Zesterfeldio nobili, & decano Capituli, quòd esset hermaphroditus: quò iniuriam hanc dilueret, Bremæ, Hamburgi, & Sundij conspiciendum se exhibuit, magnis adhibitis sumptibus: & Decanum ad veniam petendam adegit. Obijt A. C. 1395. Sepultus Bremæ in media area ecclesiæ Cathedralis.

SOPHIA virgo obijt.

MECHTILDIS Bernardo III. Principi Anhaltino	
HELENA Othoni Comiti Hoiensi	*nupsere.*
AGNES Erico Comiti Hoiensi & Bruchusiano	

MAGNVS *Torquatus* ab argentea corona, quam in contumeliam & contemptū parentis à collo pendente gestabat, cognominatus: itē Insolens quòd insolentis ac præ-

ac prætumidi ingenij inepto fastu ex alto despiceret non solùm patentem verùm etiam alios principes: Dux Brunsuigius & Luneburgius, dynasta Sangerhusius: generosus & animosus princeps, sed inquietus, insolens, immitis, infelix. A Gulielmo hæres ducatus Luneburgensis scriptus A. C. 1364. Magapolensibus insequenti anno bellum intulit: sed à quibus victus, inque fugam est coniectus. Biennio ab hinc à Gerardo quoque Hildesiensi Episcopo in conflictu captus, multis suorum amissis: Sangerhusio & Landsberga venditis. λύτρῳ isto se redimere est coactus. A Senatu tandem Luneburgensi, tyrannidem eius pertæso, qui arcem quoque illius in Calebergo diruit, vrbe eiectus: & post biennium in monomachia cum Othone Comite Schoumburgio, dum ipsi prostrato necem intentat, à milite gregario est confossus A. C. 1373. IIX. Kal. Sextilis. Vxor CATHARINA, VValdemari Electoris Brandeburgij F. secundùm nupsit Alberto Duci Saxoniæ, Angriæ, VVestphaliæ & Luneburgi. Liberi eius memorantur IX. quotum *Dux Brunsuigij & Luneburgij.*

FRIDERICVS Dux Brunsuigius & Luneburgius, Othonem Malum, Brunsuicensium auxilijs VVolferbyto ejecit: ditionemq́ cum ciuitate occupauit, rexitq́ annis sedecim. Nobiles, qui fratrem Bernardum captiuum tenuerant, prælio vicit: in quo Steruberginus occubuit, Schuichbeldius verò captus λύτρον 7400. florenorum persoluit A. C. 1393. Ob togatas & bellicas virtutes à nonnullis Electoribus, VVenceslao deiecto, Francofurti ad Mœnum in Regem Romanum electus A. C. 1400. IIX. Kal. Iunij: Nonis proximis in reditu à Comitijs ad Frislariam insidiosè & perfidiosè circumuentus à Ioanne Comite Anxoniano Archiepiscopo Moguntino, & Henrico Comite VValdeccio, & à duobus equitibus auratis confossus est: vnde postea graue triennale ortum est bellum. Brunsuigæ sepultus. Ex ANNA F. VVenceslai Saxoniæ Electoris genuit

ANNAM, quæ propter formæ præstantiam ac virtutes plurimas in multorum fuit admiratione, nuptam Friderico Austriæ Exarcho, Comiti Tyrolio.

CATHARINAM consorrem Henrici Comitis Schuarceburgij.

Bernardus condidit gubernatores Ducatus Luneburgensis. †

Henricus stemma Gubernatorum Ducatus Brunsuigij propagauit. †

OTHO ex Episcopo Verdensi ad Archiepiscopatus Bremensis dignitatem euectus: singularis iustitiæ amator, latronum persecutor acerrimus extitit. Obijt A. C. 1416, III. Non. Decemb. Sepultus Bremæ.

HELENA vxor Alberti Regis Sueciæ, & Ducis Megapolensis. 1396.

AGNES nupsit Bussoni Comiti Mansfeldio A. C. 1366. & post eum Bugslano Duci Stetinensi A. C. 1392.

ANNA Mauricio Comiti Oldemburgio elocata.

SOPHIA coniux Henrici Ducis Megapolensis.

CATHARINA sociata Gerardo Duci Slesuicensi A. C. 1391. & eo cæso, Erico III. Duci Saxoniæ inferioris.

HENRICVS Dux Brunsuigius & Luneburgius, dynasta VVerbecæ & Cellæ, Luneburgensem ducatum solus rexit annos XVI. Heros Mauortius: ciues Luneburgenses Brunsuigiorum auxilio superauit A. C. 1388. Othonem Comitē Schoumburgiū bello petijt A. C. 1395. Olseniam occupauit A. C. 1396. Hartingeshusium equitem auratū, Friderici fratris interfectorē, in quatuor partes dissectum, rotæ imponi iussit A. C. 1401. Captus ab Hermanno Ebersteinio, Simone & Bernardo Lippiensibus Comitibus A. C. 1404. & Falcobergam abductus: viginti millium florenorum λύτρῳ se illis persoluturū obligauit dato iureiurando obsidibusq́. Sed vbi de tāta pecunia 2500. florenos exoluit: à Gregorio XII. Pont. Rom. à dato iuramento absolutus: Comitum Lippiensium à Ruperto Imp. proscriptorum ditionem ferro & flamma vastauit. Quin & Rodenburgum arcem Verdensis diœceseos expugnauit: & eum eius Præsule Henrico Hoiensi perpetuas aluit inimicitias. Cæteroquin iustitiæ fuit amantissimus: ideoq́; seuerè in prædones animaduertit. Obijt Olseniæ A. C. 1416. VI. Non. Octobris, sepultus Brunsuigæ III. Non. Decembris. Liberos tulit

ex SOPHIA F. VVartislani Ducis Stetinensis & VVolgastensis in Pomerania, ducta A. C. 1386.

Gulielmum Victoriosum, stemmatis propagatorem. †

CATHARINAM vxorem Friderici I. Saxoniæ Electoris, Grimmæ defunctam A. C. 1442. V. Kal. Ian. Misnæ sepultam.

Duces Brunsuigij & Luneburgij.

♉ ex MARGARETA F. Hermanni Landgrauij Hassiæ:

HENRICVM Pacificum, *Ducem Brunsuigium & Luneburgium. Hic viginti annorum adolescens, auxilio Othonis Magni principis Luneburgij, fratri externis bellis occupato, VVolfferbytum eripuerat, & ducatum Brunsuicensem occupauerat. vnde intestinum bellum gliscere cœpit: quod tamen mox quorundam interuentu, & VVolfferbyto reddito sedatum est. Hartesburgum septennio pòst, pulso Hartuico ab Vtze in suam potestatem redegit. Reliquum vitæ tempus in summa tranquillitate transegit: patribus veteris testamenti vt pietate, sic pastoritio studio non longe absimilis. Defunctus A. C. 1473. IIX. Id. Decembris, sexagenario maior biennio. Sepultus Brunsuigæ cum vxore HELENA Comitissa Cleuensi, Adolphi Ducis filia, mortua A. C. 1471. mense Iunio. Hac vnica nata F.*

MARGARETA, decimumoctauum agens annum, Brunsuigæ elocata Gulielmo III. Comiti Hennebergio A. C. 1469.

GVLIELMVS *Senior*, Dux Brunsuigius & Luneburgius, vir bellicosus, sub regiminis sui initium irruptionem fecit in Episcopatum Bremensem, igne ferroq; omnia diripiens. Septem victorijs splendidissimis nobilitatus, *VICTORIOSI* cognomentum meruit. Hussitas namq; ad Brunnam Morauiæ magna clade afflixit, Brixiam [illegible] cepit A. C. 142[illegible]. Hildesienfibus deinde anno ab hinc proximo magna strage ad Ga[illegible] cæsis, arcem Grunensem vi expugnauit, præsidioq; muniuit. [illegible] Sigismundo Cæsari militans contra Turcas, eos in Gallicia fortiter cæcidit, fudit, strauit A. C. 1424. Quarto, auxilio profectus Ducibus Slesuicensibus, ciuitatibusque maritimis contra Ericum X. Daniæ Regem, insignem de eo ad [illegible]eusburgum reportauit victoriam Kal. Nouemb. A. C. 1427. Quintò, Theodoricum Archiepiscopum Moguntinum prælio victum fugauit A. C. 1446. Sexto, cum Mauritio Comite Oldemburgio, Bremensibus, & Holensibus ad VVœlpam [illegible] strenuè manus conseruit: vt equo cadente, in ipso conflictu in a[illegible]unt conscenderit; hostiumq; [illegible] nihilominus victor euaserit A. C. 1462. Vltimò, Embecenses armis fortiter repressit A. C. 1479. & H[illegible]lermundam, Vnstor[illegible]um, Eberstenam, VVœlpam, Homburgum suæ fecit ditionis. VVolfferbyti diem extremum clausit A. C. [illegible]432. IIX. Kal. Sextil. nonagenarius. Sepultus Brunsuigæ cum geminis vxoribus: CEC[illegible]LIA F. Friderici I. Electoris Brandeburgij, ducta A. C. 1427. & MECHTILDE F. Othonis Comitis Schoumburgij, vidua Bernardi Ducis Luneburgij. Factus ex his trium filiorum pater:

♉ ex priore quidem,

Gulielmi Junioris, stemmatis propagatoris. †

FRIDERICI Ducis Brunsuigij & Luneburgij dynastæ Hannobriensis: victi & capti ab Archiepiscopo Coloniensi A. C. 1454. deinde à nepote etiam suo ex fratre, Henrico Sen[illegible]re: cæterùm nulla alia re, nisi dexterrima & tranquilla sua gubernatione nobi[illegible]. Fuere cum ipso connuptæ ANNA F. E[illegible]ici Ducis Brunsuigij, dynastæ Grubenha[illegible], vidua Alberti Principis Bauariæ: & MARGARETA F. Conradi Comitis Ritbergici, ducta A. C. 1483. XVI. Kal. Nouembr. vtraq; [illegible] mortua.

♉ ex posteriore verò,

OTHONIS, qui matrem in puerperio extinctæ fatum infans secutus, & Bru[illegible]igæ tumulatus est A. C. 1468.

GVLIELMVS *Iunior*, Dux Brunsuigius & Luneburgius, dyna[illegible] Gotingensis captus circa Pilshagam à Comite VVonstorpensi A. C. 1451. [illegible] aliquot annorum spacio, Ludouico Sunderano VVestphalo insolentiæ ac contu[illegible] ciuitatum Brunsuigæ, Gothingæ, Hannobriæ, Embecæ, Northe[illegible]æ, [illegible]stadij, arcem Cælioprgam eripuit. Cæterùm publicæ tranquillitatis & priuatæ quietis amans: permissa Henrico filio rerum admi[illegible]tione; & postmodùm tota quoque di[illegible]one inter filios distributa: propius se in otium atque quietem abdi[illegible]. [illegible] inter V[illegible]uos esse desijt A. C. 1503. alij habent annum 1495. Mundæ ad Visurgim & [illegible]ldæ confluentem humatus: trium liberorum effectus pater ex ELISABETHA Bothonis Comitis Stolbergij nata:

Henrici Senioris qui Stemma propagauit. †

ANNAE elocatæ Gulielmo Seniori Comiti Prouinciali Hassiæ,

RICI Senioris, *Ducis Brunsuigij & Luneburgij, dynastæ ad Leinam, Neostadij natus XIV. Kal. Martij A. C. 1470. Hic decimum octauum agens annum, Palæstinam [illegible] & Luinuisit Italiamq́ perlustrauit. Iuuenis Maximiliani I. Cæsaris aulam & bella secutus: Turcis in Croacia occurrens, eos in fugam vertit. Heluetiers prælijs omnibus propemodum non interfuit modò sed & præfuit. In Bauarico Bello Palatini exercitum, cuius robur erant Bohemicæ copiæ, ad Ratisbonam animo magno inuasit, fudit, & fugauit: Cæsarem ferrea claua ab hostibus pertussum, casumque ex equo minantem, erexit atque reposuit VII. Id. Septembris A. C. 1504. Turcarum crebras in Austriam irruptiones fortiter repressit. Quid multa? alacriter iuxta simul & atriter pro Maximiliano Cæsare siue præsente, siue absente dimicauit: fideliter quin etiam amicis adfuit, vel maximo sæpenumerò suo damno atque incommodo. Ad vrbem Trebanam, ad Forum Iulium fortiter conserta manu pugnauit: Frisios quinque cladibus affecit, ita propere etiam, vt intra XIV. dies cum hoste confligeret, tandemq́ victor existeret: Henricum Misniæ Marchionem in vrbe Veronica obsessum, vrbe expugnata liberauit. Amplius duodecies in acie stetisse, collatis signis dimicasse, cominùs conflixisse, hostem [illegible], ac victor abi[illegible] traditur: plus quàm vigesies pinnacula muresq́ hostium ipse conscendit, inuasit, & [illegible]. Veruntamen non vltra quinque noxia & lethalia vulnera, quorum in numero illud in bello Bauarico, propter Cæsarem inflictum, periculosissimum erat, reportauit. Pro patriæ defensione A. C. 1519. aduersus Ioannem Episcopum Hildesiensem, ex illustre inferioris Saxoniæ ducum domo genitum, profectus ad Soltouiam [illegible] dios inter hostes armis obrutus, non nisi vulneratus sese dedidit. Cellam captiuus deductus, duodecim millium aureorum [illegible] exoluit. Extreme Carolum V. Imp. secutus Gandauum, indeq́ Haganoam ad Comitia: ibi dysenteria extinctus est [illegible] septuagenarius A. C. 1540. mense Septembri. Corporis exuuiæ pia ELISABETHÆ con[iugis] (fuit hæc filia Ioachimi I. Electoris Brandeburgij) cura Mundam ad V[isurg]am & [Fu]ldæ confluentem translata. Habuit ante eam in matrimonio CATHARINAM F. Alberti Ducis Saxoniæ, viduam Sigismundi Athesini: ex qua [illegible] lam tulit*

ANNAM MARIAM ætate tenella mortuam;

ex ELISABETHA autem Brandeburgica ipsi nati,

ERICVS *Iunior*, Dux Brunsuigius & Luneburgius, dynasta Gothingensis & ad Leinam, natus A. C. 1528. IV. Id. Sextil. hora 3. min. 6. ante meridiem: Magnam vitæ partem extra patriam in Belgio, Italia, Hispanijs consumsit: & Pontificiæ religioni se magis, quam emendatæ & sinceræ, à subditis ipsi ciuitatibus ac nobilitate cultæ, addictum ostendit. Ab obsidione Bremæ, quò suum agrum ab iniuria defenderet, discedens: incidit in hostes Hamburgenses, qui Bremensibus auxilio veniebant: à quibus, postquam acriter in noctem vsque fuit pugnatum, tandem est profligatus: ac in Visurgim flumen cum equitatu compulsus, multis suorum amissis, ipse vix euasit incolumis A. C. 154[illegible] XI Kalend. Iunij. Philippo Hispaniarum Regi tribus bellis militauit: contra Gallos Anno Christi 1557. contra Belgas Anno Christi 1577. contra Lusitanos Anno Chr[isti] 1580. Obijt Papiæ in Italia Anno Christi 1584. VII. Id. Nouembris postquam annos vixit [illegible] VI. cum mensibus tribus, totidemque diebus: Duas habuit vxores: SIDONIAM Ducissam Saxoniæ, Mauricij & Augusti Electorum sororem germanam, defunctam A. C. 1574. pridie Non. Ianuarij VVeissenfelsæ; & Friburgi sepultam: & inde DOROTHEAM F. Francisci Ducis Lotharingiæ & Barrhi, ductam A. C. 1576. Ex [ne]utra harum prolem sustulit: ex nobili vero concubina CATHARINA à VV[ee]dam (al. MARGARETA à Bukedam) in Belgica ipsi genitis

GVLIELMVS Brunsuigius, Liber Baro in Hurem & Liefelt, cum patre Papiæ sepultus.

CATHARINA Brunsuigia, elocata Ioanni Auria Genuensi.

ANNA MARIA Alberto Duci Borussiæ	elocatæ.
ELISABETH Georgio Ernesto P. Hennebergio	
CATHARINA Gulielmo Baroni Rosenbergio	

HENRICVS *Senior*, Dux Brunsuigius ac Luneburgius: princeps auo, [illegible] patruo, sinuor: ingenio quidem solerti, animoq; ac manu forti: at semper & nimis

Duces Brunsuigij & Luneburgij.

inquietus: qui bella ex bellis serens, magnis semet & subditos molestijs ac ærumnis assiduè implicauit: vnde & Mali cognomen rum traxit. Prima militiæ tyrocinia fecit Hildesiensi bello: vbi Episcopo militans aduersus illius ciues, & eis confœderatas vrbes inferioris Saxoniæ; ipse magnas in angustias redactus; inde Bugslaui Magni Pomeraniæ principis, aliorumque interuentu bello composito, vix eluctatus est. Et tamen paucis interiectis annis vrbem Brunsuigam, accitis in auxilium principibus vicinis, castrisque in cœnobio Rittershusensi collocatis, cômeatuum importatione prohibita, fame domare instituit: verùm irrito conatu, ob Hildesiensium & sociarum ciuitatum inuictam industriam, fortitudinem, annonam, & auxilia. Bellis exinde in Frisia frequentibus multum interfuit: vbi tandem in Orthi arcis oppugnatione, tormenti ex castris hostilibus trans Amasim vibrati ictu, caput à ceruicibus abreptum vnà cum vita amisit. A. C. 1514. IX. Kal. Quintilis. Sepultus Brunsuigæ ad S. Blasium. Ex vxore CATHARINA sorore germana Bugslaui Magni, Ducis Pomeraniæ, ducta A. C. 1487. sex ipsi nati filij, duæ filiæ: quorum

CHRISTOPHORVS primogenitus, natus A. C. 1487. vix pueritiæ annos egressus, successor datus est Bertholdo Landsbergensi in episcopatu Verdensi A. C. 1493. Annum postea agens XIV. in societatem lectus à Ioanne Rhodio Archiepiscopo Bremensi, à plerisque suæ diœceseos ordinibus deserto. ipso defuncto, solus Archiepiscopatum gubernare cœpit A. C. 1511. Fuit hic initiò propter natalium splendorem, & heroicam excelsi corporis dignitatem, omnibus apprimè carus: insequentibus verò temporibus animi elatione & liberi imperij in collegia sacerdotum omnesq; ordines exercendi cupiditate, cùm subditorum animos ab se alienauit; tum consilijs malesanis ac temerarijs, machinationibusque euentu luctuosis, in extremas se suosq; miserias coniecit. Obijt Tangromundæ A. C. 1558. Sepultus Verdæ in summo choro templi Cathedralis.

ERICVS Commendator Ordinis Teutonici, Confluentiæ obijt A. C. 1525.

Henricus Iunior, stemma propagauit. †

FRANCISCVS Episcopus Mindensis, fax belli, quod gestum est à patruo contra Ioannem Episcopum Hildesiensem A. C. 1519. decessit in Guelphorum arce apud Henricum, suum germanum, III. Kal. Decembris A. C. 1529. ætatis suæ XXXVII.

GEORGIVS Præpositus Coloniensis, & post fratrum excessum Archiepiscopus Bremensis & Mindensis factus: vtramque ecclesiam laudabiliter rexit. Fuit namque vir egregius: siue generis nobilitatem, siue morum grauitatem, & literarum eruditionem spectes. Verdæ iuxta fratrem sepultus A. C. 1562. ætatis suæ LXVII.

GVLIELMVS Dux Brunsuigius & Luneburgius, Hildesiensi bello captus, obijt Myræ in exilio.

ELISABETH nupsisse Gulielmo Comiti Hennebergio traditur.

CATHARINA fuit in côsortio Magni Ducis Saxoniæ Inferioris, Dynastæ Laoburgij.

HENRICVS *Iunior*, Dux Brunsuigius ac Luneburgius, natus A. C. 1489. IV. Id. Nouembris hora 8. min. 9. post meridiem. Heros bellicosus. Hildesiensi bello fuga elapsus: triennio pòst Episcopo pacis violatore proscripto, prodigiosam eius arrogantiam atque contumaciam ita fregit: vt & sua recuperauerit, & maximam partem illius diœceseos occupauerit. In opprimendis seditiosis rusticis A. C. 1525 suam quoque ipse operam Georgio Saxoni, & Philippo Landgrauio locauit: aduersus quos postmodùm, religionis nomine exacerbatis animis, nouo quodam inter principes exemplo, primus scripta aduersaria typos euulganda curauit: quæ breui in omnium acerbissimas inuectiuas desierunt. Quum itaque totus ad rumpendum publicum otium spectans; Imperij ciuitates Goslariam & Brunsuigam, Schmalcaldici fœderis, perpetuis excursionibus atque rapinis vexaret: neque Cæsaris, neque Ferdinandi Regis pareret edictis: à Saxone & Landgrauio, communi sociorum nomine, ditione sua pulsus & triennio pòst, quum incendijs atque rapinis vbiuis locorum multum damni daret, captus est A. C. 1545. Biennali captiuitate liberatus, Goslariam occupauit: Brunsuigam bis obsedit: Albertum Marchionem oppugnauit: per Saxoniam horribiliter grassatus est. Ad extremum tamen, postquam patrij ducatus gubernationem in magna rerum varietate, & vicibus fortunæ dissimilibus, totos LIV. annos gessit: placido exitu vitam clausit VVolfferbyti III. Idib. Iunij A. C. 1568. Ibidem sepultus. Vita ipsi annorum LXXIX. mensium septem, diei vnius. Vixere in eius matrimonio, MARIA F.

Henrici Comitis VVirtembergij, mortua A. C. 1541. V. Kal. Ianuarij, sepulta in choro monasterij Siederbergensis: & SOPHIA F. Sigismundi I. Regis Poloniæ, ducta A. C. 1556. *Anno* mortua A. C. 1575. V. Kalend. Iunij: VVolferbyti sepulta. Liberi Henrici ex VVirtembergica numerantur vndecim: quorum

Duces Brunsuicenses & Luneburgij.

CAROLVS VICTOR Dux Brunsuigius & Luneburgius, à Philippo Cattorum principe vnà cum genitore in castris captus XII. Kal. Nouembris A. C. 1545. octennio pòst VII. Idus Iulij in acie ad Peinum castrum, gloriosa, victriciq; morte occubuit, annos natus duodetriginta. Sepultus VVolfferbyti.

PHILIPPVS MAGNVS, Dux Brunsuigius & Luneburgius, natus A. C. 1527. heros summæ spei, in bello Marchonico cum Mauritio Saxoniæ Electore, aduersus Albertum Marchionem fortissimè pro patria dimicans A. C. 1553. VII. Id. Quintilis, in Saxonia ad Fusam amnem gloriosa morte occubuit. Sepultus VVolfferbyti.

IVLIVS. Dux Brunsuigius & Luneburgius, natus A. C. 1528. VI. Kal. Quintil. sacris ab initio destinatus, pòst fratres in prælio Marchico casos, relictis sacerdotijs, fratri defuncto in gubernatione ducatus Brunsuicensis successit. Heros magnanimus, puræ religionis propagator & custos acerrimus: literarum & literatorum mæcenas optimus. Quippe qui ditionem suam ita administrauit: vt nō modò fines imperij sui amplificarit, quantum potuit: sed doctrinam quoque Euangelij à corruptelis pro virili sua & repurgarit, & conseruarit: tum studia etiam literarum egregiè promouerit; excitata schola Gandersheimæ in collegio Franciscano an. 1570. & quadriennio pòst Academia quoq; Helmstadiensi: quam à Maximiliano II. Augusto Pragæ priuilegijs dotatam, ipse de suo nomine Iuliam appellauit: vt hoc modo sempiternam sui memoriam ad omnem posteritatem propagaret. Deo tandem receptui canente, placidè in vera inuocatione Christi Mediatoris expirauit V. Non. Maij A. C. 1589. ætatis suæ LXXI. à quo abfuit diebus duntaxat LIV. Sepultus Iuliofridensteti. Cum HEDVIGE Marchionissa Brandeburgica, F. Ioachimi II. Septemviri, Berlini celebrauit nuptias A. C. 1560. V. Kalend. Martij: pater ex ea factus vndecim liberorum:

SOPHIAE HEDVIGIS, natæ A. C. 1561. prid. Kal. Decembris: nuptum collocatæ Ernesto Ludouico Duci Pomeraniæ A. C. 1577.

HENRICI IVLII Ducis Brunsuigij & Luneburgij, nati A. C. 1562. Idib. Octob. electi in Episcopum Halberstadensem anno 1579. & triennio pòst in Administratorem Episcopæ Mindensis. Heros Græcis Latinisque literis excultus; commendatus item à studio pietatis in propaganda sincera religione; à iustitia & æquitate erga omnes: à singulari denique prudentia, qua & seipsum & alios gubernat. Deus Opt. Max. cum eum fratribus diu conseruet incolumem: salutariaque eis negotiorum consilia & fortunatam imperij administrationem largiatur. Primas celebrauit nuptias cum DOROTHEA F. Augusti Saxoniæ Electoris VI. Kalend. Octobris Anno Christi 1585. quæ primi partus doloribus superata, decessit Anno Christi 1587. Idibus Februarij, superstite filiola

DOROTHEA HEDVIGE nata IV. Non. Februarij A. C. 1587. hora 6. m. 30. post meridiem.

Alteras nuptias celebrauit Croneburgi cum ELISABETHA Friderici II. Regis Daniæ filia A. C 1590. ipso die Paschatis: ex qua suscepit filium

FRIDERICVM VDALRICVM Ducem Brunsuigium & Luneburgium A. C. 1591.

MARIAE natæ A. C. 1566. Idib. Ianuarij: elocatæ Francisco Duci Saxoniæ inferioris an. 1582. IV. Id. Nouemb.

ELISABETHAE natæ A. C. 1567. VII. Kal. Martij; matrimonio iunctæ Adolpho Comiti Schoumburgi & Holsatiæ 1583. prid. Non. Maij.

PHILIPPI SIGISMVNDI Ducis Brunsuigij & Luneburgij, nati A. C. 1568. Kal. Iulij: postulati in Episcopum Verdensem an. 1568.

MARGARETAE natæ 1571. Kal. Quinctilis: mortuæ XIII. Kal. Febr. 1580.

IOACHIMI CAROLI Ducis Brunsuigij & Luneburgij, nati A. C. 1573. IX. Kal. Maij.

SABINAE CATHARINAE natæ 1574. III. Kal. Maij. Mortem iuuencula oppetijt A. C. 1590. mense Augusto.

DOROTHEAE AVGVSTAE natæ A. C. 1577. prid. Id. Febr.

Duces Brũsuicenses & Luneburgij.

IVLII AVGVSTI Ducis Brunſuigij, nati A. C. 1578. prid. Non. Februarij.
HEDVIGAE natæ anno 1580.
IOANNES puer obijt: ſepultus Stederburgi.
HENRICVS itidem puer obijt: ſepultus Brunſuigæ ad D. Blaſium.
IOACHIMVS puer obijt, ſepultus Schaninga.
ANDREAS inhumatus Gandersheima in monaſterio Minorum.
CATHARINA Ioanni Marchioni Brandeburgio } *elocata.*
MARGARETHA Ioanni Duci Munſterbergio } *elocata.*
CLARA prius Abbatiſſa Gandersheymenſis, Philippo Duci Brunſuigio & Grubenhagiano } *elocata.*
MARIA Abbatiſſam egit Gandersheimenſem electa A. C. 1531.

Ducatus Luneburgensis Gubernatores

BERNARDVS Magni Torquati F. Dux Brunſuigius & Luneburgius, captus à nobilibus, Ioanne Suicheldo & Conrado Steinbergio: ſexennium in Poppenburgo detentus eſt vſque ad victoriam Henrici fratris, quam contra Luneburgenſes obtinuit A.C. 1358. vbi dato à Luneburgenſibus λύτρῳ ſeptem aureorum millium, liber dimiſſus eſt. Heros fuit fortis & bellicoſus; quippe qui copijs ſuis cum Henrici fratris coniunctis, Olſeniam opinione citius cepit: cum Iodoco & Procopio Marchionibus Morauiæ, quibus Cæſar Brandeburgum oppignorarat, manus conſeruit: Friderici fratris cædem vindicaturus in Moguntinum mouit: Ioannem epiſcopum Hildeſienſem ex Comitibus Hoienſibus, auxilio Gulielmi Victorienſi, ſui fratruelis, vicit. Cum quo poſtea permutatione facta, Luneburgenſem ducatum accepit gubernandum: tradito ipſi Brunſuicenſi, quem à cæde Friderici fratris occupauerat. Comitatum quoq; Homburgenſem cum omnib. oppidis, arcibus, pagis, & vicis emit ab Henrico Comite *anno de* A.C. 1409. vita deceſſit A. C. 1434. Cellæ vel VVinſæ ad Luam: ſepultus Luneburgi in æde D. Michaelis. Ex MARGARETA F. VVenceslai Ducis Saxoniæ Electoris genuit

OTHONEM Claudum & Magnum (vernacula lingua den groſſen Otho von der Heidt*) cognominatum, Ducem Luneburgium & Brunſuigium: principem iuſtum ac ſtrenuum, latronum ac prædonũ hoſtem ac perſecutorem acerrimum: qua de cauſa quoq; ſocijs armis cum Friderico fratre, Gulielmo Victorioſo, & Othone agnatis principibus, Hachemolam arcem Comitis Speilburgenſis, qui in omnes promiſcuè prædas agebat, expugnauit A. C. 1434. Henricum item Pacificum Ducem Brunſuigium & vrbem contra Gulielmum Victorioſum defendit: & hunc poſtea contra Epiſcopum* Hildeſienſem. *A Nicolao Comite Delmenhorſtano & Archiepiſcopo Bremenſi, ſenio confecto, poſtulatus in Adminiſtratorem: ciues Bremenſes inter ſe diſſidentes recontiliauit. Obijt anno A. C. 1445. quum ducatum Luneburgenſem, cui & oppidum Borchtorp adiecerat, iuſtiſsimè dexterrimeq; rexiſſet annos ſedecim. Sepultus Luneburgi iuxta patrẽ. Vxor ELISABETH F. Hermanni poſtremi Comitis Euerſtenij & Dynaſtæ Lippienſis, Comitatum illum dotis loco ad ipſum attulit: ſepulta Iſenhage.*

Fridericum Religioſum, ſtemmatis propagatorem. †

CATHARINAM vxorem Caſimiri Ducis Stetinenſis.

FRIDERICVS Dux Brunſulgius & Luneburgius: opem ferens Monaſterienſibus contra Colonienſem Archiepiſcopum: acie captus, Coloniam abductus eſt A.C. 1454. Inde dimiſſus, cœnobium Franciſcanorum Cellis extruxit: in quo conſeneſcere voluit: relinquens filijs, addita grauiſſima adhortatione ad pietatẽ, iuſtitiam, humanitatem, & reliquas virtutes ſectandas, ducatum: ſed immaturo illorum obitu ad gubernationẽ ducatus ſuſcipiendã retractus, terris ſuis ſeptem adhuc annis præfuit. Defunctus ſenex A.C. 1478. Princeps pius, pacificus, manſuetus & religioſus. Sepultus Cellæ. Vixit in eius connubio MAGDALENA F. Friderici I. Elect. Brandeburgij, genetrix

BERNARDI Ducis Brunſuigij & Luneburgij, qui Adminiſtrator Epiſcopatus Hildeſienſis creatus A. C. 1452. poſt ſexennium patris iuſſu hac dignitate reſignata, gubernationem ducatus Luneburgenſis ſuſcepit: indeque vxorem duxit MECHTILDEM Othonis Comitis Schoumburgij F. ſed vix anni vnius maritus, Cellæ diem obijt anno A. C. 1464. Sepultus Luneburgi. Manus conſeruiſſe legitur cum agnato principe Gulielmo Victorioſo: damnaq; vtrinq; illata & accepta.

Othonis ſtemmatis propagatoris. †

MARGARETAE nuptum collocatæ Halderico Duci Megapolenſi in Stargardia.

OTHO

OTHO Dux Brunsuigius & Luneburgius, heros magnanimus, pius, Iustitiæ cultor, bellator strenuus, latronum persecutor acerrimus: coniurationem nobiliũ, cuius capita fuerunt Schulebergici & Bartenslerij, fortiter repressit, ad obsequiumque redu-xit. Cellæ defunctus IV. Id. Ianuarij A.C.1471. quum ducatui Luneburgico, quem post fratris obitum viuo patre susceperat, præfuisset annis septem. Sepultus Luneburgi. Vxor ANNA F. Ioannis Comitis Nassouiæ, Viandæ & Dietz, dynastæ Brediæ, marito mortuo nupsit Philippo Comiti Cattimelibocensi: quo etiam defuncto, post obitum soceri Friderici, reuersa in Luneburgensem ducatum, gubernationem pro filio suscepit. E viuis excessit A.C.1514. IV. Id. Aprilis: sepulta Cellæ. *Duces Brũsuigij & Luneburgij.*

HENRICVS Dux Brunsuigius, & Luneburgius, *Iunior* cognominatus, Othonem patrem in prima amisit pueritia. Princeps magnanimus, excellentique præditus ingenio, Bello Hildesiensi perdifficili ostendit; quantum consilio, animi magnitudine, & moderatione valeret. Confœderatus siquidem Ioanni Principi Lauenburgio Episcopo Hildesiensi; magno ad Soltauiam vicit prælio exercitum duorum agnatorum Erici ac Henrici: ac Ericum in acie captum, quum secum Cellam abduxisset; honorificè tractatum post paucos dies pace facta dimisit A. C.1519. Quinquennio ante hoc bellum affuit quoque Henrico Seniori Duci Brunsuigio in expeditione contra Frisios. Obijt Lutetiæ Parisiorum in exilio A. C.1532. ætatis suæ LXIV. Corporis exuuiæ Cellam Saxonum pia filiorum cura relatæ. Quidam tamen eum VVinhusij & mortuum & sepultum prodiderunt. Ex MARGARETA vxore filia Ernesti Ducis Saxoniæ Electoris, Targo defuncta A.C.1529. tres filij, totidem filiæ ipsi procreati, quorum

ELISABETH primogenita nupsit Carolo Duci Geldriæ: post cuius mortem (obijt autem anno A.C.1538.) vidua vixit annos XXXIV. Beatissimo tandem exitu vitam mortalem clausit octogenaria A.C.1572.

OTHO
ERNESTVS } vterque peculiare propagauit stemma:

APOLLONIA nata A. C.1499. innupta mansit. Defuncta Vlyssea A.C.1571. pridie Kal. Septemb. sesquitriennio maior septagenaria. Ibidem sepulta.

ANNA nata A.C.1502. IIX. Id. Decembris: nupsit Barnimo Duci Pomeraniæ A. C.1523. Obijt A.C.1568.

FRANCISCVS Dux Brunsuigius & Luneburgius, dynasta Gifhornius, Pius & Christianissimus princeps: fidem suam de religione testatus subscriptione Confessionis Augustanæ: piè decessit die suo natali IX. Kal. Decembris A. C.1549. ætatis suæ vndequadragesimo. Gifhorniæ sepultus. Vxor CLARA F. Magni Ducis Saxoniæ, Angriæ & VVestphaliæ ipsi nupta A.C.1547. III. Kal. Octobris: diem obijt Barthæ in Pomerania A.C.1576. XII. Kal. Aprilis. ibidem sepulta XIV. Kal. Maij. Mater ex ipso facta est duarum filiarum,

CATHARINAE nuptæ Henrico Burggrauio Misnensi, Domino Plauensi A C.1564. V. Id. Aprilis.

CLARAE vxoris Bernardi Principis Anhaltini, quæ secundum nupsit Bugslauo Duci Pomeraniæ A.C.1570.

OTHO Dux Brunsuigius & Luneburgius, natus A. C. 1495. XIX. Kal. Ianuarij: gubernationem ducatus primus quidem suscepit: sed eam postmodò fratri Ernesto, accepta pecuniæ certa summa in singulos annos cum Harburgo arce, resignauit: In Comitijs Imperialibus A.C.1530. auunculo se vna cum fratribus in Confessionis Augustanæ exhibendæ negotio adiunxit. Vita defunctus A.C.1549. III. Id. Sextil. ætatis suæ LIII. completo cum semestri, & duodetriginta insuper diebus. Sepultus Harburgi. Vxor ANNA (alijs MECHTILDIS) Comitissa de Compenmois Itala obijt A.C.1580. XVII. Kal. Nouembris; mater septem liberorum:

ANNÆ natæ A. C.1526.

OTHONIS
ERNESTI } *qui gemelli & infantes mortui sunt.*

OTHONIS Ducis Brunsuigij & Luneburgij, dynastæ Harburgensis nati A. C.1528. VII. Kal. Octobris hora 15. min. 15. post meridiem. Huius in matrimonio vixit primum MARGARETA F. Ioan. Henrici Comitis Schuarzeburgij in Leutenberga, vidua Henrici vltimi Baronis & domini de Gerab, defuncta A. C.1557. XV. Kal. Aprilis, Harbur-

Duces Brunsuigij & Luneburgij.

Harburgi inhumata: deinde HEDVIGIS F. Ennonis Comitis Frisiæ Orientalis Liberi eius numerantur XV.

ELISABETH nata A.C.1553.XIV.Kal.Octobris,nupsit Erico Comiti VVisengsburgensi, Baroni Ritboholmensi, dynastæ in Lintholm, Regis Succiæ electi Curiæ Magistro.

OTHO HENRICVS Dux Brunsuigius & Luneburgius,Dynasta Harburgius,natus A.C.1555.XVI.Kal.Quintiles.

IOAN. FRIDERICVS Dux Brunsuigius & Luneburgius,natus A.C.1557. VII. Kal.Martij.

GVLIELMVS primogenitus ex posteriore matrimonio, Dux Brunsuigius & Luneburgius,natus A.C.1564.prid:Id.Martij.

ENNO Dux Luneburgius natus A.C.1565.Kal.Decembris,Griedselij in Frisia Orientali,eodem anno infans extinctus est.

ANNA MARGARETA nata A.C.1567.Idib.Martij.

HENRICVS natus A.C.1568.XIII.Kal. Septemb. infans vnius anni viuere desijt.

HEDVIGIS nata A C 1569.IV.Non.Sextiles.

CHRISTOPHORVS Dux Luneburgius & Brunsuigius, natus A.C.1570.XII. Kal.Septembris.

OTHO Dux Luneburgius natus A.C.1572.XIII.Kal.Aprilis.

IOANNES Dux Luneburgius & Harburgius natus A.C.1573.XIV.Kal.Sextiles.

ELISABETH nata A.C.1574. Kal. Decembr.in cunis obijt anno proximo XII.Kal. Quintiles.

CATHARINA SOPHIA nata A.C.1577.prid.Non Maij.

FRIDERICVS Dux Luneburgius & Brunsuigius natus A.C.1578.IIX.Id.Septemb.

FRIDERICVS AVGVSTVS natus A.C.1580. XII. Kal. Martij, obijt anno eodem V.Kal.Iunij.

FRIDERICI in infantia extincti.

MARGARETÆ, quæ septennis vitam finijt.

SVSANNÆ defunctæ A.C.1581.

ERNESTVS Dux Brunsuigius & Luneburgius, natus Vlyssea A.C.1497.VI.Kal. Quintilis:in Friderici III. Saxoniæ Electoris aula educatus : Vitebergæ postea felicem bonis artibus nauauit operam.Ex adolescentia egressus, vixit Lutetiæ: vbi simul & in lingua Latina se exercuit, & Gallicam didicit, & ordinem iudicij Regij diligenter considerauit.In patriam reuersus,patre absente, de eius voluntate gubernationem accipiens : omnium primùm in id incubuit : quo pura Euangelij doctrina iuxta Lutheri scripta sine dissensione proponeretur : populus ad Catechismum & disciplinam assuefieret:& in oppidis studia literarum instituerentur.In Augustana quin etiam Confessione nec odia nec pericula defugit:sed constanter & nominis sui subscriptione ostendit, se id doctrinæ genus amplecti: optimoque principi Ioanni Electori Saxoniæ nunquam defuit:quem vt patrem dilexit, suarumque ecclesiarum inspectorem esse iussit. Communem pacis defensionem in Germania armatus adiuuit,cùm in seditione Rusticana A.C 1525.tum etiam decennio pòst contra Anabaptistas in vrbe Monasteriensi. Vicinis nulla bella intulit,quanquam irritatus:militauit tamē Ioanni Friderico Electori cōtra Henricum Iuniorem Ducem Brunsuigium A.C.1542.Deo tandem receptui cauente,ex hac vita in cœlestem migrauit patriam A. C.1546.ætatis suæ XLIIX. III. Id. Ianuarij,Sepultus Cellæ. Princeps ornatus multis & maximis virtutibus,vera Dei agnitione & dilectione,animi celsitudine,assiduitate & iustitia in gubernatione, moderatione animi in perferendis iniurijs,castitate,πραότητι ac Zelo in puniendis sceleratis,φιλοστοργίᾳ,literarum peritia. In eius matrimonio annis vixit tredecim SOPHIA Henrici Ducis Megapolensis F. in puerperio extincta A.C.1541.XIV.Kal.Iulij,iuxtaq; maritum sepulta:mater ex ipso facta marium quatuor,fœmellarum sex:

FRANCISCI OTHONIS Ducis Luneburgij & Brunsuigij,nati Cellæ ad Alleram A.C.1530.Idib.Iunij,sesquihora post meridiem:qui diem obijt III.Kal.Maij A.C.1559. nondum completo tertio mense post nuptias cum ELISABETHA MAGDALENA F.Ioachimi II. Electoris Brandeburgij celebratas. Sepultus Cellæ. Vita illi annorum XXIIX.mensium decem, dierum sedecim.

FRIDE-

FRIDERICI Ducis Luneburgij & Brunsuigij, nati Cellæ Saxonum VII. Kal. Iunij A. C.1532. hora 2. min. 2. ante meridiem. Hic accepto vulnere in prælio ad Siuerhusium commisso inter Mauritium Saxoniæ Electorem & Albertum Marchionem: vndecimo die ex eo obijt XIII. Kal. Sextil. A.C.1553. postquam annum ætatis suæ XXI. diebus excessit LV. Sepultus Cellæ. Duces Brunsuigij & Luneburgij.

HENRICI Ducis Brunsuigij & Luneburgij, nati Dannabergæ A.C.1533. pridie Non. Iunij circa Solis exortum. A patre obitu dutatum Lunæburgium communibus auspicijs cum Gulielmo fratre annos rexit decem: cœlibem deinceps vitam eligens, conuentione cum ipso facta, Dannæbergam & Scarnbecum occupauit: fratri ducatus administratione concessa. Nihilominus tamen postmodò ad nuptias transiens: annum iam agens XXXVI. connubio sibi copulauit VRSVLAM Francisci Ducis Saxoniæ inferioris, Angariæ & VVestphalia F. è quagenuit

IVLIVM ERNESTVM Ducem Brunsuigium & Luneburgium, natum V. Id. Martij A.C.1571.

FRANCISCVM Ducem Brunsuigium & Luneburgium, Canonicum Argentoratensem natum A.C.1572. IIX. Id. Iunij:

ANNAM SOPHIAM natam A.C.1573. XIX. Kal. Septembris: insequenti anno mortuam IX. Kal. Aprilis.

HENRICVM natum A. C.1574. IIX. Kal. Nouemb. infantem octimestrem extinctū VI. Kal. Sextil.

SIBYLLAM ELISABETHAM natam A.C.1576. pridie Non. Iunij.

SIDONIAM natam A.C.1577. IV. Id. Septembris.

AVGVSTVM Ducem Luneburgium, natum A.C.1579. IV. Id. Aprilis.

MARGARETÆ natæ A.C.1534. VI. Kal. Iunij: sociata Ioanni Comiti Mansfeldio A. C.1559. IV. Idus Iunij.

GVLIELMI Ducis Brunsuigij & Luneburgij, principis optimi, nati Cellæ A.C.1535. IV. Non. Quintilis hora 3. min. 30. post meridiem. Binos Comitatus hæredes orbos iure feudali occupauit, Diepholtianum & Horensem: illum quidem solus A.C.1585. hunc verò cum agnatis principibus A.C.1582. Nuptias celebrauit cum DOROTHEA F. Christiani Regis Daniæ & Noruegiæ A.C.1561. IV. Id. Octobris: pater ex ea iam factus XV. liberorum, quorum

SOPHIA nata A.C.1563. III. Kal. Nouemb. elocata est Georgio Friderico Marchioni Brandeburgio A.C.1579. IV. Non. Maij.

ERNESTVS Dux Brunsuigius & Luneburgius natus A.C.1564. pridie Kal. Ian.

ELISABETH nata A. C.1565. V. Idib. Nouemb. Friderico Comiti Hoheloensi, Dynastæ Langenbergio, in matrimonium est tradita A.C.1585. V. Non. Maij.

CHRISTIANVS Dux Brunsuigius & Luneburgius, natus A. C.1566. XIII. Kal. Decembris.

AVGVSTVS Dux Brunsuigius ac Luneburgius, natus A. C.1568. XIV. Kal. Decembris.

DOROTHEA nata A.C.1570. prid. Kal. Februarij, nupsit Carolo Comiti Palatino Rheni A C.1586. Idib. Februarij Cellæ Saxonum.

CLARA nata A.C.1571. XVII. Kal. Februarij.

MARGARETA nata A.C.1573. IIX. Id. Aprilis.

FRIDERICVS Dux Brunsuigius & Luneburgius, natus A. C. 1574. VI. Kal. Septembris.

MARIA nata A.C.1575. XII. Kal. Nouembris.

MAGNVS Dux Luneburgius natus A.C.1577. III. Kal. Septembris. Rector Academiæ Ienensis A.C.1592.

GEORGIVS Dux Luneburgius & Brunsuigius, natus A.C.3582. XIII. Kal. Martij.

IOANNES Dux Luneburgius & Brunsuigius, natus Anno C.1583. IX. Kal. Quinctil.

SYBILLA nata Medingæ A.C.1584.

VRSVLÆ natæ A.C.1536. Kal. Octobris, in infantia extincta A. C.1538. XII. Kal. Nouembris.

CATHARINÆ natæ A.C.1537.

Duces Brũsuigij & Luneburgij.

ELISABETHÆ VRSVLÆ Othoni Comiti Schonmburgio & Holsatiæ nuptum collocata A.C.1558. mortua Detmoldæ in Comitatu Lippiensi, & Hagoniæ iuxta maritum sepulta A.C.1586. ætatis suæ XLVII.

MAGDALENÆ consortis Arnoldi Comitis Bentheimij, defuncti Burgdorffii in Ducatu Luneburgico A.C.1586. ætatis suæ XLVI.

SOPHIAE natæ A.C.1541 nuptæ Popponi Principi Hennebergio.

Ditionis Grubenhagianæ Gubernatores.

HENRICVS *Morosus siue Mirabilis*, Alberti Magni Ducis Brunsuigij & Luneburgij primogenitus: in diuisione cum fratribus eam partem ducatus sortitus, in qua sunt Embeca, Grubenhagiũ, Hamela, Osterroda, Duderstadium: suas prouincias per præfectos administrauit ipse Brunsuigæ habitans, tutorio eam nomine pro Gulielmo fratre tenuit: post cuius mortem ab Alberto altero germano est eiectus A.C.1294. Friderico Admorso & Ticemanno Marchionibus Misniæ, matris iniuriam contra Albertum genitorem bello vindicantibus, fidele præstitit auxilium. Obijt A.C.1322. Ex AGNETE Marchionum modò dictorum sorore germana quatuor filias, totidemque progenuit mares:

HENRICVM Ducem Brunsuigium & Luneburgium Dominum Embecæ & Grubenhagæ, ex binis coniugibus trium filiorum factum parentem: nempe

℟ ex HELENA VValdemari Electoris Brandeburgij filia vxore prima:

OTHONIS Ducis Brunsuigij & Luneburgi: qui à IOANNA I. Apuliæ Reginâ ob fidelem operam in tori & regni communionem adscitus: In Italiam profecturus, Eixfeldium Adolpho Nassouio Archiepiscopo Moguntino oppignorauit. Ob vxoris leuitatem ab Vrbano Pontifice Rom. excommunicatus: atque Carolo Dyrrachiano suorum desertione & proditione acie victus, captus & in carcerem est coniectus vnà cum Ioanna vxore: quæ in eo puluinare suffocata, perijt A.C.1381. Ipse triennio pòst elapsus, Neapolim quidem recepit: Ladeslaoque Regi electo fortiter restitit: at paucos dies superstes, naturæ debitum persoluit A.C.1384. Sepultus Foggiæ. Vnicam reliquit filiam.

HELENAM Iano Cypri Regi nuptam.

℟ ex MARIA Regina Cypri, vxore altera,

BALTHASARIS, qui cum Othone fratre Neapolim profectus, factus est Comes Fundi: à Sigismundo Imp. fame enectus.

MELCHIORIS, qui ex Pontificis Romani mandato Præsul Osnaburgensis inauguratus, non parum à se alienauit Theodoricum de Horne Præpositum Coloniensem, suum Coadiutorem: à quo magna redimere coactus est pecunia arces & oppida ad Episcopatum pertinentia: vnde æs alienum non mediocre conflauit. A Gerardo tandem Comite Hoiensi in bello, ex quo non nisi Theodorici liberalitate extricari potuit, captus: præfuit ecclesiæ saltem ceu vicarius, summa ad Theodorici manus delata. Hoc episcopatu postea resignato, Suerinensem impetrauit A.C.1376. sed quem Canonici non minori prosecuti odio, venenum illi propinarunt: quo intumescente ventre, miserè animam efflauit Butzonij A.C.1381.

IOANNEM præpositum Embecensem.

GVLIELMVM tenera ætate extinctum.

Ernestum Brunsuigium, stemmatis propagatorem. †

ADELHEIDAM N. Græcorum Regis filio elocatam.

MARGARETAM vxorem Barnimi I. Ducis Pomeraniæ.

AGNETEM coniugem Ducis de Carminia.

ELISABETHAM vxorem Friderici Comitis Beichlingani.

ERNESTVS Dux Brunsuigius & Luneburgius, Dynasta Embecensis & Grubenhagius: inter viuos esse desijt A.C.1344. ex AGNETE Henrici Comitis Eberfteinij nata, quatuor susceptis filijs:

FRIDERICO Duce Brunsuigio & Luneburgio, Embecensi & Grubenhagensi Dynasta, qui Osterrodæ aulæ sedem habuit, defuncto A.C.1370. genitore ex ELISABETHA Baronissa Homburgia,

OTHONIS Ducis Brunsuigij & Luneburgij, dynastæ Ostetrodensis, sine hæredibus

dibus masculis defuncti. Ex SCHOENETA Comitissa Nassouiensi, vidua Henrici Comitis Hombergensis, tulit

Duces Brunsuigij & Luneburgij.

ADELHEIDIN *vxorem Bugslaui Ducis Pomeraniæ.*

Alberto stirpis propagatore.

OTHONE *in pueritia extincto.*

ERNESTO *Præposito Embecensi ad S. Alexium.*

ALBERTVS Dux Brunsuigius & Luneburgius, Dynasta Embecensis & Grubenhagius: prædatoria manu grassatus in nobiles ac ciuitates Turingicas: & Friderici Comitis Prouincialis preces, monita, minas susque deque faciens: oppugnatus abs eo socijs armis Erphurdiensium, Northusanorum, & Mulhusanorum; ob damnorum præstandam satisfactionem Isenaci se sistere coactus est. Suppetias laturus Magno Iuniori, principi agnato, in itinere accepto nuncio de illius captiuitate, domum cum exercitu repedauit. Obijt A. C. 1397. Fuit in eius connubio SOPHIA Alberti Ducis Saxoniæ inferioris F.

ERICVS Alberti F. Dux Brunsuigius, Dominus Salzæ, Embecæ & Grubenhagæ; de Henrico, Ernesto & Gunthero Comitibus Honstenijs ad Osterhagam cruentam obtinuit victoriam Anno Christi 1415. vbi suorum quidem non paucos desiderauit: plures tamen ex hostium copijs cepit, quos accepto λύτρῳ octo aureorum millium rursus dimisit. Anno ante obitum proximo Grubenhagæ fuit obsessus à Landgrauijs Hassiæ, Henrico & Gulielmo, cognatis principibus: verùm irrito conatu. Naturæ fatoq; concessit A. C. 1449. quum ditiones suas à patris obitu annos administrasset LIII. Sepultus Embecæ. Ex ELISABETHA Othonis Armipotentis Ducis Brunsuigij F. octo tulit liberos:

HENRICVM *Ducem Brunsuigium, dynastam Grubenhagium: qui militari iuuit auxilio Hildesiam ciuitatem contra Bertholdum Episcopum, & Duces Brunsuicenses A. C. 1458. Sepultus Embecæ: ex vxore MARGARETA Ducissa Sagani & Crosua in Silesia Ioannis filia, parens factus*

HENRICI Ducis Brunsuigij & Grubenhagij nati Anno Christi 1468. cuius in matrimonio vixit MARGARETA F. Bernardi Ducis Saxoniæ inferioris: sed qui ἄγαμος obijt.

Albertum stemmatis propagatorem. †

ERNESTVM *Canonicum Halberstadensem, & Præpositum Embecensem.*

SOPHIAM *duodetrigesimam in ordine Virginibus apud Gandersheimam præfectam: quæ Anno Christi 1402. à Ruperto Imp. accepit Regalia: defunctam A. C. 1412.*

AGNETEM *Abbacissam Gandersheimensem XXIX. sorori Sophiæ surrogatam A. C. 1412.*

ELISABETHAM *Abbatissam Gundersheimensem XXX. electam A. C. 1439. post mortem mariti sui Bugslaui Ducis Scetinensis.*

MARGARETAM *nuptam Simoni Comiti Lippiensi.*

ANNAM *consortem primò Alberti Ducis Boiariæ, deinde Friderici Ducis Brunsuigij & Luneburgij.*

ALBERTVS Dux Brunsuigius & Luneburgius, Dynasta Embecensis & Grubenhagianus, inter viuos esse desijt Anno Christi 1486. Nuptiale sacrum celebrauit cum ELISABETHA Comitissa VValdeccensi, Volradi F. Anno Christi 1471. Idib. Octobris: qua nati

IODOCVS in pueritia extinctus.

ERNESTVS Dux Brunsuigius & Luneburgius, dynasta Embecensis & Grubenbagianus: adiunxit & ipse se ciuitatibus bello Hildesiensi contra Episcopum, & Henricum Seniorem Principem agnatum. Mortuus cælebs.

SOPHIA Abbacissa Gandersheimensis XXXII.

ERICVS Episcopus Osnaburgensis electus A. C. 1508. quum ecclesiæ annos præfuisset XXIII. ad Monasteriensis quoque gubernationem est postulatus: sed paucis diebus Furstenouij vita excessit pridie Idibus Maij A. C. 1532. Sepultus Osnaburgi. Princeps pacis & iustitiæ studio nemini secundus.

PHILIPPVS Dux Brunsuigius & Luneburgius, Dominus Embecensis & Grubenhagius: socia iunxit arma Alberto Animoso Duci Saxoniæ, item Henrico & Erico

Duces Brũsuigij & Luneburgij.

agnatis principibus contra Frisios. In Comitijs Augustanis summa cum admiratione audijt Lutherum, causam suam coram Imperatore defendentem. Obijt senex Hertzbergæ A. C. 1551. sepultus Osterrodæ cum vxore CATHARINA *Ernesti Comitis Mansfeldij F. mortua A. C. 1535. princeps pius & pacificus. Hoc matrimonio nati*

ERNESTVS Dux Brunsuigius & Luneburgius, dynasta Embeccensis & Grubenhagianus: fouit partes Philippi Regis Hispaniæ ad Sanquintianum contra Gallos. A. C. 1557. Albertum Marchionem Brandeburgium ad Rochlinum captum, Electori Ioanni Friderico adduxit: cum quo postea ad Mulbergam à Cæsareanis ipse quoque captus, illico tamen dimissus est. Obijt A. C. 1576. IV. Non. Aprilis, ætatis suæ LV. Sepultus Osterrodæ. Ex MARGARETA filia Georgij Ducis Pomeraniæ, vnicam sustulit filiam

ELISABETHAM coniugem Ioannis Iunioris Ducis Slesuigæ & Holsatiæ, defunctam A. C. 1586.

ALBERTVS Dux Brunsuigius, dynasta Grubenhagius, occubuit in bello Schmalcaldico ad Nordlingam Sueuorum, per aduersum os in conflictu vulneratus A. C. 1546. XIII. Kal. Nouembris. Ibidem sepultus.

IOANNES Dux Brunsuigius & Luneburgius, dynasta Grubenhagius, militans Philippo Hispaniarum Regi, ad S. Quintinum globo tormentario per genu traiectus, post mensem expirauit III. Idib. Septembris A. C. 1557. Sepultus Cameraci.

CATHARINA nupta primùm Ioanni Ernesto Duci Saxoniæ Coburgio: deinde Philippo Comiti Suarceburgio: obijt Salfeldæ Anno Christi 1581. VI. Kal. Martij: ibidem tumulata.

VVOLFGANGVS Dux Brunsuigius & Luneburgius, Dominus Embeccensis & Grubenhagius: nuptias celebrauit cum DOROTHEA F. Francisci Ducis Saxoniæ inferioris. Angriæ, & VVestphaliæ, A. C. 1570. IV. Idib. Decembris.

PHILIPPVS Dux Brunsuicensis & Luneburgensis, dynasta Embeccensis & Grubenhagianus, sacrum nuptiale celebrauit VVolferbyti cum CLARA Henrici Iunioris Ducis Brunsuigij filia A. C. 1560. III. Kal. Octobris.

ELIAE

ELIAE REVSNERI LEORINI

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI,

De Familijs Regum & principum, aliorumque procerum orbis Christiani

STIRPS ASCANIA

Quæ

Stemmata produxit illustria

I. COMITVM ASCANIAE & BALENSTEDII, à quibus primò Marchiones Salisquellenses, deindequoq; Marchiones BRANDEBVRGII SEPTEMVIRI procreati.
II. DVCVM SAXONIAE inferioris, ANGRIAE & VVESTPHALIAE.
III. PRINCIPVM ANHALTINORVM, COMITVM ASCANIAE, DYNASTARVM BERNBVRGII.

ILLVSTRISS. PRINCIPIB. AC DOMINIS

D. FRANCISCO II. ET D. MAVRICIO FRATRIBVS GERMANIS:

Et

D. AVGVSTO, D. PHILIPPO, & D. FRANCISCO IVLIO, D. FRANCISCI II F. F. F.

Ducibus Saxoniæ inferioris, Angriæ & VVestphaliæ, &c.

Item

D. IOAN. GEORGIO, D. CHRISTIANO, D. BERNARDO, D. AVGVSTO, D. RVDOLPHO, D. IOAN. ERNESTO, & D. LVDOVICO, omnibus D. Ioach. Ernesti Filijs inclytis,

Principibus Anhaltinis, Comitib. Ascaniæ, Dominis Bernburgi & Seruestæ, &c.

DOMINIS CLEMENTISS.
D. D. D.

Domini Hercinia, Ascania & Ballenstedij.

STIRPIS ASCANIAE RADIX.

Ascania gens nobilissima & vetustissima, quemadmodum historiarum monumenta testantur, originem suam deducit ab ASCANA, *filio Gomeri, nepote Iapeti, pronepote Noa Patriarcha: custode sacri ignis, hoc est, religionis & doctrinæ: (vnde & nomen ipsi inditum est consentaneũ) qui cultuum profanorum fugiens idolomaniam, qua Orientem tum tyrannica quadã sauitia inuaserat; ex solo natali, quod supra Phrygiam in Bithynia versus Cimmerium Bosphorum ad Ascaniam paludem fuit, socijs Caycis & Cimbris, in Septentrionis plagas migrauit: & Caycis quidem mediterranea, Cimmerijs verò maritima occupantibus; ipse sedem ac domicilium suum ad nemus* Harcynium *transtulit: vbi inter tot rerum humanarum vicissitudines, imperiorum ruinas, multiplicesq́; regnorũ conuersiones, posteri eius Ascanij, à primo ipsorum aduentu in hunc vsque diem, soli & nomen & sedes retinuerunt primas. Quoniam autem nomina & successio nobilissima huius familia multorum seculorum vetustate sunt attrita & obliterata: ignotiq́uè nulla esse cupido existimatur: ideoq́; ad proximiorem gentis Ascania radicem, Hercynia nimirum Ascania & Ballenstedij Dominos, recta accedamus.*

BERNVALDVS siue BERNTHOBALDVS I. Heduigattonis F. Dominus Hercyniæ, Ascaniæ, & Ballenstedij: Theodorico Austrasiæ & Burgundiæ Rege Saxoniç cõtra Turingos in auxilium euocante; ex duodecim illis in Saxonia Tetrarchis creatus dux militiæ; sub vexillo militari, in quo Leo & Draco cum Aquila super hos volante depicti erant, nouem millia armatorum illi adduxit: quietsi ab hoste Turingo in obsidione castri Scheidingi penè oppressi fuerint; animum tamen resumentes, castrum id expugnarunt, vnde Hermenfridus Rex cum vxore & liberis vix elapsus fuerat, A. C. 524. Kal. Octobris. In cuius victoriæ præmium Saxones promissam terræ Turingorum partem ab Vnstrodio fluuio ad Harcyniam syluam abs Theodorico accepêre: & Sassiburgum castrum in montibus Finnensium extruxere.

BERNTHOBALDVS II. Dominus Herciniæ, Ascaniæ, & Ballenstedij: contra Francorum Reges duos Clotharios, auum & nepotem, electus Rex Saxonum & dux militiæ: popularibus nempe suis illi tributa denegantibus, ideoque in caput eius coniurantibus, Anno Christi 556. huic verò denuo obedientiam detrectantibus. Sed vtroque in prælio victus; vltimo quoque cæsus, occubuit admodum senex Anno Christi 618.

BERTHOLDVS Dominus Hercyniæ, Ascaniæ, & Ballenstedij, militiæ ductor constitutus contra Dagobertum Magnum, bellum Saxonibus ob denegatum tributum inferentem: quem primò quidem acie fudit sauciauitque; mox autem redintegrato prælio ipse cæsus animam exhalauit A. C. 630.

BERINGERVS I. Dominus Herciniæ, Ascaniæ & Ballenstedij; Dagoberto Magno Francorum Rege Saxones in auxilium contra VVinulos & Sorabes Sclauos, Turingiam depopulantes, vocante; stipendia meruit apud Sighardum Saxonum Regem: hostibusque feliciter debellatis, tributi annui boum quingentorum remissionem impetrauit A. C. 642. Quinquennio pòst, Clodoueo II. post vltima patris sui fata tributum à Saxonibus repetente, contra ipsum dux militiæ est creatus haud auspicatò: quippe à quo ipse cum suis acie victus, Turingia subiugata, Ballenstedium expugnatum, annuum tributum Saxonibus rursus est impositum, A. C. 649.

HERMANNVS Dynasta Harcyniæ, Ascaniæ, & Ballenstedij.

HERMANNVS Dominus Hercyniæ, Ascaniæ & Ballenstedij.

BERENGARIVS II. Dominus Harciniæ, à sorore non

BATHILDIS virgo formæ egregiæ, à Clodoueo II. Fran-

Ballenstedij. Vxor HILDEGARDIS F. Dieterici Ducis Angriuariæ, & Regis Saxonum.

passus persuaderi, sicut nec frater, vt fidem Christianã amplecteretur.

corum Rege in arce Ballenstedij capta, & in Franciã abducta: fide Christiana suscepta, legitimo ipsi toro estiuncta. A marito impetrauit, vt tributum 500. boum Saxonibus remitteret: monasterium Corbeiense fundauit; Calense ampliauit, vbi & post fata inhumata est.

Domini Hercyniæ Ascaniæ & Ballenstedij.

BERINGERVS III. Dominus Hercyniæ, Ascaniæ, & Ballenstedij. Hoc sine liberis extincto, hæreditas ad agnatum eius ARIBERTVM, Vicarium generalem in Saxonia, peruenit.

Et hæc de radice nobilissimæ stirpis Ascaniæ: nunc ad stemmata ipsa progrediamur.

STIRPIS INCLYTAE ASCANIAE

Stemma Secundum

COMITVM ASCANIAE ET BALLENSTEDII: vnde primò MARCHIONES SALISquellenses, indeetiam Brandeburgenses, qui ad Septemviratus dignitatem aspirarunt, orti.

ARIBERTVS I. originem suam deducens à nobili dynasta Hercyniæ Beringero: fugiens tyrannidem Francorum, in Italiam eum multis alijs cessit: ac apud Imp. Constantem Iuniorem stipendia meruit circa A. C. 641. à quo titulo principis Vrsini donatus; & postmodò in Germaniam remissus; adque repellendos Sorabos & Heneros, generalis Saxoniæ Vicarius constitutus: ad Visurgim consedit: & post Beringeri agnati sui obitum, auitam simul ditionem ad Visurgim occupauit. Obijt circa A. C. 669. Vxor HEILA.

Princeps Vrsini, dynasta Hercyniæ, Ascaniæ, & Ballenstedij.

ARIBERTVS II. Princeps Vrsinus in Italia, *dixeris*.

RADBODVS Vrsinus Princeps, Dominus ad Visurgim & Albim, Hercyniæ item, Ascaniæ & Ballenstedij: vir animo admodum elato, quum subditos & proceres pariter nimis oneraret: eis ad Francos deficiendi occasionem præbuit. Naturæ concessit A. C. 693. Vxor HEDVIGIS siue Heiluigis F. Guntheri domini Arnsbergij.

BENDELLA nupsit Gualthero Burggrauio Cassiliensi.

ARIBERTVS III. Princeps Vrsinus, in Italiam abiens, Romæ bona patrui possedit: stirpemq; VRSINORVM condidit. Obijt A. C. 708.

PONCELLO Dominus Hercyniæ, Ascaniæ & Ballenstedij, *cœlebs* deceßit A. C. 721.

VITELLO Dominus ad Visurgim, Ballenstedij, Hercyniæ: rebus humanis exemptus A. C. 721. Vxor AREGVNDIS F. Vicentij Hennogauiensis.

Filiæ duæ.

TIBVRTIA vxor Gouerti Ducis Frãcofurtensis ad Mœnum: cuius insignia fuere tria lilia rubra in aurea alba. MINERVA sociata V Volrãbo Comiti Nassouio, Sõnæbergio & Lyborniæ.

ARIBO BERENGERVS, Dynasta Hercyniæ, Ascaniæ, Ballenstedij, & Visurganus: cum Griphone in ipsius fratrem Pipinum Regem Franciæ coniurans; ab eo acie victus fugatusq; est ad arcẽ vsq; Ascaniam: quã expugnatam hostis solo æquauit A. C. 747. Interfuit etiam prælio, quo Caroli Magni exercitus à VVitikindo Saxone ad montem Sunthal est fusus, A. C. 782. Quam cladem Carolo vindicaturo, & iam eum exercitu ad Aleram vsque progresso; cum filio & VVitikindo in Daniam profugit. Ad quem tamen non multo pòst in Germaniam reuersus, ipsiq; reconciliatus: terras suas ad Visurgim & Harciniam recepit A. C. 785. Vxor HASALA soror germana VVitikindi Magni, Saxonum Regis.

GVNDALLA nupsit Thybo to Duci Slesuigi & Stormariæ. *GETHVLLA in matrimoniũ collocata Rolloni Princepi Frisiæ Occidentalis.* MARIA vxor Adolphi Comitis Hollandiæ & Aquitaniæ, obijt A. C. 732. *LVCRETIA consors Theobaldi Marchionis Morauiæ & Bohemiæ; obijt A. C. 761.*

BERIN-

Comites Ascaniæ & Ballenstedij.

BERINGERVS primus Comes Ascaniæ & Ballenstedij, à Carolo Magno constitutus: à quo è sacro fonte leuatus, & Carolus est nominatus: baptizatus autem ab Hildegrino primo Episcopo Halberstadensi A.C. 786. Vxor HADMVNDA F. Henrici Comitis Hennebergij.

IRMENGARDIS consors Geroldi Comitis Nassauiensis, Sonnebergensis, & Lybornia.

HERMES Comes Ballenstedij.

BERINGVS à suscepto baptismo febre correpť, obijt ἄπαις.

ESICVS I. Comes Ballensteti.

BERINGERVS Comes Ballensteti. Vxor CVNILDA Principissa Rugiæ.

TAMECHO.

HEDERICVS.

THEODORICVS obijt ἄπαις.

GRIPHO captus & in Franciam abductus, dominiū in aquitania accepit: vbi posteri ipsius Friderico I. Imperante castrum extruxerunt: quod nouam Ascaniam nuncuparunt.

ALBERTVS I. Comes Ballenstedij, Ascaniæ & Hercyniæ, obijt A.C. 820. Vxor RICHARDA F. Popponis Comitis Hennebergij.

VVOLDEMARVS occubuit in pugna, qua Carolus Magnus Miloducum Regem Soraborum superauit.

BERTHA nupsit VVernhero Comiti Lauenrodio.

POPPO Comes Ascaniæ & Ballenstedij, cum vxore GVNDOVINA F. Ludouici Pij Imp. Rom. doris loco accepit ducatum Angyers in Aquirania. Viram clausit mortalem A.C. 830.

VVOLDEMARVS Comes Ascaniæ, obijt ἄπαις A.C. 821. Vxor ERENTRVDIS F. Othonis Marchionis Stadensis.

HENRICVS in aula Regis Frisiæ decessit A.C. 812.

ALBERTVS II. Vrsinus, Comes Ascaniæ & Ballenstedij; arces Ascaniam & Berneburgum restaurauit: contraque Comitem Angnieranum in Franciam exercitum duxit. Obijt A.C. 862. Vxor CVNIGILDA Comitissa Mersburgensis & VVetinensis, Dietgremi F.

OTHO I. Comes Ascaniæ. ἄπαις.

RICHARDA vxor Geroldi Strenui siue Diuitis, Gomitis Dithmarsiæ.

SIGISMVNDVS I. Dynasta Bernburgius. Vxor N. Comitissa Ilenburgica.

OTHO II Comes Ascaniæ & Ballenstedij. Vxor IRMGARDIS Comitissa Holsatiæ.

PHILIPPA vxor Comitis Supplinburgij, obijt 831.

IOANNA consors Domini Pictauiensis, defuncta A.C. 850.

OTHO III. Comes Ascaniæ & Ballenstedij, Consiliarius & copiarum ductor Henrici Aucupis Imp. in bello Pannonico A.C. 933. Vxor N. Comitissa Reineccia.

ALBERTVS III. Comes Ascaniæ, Ballensteti, & Hercyniæ; dux præsidij ab Imp. in Marchia Brandeburgica collocati contra Henetos. Vxor LVIDGARDA Siboldi Comitis Ringelheimij F.

ESICVS II. Comes Ascaniæ, cæsus bello Vngarico ad Mersburgum: & in æde Reuschberg, quam tunc in loco suorum castrorum extruxit, sepultus A.C. 933.

HENRICVS occubuit in bello Henrici Aucupis Imp. contra Sorabos gesto A.C. 928.

ESICVS III. Comes Ascaniæ & Ballenstedij, ab Othone I. Cæs. Augusto cum manu Mersburgica contra Bohemos missus: solus Saxonum auxilio victoriam obtinuit. Verùm quum securius exinde in castris degeret: à Boleslao Bohemorum Duce est oppressus A.C. 937. Quam iniuriam Imperator vlturus, denuò exercitu in Bohemiam misso, hostibus deuictis tributum imposuit.

SIGEFRIDVS I. Comes Ascaniæ, Ballensteti, & Hercyniæ: obijt A.C. 935. Vxor N. filia Othonis Marchionis Lusatiæ, vel Comitis Reueningensis.

VERONICA Comiti Hoiensi nupta.

ANNA Comiti Hannonio elocata.

MAGDALENA vxor Sigefridi I. Marchionis Brandeburgij, obijt A.C. 938.

SIGISMVNDVS II. Comes Ascaniæ, Ballensteti, & Hercyniæ: obijt A.C. 957. Vxor N. Comitissa Vinariensis.

SIGISMVNDVS IV. Comes Ascaniæ, defunctus A.C. 990. Huius fratrem quidam fuisse suspicantur VVALONEM SIGEFRI-

SIGEFRIDVS II. cogn. Iunior, Comes Ascaniæ. Vxor ANNA vidua Henrici Comitis Schuartzeburgij. ἄπαις.

ALBERTVS IV. Comes Ascaniæ, Ballenstedij, & Bernburgi. Vxor DIEBVRGA Comitissa Oldemburgica.

SIGISMVNDVS III. Comes Ascaniæ, veneno extinctus in Vngaria A. C. 950.

ANNA Comitissa Beichlingensis.

Comitem Ascaniæ, Dominum Bernburgi, fundatorem cœnobij VValsradensis in ducatu Luneburgico A. C. 986. Vxor ELISABETH F. Hermanni Com. Hennebergij.

Comites Ascaniæ & Ballenstedij.

ERNESTVS OTHO IV. Comites Ascaniæ.

VVOLDEMARVS Senior, Comes Ascaniæ & Ballestedij. Vxores eius duæ: 1. N. Comitissa Supplinburgi, ἄπαις: 2. CATHARINA Comitissa Schuarzeburgica.

ALBERTVS V. Comes Ascaniæ, Dynasta Bernburgi. Vxor HILDA siue HIDDA hæres Comitatus VVælpensis.

ALBERTVS VI. Comes Ascaniæ & VVælpensis, Dominus Bernburgi: cui Henricus II. Imp. veterem concessit Marchiam, ademptam Hudero ob occultas cum Henricis confœderationes: quem tribus vicit prælijs an. 1020. Vxor DIETBVRGA F. Dedonis Com. VVetbini.

VVOLDEMARVS Iunior, Comes Ascaniæ. ἄπαις

SIGISMVNDO Comiti Ascaniæ & Ballenstedij, vxor ANNA agna — *ANNA Comitissa Ascaniæ & VVælpensis, Marchionissa Salisquellensis, nupsit agnato suo Sigismundo V.*

ta dotis loco attulit Marchionatum Salisquellensem.

ERNESTVS I. Marchio Salisquellensis, Comes Ascaniæ & Ballenstedij, Dominus Bernburgi. Vxor HILDEGARDA F. Henrici Marchionis Stadensis.

MARGARETA collocata Theodorico Comiti Osterburgio.

OTHO VI. Marchio Salisquellensis, & Comes Ascaniæ, obijt an. 1046. Vxor LIXA F. Henrici Palatini Saxoniæ.

OTHO VII. VVOLDEMARVS Comites Ascaniæ, ἄπαιδες.

HENRICVS Comes Ascaniæ in certamine equestri, in Franconia, lethaliter sauciatus, occubuit.

ERNESTVS II. Comes VVælpensis.

RICHARDVS Comes Ascaniæ. Vxor MARGARETA F. Conradi Burggrauij Magdeburgij.

ERICVS IV. Marchio Salisquellensis titulo tenus: (ipsi namque Pribislaus I. Obotritorum regulus ex Imp. Henrici IV. mandato veterem Marchiam ademerat: sed cui alijs bellis implicito rursus eripuit & occupauit Magnus Dux Saxoniæ Elector: eam huius filio Othoni Diuiti restituens,) inhumatus Ballensteti cum coniuge MECHTILDE F. Egberti I. Marchionis Saxoniæ.

ALBERTVS VII. Comes Ascaniæ, quatuor ordine iunctus vxoribus, decessit ἄπαις.

OTHO natu minimus Diues & Magnus cognominatus, Comes Ascaniæ, Ballenstedij & VVœlpæ, Marchio Salisquellensis: (à socero namque Magno Electore Saxoniæ & Luneburgi Dynasta, cuius filiam HELICAM vxorem duxerat, Marchionatum istum Pribislao Obotrito ademptum, dotis nomine receperat) Vandalos & Henetos, ab Imp. Henrico V. contra Lotharium Saxoniæ Septemvirum euocatos, ingenti ad oppidum Catàm siue Kœten vicit prælio: plurimis hostium internecione deletis, trecentis captis, reliquis fugatis & in Albi ac Sala fluminibus submersis A. C. 1115. VII. Id. Octobris: eodem nimirum die, quo ipsemet Lotharius ad syluam VVœlphonis alterum Imperatoris exercitum fudit fugauitque. Obijt A. C. 1123. Sepultus Ballensteti ad D. Nicolaum.

HENRICVS Comes Ascaniæ ἄπαις. Nupsit ei A. C. 1034. MARGARETA F. Othonis Comitis Holsatię & Slesuigæ, virgo ætate satis prouecta.

ORTHOLPHVS Comes Ascaniæ, ἄπαις.

LVDOVICVS Monachus Corbeiensis, ordinis S. Benedicti.

Comites Ascaniæ & Ballenstedij.

ALBERTVS Vrsus progenitor Marchionum Brandeburgicorum: de cuius prosapia consule schema sequens.

HENRICVS Comes VVœlpæ & Ascaniæ.

OTHO *Episcopus Lebusiensis.*

VVERNERVS Comes Ballenstedij & Ascaniæ, ἄπαις.

HELICA vxor VVerneri Comitis Osterburgensis in veteri Marchia: mater VVerneri Iunioris, extincti in oppugnatione arcis Brandeburgi.

AGNES *consors Echerti IV nioris, Marchionis Saxoniæ.*

ANNA elocata Ioanni Comiti Beichlingensi.



STEMMA MARCHIONVM BRANDEBVRGICORVM.

Albertus Vrsus Elector, obijt 1169.

Sigfridus Episc. Brandeburg. | Otho I. Elector ✠ 1198. | Bernhard. Stirps Ducum Saxoniæ. | Henricus Præpos. Magdeb. | Anshelmus Episc. Hauelbergensis.

Otho II. Elector ✠ 1206. | Albertus II. Elector ✠ 1221. | Henricus Marchio Tangermundanus obijt 1192. | Theodoricus M. Salisquell. ✠ 1196

Ioannes I. Elector obijt 1266. | Filiæ tres. | Otho Pius Elector obijt 1267.

Ioannes II. Elector ✠ 1285. | Otho IV. Elect. ✠ 1298. | Conradus I. Elect. ✠ 1304. | Ericus Archie. Magd. ✠ 1295. | Ioan. Pragensis ✠ 1263. | Filiæ IV. | Otho Longus M. ✠ 1298. | Albert' M. ✠ 1294. | Otho Paruus M. ✠ 1304.

Conrad' Canonicus Magdeburg. | Ioan. III. Elector ✠ 1305. | Conradus ✠ 1283. | Otho M. ob. 1308. | VValdemarus I. Elector ✠ 1319. | Hermannus Episc. Hauelberg. | Henric' Marchio ✠ 1318. | Otho. | Hermannus Longus ✠ 1308. | Guntherus ✠ 1291. | Albertus.

Helena. | Catharina. | VVoldemarus II. Elect. obijt 1312. | Ioannes IV. Ele. ✠ 1322. | Ioan. V. Marchio ✠ 1312. | Filiæ IV.

STEMMATIS ΕΚΦΡΑΣΙΣ.

Marchiones Brandeburgij Septemviri.

ALBERTVS Vrsus & Pulcer cognomento, Comes Ascaniæ, Ballenstedij & VVœlpæ, Marchio Salisquellensis: Lothario Saxoni Imperatori in multis bellis, vario quamuis euentu, fidelem nauauit operam. In Italia namq; cōsulendo, partim præliando: & domesticos sedauit motus, & Saracenos hostes repressit: in Bohemia verò infelici sidere congressus, ab hostibus est captus. Post Lotharij obitum, Luneburgum arcem, Bardouicum, & Bremam occupauit: adiutus à Conrado III. Cæsare: qui ab obitu Pribislai Obotriti, Marchiam quoque Brandeburgensem ipsi attribuit Quedlinburgi A. C. 1142. Decennio ab hinc, vetere familia Marchionum Brandeburgicorum Electorum (erant autem hi ex Comitibus Stadensibus) extincta: ob singularem eius & excellentem sapientiam atque virtutem, Fridericus Aenobardus Imp. pulcerrimum quoque Septemvirorum ἀξίωμα ipsi tradidit Merseburgi. Extemplò ergo regno suo constituendo, augendo, atque exornando animum adijciens: rebus vndique pacatis, nouas ex inferiori Saxonia, Germania, VVestphalia, Frisia, colonias in terram, ab Henetis propter continua bella desertam duxit: Landsbergam, Berlinum, Bernauiam, Bernvvaltum, Bernburgum restaurauit: Francofurtum ad Viadri fluenta ampliauit. Biennio maior sexagenario

Brande-

Brandeburgi in summo templo ad aram B. Augustini iuxta vxores suas tumulatus A. C.1169.XIV.Kal.Decemb.Fuerunt hæ,SOPHIA F. Othonis Comitis Reineccij:& ADELHEIDA F.Conradi Pij Marchionis Misniæ,vidua Suenonis III. Regis Daniæ & Sueciæ:hoc sterili,illo septem liberis fœcundo vsus coniugio:qui sunt *Marchiones Brãdeburgij Septemviri*

Otho I.stemmatis Marchionum Brandeburgicorum propagator. †

BERNARDVS conditor stemmatis DVCVM SAXONIAE tam superioris quàm inferioris. †

SIGEFRIDVS Episcopus Brandeburgicus electus A C.1163. & post annos quindecim Archiepiscopus Bremensis: Ditmarsiam adeptam Adolpho III. Comiti Holsatiæ, Bernardo fratri suo gestmano subijcere, impense laborauit: Bremensi verò Archiepiscopæ Stadensem coniunxit Comitatum A C.1184.

HENRICVS Præpositus Magdeburgensis.

ANSHELMVS Episcopus Hauelbergẽsis,fundator monasterij Hieritbuntini in Marchia,ordinis Præmonstratensium.

HEDVIGIS consors Othonis Diuitis Marchionis Misniæ.

MARGARETA elocata Primislao Principi Bohemiæ.

OTHO I. Marchio Brandeburgicus *Septemvir*, à Pribislao Obotritorum regulo è sacro fonte leuatus; conditor monasterij Leninensis prope Brandeburgum A.C. 1180. Magdeburgi Canonicos multis donarijs auxit. Cum VVichmanno dehinc eiusdem loci Archiepiscopo, & Vlrico Præsule Halberstadensi, varia fortuna manus conseruit. Priore namq; prælio ipsemet captus,pòst liberatus:altero Archiepiscopum grauiter sauciauit,Præsulem cepit. Auxiliares quoque adduxit copias Othocaro Regi Bohemiæ contra Belam Pannonium. Diem clausit extremum Anno C. 1195. Sepultus Lenini cum vxore AGNETE Ducissa Saxoniæ, quatuor filiorum genitrice: nimirum

OTHONIS II Marchionis Brandeburgij, Electoris *ex hac familia tercij:qui cum alijs Europatis principibus expeditionem in Palæstinam suscipiens, contra Saracenos fortiter dimicauit: vnde ab Henrico VI. Imp. Hierosolymis balthei militaris decore est insignitus A.C.1197. Sexennio post Ludolphum Archiepiscopum Magdeburgium,cum Conrado Halberstadensi præsule,acri ad Bissam superatos prælio cepit IIX.Kal.Iulij. Absque liberis extinctus III.Non.Iulij A.C.1206.& in Lenicensi cænobio sepultus est.Vxor ANNA F. Othonis Comitis Ascaniæ.*

Alberti III. Electoris Brandeburgij quarti,stemmatis propagatoris. †

HENRICI Marchionis Tangermundani:qui nominis sui memoriam,ope Henrici Comitis Osterbergensis Collegio Steudaliensi instituto anno 1188. vbi ipse tandem Præpositum egit,posteritati commendauit. Alias item duas ædes sacras condidit: vnam Tangermundæ B.Stephano,alteram Osterburgi B. Nicolao dicatas. Naturæ fatoque concessit A.C.1192. Nonis Ianuarij.

THEODORICI Marchionis Salisquellensis,defuncti A.C.1196.

ALBERTVS II. Marchio Brandeburgius *Septemvir*, Friderici II. Cæsaris Achates fidissimus: contra Syros, Sclauos,Henetos res maximas gessit. Cum Rudolpho Dingenstadio Archiepiscopo Magdeburgio manus feliciter conseruit: VVolmerstetam arcem muniuit: Cœcherenses nobiles Calbia eiecit: Boleslaum & Casimirum Pomeraniæ Duces bello lacessiuit. Obijt A.C.1221. Sepultus Lenini. Ex MECTILDE Conradi Marchionis Lusatiæ & Rochlicij Comitis filia genuit

Joannem I.
Othonem III. } Electores,& stemmatis propagatores. †

MECHTILDEM Othonis Ducis Brunsuigij
ANNAM Nicolai Reguli Obotritorum } *vxores.*
BEATRICEM Hermanni Landgrauij Turingiæ

IOANNES I. cogno. *Prudens*, Marchio Brandeburgius & Landsbergensis,S.Rom. Imperij Septemvir. Francofurtum ad Viadrum amplauit: amplissimumque in ea emporium cõstituit A.C.1253. Condidit & cœnobium Franciscanorum in oppido Sebusia,item arcem Lupze. Vita decessit prid. Non. Aprilis A. C.1266. Sepultus in cœnobio Chorino,itidem à se fundato, in media Marchiæ. Tres ipsi fuere coniuges: prior

SOPHIA

Marchiones Brãdeburgij Septemviri.

SOPHIA F. VVoldemari Regis Daniæ, soror Erici & Abelis, in Dania decessit A.C. 1248. sepulta Flensburgi. Altera, SOPHIA F. Alberti Ducis Saxoniæ: Postrema, HEDVVIGIS F. Barnimi I. Ducis Stetinensis, dotis nomine ad eum attulit Vkermarchiam, in qua metropolis est Primislauia. His decem ipsi geniti liberi: & quidem

℣ ex priore matrimonio:

IOANNES II. Marchio Brandeburgius & Tangermundanus, Elector ex hac familia septimus: Primislauiæ cœnobium extruxit Minoritarum: ducatumq; Crosnensem in Silesia ab Henrico Pio Duce Vratislauiensi sibi oppignoratum possedit. Post fata sepultus in cœnobio Chorino A.C.1285. Vxores habuit duas: HEDVIGEN F. Nicolai Principis Vandaliæ & VVerlæ, fundatricem cœnobij Preuzlaniensis, vbi & mortua & sepulta est A.C.1277. VI. Idus Septembris: & HELENAM F. Theodori Sapientis Marchionis Misniæ, defunctam ἄπαιδα *A.C.1287. Filij eius*

CONRADVS Canonicum egit Magdeburgi.

ALBERTVS / HENRICVS } in prælijs occubuerunt.

OTHO IV. cognomento Sagittarius (*nostrate lingua*, den Marggraff mit dem Pfeil) *quod in obsidione Stasforde, oppidi Anhaltinorum, sagitta ictus A.C.1280. telum ferreum integro anno capiti infixum retinuerit: post fratrem Elector Brandeburgius octauus: bellum intulit Gunthero à Schualenberg Archiepiscopo Magdeburgio: quo vnà cum fratre est captus IV. Idib. Ianuarij A.C.1278. Fundauit arcem Zielensem ditionis Sternbergensis à Polonis dirutam: monasterium item Minoritarum Pasualci in Pomerania. Obijt* ἄπαις *A.C.1298: Vxor EILICHA F. Ioannis V. Comitis Holsatiæ.*

CONRADVS I. Marchio Brandeburgius Elector nonus: obijt admodum senex in oppido Sueti A.C. 1304: sepultus in cœnobio Chorino. Quatuor ordine vxores habuit: CONSTANTIAM F. Primislai Ducis Posnaniensis: BRIGITTAM F. Theodorici Marchionis Misniæ: SOPHIAM F. Erici IIX Regis Daniæ, sex liberorum matrem: tandem N. nobilem Sandauiensem, matrem Hermanni & Henrici. Liberi eius:

IOANNES III. Elector Brandeburgius, & Lusatiæ superioris Marchio, in hac familia decimus: obijt ἄπαις A.C.1305. Vxor N. Comitissa Cattimelibocensis.

CONRADVS Magister Ordinis Teutonici in Borussia, obijt A.C.1283.

OTHO Dominus Ordinis Templariorum, curiam suam habuit Cilienziæ ditionis Sternbergensis: obijt A.C.1308.

VVALDEMARVS I. Marchio Brandeburgius Elector vndecimus, cum Rudolpho Duce Saxoniæ Electore manum ad oppidum Brisciam infeliciter conseruit: Megapolenses prope Stargardiam bello petijt, in Misniam & Lusatiam prædabundus irruit: Fridericum Admorsum Marchionem Misniæ, talionem rependentem cepit: Lusatiamque inferiorem ipsi ademit. In belli tandem apparatu contra Ericum Daniæ Regẽ, febri est extinctus VII. Idib. Septem. A.C. 1319. Sepultus in Chorino monasterio. Ex AGNETE gentile, Hermanni II. Marchionis F. genuit

HELENAM vxorem Henrici Iunioris Ducis Brunsuigij & Grubenhagij.

CATHARINAM nuptam primò Magno Torquato Duci Brunsuigio: dehinc Alberto Duci inferioris Saxoniæ & Luneburgij.

AGNES consors Othonis Largi, Ducis Brunsuigij & Luneburgij.

GERTRVDIS nupsit Friderico Burggrauio Noribergensi.

ELISABETH vxor Alberti Iunioris, Principis Anhaltini.

HERMANNVS Episcopus Hauelbergensis, obijt A.C.1273.

HENRICVS sine terra cognominatus, Marchio Brandeburgius, Dominus Landtsbergæ, obijt Anno Christi 1318. ex vxore AGNETE Sangerhusana tribus liberis superstitibus:

VVOLDEMARO II. Marchione Brandeburgio Electore XII. sepulto Preuzlaniæ A.C.1322.

IOANNE IV. Marchione Brandeburgio Electore XIII. decimoquarto die fratris fatum insecuto. Vxores ei fuere duæ: INGELBERGA Ducissa Megapolensis, & HELENA Marchionissa Lusatiæ.

SOPHIA vxore Magni Pij Ducis Brunsuigiæ & Luneburgij.

ERICVS

ERICVS Archiepiscopus Magdeburgensis, bellator infelix. Etenim A.C.1284. in obsidione Harlingesburgi captus; à senatu quingentis marcis argenti est redemptus: Nouam verò Gatterslouiam obsidens, pro captiuorum redemptione fratri Marchiam Lusatiæ vendere est coactus. Obijt A.C.1295.

Marchiones Brãdeburgij Septemviri.

HELENA vxor Friderici cognomento Theut, Marchionis Misniæ.

℣ ex medio:

ALBERTVS Marchio Brandeburgius, obijt ἄπαις A.C.1287.
MECHTILDIS vxor Christophori I. Regis Daniæ.
AGNES nupsit Bugslauo IV. Duci Pomeraniæ.
HELENA consors Ticemanni Marchionis Misniæ.

℣ ex postremo:

TILO Marchio Brandeburgius vixit circa A.C.1289.

OTHO III. cognomento *Pius* siue *Beneficus*, Marchio Brandeburgius Elector sextus, & princeps Stargardiæ: aula & mensa cum fratre vsus est communi. Ab Hiltebrando Archiepiscopo Magdeburgio & Ludolpho Præsule Halberstadensi victus & captus: λύτρῳ DC. marcarum argenti persoluto, & arce insuper Aiuensleuia, dimissus est. Præsulibus autem istis Hadmersleuiam occupantibus; & Marchiam per biduum igne ferroque depopulantibus: hic tertio die supra Osterburgum ad pagum Gladiga vtrumque aggressus, Hiltebrandum vulnerauit: Ludolphum cum LX. equitibus auratis multisque nobilibus cepit: Hiltebrandum tandem prælium redintegrantem, auxilio Marchionum Misniæ & Othonis Brunsuigij vicit & fugauit A.C. 1244. Post expeditionem Saracenicam, per Scythiam & Sarmatiam reuersus in patriam: ac diuisione cum fratre facta, Brandeburgum in Borussia condidit A.C.1255. Post Gulielmi Hollandi fata ad Imperium capessendum accitus, dignitatem hanc magno animo recusauit. Obijt A.C.1267. Brandeburgi sepultus in cœnobij Minoritatũ Strausbergensium choro. Ex BEATRICE vxore, filia Premislai tertij Regis Bohemiæ, quatuor ipsi nati mares, totidemque fœmellæ:

IOANNES Pragensis *cognominatus, quod in aula aui materni esset educatus, Merseburgi in nuptijs sororis cuspide vulneratus in ludis equestribus obijt ἄπαις καὶ ἄγαμος A.C.1267. sepultus in Chorino.*

OTHO Longus, *Marchio Brandeburgius, Landsbergensis & Lusatiæ superioris: Prorex Hispaniæ & tutor VVenceslai Sancti per annos nouem: comitem se adiunxit expeditioni Othocari in Borußiam: vbi nouam emit Marchiam à dominis Ordinis Teutonici A.C 1290. Cum Polonis quoque bella geßit maxima. Obijt A.C. 1298. Leuini sepultus. Fuit e in eius connubio, primùm CATZELINA F. Primislai Othocari Regis Bohemiæ, ἄπαις: dehinc IVDITHA F. Henrici Comitis Hennebergij, genitrix*

BEATRICIS matre Bohema natæ, consortis Casimiri Ducis Teschmij in Silesia.
CVNEGVNDAE monialis.

OTHONIS Marchionis Brandeburgij, qui vxore defuncta, factus est generalis Magister Ordinis S. Ioannis Rhodiensis. Fuit illa HEDVIGIS Ducissa Silesiæ & Domina Vratislauiæ Henrici Ventricosi D. Lignicij F. quæ monasterium Creuestense multis ornauit beneficijs A.C.1319.

HERMANNI *Longi*, Marchionis Brandeburgij, principis diuitis & præpotentis: cui auunculus Poppo Comes Hennebergius duas & viginti arces in Francia donauit: quas Brigittæ filiæ in dotem reddidit. Bella gessit contra Bohemos & Henetos. Post fata sepultus Lenini A.C.1308. Ex vxore ANNA Austriaca F. Alberti I. Imp. genuit

IOANNEM V. cognomento Illustrem, *Brandeburgi & Lusatiæ Marchionem: qui à quibusdam in numerum Septemvirorum refertur: victum ab Othone I. Duce Stetinensi A.C 1306. Obijt ἄπαις in vigilia Palmarum A.C.1312 ætatis suæ XVI. Sepultus in cœnobio Leninensi. Vxor CATHARINA Henrici Ferrei Ducis Glogouiensis & Saganensis F. postea nupsit Ioanni Comiti Holsatiæ.*

AGNETEM VVoldemari I. Electoris Brandeburgij vxorem.
MECHTILDEM consortem Henrici Ferrei Ducis Glogouienses & Saganensis.
BRIGITTAM nuptam Bertholdo Comiti Hunebergio, qui cum ea hæreditatem in Francia recepit.
ANNAM coniugem Othonis Comitis Hennebergij.

Marchiones Brandeburgij Septemviri

GVNTHERI Marchionis VVolmerstadensis A.C.1291.
ALBERTI Marchionis Brandeburgij,cuius côiunx N. Comitissa Ascaniæ & Ballenstedij,monasterium Creucstense igne consumptum restaurauit A.C.1250.
IVDITHAE vxoris Rudolphi I. Electoris Saxoniæ,vita defunctæ A.C.1320.
MECHTILDIS coniugis Henrici Probi Ducis Vratislauiensis.

ALBERTVS Marchio Brandeburgensis & Landsbergensis, tulit suppetias Gunthero Archiepiscopo Magdeburgensi contra suos patrueles Ioannem Electorem & Othonem Sagittarium A.C.1278. Duodecennio ab hinc prædas agens in Misnia, fugatus: Luccam inferioris Lusatiæ oppidum obsedit: sed & istic acie victus, multa millia suorum perdidit. Obijt Anno C.1294. Fuit in eius consortio MECHTILDIS (alijs Beatrix dicitur) F. Christophori II. Regis Cimbrorum: qua nati

Tres filij ἀνώνυμοι, in pueritia mortui, & Soldini sepulti.

BEATRIX Henrico Leoni Duci Megapolensi nupta A. C. 1290. dotis nomine Stargardiam in Ducum Megapolensium ditionem attulit.

AGNES marito Primislao II. Rege Poloniæ occiso A.C.1295.ad patrem reuersa, Nicolao Puero Rostochiensi est desponsata, à quo temerè repudiata quum esset; Otho & Hermannus, illius patrueles, hanc contumeliam vindicaturi, Rostochio bellum intentarunt.

OTHO Paruus, Marchio Brandeburgius, Princeps Stargardensis: mortua vxore HEDVIGE F. Rudolphi I. Imp. Templariorum Ordinem assumpsit: mox tamen eo relicto, monasterium ingressus est Leninense, vbi monachum & diaconum egit. Ibidem mortuus & sepultus A.C.1304.

CVNEGVNDA nupsit Belæ IV. Regi Vngariæ, fratri S. Elisabethæ A.C.1264.

MECHTILDIS vxor Barnimi I. Ducis Stetinensis.

AGNES siue Viburgis consors Erici IIX. Regis Daniæ & inde Ioannis Comitis Holsatiæ in VVagria, decessit III. Kal. Octobris A.C.1300.

HELENA sociata Henrico Principi Anhaltino.



STIRPIS INCLYTAE ASCANIAE

Stemma Secundum

DVCVM SAXONIÆ TAM SVPERIORIS QVAM INFERIORIS, ANGRIAE item & VVestphaliæ.

Bernardus Elector obijt 1242.



Rudol-



STEMMATIS ΕΚΦΡΑΣΙΣ.

Electores Saxoniæ.


ERNARDVS, Alberti Vrsi Electoris Brandeburgij F. Comes Ascaniæ, Ballensteti & VVcelpæ, Marchio Salisquellensis, & dynasta Bernburgi: in conuentu Vurciburgio A. C. 1180. Henrico Leone exauctorato; ab Imp. Friderico Barbarossa, cuius signifer in bellis fuerat, Dux Saxoniæ Elector inauguratus: ditionem Saxonicam ad Albim in suam redegit potestatem: primusq; sedem Vitebergæ fixit: concedente ipsi Conrado III. Imperatore eam prouinciam, quæ longo tempore domicilium Electorum postea fuit. Ludouicum Turingiæ Landgrauium bello lacessens, non sine magno incommodo in patriam incautus attraxit. Initio Electoratus sui, Erdeneburgum arcem in ditione Raceburgia demolitus; aliam in altera Albis ripa Leoburgum extruxit: eamq; dirutam ab Henrico Leone, denuo instaurauit. Floruit non bellica tantùm, verùm etiam iustitiæ, & integritatis laude. Nam Henrico VI. Cæsari, pecunia Anglica & Bohemica Imperium Romanum licitanti; vtq; hæreditarium, sicut aliorum regnorum successionem id faceret, annitenti; acerrimè restitit: effecitq;, vt quęcunq; hac in re promissa, constituta, actaue siue sermonibus siue literis siue legationibus essent, irrita planè fierent. Quod quidem factum ob conseruatam Germaniæ libertatem, aliorum triumphis est anteponendum. Insignia trabium auratarum & nigrarum, sertiq; rutacei, quibus Duces Saxoniæ nunc vtuntur, primus vsurpauit. Obijt A. C. 1212. Sepultus Ballensteti cum duabus vxoribus, IVDITHA filia D. Canuti Regis Daniæ, Ducis Slesuigij & reguli Obotritorum; & SOPHIA F. Ludouici Ferrei Comitis Prouincialis Turingiæ & Hassiæ: ex vnaquaque duorum liberorum factus parens:

§ ex priore quidem,

Alberti I. qui stemma Ducum Saxoniæ Electorum propagauit. †
HENRICI I. progenitoris tertij stemmatis, PRINCIPVM ANHALTINORVM. †

ex posteriore verò,

HEDVIGAE vxoris Vlrici Comitis VVeslbini.

HENRICI II. cognomento Pinguis, Comitis Ascaniæ & Ballenstedij, Dynastæ Bernburgi. Hic post fata ferreo sarcophago inclusus, & Ballenstetti est humatus A.C. 1243. ex MARGARETA *Comite Prouinciali Alsatiæ quinis susceptis filijs:*

HENRICO fundatore Hecklingensis cœnobij, à patruo ditione paterna eiecto vnà cum reliquis fratribus.

SIGISMVNDO Comite Ascaniæ; cuius in matrimonio fuit AMELIA F. Henrici Comitis Hennebergij.

BERNARDO } Ascaniæ Comitibus, qui Bernburgi duo altaria fundarũt, ALBERTO } collatis fundis & reditibus A. C. 1244.

ORTOLPHO Ascaniæ Comite: qui ludis Martialibus interfuit Merseburgi celebratis A. C. 1266.

ALBERTVS I. Dux vtriusq; Saxoniæ, Angriæ, & VVestphaliæ, S. Rom. Imperij Archimarscallus: in aula Friderici II. Cæsaris Augusti educatus: eidem militauit, quum victo exercitu VVoldemari Regis Daniæ, Lubeca Danis erepta, Imperio rursus est restituta A.C. 1226. XI. Kal. Sextilibus. Triennio antè precibus Volquini Episcopi, gẽtilium domandorum gratia exercitum in Liuoniam duxit: Ludolphum quoque præsulem Razeburgum ditione pepulit. Eundem Imp. in Asiam & Aegyptum secutus: ad vrbem Pelusium (Turingici Annales habent, ad Heliopolim) ducis fortissimi laudem meruit. Post fata in cœnobio Leuino, maiorum suorum mansolio, tumulatus A. C. 1260. Vxor HELENA Brunsuicensis, Othonis IV. Imp. F. decessit A.C. 1273. IIX. Id. Septembri Vitebergæ funerata in cœnobio Franciscanorum, quod ipsa extruxerat A. C. 1238. Nati hoc matrimonio

Albertus II. stemmatis Electorum Saxoniæ propagator. †

Joannes progenitor Ducum Saxoniæ inferioris, Angriæ, & VVestphaliæ: †

RVDOLPHVS Dux Saxoniæ, Angriæ & VVestphaliæ, ex ANNA *filia Ludouici I. Principis Palatini Septemviri, genuit*

IOANNEM Ducem Saxoniæ, *[illegible]* mortuum.

ALBERTVM Dominum Rhodi.

AGNETEM Rudolphi Comitis Catzensteinij	}	vxores.
HELENAM Philippi Barninensis,		
ANNAM Friderici Comitis Ciliensis in Styria		
SOPHIAM Ioannis Principis Munsterbergij		

FRIDERICVS Episcopus Merseburgensis, ecclesiæ præfuit annis fermè octodecim.

MECHTILDIS vxor Ioannis Comitis Holsatiæ. (*obijt A.C. 1286.*

ELISABETH consors Conradi vltimi Comitis Brenæ.

AGNES nupta Henrico III. Principi Vratislauiensi in Silesia.

MARIA vxor Barnimi I. Ducis Stetinensis, obijt A.C. 1246.

ALBERTVS II. Elector Dux Saxoniæ, Angriæ & VVestphaliæ: interfuit electioni Rudolphi Habsburgij Cæsaris, eiusq; filij Alberti. Contentiones ipsi fuere præcipuæ cum Magdeburgijs: victus à Gunthero Archiepiscopo est, quum Othonem Electorem Brandeburgium socius iuuaret A. C. 1278 eosdem paulò pòst ad Peinam iterũ fugauit: VVennelingam cepit: Aquensem arcem occupauit: è qua rursus eiectus, in tumultu sagitta lethali percussus, occubuit. Quidam tamen eum in electione Alberti I. Imp. in hominum multitudine oppressum tradiderũt. De loco monumenti dubitatur, vt & de mortis genere atq; tempore, sicut modò dictũ. VXor eius AGNES F. Rudolphi Habsburgij Cæsaris, obijt A.C. 1327. sepulta Vitebergę in Franciscano: mater 7 liberorũ:

Rudolphi I. Electoris Saxoniæ. †

ALBERTI Præsulis, Patauiensis ibidem sepulti in B. Stephani basilica A.C. 1342.

LVDERI Ducis Saxoniæ, qui pugnans in bello quodam ad Albim oppetijt.

VVENCESLAI Ducis Saxoniæ, Angariæ, & VVestphaliæ.

OTHONIS Ducis Saxoniæ, Angriæ & VVestphaliæ, defuncti A.C. 1349. ex LVCIA *Dalmatiæ Reginæ tribus procreatis liberis,*

ALBERTO Episcopo Zicensi & Naumburgensi.

MECHTILDE vxore Adolphi Ducis Slesuigæ & Dithmarsiæ.

ELISABETHA coniuge Christophori II. Regis Daniæ. *Electores Saxoniæ.*

ELISABETHAE nupta Obizoni VII. Marchioni Estensi.

MATHILDAE Ludouico Duci Boiariæ elocatæ.

RVDOLPHVS I. cognomento Senior, Dux Saxoniæ, Angriæ, & VVestphaliæ, Burggrauius Magdeburgius, Comes Brenæ, S. Rom. Imperij Archimarscallus: patris iniurias persequens, bellum in Güntherum Archiepiscopum Magdeburgium renouauit; imprimis suppetias ipsi ferente Friderico Graui Landgrauio Turingiæ: quumq; ciues multi prælio Gandersleb iano prope Boream in hostiles manus venissent: pax vtrinq; diu desiderata, confirmata est. VVoldemaro Electore Brandeburgio defuncto, ditionem domino vacuam inuasit quidem: & Francofurtum ad Viadrum, Magdeburgiorũ auxilijs, obsedit: irrito tamen conatu. Ludouicus namq; Romanus, Ludouici Boij Imp. F. contra ipsum summa populi beneuolentia defensus est atq; receptus. Electioni trium Impp. interfuit: Henrici Lucemburgij, Friderici Austriaci aduersus Ludouicũ Boium (cui tamen postmodò reconciliatus, abs eo Marchionatũ accepit Landsbergi veteris in Marchia, post obitum Agnetis illius germanæ) & postremo Caroli IV. apud quem inprimis in maxima fuit gratia: què etiam, gloriâ auita stimulatus, ad expeditionẽ Asiaticam in conuentu Principum est adhortatus. Vita decessit IV. Id. Martij A. C. 1356 quũ ditionem rexisset annos LIIX. Ex tribus coniugibus octo liberorum factus est parens:

℣ ex IVDITHA, Othonis Longi Marchionis Brandeburgij F. defuncta A. C. 1328. VII. Idib. Maij, vxore prima:

ALBERTI Ducis Saxoniæ, Angriæ & VVestphaliæ, mortui A. C. 1329. IV. Non. Quintil. sepulti Viteberge.

RVDOLPHI II. Ducis Saxoniæ, Angriæ & VVestphaliæ Septemviri: qui adolescens Philippo Pulcro Regi Galliæ militauit contra Eduardum III. Regem Angliæ: socijs autem suis debellatis, domum reuersus incolumis, Viteberge templum Cathedrale instituit A. C. 1357. De aliquot oppidorum visitatione in vicinia ditionis Misnensis cum Ioanne I. Præsule contendens, & ad Curiam Pontificis prouocans, ius antiquum retinuit. Obijt ἄπαις IIX. Id. Decemb. A. C. 1370. Vxor verò ELISABETHA *Comitissa Ruppinensis & Lindauiensis decessit A. C. 1373. III. Kal. Iunij.*

OTHONIS Ducis Saxoniæ, Angriæ, & VVestphaliæ defuncti A. C. 1350. ex vxore ELISABETHA F. Gulielmi Ducis Luneburgij, suscepto filio filiaque,

ALBERTO Duce Saxoniæ, Angriæ, VVestphaliæ, & Luneburgi, eiecto scilicet à Carolo IV. Cæs. Magno Torquato: quem ducatum contra ipsum fortiter quoque defendit. In oppugnatione tandem arcis Ricklingensis, saxo per fundam traiecto ictus, expirauit IV. Kal. Quintil. A. C. 1385. Luneburgi in nouo templo Michaëlis primus sepultus. Vixit in eius connubio CATHARINA F. VVoldemari I. Marchionis Brandeburgij, vidua Magni Torquati, qua nata

HELENA *nupta Gerardo Comiti Hoiensi A. C. 1384.*

AGNETE Comitissa Rizense:

℣ ex CVNEGVNDA Polonica, mortua A. C. 1333. V. Id. Aprilis vxore altera:

MESICONIS *Ducis Saxoniæ, ἀπαιδος extincti. Vxor* EVDOXIA.

℣ ex AGNE Comite Lindauiensi, mortua A. C. 1343. VII. Id. Maij, vxore tertia,

IOANNIS *Ducis Saxoniæ, ἀπαιδος extincti:*

VVENCESLAI *Electoris Ducis Saxoniæ, Angriæ, & VVestphaliæ: qui Alberto fratruele mortuo, tota ditione Luneburgia potitus est, præter solos Cellenses ad Elleram fluuium: quorum vrbem dum obsidet, ante arcem Ricblingam vulneratus oppetijt XVII. Kal. Iunij A. C. 1388. Sepultus Luneburgi ad S. Michaelem. Vxor eius* ZILIOLA *siue Cecilia, Francisci Carrariensis Principis Patauini, & tum Imperij generalis Vicarij F. vidua vixit annos vnum & quadraginta. Tumulata Viteberge A. C. 1429. Hæc natimares quatuor, fæmellæ duæ:*

RVDOLPHVS III. Dux Saxoniæ, Angriæ, VVestphaliæ, & Luneburgi, Septemvir: heros quidem prudens & magnanimus, at parum felix. Arces Pelticiam & Rabesteinã ab Alberto Magdeburgio antistite obsessas, liberauit: Danneburgum expugnauit. Ab Electione Ruperti Palatini Francofurto ad Mœnum decedens: Frislariæ in Hassia à Comite VValdeccio sauciatus est in Profesto Pentecostes A. C. 1400. Ad Bohemos tandẽ

Electores Saxoniæ missus legatus: veneno ab inuidis sublatus creditur III. Id. Iunij A. C. 1419. Duæ ei fuere vxores: quarum ANNA F. Balthasaris Landgrauij Turingiæ obijt A. C. 1385. VII. Kal. Sextiles, ἄπαις: altera. BARBARA Ruperti Ducis Lignicij F. decessit A. C. 1436. VII. Id. Maij. genitrix quatuor liberorum:

RVDOLPHI Ducis Saxoniæ in adolescentia extincti.

VVENCESLAI &

SIGISMVNDI: quos nocte in arce Sueinicia, ad Elistrum nigrum sita, ruina turris dormientes oppressit A. C. 1406.

BARBARAE nuptum collocatæ Ioanni Marchioni Brandeburgio.

ALBERTVS III. Dux Saxoniæ, Angriæ, VVestphaliæ & Luneburgi, fratris quoq; in Septemvirali dignitate successor; eam vltra triennium non tenuit: princeps parum fortunatus. Nam quum animi causa venatum iuisset in saltus Lochauios: & cum vxore ac gynæceo in casulam rusticam diuerteret: orto incendio nocturno, vix nudus euasit: morboque è terrore contracto, paucos dies supervixit. Absque hærede mortuus A. C. 1422. postremus inter Ascaniæ principes Vitebergæ tumulatus. Vxor OFFEGA F. Côradi Ducis Olsensis in Silesia: quam ei Vratislauiæ despondit Sigismundus Imp. A. C. 1420.

ERICVS adolescens obijt.

VVENCESLAVS Episcopus Magdeburgius, vitam clausit A. C. 1402.

ANNA Friderico }
MARGARETA Bernardo } Ducibus Brunsuigijs & Luneburgijs elocatæ.

Quibus nuptijs pax inter Saxoniæ & Brunsuigæ principes, ob ducatum Luneburgensem contendentes, est conciliata.

GVLIELMI Ducis Saxoniæ, ἄπαιδος defuncti A. C. 1369. (1353.

ELISABETHAE in pueritia extinctæ & Vitteberga ad Franciscanos inhumatæ A. C.

Duces Saxoniæ inferioris, dynastæ Lauenburgici. IOANNES I. Alberti Saxoniæ Electoris F. Dux Angariæ & VVestphaliæ; Elector & Palatinus Saxoniæ Dynasta Laoburgicus: cum alijs Imperij proceribus Rudolphum Habsburgium: Cæsarem dixit A. C. 1273. & terram Tribusiensem Suerinensi donauit episcopatui A. C. 1261. Vita defunctus A. C. 1285. Vxor eius, HELENA Ducissa Slesuicêsis.

IOANNES II. Primi F. Dux Saxoniæ, Angriæ, & VVestphaliæ, ex GERBVRGE filia Erici Regis Suecorum genuit

ALBERTVM Electorem & Palatinum Saxoniæ, Ducem Angriæ & VVestphaliæ, Dynastam Laoburgium: qui cum fratre Ioanne & alijs Imperij proceribus Cæsarem inauguravit Adolphum Nassouium A. C. 1292. & Henricum Lucemburgium A. C. 1308. Ex ANNA F. Othonis Landgrauij Hassiæ ipsi geniti

RVDOLPHVS Dux Saxoniæ inferioris, ἄπαις. Eius in matrimonio fuit MARGARETA Ducissa Vandaliæ.

MARGARETA vxor Henrici Ducis Megapolensis.

OTHO Dux Saxoniæ, Angriæ & VVestphaliæ, genitor ex ELISABETHA Henrici Ferrei Comitis Prouincialis Hassiæ filia

ALBERTI }
RVDOLPHI } *Ducum Saxoniæ ἀπαίδων.*

IOANNIS IV. Ducis Saxoniæ, Angriæ & VVestphaliæ: cui vxor MECHTILDIS Vandaliæ Ducissa peperit

IOANNEM V. sine coniuge & liberis defunctum.

ERICVM IV. Ducem Saxoniæ, qui vixit in aula Caroli IV. Imp. stipendiaq; apud eum meruit; in cuius tandem exercitu confossus est.

GEORGIVM Ducem Saxoniæ, Angriæ & VVestphaliæ, parentem

SOPHIAE vxoris VVartislai IX. Ducis Pomeraniæ, defunctæ A. C. 1462.

Ericum I. Palatinum Saxoniæ, cuius stemma adhuc viget. †

IOANNEM III. Palatinum Saxoniæ, Ducem Angriæ & VVestphaliæ.

HELENAM vxorem Gerardi IV. Comitis Holsatiæ & Schoumburgij.

Filiam ἀνώνυμον nuptam Gerardo Magno itidem Comiti Holsatiæ.

ERICVS I. Palatinus Saxoniæ Elector, Dux Angriæ & VVestphaliæ, suo & germanorũ nomine pactus est cũ agnatis principibus, filijs Alberti II. Electoris, de adeunda hæreditate & elocandis fœmellis post alterutrius mortem sine masculis hæredibus A. C. 1308. Ipsi & fratri Ioanni Ludouicus Imp. cui suffragiũ suum dederat, oppignorauit,

vrbem Lubecam argenti marcis 3200. A. C. 1320. trienniodque pòst filium quoque suum Ludouicum, Marchionem Brandeburgium designatum, commendauit. Interfectus prope Hamburgum A.C. 1338. ex ELISABETHA nata Bugslaui IV. Ducis Pomeraniæ duobus maribus, totidem fœmellis susceptis; *Duces Saxoniæ inferioris.*

Erico II. Electore, Duce & Palatino Saxonis, & stemmatis propagatore. †

ALBERTO Duce Saxoniæ, Angriæ, & VVestphaliæ, principe pietate & virtute præstante: latronum & itinerum publicorum violatorum persecutore acerrimo: mortuo A. C. 1344. Fuit in huius connubio SOPHIA Comitissa Zigenhainia, genteris.

SOPHIAE vxoris Alberti Ducis Brunsuigij & Grubenhagij.

AGNETE vxore Gulielmi Ducis Luneburgij.

IVDITHA conforte Bugslaui VI. Ducis Pomeraniæ defuncta A. C. 1388.

ERICVS II. Dux & Palatinus Saxoniæ, Angriæ, & VVestphaliæ, dynasta Laoburgius. primùm sacris initiatus, auctoritate inde Pontificis Romani ordine relicto, in vxorem duxit AGNETEM filiam Ioannis Comitis Holsatiæ. Quia autem ius suffragij in Comitijs Cæsareis ipse quoq; haberet: ideo A.C. 1348. ad inaugurationem Imperatoris citatus; votum suum dedit Gunthero Schuarzeburgio. Cum ciuitatibus Lubeca, Hamburgo, & Luneburgo, bella gessit plurima. Litem etiam intendit Rudolpho II. Septemviro, suo agnato, de Electoris dignitate A. C. 1361. sed causa cecidit, & à iure successionis est exclusus: fœdus tamen antiquũ postmodò A. C. 1374. cum VVenceslao Electore, & Alberto Duce Saxoniæ renouauit. Ad extremum filio, contra quem Gulielmus Luneburgius ad Ripenburgum arma mouerat, suppetias laturus; quum equum conscendere vellet, decidit: nec multo pòst diem suum obijt admodum senex A. C. 1401. Sepultus Razeburgi. Liberi eius memorantur tres:

Ericus III. Dux & Palatinus Saxoniæ. †

ELISABETH Ioanni } *Comitibus Hoiensibus nupta.*
Filia ἀνώνυμος Gerardo }

ERICVS III. ratione patris Iunior, filij verò Senior cognominatus. Dux & Palatinus Saxoniæ, Angriæ, & VVestphaliæ: Bergerdorpium astu occupauit A. C. 1400. & octennio pòst Mœlnam quoque cepit & incendit: Lubecenses item proscriptos summe persecutus est: qui tamen anno proximo, qui fuit æræ nostræ 1419. Hamburgensium auxilio Mœlnam & Bergerdorpium armata manu recepere. Habuit vxores duas: priorem ἀνώνυμον, Nicolai Holsatiæ Comitis filiam: alteram CATHARINAM F. Magni Torquati Ducis Brunsuigij & Luneburgij: qua geniti

ERICVS V. Dux & Palatinus Saxoniæ, Angriæ, & VVestphaliæ, in collatione Electoratus Saxonici, agnatorum stirpe deficiente, à Sigismundo Imp præteritus: vel quòd feudum legitimo tempore sibi conferri non petijsset; vel alijs de causis. Sic agnati principes, Laoburgi sedem habentes veterem, Angriæ & VVestphaliæ titulum retinentes, primum ad inferiores Albis in Oceanum properantis ripas ditionibus suis contenti, deinceps vixerunt. Obijt ἄτεκνος A. C. 1435. vxor eius fuit ELISABETH F. Conradi Liberi Baronis VVinspergij, & Annæ Henneberg æ.

IOANNES VI. Dux Saxoniæ, Angriæ, & VVestphaliæ, interfectus prope Razelburgum, ἄτεκνος A. C. 1422. Vxorem habuit ELISABETHAM F. Erici II. Ducis Pomeraniæ.

MAGNVS Episcopus Caminensis & Hildesiensis, pacis & belli artibus instructissimus princeps, obijt A. C. 1452.

ALBERTVS Canonicus Hildesiensis, interfectus in prælio Grandano A. C. 1422.

Bernardus stirpem propagauit. †

OTHO Dux Saxoniæ, iuuenis obijt.

AGNES vxor VVartislai IIX. Ducis Pomeraniæ, obijt A. C. 1435.

CATHARINA Ioannis Ducis Megapolensis }
SCHOLASTICA Ioannis Ducis Saganensis } *coniuges.*
MARGARETA Volradi Senioris Comitis Mansfeldij }

BERNARDVS Dux Saxoniæ, Angriæ, & VVestphaliæ, Archimarschallus Imperij & Dynasta Laumburgius: Brigniciam irruens cum exercitu multa pecora abegit A. C. 1433 quam iniuriam Fridericus Elector Brandeburgius vlturus, non solùm omnia recepit sed & quatuordecim insuper villas intra Nezam & Albim sitas, vastauit: arcemq; Erdeneburgum cum oppido, solo æquauit A. C. 1437. Peste extinctus A. C. 1463.

Duces Saxoniæ inferioris. Raceburgi in maiorum mausoleo tumulatus est. Ex ADELHEIDE VVartislani IX. Ducis Pomeraniæ filia, sustulit

Ioannem VII. Ducem Saxoniæ inferioris, stemmatis propagatorem. †

MARGARETAM Henrico Duci Brunsuigio & Luneburgio nuptui datam.

SOPHIAM Gulielmo Duci Bergensi & Iuliatensi elocatam.

IOANNES VII. Dux Saxoniæ, Angriæ, & VVestphaliæ, dynasta Laoburgius, Archimarescallum se Imperij, maiorum instar, nominauit. Cum Lubeca ciuitate contendit propter oppidum Mœlnam A. C. 1465. E viuis excessit A. C. 1507. XIIX. Kal. Septembris: sepultus Razeburgi: ex vxore DOROTHEA Friderici II. Electoris Brandeburgij nata, septem filijs, totidemque filiabus procreatis: quorum

ERICVS VI. Episcopus Hildesiensis designatus A. C. 1503. quum vix annum sedisset amore quietis & ocij sponte se abdicauit: & fratri Ioanni Episcopatu resignato, Coloniam ad suum Canonicatum rediit. Inde ad Monasteriensis episcopatus gubernationem vocatus A. C. 1508. annos ei præfuit quatuordecim. Sub quo tempore bellum intulit Nicolao Comiti Teclaburgio, ciues Monasterienses aliosque mercatores spolianti, & itinera infesta reddenti. Obijt A. C. 1522. IIX. Id. Nouembris.

Magnus Dux Saxoniæ, stemma propagauit. †

BERNARDVS Canonicum, indeque Præpositum egit Coloniensem: obijt 1524.

IOANNES Episcopus Hildesiensis, fratris diœcesim illam sibi cedentis successor A. C. 1504. initio aliquot annis in summa tranquillitate & opulentia, aspirantis fortunæ ventis secundissimis, vsus est: & arcem Lauensteinam, Burchardo Salderio oppignoratam, aureis Rhenanis 12960. redemit A. C. 1518. Sed quum Salderiorum quoque agros, ad arcem illam nequaquam pertinentes, vi occuparet: Lauensteinam hostili animo Burchardus exussit, ipsiusque agros vastauit; apud Episcopum Mindensem & Duces Brunsuigios receptum sibi impetrauit. Aduersus hos ergo moto non necessario & funesto bello, in extremas Ioannes Episcopus calamitates cum se, tum totam diœcesim coniecit: vbi primum quidem ad Soltouiam victor (fuit hoc A. C. 1519.) triennio tamen post, quod Gulielmum Brunsuigium, Commendatorem Mirouiensem, cum reliquis captiuis, de sententia Caroli V. Imp. dimittere nollet: ab hoc proscriptus, maximam diœceseos partem (sola Hildesia, Peina, Marieberga & Steurvvaldo exceptis) à ducibus Brunsuicensibus sibi ereptam amisit: exulque ad fratrem Episcopum Monasteriensem profugit. Quo mortuo, Razenburgum reuersus: Episcopatum non multo post Balthasari Mercelio Vicecancellario Caroli V. Cæsaris resignauit A. C. 1527. Ipse deinde obijt A. C. 1547.

RVDOLPHVS Dux Saxoniæ inferioris, obijt Raceburgi.

HENRICVS } *FRIDERICVS* } *in pueritia fato absumpti.*

ADELHEIDIS virgo in terra Bergensi diem clausit.

ANNA nupsit Ioanni Comiti Ruppinensi & Lindauiensi A. C. 1490.

CATHARINA Virginem egit Vestalem Reinebecci.

MAGDALENA } *ELISABETH* } *impuberes* } *SOPHIA* } *MARGARETA virgo* } *rebus humanis exemptæ.*

MAGNVS II. Dux Saxoniæ, Angriæ, & VVestphaliæ, Dynasta Laoburgius: acris ingenij animique princeps: anno Iubilæum proximè præcedente, Hadelariam à Ioanne Rhodio Bremensi Archiepiscopo (quem fratri suo germano Ioanni, tum temporis Canonico Bremensi, in electione prælatum dolebat) occupatam; imploratis omniũ vicinorum principum auxilijs, & solo terrore legionis militum ex Belgio euocatæ, recepit. Obijt A. C. 1543. Razeburgi inhumatus cum vxore CATHARINA, Henrici Senioris Ducis Brunsuigij filia, matre

Francisci I. Ducis Saxoniæ, &c. stemmatis propagatoris. †

CATHARINAE *vxoris Gustaui Magni, Regis Suecorum & Gothorum.*

DOROTHEAE *vxoris Christiani* III. *Regis Daniæ & Noruegiæ, sexagenaria defunctæ Non. Octobris A. C. 1571.*

CLARAE *natæ A. C. 1520. Idib. Decemb. h. 3. min. 30. post meridiem: nuptæ Francisco Du-*

visco Duci Brunsuigio & Luneburgio A. C. 1547. & tandem Barthæ in Pomerania mortuæ A. C. 1576. Kal. Aprilis, ibidemq́ sepultæ. *Duces Saxoniæ inferioris.*

SOPHIÆ sociatæ Antonio Comiti Oldemburgio nobilißimo.

VRSVLÆ in matrimonium traditæ Henrico Duci Megapolensi.

FRANCISCVS I. cognomento *Senior*, Dux Saxoniæ Inferioris, Angriæ & VVestphaliæ, dynasta Laoburgius: Anabaptistas Monasterij grassantes fortiter & feliciter repressit. Rebus humanis exemptus senex, triennio maior octogenario XIV. Kal. Aprilis A. C. 1581. Buxtehudæ: postquam triennio antè filijs gubernationem resignasset: & Thebanæ ferè tragœdiæ inter filios fratres, de principatu litigantes, exemplum ante mortem vidisset. Sepultus Razeburgi. Vxorem habuit SIBYLLAM F. Henrici Pij Ducis Saxoniæ & Marchionis Misniæ: qua procreati sex mares, tres fœmellæ. Horum

ALBERTVS puer obijt Dresdæ, vbi etiam sepultus est.

MAGNVS III. Dux Saxoniæ, Angriæ, & VVestphaliæ, præferocis & turbidi ingenij princeps, in Suecia aliquot militauit annos: vbi SOPHIAM Gustaui Regis F. vxorem duxit A. C. 1568. postea in Regis Ioannis odium & indignationem incidens, relicta coniuge, & assumpta pellice, Suecia eiectus: paterna quoque ditione Saxonica excidit: quam frater natu proximus de patris voluntate, sponte Imperio cedentis, iam gubernabat. Filium genuit

GVSTAVVM Ducem Saxoniæ, Angriæ, & VVestphaliæ.

FRANCISCVS II. cognom. Iunior, *Dux Saxoniæ, Angriæ, & VVestphaliæ, Philippo Regi Hispaniarum militauit A. C. 1568. Patre senio confecto, imperioq́ sponte cedente, ducatus paterni gubernationem suscepit A. C. 1578. Liberos genuit*

ex MARGARETA F. Philippi Ducis Pomeraniæ ducta A. C. 1574. in puerperio extincta A. C. 1581. VI. Id. Septembris:

MARIAM natam A. C. 1575. IV. Kal. Februarij.

AVGVSTVM Ducem Saxoniæ, Angriæ, & VVestphaliæ, natum A. C. 1576. XIII. Kal. Martij.

CATHARINAM VRSVLAM natam A. C. 1579.

PHILIPPVM Ducem Saxoniæ, Angriæ & VVestphaliæ, natum A. C. 1580. VII. Kalend. Septembris.

Filiolum ἀνώνυμον in matris vtero extinctum, & cum matre sepultum A. C. 1581.

ex MARIA F. Iulij Ducis Brunsuigij ac Luneburgij, ducta A. C. 1582. IV. Id. Nouembris.

FRANCISCVM IVLIVM Ducem Saxoniæ, Angriæ, & VVestphaliæ, natum A. C. 1584. Idib. Septembris.

HENRICVS Dux Saxoniæ inferioris, Archiepiscopus Bremensis, Osnaburgensis: & Padebornensis: fratribus cæteris humanitate, doctrina, virtute & prudentia antecellens: paternam quoque ditionem Hadelerensem ad Albim vberrimam, sua pecunia redemptam, magna cum laude administrauit. Hic antequàm ad episcopatuum istorum gubernationem peruenit, suo se & hæredum nomine fœderi Smalcaldico obligarat: exinde verò quorundam Ordinum suorum, tempestatem ab Imperatore impendentem prospicientium, consilio inde feliciter se extricauit. Obijt Anno Christi 1585. XII. Kal. Maij, ætatis sua XXXV.

MAVRITIVS Dux inferioris Saxoniæ, à Francisco fratre prædijs aliquot acceptis in patria mansit cælebs.

FRIDERICVS Dux Saxoniæ, Angriæ, & VVestphaliæ, in Coloniensi ecclesia Chorepiscopus, acerrimum se Gebhardo Truchsessio aduersarium & persecutorem præbuit. Obijt A. C. 1586. IV. Id Decembris, in primo iuuentæ decursu, cum annos vixisset XXXII. menses tres, dies septem.

ZEDENA CATHARINA nupsit VVenceslao Duci Teschinensi & Glogouiensi in Silesia.

DOROTHEA consors VVolfgangi Ducis Brunsuigij & Luneburgij, dynastæ Grubenhagij.

VRSVLA elocata Henrico Duci Brunsuigio & Luneburgio.

STIRPIS INCLYTAE ASCANIAE

Stemma Tertium

PRINCIPVM ANHALTINORVM
COMITVM ASCANIAE DYNASTARVM BERNBVRGI

Henricus I. Princeps Anhaltinus. 1257.

Sigefridus. 1310. | Hermannus. | Magnus. | Henricus Archiepisc. Magdeb. | Bernardus. | Filiæ tres. | Otho. 1315.

Albertus Senior. 1316. | Sigefridus. | Henricus. | Hermannus. | Filiæ V. | Ioannes. | Bernardus II. 1318. | Filiæ tres. | Albertus Ep. Halberstad.

Albertus Iunior. 1360. | Filia. | VVoldemarus. | Henricus. | Sigefridus. | Bernardus III. 1348. | Henricus.

Ioannes I. | Rudolphus, Ep. Suerin. | VVoldemarus. 1367. | Otho. 1400. | Bernardus IV. | Henricus. 1374. | Agnes.

Sigismundus. Vide signum †. | VVoldemarus. | Albertus Claudus 1424. | Mathildis. | Bernardus IV. 1468. | Otho. 1415. | Bernardus V. | Rudolph' Ep. Halberstad. | Adelheida.

Mathildis.

VVoldemarus III. | Albertus. | Gulielmus. | Adolphus. | Filiæ IV. | Albertus.

Ioannes. | Elisabeth. | Melchior. | Bernardus. | Philippus. | Gulielmus. 1506. | Magnus. 1524. | Adolph' Ep. Marseb. | Filiæ V.

†

Sigismundus. 1405.

Sigismundus. | Albertus. | Georgius Senior. 1474. | Ioannes. | Ernestus. | VVoldemarus. | Filiæ IV.

Ioannes. | Laurentius. | VVoldemar' IV. 1508. | Georgius. 1509. | Sigismundus. 1506. | Rudolphus. 1513. | Ernestus. 1516. | Bernardus. | Filiæ IIX.

VVolfgangus. 1566. | Filiæ duæ. | Thomas. | Ioannes. 1551. | Georgius. 1552. | Ioachimus 1561.

Carolus. 1561. | Ioachimus Ernestus. 1586. | Filiæ tres. | Bernardus. 1570.

Ioan. Georgius. N. 1567. | Christianus. N. 1568. | Filiæ IIX. | Bernardus. N. 1571. | Augustus. | Rudolphus. | Ioan. Ernestus. | Ludouicus. | Franciscus Georgius. 1578.

STEM-

STEMMATIS ΕΚΦΡΑΣΙΣ.

Principes Anhaltini

HENRICVS I. Bernardi Ducis Saxoniæ Electoris F. nepos Alberti Vrsi Marchionis Brandeburgij Comes Ascaniæ Ballensteri, & VVœlpæ, Dynasta Bernburgius; à Friderico Barbarossa Cæsare constitutus princeps Harciniæ in Anhalt: Gerundum Abbatem Munchneuburgium propter scortationes, quas cum Abbatissa Quedlingburgica exercuit, captum, oculis & lingua priuauit, carcerique mancipauit A.C.1230. Excommunicatus propterea, Romam adijt; dimissoque Abbate, ab Honorio Pontifice absolutionem impetrauit. Alberto inde Archiepiscopo Magdeburgio, è Comitibus Kibergensibus, in Turingia bellum intulisse: & Bernardo ac Henrico suis ex fratre nepotibus Ascaniam ademisse legitur. Vitam cum morte commutauit A. C. 1257. Vxorem habuit MECHTILDEM F. Othonis, Parui, Ducis Brunsuigij & Luneburgij: matrem nouem liberorum:

Sigefridi Principis Anhaltini, cuius stemma adhuc superest.

HERMANNI Præpositi Halberstadensis, mortui A.C.1286.

MAGNI Præpsiti Cosuicensis circa A.C.1259.

Bernardi I. Dynastæ Bernburgici. †

HENRICI Archiepiscopi Magdeburgensis electi A.C.1304. Hic Schœnbecam arcem opera Othonis VVeltleuani viri militaris in suam redegit potestatem: nec multo pòst in viuis esse desijt IV. Idib. Nouemb. A.C.1307.

OTHONIS Principis Anhaltini & Comitis Ascaniæ, defuncti A.C.1315. Duabus hic ordine coniugibus fuit iunctus: primùm HEDVIGI F. Hermanni Landgrauij Turingiæ: deinde ELISABETHÆ Comiti Orlamundanæ, quæ marito mortuo Ascaniam retinuit; quam vrbem post ipsius fata Halberstadēsis ecclesia ad se traxit, cum tota ditione: eam in hodiernum vsque diem nullo iure possidens.

SOPHIAE vxoris Vlrici Comitis Reinsteinij.

HEDVIGIS nupta Boleslao Caluo Principi Lignitio mortua A C.1275.

Filia ἀνώνυμος: quæ fuit in connubio VVerneri nobilis domini Hadmersleuiani.

BERNARDVS I. Princeps Anhaltinus, Comes Ascaniæ, & Dynasta Bernburgi, fratre Sigefrido socio vsus in terra Misnensi depopulanda: licet isthic à Marchionibus fuerit superatus; spolijs tamen onustus, in terram suam rediјt incolumis. Vxorem duxit AGNETEM, filiam Leopoldi Honorabilis, germanam Friderici Bellicosi, Ducum Austriæ & Stiriæ: qua nati

IOANNES Dynasta Bernburgius, vixit circa A C.1291.

BERNARDVS II. Comes Ascaniæ, & Dynasta Bernburgi, mortuus A.C.1318. Vxor eius HELENA Ducissa Pomeraniæ, Bugslauiæ IV. F. diem obijt A.C.1315. IV. Id. Sextilib. sepulta VVidersleti in cœnobio: mater ex ipso facta

BERNARDI III. Principis Anhaltini, Comitis Ascaniæ, Domini Bernburgi. cui Canonici Halberstadenses Ascaniam vrbem cum tota ditione eripuerunt: vnde & Spoliati cognomen inuenit. Obijt A.C.1248. Vxores habuit duas: priorem ἀνώνυμον filiam Ioannis Regis Bohemiæ: alteram MECHTILDEM F. Magni Sangerhusani Ducis Brunsuigij & Luneburgij: ex quibus quatuor sustulit liberos:

OTHONEM Comitem Ascaniæ, Dynastam Bernburgi, mortuum A. C.1400. tribus superstitibus liberis ex AGNETE Ducissa Pomeraniæ:

MECHTILDE vxore Georgij Senioris principis Anhaltini.

BERNARDO VI. Comite Ascaniæ, & vltimo stirpis Bernburgicæ. Hic Magdeburgenses auxiliaribus iuuit copijs contra eorundē Archiepiscopum Guntherum Comitem Suarzeburgium A. C.1434. Sine mascula prole decedens IV. Non. Februarij A. C.1468. hæredem scripsit Georgium Seniorem Principem Anhaltinum, suum agnatū & Sororium. Sepultus VVidersteti. Vxorem habuit HEDVIGEN sororem Ioānis Ducis Saganensis: qua genita

MECHTILDIS, puella sepulta VVildersteti.

OTHONE Comite Ascaniæ, ἀνώνυμος defuncto A.C.1415. Fuit in eius consortio LVTRHVDIS F. Prozonis Comitis Querfortensis.

HENRICVM Comitem Ascaniæ, dynastam Bernburgi, defunctum A.C.1374. tribus superstitibus liberis ex N. Comitissa Gleichiana susceptis:

BERNAR-

Principes Anhaltini.

BERNARDO V. Comite Ascaniæ, sine sobole extincto A. C. 1410. Vxor ELISABETH.

RVDOLPHO Episcopo Halberstadensi consecrato A. C. 1399. septennioque pòst animi mœrore extincto, & in ecclesia cathedrali inhumato.

ADELHEIDE Abbatissa Gerenrodensi, mortua A.C. 1374.

BERNARDVM IV. Comitum Ascaniæ ἄπαιδα mortuum A.C. 1354. Vxor BEATRIX Friderici Grauis Marchionis Misniæ, Landgrauijque Turingiæ F. post mariti excessum Abbatissam egit Suselicensem.

AGNETEM perperam quidam nupsisse tradunt Rudolpho Electori Saxonico.

HENRICI Monachi Ordinis Prædicatorum.

ALBERTVS Episcopus Halberstadensis consecratus A.C. 1281. vita excessit A.C. 1326. Sepultus in æde S. Stephani.

RVDOLPHVS Comes Ascaniæ fuit adhuc in viuis A.C. 1324.

OTHO Canonicus Magdeburgius, ante patrem obijt A.C. 1305.

SOPHIA vxor Theodorici Comitis Honsteinij, decessit A.C. 1330.

ANNA vixit in consortio Othonis II. Electoris Brandeburgij.

ELISABETH nupsit Friderico (claudo) Landgrauio Turingiæ.

SIGEFRIDVS, alijs *Sigismundus* & *Siffardus*, Princeps Anhaltinus, Comes Ascaniæ, fundator cœnobij Cosuicensis: curiam suam habuit in arce Rhena: quam ipsi ademit Comes Falcostenius. Eam hic obsidione cingens; Albertum Degenerem cum fratribus Marchionibus Misniæ, & Cómite præterea Leisnicensi; à Falcostenio in auxilium vocatos, nocte insequente in tentorijs cubantes oppressit, captiuosque abduxit. Relicto tandem principatu, Magdeburgi cœnobium Prædicatorum ingressus, vitam reliquam istic exegit. Obijt A.C. 1310. ex CATHARINA Comitissa Gleichensi procreatis quatuor filijs, quinque filiabus:

Alberto Seniore Principe Anhaltino stemmatis propagatore. †

SIGEFRIDO Præposito Brunsuigio A.C. 1307.

HENRICO Præposito Halberstadensi A.C. 1295.

HERMANNO Monacho. 1285.

CONTANTIA
IVDITHA
ELISABETHA } *Monialibus in Cosuicensi cœnobio A.C. 1310.*
HEDVIGE
AGNETE

ALBERTO *Seniori*, Principi Anhaltino, Comiti Ascaniæ, mortuo A.C. 1316. ex vxore ELISABETHA filia Conradi Marchionis Brandeburgij Septemuiri, nati

Albertus Iunior, Princeps Anhaltinus, stemmatis propagator. †

VVOLDEMARVS Princeps Anhaltinus & Comes Ascaniæ, Templarios Bernburgo & VVerlizia omnes eiecit, bonis illorum publicatis A.C. 1311. Iter quoque in Palestinam suscepit A.C. 1343. Extremè conculcatus est & interfectus in prælio, quod gessit Magnus Torquatus Dux Brunsuigius & Luneburgius, auxilijs Theodorici Archiepiscopi Magdeburgij, contra Gerardum Episcopum Hildesiensem, A.C. 1367. III. Non. Septembris. Nupsit ei primùm A.C. 1343. BEATRIX F. Obizonis VII. Marchionis Estensis: deinde biennio pòst ELISABETH F. Rudlophi I. Ducis Saxoniæ Electoris: qua natus

VVOLDEMARVS Princeps Anhaltinus, mortuus ἄπαις.

HENRICVS Decanus Cosuicensis A.C. 1317.

SIGEFRIDVS Canonicus Magdeburgius.

Filia ἀνώνυμος nupta nobili domino Hackeborio.

ALBERTVS *Iunior* Princeps Anhaltinus & Comes Ascaniæ, Fridericum Admorsum Turingiæ Landgrauium & Marchionem Misniæ A. C. 1312. captiuum adducens Aldenburgum: mira Pleisnicensiũ præfectorum, ex insidijs erumpentium vafritie ipsemet captiuus Aldenburgum deductus, cum ducentis nobilibus: quo vinculis se suosq; eximeret: Elisabetham illius filiam sibi promissam, dimittere; omnibus bonis in Orientali Misnia iterum abstinere; λύτρων quin etiam se redimere iureiurandoque se obstringere coactus est, se nimirum enisurum, quo inter Marchiones Brandeburgicos

& Mis-

& Misnenses pax firma, iniretur & coleretur. Cæterùm cum VVoldemaro fratre arcis Dessauiensis fundamenta prima iecisse legitur A. C. 1341. & vndeuigesimo ab hinc anno in viuis adhuc fuisse. Duas vxores habuit: AGNETEM F. VVertizlai Principis Rugiæ, sterilem: & BEATRICEM F. Rudolphi Ducis & Electoris Saxoniæ, matrem Ioannis I. Principis Anhaltini. † *Principes Anhaltini, 1341.*

RVDOLPHI Episcopi Sncrinensis, defuncti A.C. 1365.

IN IOANNIS I. Principis Anhaltini & Comitis Ascaniæ connubio fuit ELISABETH soror germana Henrici Comitis Hennebergij, mulier mala, rixosa & intolerabilis: ipsique adeo marito tam molesta, vt in spontaneum exilium abierit. Locus & tempus mortis incertus. His procreati sunt

Sigismundus Princeps Anhaltinus, cuius stemma hodie in atnepotibus ipsius adhuc viget.

VVOLDEMARVS Princeps Anhaltinus, mortuus A.C. 1392.

ALBERTVS Claudus, Princeps Anhaltinus, sedem suam habuit in Cœten: vbi à Gunthero Comite Suarzeburgio, Archiepiscopo Magdeburgio, obsessus defensus est à Rudolpho Saxoniæ Electore, & Friderico bellicoso, eiusque fratre Gulielmo, Marchionibus Misniæ, A.C. 1406. Diem obijt A.C. 1424. Ex gemino coniugio nouem susceptu liberu:

ex ELISABETHA Comitissa Mansfeldense, Guntheri II. F. Domina Schrapelæ, vxore prima:

VVOLDEMARO III. Comite Ascaniæ, genitore ex MARGARETA Comitissa Eglense.

IOANNIS Canonici Magdeburgij.

ELISABETHÆ Monialis Bernburgiæ.

ALBERTO Comite Ascaniæ: cui ELISABETH vxor, Guntheri III. Comitis Mansfeldij nata, mortua A.C. 1483. sex mares, quinque fœmellas peperit:

MELCHIOREM } *impuberes mortuos.*
BERNARDVM }

PHILIPPVM Comitem Ascaniæ, versatum in aula ducum Saxoniæ, ἀγαμον καὶ ἄπαιδα mortuum.

GVLIELMVM Franciscanum Monachum: qui se nomine mutato Ludouicum nominauit: ingressus primum Halense, postea Vinariense, tum Marpurgense cœnobium: vbi diem suum clausit A.C. 1506.

MAGNVM præpositum Magdeburgium, qui vna cum fratre germano Adolpho vberrimam principatus Anhaltini ad Cœten partem, inter Albim & nemus Haretnum sitam, quæ fratrum obitu ad ipsos reciderat, agnatis principibus resignauit: quum vterque ministerio diuino se deuouissent, & dignitates atque beneficia possiderent ampla. Vita excessit A.C. 1524.

ADOLPHVM Episcopum Merseburgensem, principem humili quidem statura, sed magna ob pietatem, prudentiã, & in gubernatione industriã, authoritatis, & erga pauperes quoque beneficum. Huic initio suorum certaminum D. Martinus Lutherus suas theses de Indulgentijs dedicauit. Beatissimo exitu vitæ finem imposuit X. Kal. Aprilis A. C. 1526. postquam ecclesiam summa cum laude rexit annos duodecim.

DOROTHEAM vxorem Ioachimi Comitis Oettingensis.

MARGARETAM puellam mortuam.

MARIAM Virginem Vestalem Gerenrodæ.

MAGDALENAM Abbatissam Quedlinburgicam, defunctam A.C. 1516.

ANNAM Præfectam Virginibus Gandershemensibus A.C. 1481.

GVLIELMO in pueritia extincto.

LVTHRVDE vxore (Vlrici) Ducis Stargardensis.

DOROTHEA consorte Ioachimi Comitis Oldemburgij.

ADOLPHO Comite Ascaniæ, sine liberis extincto. Eius in matrimonio fuit CORDVLA F. Alberti Comitis Ruppinensis & Lindauiensis.

ex ELISABETHA Comitissa Querfurtensi, Prozonis F. vidua Conradi Comitis Eglensis, vxore altera, defuncta 1482, XIII. Kal. Octob.

ALBERTO in infantia extincto.

MAGDALENA Abbatissa Quedlinburgense.

Principes Anhaltini. MARIA puella defuncta.

SIGISMVNDVS Princeps Anhaltinus & Comes Ascaniæ, ditione paterna cum fratre Alberto diuisa, curiam suam habuit Seruesti: Princeps magnanimus & bellicosus: Circa annum namque à salutifero Virginis partu 1387. graue gessit contra Magdeburgenses bellū; quo eis abegit mille ducentas oues, viginti vaccas, tredecim equos. Fuit cum Rudolpho Electore Saxoniæ in Comitatu Friderici Brunsuigij, Cæsaris electi A.C.1400. pro quo & semet ipsis apud Fritzlariam strenuè pugnarunt: insidijs namque petebantur Ioannis Nassouij, Archiepiscopi Moguntini: vbi Rudolpho capto, Friderico cæso, ipsi, aliquot inuasoribus sua manu iugulatis, vix euasit. Marchionum Brandeburgiorum, agnatorum, stirpe deficiente, Marchiam illam Ludouicus Boius Imp. ceu feudum vacuum, ipsi, & fratre hæredibus legitimis præteritis, contulit filio suo Ludouico Seniori: Quam quum Sigismundus Cæsar postea tradidisset Friderico Burggrauio Noribergensi: huius hæredes, & posteri pro iure suo, quod in Marchiam habebant, aureorum duntaxat LX. millia accepere. Obijt Seruesti A. C. 1405. ex IVTHA F. Gebhardi Comitis Querfortensis pater factus decem liberorum: quorum

SIGISMVNDVS } *impuberes decessere.*
ALBERTVS

Georgius Senior solus stirpem propagauit. †

IOANNES Præpositum egit Merseburgensem, & Canonicum Magdeburgensem.

ERNESTVS } *in florenti ætate extincti sunt.*
VVOLDEMARVS

MATHILDIS } *virgines defunctæ.*
ANNA

SOPHIA Burchardo Barbiensi & Mulingano } *Comitibus nupserunt.*
MARGARETA Alberto IV. Mansfeldio

GEORGIVS *Senior*, Princeps Anhaltinus, Comes Ascaniæ, & dynasta Bernburgi, vitam clausit mortalem A.C.1474. Vxores ordine habuit quatuor. 1. OFFEGAM siue EVPHEMIAM F. Conradi Ducis Olsensis in Silesia, viduam Alberti vltimi Saxoniæ Electoris: 2. MECHTILDEN sororem germanam Bernardi VI. vltimi Dynastæ Bernburgij: 3. SOPHIAM F. Sigismundi Comitis Honsteinij. 4. ANNAM filiam Alberti, sororem VVichmanni vltimi Comitis Ruppinensis & Lindauiensis. His nouem ipsi nati filij, octo filiæ.

IOANNES } *maturè mortui.*
LAVRENTIVS

VVOLDEMARVS IV. Princeps Anhaltinus, Comes Ascaniæ, & Dominus Bernburgi, natus matre Comitissa Honsteinia: inhumatus est Munchnenburgi A. C.1508. ex MARGARETA Guntheri Comitis Suarzeburgij filia, tribus procreatis liberis:

VVOLFGANGO Principe Anhaltino, Comite Ascaniæ, Domino Bernburgi & Ballensteti, nato in oppido Cœten A.C. 1492. VI. Kal. Sextiles: principe pietate, consilio, moderatione, temperantia & grauitate insigni: qui & ipse cum alijs Imperij proceribus Confessioni Augustanæ subscripsit. Obijt Seruesti X. Kal. Aprilis A.C.1566. quum cœlibem vitam egisset annos LXXIII. menses septem, dies XIV. Ibidem sepultus.

BARBARA vxore Henrici Plauensis, Burggrauij Misnensis & Comitis Hartensteinij: matre Henrici Plauensis, Regis Bohemiæ Cancellarij: auia Henricorum, Senioris & Iunioris, Burggrauiorum Misniæ postremorum; quorum ille A.C.1568. hic A.C.1572. hominem exuit.

MARGARETA consorte Ioānis Ducis Saxoniæ Electoris, defuncta A. C. 1521. VII. Id. Octobris.

BERNARDVS maturè & ipse vita excessit.

GEORGIVS Iunior, *Princeps Anhaltinus, gemellus natus cum Sigismundo, obijt anno A. C.1509. Sepultus Ballenstett. Vxor AGNES F. Friderici Pinguis Marchionis Brandeburgij & Tangermundani.*

SIGISMVNDVS Princeps Anhaltinus, gemellus natus cum Georgio: heros bellica virtute insignis: Comes Alberti Animosi Ducis Saxoniæ in itinere Hierosolymitano, in Rhodo relictus est, quum periculoso detentus morbo iter non posset persequi. Obijt Florentiæ A.C 1506.

HENRICVS Princeps Anhaltinus, ignobilis.

RVDOL-

RVDOLPHVS Princeps Anhaltinus & Comes Ascaniæ, militiam secutus, aliquot annos Imp. Maximiliano I. dissimulata generis dignitate, inseruiuit: donec tandem magnitudine animi, virtute, fide, & in rebus agendis industria, generosam ac heroicam edens naturam; ab Imperatore agnitus, illius copiarum in bellis Geldrensi, Hungarico & Veneto ductor datus est. Venetis autem bis prælio fuit superior, primùm ad Adulam, debinc ad Bachilionem amnem non procul Vincentia: vbi à Bartholomæo Liuiano Venetorum principe circumuentus fit, vt elabi non posse videretur; tam strenue pugnauit: vt hostili exercitu prouida irruptione, at impetu vehementi dissipato, protrito, confectio, in Bachilionem amnem præcipitè acto enm magna spectatorum parte, quos princeps Venetus ad lanienam Germanicam spectandam tanquam ad certam paratamq́ victoriam euocauerat; victoriam reportarit gloriosissimam: Vincentia, Verona, Patauio receptis, A. C. 1513. Nonis Octobris. Veronæ haud longè post veneno necatus. Principes Anhaltini.

Ernestus Princeps Anhaltinus, stemma propagauit. †

MARGARETA
BARBARA } *virgines obierunt.*
MARIA

HEDVIGIS Virginem egit Vestalem Brenæ.

ANNA nupsit Ioanni Comiti Honsteinio.

SCHOLASTICA Abbatissa Gerenrodensis.

AGNES Abbatissa Gandersheimia.

ANNA nata matre Comitissa Ruppinense, nupsit Ioanni Comiti Aldenburgio & Delmenhorstano.

ERNESTVS Princeps Anhaltinus, Comes Ascaniæ, Dynasta Bernburgi, natus matre ANNA Comitissa Ruppinensi: Dessauiæ templi parochialis fundamenta iecit A. C. 1506. IIX. Kal. Iunij. Naturæ fatoque concessit A. C. 1516. XVII. Kalend. Quintiles. Sepultus Dessauiæ cum vxore MARGARETA filia Henrici Ducis Munsterbergij, defuncta A. C. 1530. Hoc coniugio nati

THOMAS puer rebus humanis exemptus.

Ioannes Princeps Anhaltinus, stemmatis propagator. †

GEORGIVS Princeps Anhaltinus, Comes Ascaniæ, Dynasta Seruestæ & Bernburgi, Præpositus Magdeburgensis & Misnensis: etsi odia & pericula prospiceret: palam tamen amplexus est & ipse Ecclesiarum Saxonicarum confessionem: & ab aduersariorum consilijs ac sacrificijs discessit. Ac primùm quidem communi consilio cum fratribus germanis, quibus cum summa semper vixit concordia, ecclesias in patria instaurauit: ritus vitiosos aboleuit: scholas optimè constituit: in alijs gubernationis partibus fideliter seruiuit. Vocatus deinde A. C. 1545. ad Ecclesias regendas in diœcesi Mersburgensi: ibi similiter rectè doceri populum curauit: optimi & principis, & pastoris perfunctus munere. Moriturus testamento condito, singulis ecclesiarum suæ ditionis ministris ad annuos reditus, medimnos addidit duodenos. Publicis tandem ingenij præstantis, & sanctæ operæ monimentis apud posteros relictis quàmplurimis: morbo, quo toto semestri conflictatus fuit, languidam naturam superante; animā Deo Conditori & Seruatori reddidit in complexu Ioachimi fratris, XVI. Kal. Nouemb. annos natus XLVI. menses duos, dies tres, A. C. 1553. Dessauiæ. Ibidem sepultus in templi primarij choro. Princeps doctissimus, longeq́ sanctissimus, humanus, pacificus, ab omni ambitione alienissimus: cuius cubiculum fuit templum, academia, curia; quippe in quo assiduè orabat, legebat, scribebat, de gubernatione patriæ deliberabat: ideoq́ & in vita cælibe vixit caste, sine vlla contaminatione; nec vllum vnquam sciens læsit; immò ab omnibus seditiosis, turbulentis, Alcibiadeis consilijs semper adhorruit.

IOACHIMVS Princeps Anhaltinus, Comes Ascaniæ, Dominus Bernburgi & Seruestæ, natus VI. Id. Sextil. A. C. 1509. hora 5. min. 24. ante meridiem; educatus & in omnis generis virtutibus institutus ab agnato Adolpho Episcopo Mersburgense: procedentibus annis cum fratre Georgio in Lipsensem missus est Academiam: vbi studijs Mathematicis & historicis diligenter inuigilauit. Anno postea ætatis duodeuigesimo aulam Georgij Ducis Saxoniæ secutus: in ea per quadriennium vixit. In diuisione cum fratribus facta Dessauiam sortitus: templum istbic à patre incoatum absoluit A. C. 1554. Princeps optimus & pientissimus. Diuinum verbum vnicè dilexit: patriam laudabiliter

Principes Anhaltini.

rexit: literatos summè fouit: pauperes liberaliter aluit. Apoplexia tandem correptus, Dessauiæ extremum vitæ spiritum clausit IIX. Id. Decemb A.C. 1561. Ibidem sepultus. Cælebs vixit annos LII. menses tres, dies triginta, horas 5. minuta 6.

IOANNES Princeps Anhaltinus, Comes Ascaniæ, Dominus Bernburgi ac Seruesti, vbi sedem suam habuit: natus A. C. 1504. Non. Septemb. h. 1. m 45. antemeridiana: diuinam veritatem amplexus; nusquam ab ea ne latum quidem vnguem discessit: sed potiùs summè fouit, perq; suas ditiones propagari curauit. Cum fratribus in tota vita sic vixit, vt nulla res vnquam eorum concordiam labefactauerit. Piè decessit Seruestæ pridie Non. Februarij A. C. 1551. ætatis suæ XLVI. completo, cum triente. Ibidem sepultus in æde S. Nicolai. Connupta fuit cum ipso A. C. 1532. MARGARETA F. Ioachimi I. Marchionis Brandeburgij, vidua Georgij Ducis Pomeraniæ: mater ex ipso facta trium marium, totidem fœmellarum:

CAROLI Principis Anhaltini, Comitis Ascaniæ, Dynastæ Bernburgi & Seruestæ, primogeniti IIX. Kal. Decemb. A. C. 1534. hora 4. min. 30. ante meridiem: qui ... obijt ... III. Non. Maij A. C. 1561 climacterico suo tertio: sepultus Seruestæ in æde S. Bartholomæi. Vxor ANNA F. Barnimi IX. Ducis Stetini & Pomeraniæ postmodò nupsit Henrico Plauensi, Burggrauio Misnensi; & post eum Iodoco Comiti Barbiensi.

IOACHIMI ERNESTI Principis Anhaltini, Comitis Ascaniæ, Dynastæ Bernburgi & Seruestæ, nati XII Kal. Nouemb. A. C 1536. hora sesquinona ante meridiem. Hic post vtriusq; fratris ex hac vita migrationē, summa sapientiæ, & pietatis, nec non iustitiæ laude Reipub gubernacula annos triginta tenuit sedem. Dessauiæ in ardenti inuocatione filij Dei expirauit IIX. Id. Dec. A. C. 1586. vesperi hora 8. (quo eodem die & momento olim decesserat patruus ipsius princeps Ioachimus) quinquagenario maior diebus XLV horis XI. scrupulis 30. Sepultus Seruestæ. Ex binis coniugibus numerosa prole beatus: nempe

ꝶ ex AGNETE F. VVolfgangi Comitis Barbiensis, ducta A. C. 1560. mortua A. C. 1569.

ANNA MARIA nata A. C. 1561. nupta Ioach. Friderico Duci Lignicio & Bregano A. C. 1577.

AGNETE nata A. C. 1562. XVI. Kal. Octob. quæ bima obijt Bernburgi.

ELISABETHA nata A. C. 1563. VII. Kal. Octobris, in matrimonium collocata Ioanni Georgio Marchioni Brandeburgio Septemuiro A. C. 1577.

SIBYLLA consorte Friderici Comitis VVirtembergij & Mompelgardij, nata Bernburgi A. C. 1564 IV. Kal. Octobris.

IOANNE GEORGIO Principe Anhaltino Comite Ascaniæ, & dynastæ Seruestæ ac Bernburgi, nato Hatzkerodæ A. C. 1567. VII. Id. Maij hora 10. antemeridiana. Nuptias celebrauit Haderslabiæ cum DOROTHEA Comite Mansfeldia 22. Febr. 1588.

CHRISTIANO Principe Anhaltino, Comite Ascaniæ, Domino Bernburgi & Seruesti, nato Bernburgi A. C. 1568. V. Id. Maij, hora 3. min. 50. pomeridiana.

ꝶ ex ELEONORA F. Christophori Ducis VVirtembergij, ducta A. C. 1578. quæ post mariti excessum nupsit Georgio Comiti Prouinciali Hassiæ.

BERNARDO Principe Anhaltino, nato Dessauiæ VII. Kal. Octobris A. C. 1571. hora 1. matutina.

AGNETE HEDVIGE nata Dessauiæ A. C. 1573. IV. Id. Martij: nupta Augusto Saxoniæ Electori A. C. 1586. III. Non. Ianuarij: & eo fatis absumpto, Ioanni Duci Holsatiæ A. C. 1588. 14. Februarij.

DOROTHEA MARIA nata Dessauiæ A. C. 1574. VI. Non. Iulij.

AVGVSTO Principe Anhaltino, Comite Ascaniæ, nato Dessauiæ A. C. 1575. pridie Idus Quintiles.

RVDOLPHO Principe Anhaldio, nato Hatzkerodæ A. C. 1576. V. Kal. Nouemb. hora 8 pomeridiana.

IOANNE ERNESTO Principe Anhaltino, nato Dessauiæ A. C. 1578. Kal. Maij hora 2. antemeridiana.

LVDOVICO Principe Anhaldio, Comite Ascaniæ, nato Dessauiæ A. C. 1579. XV. Kal. Iulij hora 2. matutina.

SABINA nata Dessauiæ A. C. 1580. VII. Id. Nouemb. hora 7. matutina.

IOACH. CHRISTOPHORO nato A. C. 1582. Non. Quintil. hora 4. min. 30. post meridiem:

meridiem: qui infans anni vnius obijt, quem diebus decem excessit, XVII. Kal. Sextil. A.C. 1587. manè post horam nonam.

ANNA SOPHIA nata Dessauiæ A.C. 1584. XIIX. Kal. Quintil. hora 23. min. 30. post meridiem.

MARIAE vxoris Alberti Comitis Barbiensis, natæ A.C. 1538. Kal. Decembris: defunctæ in puerperio 1563. VII. Kalend. Maij.

BERNARDI principis Anhaltini, Comitis Ascaniæ, Domini Bernburgi & Seruestæ, nati A.C. 1540. XVI. Kal. Aprilis: defuncti Dessauiæ Kal. Martij A.C. 1570. ætatis suæ trigesimo completo, demptis diebus XVI. Ex CLARA F. Francisci Ducis Luneburgij, genuit

FRANCISCVM GEORGIVM defunctùm A.C. 1578. VII. Id. Septembris.

MARGARETAE natæ A.C. 1543. XV. Kal. Septembris: mortuæ A.C. 1547. IIX. Kalend. Sextilibus.

ELISABETHAE natæ A.C. 1545. pridè Idus Octobris. Hæc primùm Abbatissa Gerenrodensis, postea in manum tradita est VVolfgango Comiti Barbiensi.

NICODEMI FRISCHLINI
AVLAEVM PRINCIPVM ANHALTINORVM, ELECTORVM BRANDEburgiorum & Saxonicorum.

QVis genus Ascanidum nescit? quis Anhaltica
rura,
Virtutesq́, virosq́, & magna nomina gentis
Balstadiæ? quis non generosæ mentis Othonem
Nouerit? Henrici qui Cæsaris arma secutus;
Vandaliæ populum bello superauit: & hostem
Compulit ad fœdus neglectæ pacis iniquum.
Saxonici fuit ille gener Ductoris: & oram
Brandemburgensem Imperij Septemvir ab æquo
Cæsare, Marchiacaq́ domus moderamina cepit.
Filius huic, Vrsi, ALBERTVS, cognomine dictus:
Qui Sorabos, Henetosq́ suæ ditionis ab ora
Expulit: & patrios induxit in arua colonos
Vandala: Christiadumq́ fidem, verbumque salutis
Intulit: & gentes firmauit legibus æquis.
Quid loquar Alberti natum felicis OTHONEM,
Vandalicæ gentis fulmen: qui condidit amplas
Limite Marchiaco diuis cœlestibus ædes?
Quid te, fortis OTHO: qui Cæsaris arma secutus,
Sponte Palæstinas intrasti signifer oras,
Et domito nobis Saraceno reddis Ioppen?
Quid referam ALBERTVM, Friderici Illustris
Achatem
Cæsaris: Albertum, qui Saxona contudit armis:
Parthenopenq́ domat, rapidas vbi Vesuius iras
Egerit, abruptis voluens incendia flammis?
Excipit hunc Septemvir OTHO: qui forte Bohemo
Auxilium socero tulit; atque è finibus Hunnos
Eiecit patrijs: & facta pace sequestra,
Francorum Viadri cis ripas condidit vrbem.
Nec reticendus OTHO: quem fidus in orbe Rudol-
Delegit generum Cæsar, propriamq́ dicauit (phus
Heduigen: pulcra quæ fecit prole parentem.

Nam tres hinc nati, qui sceptra tulere per oram
Marchidos: eque viris gesserunt nomina septem.
Post rapidum patrui fatum Pragensis IANI,
Primus OTHO, post ALBERTVS, longo vlti-
mus æuo
HERMANNVS: gener hic Alberti Cæsaris, An-
Consortem thalami caro cum pignore vidit. (nam
Inde subit patri soboles illustris IANVS
Elector: quem VOLDEMARVS, duce & auspice
Christo,
Excipit: infrenes hic Marte potente Lusatos
Contudit, & valida Sclauos virtute repreßit.
Post quem Marchiacas tenuit Septemvir habenas
Filius HENRICVS, patrij non degener oris:
Præcocibus nimium sublatus ad æthera fatis.
Abstulit hunc Boius tandem Ludouicus honorem
Ascaniæ genti; natumq́ in Marchidos ora
Substituit latè Regem, Septemq́ virorum
Apposuit numero. Sic rerum voluitur ordo:
Sic Deus ille vices sortitur & omnia versat.
Quid verò memorem, serie quos scimus eadem
Pronatos, Septemque viros, Dominosq́ potentes
Saxoniæ: insignes animas & fortia quondam
Pectora: quæ mundi valuere euoluere curas?
Quis genus Ascaniæ Bernhardum nescit, Othonis
Progeniem Magni, atque Vrso genitore creatum?
Qui Dux Imperij Friderico haud segnis adhæsit;
AEnea cui tribuit cognomen barba: laborum
Militiæ comes, & sumptis animosus in armis.
Quis nescit sobolem Albertum: qui castra secutus
Cæsaris, ingenti adflixit hostilia clade
Agmina, & innumeris impreßit secula bellis?
Ehen, quos duros non pertulit ille labores:

Dum res Saxoniæ magno turbante tumultu
Composuit: Cimbrosque ab auitis depulit oris:
Eripuitque hosti cinctum obsidione Lubecum,
Et raptam, Imperio magna vi reddidit vrbem.
Nec satis hoc: procul hinc Nili penetrauit ad vndas,
Infreuesque adijt Phariot, & inhospita Solis
Mænia, Germano stipatus milite, vertit.
Quis genus ALBERTI patrio coguomine clarum
Nou uerit? cui Saxoniæ fuit vtraq; tellus
Snbdita, finitimo tellus metuenda Turingo?
Et quisquam uati Alberti memorabile nomen
Ignoret, laudesq; viri, præclaraque facta:
Qui regnum Oceano, famam definijt astris?
Ille & Parthenopen superauit ad Albidos vndas:
Et latè populos armato Marte rebelles
Oppreßit: victos seruauitque aggere muros.
Diue Rudolphe. tua gener hic Agnete superbus,
Suscepit patri similem virtute RVDOLPHVM,
Imperij Ensiferum: qui Parthenopæa subegit
Mænia, & hostilem vastauit milite terram.
Filius huic compar & nomine, & ore, RVDOL-
PHVS,
Et valida dextra: qui Regi armata Philippo
Agmina Saxonicus bello deduxit ab oris:
Qnum regnum duris Edoardi inuaderet armis
Gallus; vt edomiti frueretur mœnibus Angli.
Quid VVENCESLAVM loquar, inferiore potitũ
Saxonidos terra, rapidus qua labitur Albis,
Et magno vndarum Luneuses gurgite muros
Pulsat, & alato petit æquora Baltica lapsu:
Quaque ferit prisci sedem Brunouis Ouacra
Gurgite diuiduo, mediamque interluit vrbem?
Quid Moguntini subeuntẽ vincla RVDOLPHVM
Præsulis; & lenta sublatum tabe veneni?
Quid mitem ALBERTVM, quem sors inopina fa-
Pauperis ingressum tugurî, sub culmina, dirã (tigat,
Vulcano superante domum? Nam præcoce fato
Dum perit hic, nullamq; sua de coniuge prolem
Liuquit: neglecto Rex Sigismundus ERICO,
Ensiferum creat Imperij, dominumque plagorum
Saxoniæ instituit Fridericum, Misnidos oræ
Marchiadem charum sibi, Tyrigetumque potentem
Laugraphium. Sic Ascaniæ sors improba genti
Opposuit non æqua pedem, vultumque serenum
Contraxit: veteres bis dedignata penates.
Nec bene Voldemaro voluit Ludouicus agrorum
Arbiter Ascanio: nec Sigismundus Erico.
Fama tamen superest nulli delebilis æuo,
Ingenij quæsita bonis: & stemmate eodem
Linea descendens: & longa à stirpe nepotes
Vrsigenæ: quorum iamdudum innotuit orbi
Præsignis virtus, neque quenquam facta latere
Possunt, annales veterum qui fortè reuoluit.
Ecquis enim Henricos, & magnanimos Bernhar-
dos,
Voldemarosq; duces, & Othonia corda nepotum
Nesciat, Ascania natos de gente dynastas?
Et quis (vt è multis hîc proxima nomina tangam)
ERNESTVM non nouit auum: cui Magarĩs
Vxor
Monsterbergiaci proles Ducis, & pia neptis
Magnanimi Boiebracij; qui fortibus armis
Sceptra Bohemorum defendit, & Auspice Christo
Huuniadem repulit; Ioannis strenuus Hußi
Assertor, reproba contempto fulmine Romæ?
Quis non Ascanij Mauortia facta RVDOLPHI
Audijt: vt Venetos genus insuperabile bello
Vicerit, insigni redimitus tempora palma:
Quando Cæsareas ductauit in orbe cohortes
Ausonio, & victo statuit super hoste tropæum?
Aspice, vt insignis spolijs incedit opimis
VOLDEMARVS, victorq; viros supereminet
omnes:
Quem sese ore ferens: quàm forti pectore & armis.
Heu pietas, heu prisca fides, inuictaque bello
Dextera: quid referam te, Dux VVOLFGAN-
GE vetusta
Gentis honos, belli doctum feliciter artes:
Seu faciem diræ velles componere pugnæ:
Seu positis tutam castris deducere fossam?
Te non Pontificum vultus, non gloria Regum,
Non fallax reprobi peruertit gloria mundi.
Quis procul ille autem, ramis insignis oliuæ
Sacta fereus? nosco crines, mitrataque veri
Tempora Pontificis: qui nostras impiger artes
Hausit, & Ausoniæ didicit commercia linguæ:
Eloquioq; animum formauit, & ora, GEORGVS.
O magnum præstante animi pietate fideq;
Heroũm: quis digna canet præconia tanto
Principe? quis laudem meritis virtutibus æquet?
Par illi pietate fuit IOACHIMVS Anhalti
Munificus Princeps: qui Dessouiana poliuit
Limina, & antiquam renouauit sedulus arcem.
Nec minor Ernesto Ioannes: cui sua coniux,
Brandemburgiaco nuper Electore creata
MARGARIS, æterno Princeps dignißima seclo.
Hinc satus ERNESTVS, pietatis idoneus auctor,
Heros magnanimus, sumptisq; vir impiger armis,
Iustitiaq; tenax, & seruantißimus æqui:
Corpore cui validum robur, cui pectore virtus
Viuida, & ingenium fortuna maius iniqua.
Care Deo Princeps, patriæ qui tutor es oræ:
Quid dignum memorare tuis virtutibus vsquam,
Vox humana queat? tibi dextera nescia frangi:
Tecum honor, & laudes, & læto gloria vultu,
Et decor, & niueis volitans victoria pennis:
Tecum cana fides, & mens ignara nocendi,
Et pietas, cultusque Dei, superumque timores:
Quæque tua sub mente Themis sibi limina fixit:
Tecum Astræa suas retinens in sedibus vrbes,
Et pudor, & læta custos clementia terræ.

ELIAE REVSNERI LEORINI

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI

De Familijs Regum & Principum aliorumq; Procerum orbis Christiani

STIRPS HERVLA

Qua

Stemmata produxit illustria

duo:

I. REGVM & PRINCIPVM VANDALIAE siue Obotritorum.

II. DVCVM MEGAPOLENSIVM, Stargardiæ & Rostochij Dominorum, &c.

ILLVSTRISSIMIS POTENTISSIMISQVE Principibus ac Dominis

D. VLRICO Episcop. Suirinensis Administratori.

Et

D. IOANNI, & SIGISM. AVGVSTO FRATRIB. GERMANIS,

Item

D. CHRISTOPHORO & D. CAROLO

Ducib. Megapolensib. Principib. Vandaliæ, Dominis Stargardiæ & Rostochij, &c.

DOMINIS CLEMENTISSIMIS D. D. D.

STIRPIS INCLYTAE HERVLAE

Stemma Primum

REGVM ET PRINCIPVM HERVLORVM AC VANDALORVM.

Reges Herulorum siue Obotritorum.

NTHYRIVS primus Rex Herulorum, paternam originem ab Herulis in VVagria, maternam ab Amazonibus ducens: fertur in Asia militasse Alexandro Magno Monarchæ potentissimo: & post huius fata, per mare Venetum siue Balthicum domũ reuersus; ad littus maris ædificasse Stargaruum, Magapolin, à quo posteri nomen traxere, VVerlam, & alia castra. Quia autem in memoriam Bucephali (equi illius Alexandri Magni capite taurino, quo in bellis vsus fuisse traditur) taurini capitis insignia in velo nauis tulisset; in prora verò aurei gryphonis signum statuisset: hinc factum esse, memorant Annales; vt omnes ab eo principes descendentes, qui Herulis, VVinitis, Rugianis, Obotritis imperitarunt, insignia taurini capitis & aurei gryphonis vsurparẽt. Vxor SYMBVLLA Regina Gothorũ.

AVANAS secundus Rex Herulorum siue Obotritorum, Megapolensium & VVagriorum. Vxor ORITHYA siue Orahia, filia N. Regis Sarmatarum.

ANTHYRIVS II. Princeps Obotritorum.

FREDEBALDVS.

SICHEA vel Suhertus.

RADAGASTVS.

BRANDEBARDVS siue Brandobertus.

VVISIBERTVS.

DOMICVS.

BARVANVS.

TEVERIVS.

ALIMER tertius in Herulorum regia serie patri succedens; paternas ditiones post illius excessum annos administrauit LXXV. Princeps bellica laude insignis. Vita excessit A. M. 3874. ante Christi Saluatoris natalem 96. Vxor IDA Regina Rugiorum.

ANTHYRIVS III. quartus à proauo ἡγεμὼν Herulorum, Megapolensium; & VVagriorum Rex: in fata concessit ante salutiferum Virginis partum anno 34. potestatis suæ LXII. Vxor MARINA, filia Regis Iutlandiæ vel Daniæ.

RVGILANDVS. VISILAVS. Principes Obotritorum.

HOTHERVS secundùm patris obitum quintus Herulorum, Megapolensium & VVagriorum publicum obiuit regimen: quod tenuit annos vndeseptuaginta. Obijt à Christi Seruatoris natali anno 35. Vxor IVDITHA Regina Finlandiæ.

VISILAVS gessit in Regum ordine sextus Herulorum Megapolensium & VVagriorum imperium annis LVI. Fato sublatus A. C. 91. Vxor TIBVRNIA vel Tiburtina Regina Noruegiæ.

VVITISLAVS Rex Obotritorum, Megapolensium, & VVegriorum, fatali morte absumptus A. C. 127. regiminis sui XXXVI. Vxor ANARNIA Regina Gothorum.

ALARICVS inter Herulos, Megapolenses, & VVagrios octauus rei summam potitus: eam tulit annos XXXV. celebris bello cum Sunnone Franco gesto, qui colonias in eam duxerat regionem, vbi nunc est Marchia Brandeburgensis. Obijt A. C. 162. Vxor BELLA filia Regis Vbiorum, qui circa Coloniam Agrippinam suas habuere sedes.

DIETERICVS siue Tritieus, nonus, qui inter Herulos, Megapolenses & VVagrios supremum egere magistratum: Marcomirum in Zenonibus regnantem prælio

quidem

quidem superauit: nihil tamen ipsi, res suas strenuè tutanti, eripere potuit. Branconem, vrbis Brandeburgicæ conditorem interemit A. C. 170. Mortuus A. C. 201, summæ administrationis vndequadragesimo. Vxor DIANA F. Reguli Treuirensium. *Reges Herulorum & Obotritorum.*

TENERICVS Rex Herulorum, Megapolensium, & VVagriorum decimus, summæ rei præfuit annis XXXVI. Rebus humanis exemptus A. C. 237. Vxor BIGONA F. Fridigerni Regis Turingiæ.

ALBERICVS patri demortuo in regno Herulorum, Megapolensium, & VVagriorum successor dictus: vi subegit Gotlandiam & Sueciam. Naturæ concessit A. C. 282. regiminis sui XLV.

VISIMARVS Rex Herulorum, Vandalorum, Megapolensium & VVagriorum: res apud exteras nationes gessit maximas. A Geberico Gotho expulsus: à Constantio Cæsare parte regni Vngarici est donatus. Ab eo ciuitas VVismariensis & nomen & originem accepisse creditur. Inter viuos esse desijt A. C. 326. regiminis sui XLII. Vxor AMALOSVNTHA Saxoniæ Regina.

MISIZLAVS tertius supra decimum Herulorum rei summus administrator, Rex item Poloniæ & Gotlandiæ, naturæ debitum persoluit A. C. 368. regni sui XLVI. Vxor N. Reguli Treuirensis F.

RADAGASTVS vel Radagaisus, Rex Herulorum, Megapolensium & VVagriorum dynasta XV. terror orbis, fulmen belli: manu ducentorum millium collecta Alarici Gothorum Regis auxilio in Thracia, Pannonia, Norico & Illyrico bella gessit atrocissima: hostili animo omnia diripiens & depopulatus. De Christianis deinde nomine penitus abolendo cogitans, dijs suis gentilitijs Romanorum sanguine litare deuouit. Romam itaque secundissimo cursu, sine vllo impedimento procedens: à Stilicone, copiarum Honorij Imp. ductore, in saltibus Apennini, vbi copiam explicandæ aciei non habebat, inclusus: vno die ad centum millia suorum desiderauit. Qua clade accepta, cum reliquijs paucis quodam terrore perculsus, & in faucibus Fæsulanis obsessus, fameque ac siti pressus, in fuga tandem captus & obtruncatus est A. C. 405. Sic is, qui terrore sui nominis mores Italorum ad frugem reuocauit: diuini numinis potentia victus, idolatratum perfidiam argumento luculentissimo redarguit. Fuit cum imperio annis XXXV. Vxor CELIA.

CORSICO inter Herulorum Reges, Megapolensium & VVagriorum dynastas locum tenens quintumdecimum: paternam vindicaturus necem, Gothorum Vandalorumque auxilijs per Galliam ad Pyrenæos vsque montes hostilem exercitum duxit: templa ædesque sacras vbique locorum vastans: ciuitates plurimas euertens sacerdotes & episcopos, quotquot comprehendere potuit, neci dans: nec vlli sexui aut ætati parcens. Vxor FLORA Principissa Picardiæ.

FREDEBALDVS Rex Herulorum, dynasta Megapolensium & VVagriorum in ordine XVI. Italiæ extremè infensus, ... Vxor THEMIORNA Regis Gotthorum F.

GVNDERICVS septimus supra decimum in serie Regum Herulorum, annis sedecim rem tenuit Vandalicam. Vir bellicosus & fastuosus: quippe qui Hermericum Sueuorum Regem in Narbasorum montibus obsedit: qua tamen obsidione soluta, in Hispanias cum exercitu mouens, eas occupauit: Baleares insulas spoliauit: Carthaginem euertit: in Bœtica Hispalim diruit: omnia cæde ac præda miscens. Vrbe hac capta, impiè elatus, quum manus in illius quoque extendisset ecclesiam: illicò iusto Dei iudicio à Dæmone concerptus interijt A. C. 429. Vxor ELISA Regis Granatæ F.

GENSE-

Reges Vandalorum & Herulorũ.

GENSERICVS siue Gizericus, Vandalorum & Herulorum Rex XIIX. Megapolensium & VVagriorum Dynasta: vir Mauortius, astutus, in occasiones varias intentus, fœdera faciens & violans pro libitu, Sertorio non multum absimilis: regnum in alienis terris non magnis admodum copijs est adeptus. Etenim Gothis & Vandalis de Hispaniæ possessione acie inter se decertantibus: ipse Gothis impar, à Bonifacio duce bellico Imp. Valentiniani euocatus; adduxit in Africam quinquaginta millia Vandalorum: vbi prouinciam nactus speciosam: pacem cum Romanis compositam in cladem conuertit Ecclesiæ: fidem enitens Catholicam intra regni sui limites subuertere; eamque Ariana impietate, qua ipse infectus erat, obruere. Quare omnia populationibus, incendijs, cædibus permiscuit, adeo vt nec tenellæ innocentiq́ue ætati parceret: templa, cæmeteria, & id genus alia destruxit & combussit: sacerdotes ipsos partim exilio mulctauit, partim atrocissimis supplicijs excruciauit. Exinde quoque vbi accepit, Honorium Imp. nouo in Gallia implicari bello: pace cum Romanis rupta, Carthaginem proditione occupauit & diripuit A. C. 439. XIV. Kalend. Nouembris: regniq́ue Vandalici hoc modo in Africa fundamenta iecit. Mox superbia & plura possidendi cupiditate inflammatus, in Siciliam traiecit: Panormum obsedit: totamq́ue insulam grauiter afflixit, vastauitq́ue. Ex Africa ab Eudoxia Imperatrice Romam accersitus contra Maximum tyrannum: vrbi quidem ipsi pepercit: verùm omnia prædæ ac direptioni dedit: ingentemq́ue hominum vim omnis sexus atque ætatis secum abduxit. In reditu Capnam & Nolam diripuit. Denuo in Italiam traiecturus: à Basilisco patricio nauali prælio victus: vbi domum redijt, tyrannidis pariter & vitæ finem fecit A. C. 477.

GVNTAMVNDVS Vandalorum Princeps.

HONORICVS alter Vandalorum in Africa Rex: patri sicut in regno, ita & in tyrannide aduersus Orthodoxos successit: quem in hac quoque superasse traditur: frigidam eius furori suffundentibus Arianis Episcopis. Honestas matronas ac virgines nudatas suspendit: facibus vssit corpora: mamillas & brachia, Arianæ impietati assentire nolentibus præscidit: Quum itaque supplicijs atque exilijs multa hominum millia sustulisset: Christumq́ue adeò ipsum de diuinitatis suæ throno deturbare niteretur: in medio furoris sui cursu repressus est. Grauissimam namque sterilitatem secuta fames, & hanc pestis est: in qua ipse vlcere virulento correptus, vermibus toto corpore scatens, miseranda morte interijt: ita vt non cadauer, sed cadaueris partes viderentur sepultæ A. C. 484. tyrannidis suæ septimo. Vxor EVDOXIA F. Imp. Valentiniani III. marito deserto, Hierosolymam concessit: vitam istic in lacrymis & precatione finiens.

GENZON maior natu F. Princeps Vandalorum, patrem morte præuenit.

GVNDAMVNDVS tertius Vandalorum in Africa Rex Christianos maiorum exemplo grauioribus afflixit supplicijs. Impiam animam exhalauit A. C. 497. regni XII.

THRASIMVNDVS Rex Vandalorum in Africa quartus, fuit cum tyrannide annis XXV. Hic licèt à Cristianorum supplicijs abstinuit: præmijs tamen & honoribus eos ad Arianam perfidiam allexit. Obijt A. C. 512.

GILIMER vltimus Vandalorum in Africa Rex: Hildericum patruelem calumnijs onerans, regnum eius arripuit: eoq́ue capto atque occiso, in Orthodoxos sæuire perrexit. Quinto tyrannidis suę anno à Belisario captus: iustissimas suæ crudelitatis pænas expendit: cumq́ue ipso Vandalorũ reliquiæ in Africa simul deletæ sunt A. C. 534.

VISILAVS vndevigesimus regum Herulorum siue Obotritorum, Dynasta Megapolensium & VVagriorũ, vita decessit A. C. 486. regiminis sui XVI. Vxor ADELLA Saxoniæ Regina.

ALARICVS Herulorum Rex XX. Dynasta Megapolensium & VVagriorũ, primo supra vigesimũ anno, quàm summum magistratum inijt: in viuis esse desijt A. C. 507. Vxor THEODORA Burgundiaca.

HILDE.

Obotritorũ Reges.

HILDERICVS quintus Vandalorum in Africa Rex, à matre fide Christiana imbutus, Ecclesias in Africa restituit, & Christianos ab exilio reuocauit. Princeps pius, mitis, sed ad arma tractanda minimè idoneus: septimo regni anno, qui fuit A.C. 529. per seditionem à Gilimero captus, & aliquanto post occisus.

ALBERTVS Rex Herulorum siue Obotritorum XXI. Dynasta Megapolensium & VVagriorum: fuit cum imperio annos vndeuiginti. Obijt A. C. 526. Vxor SIRISSA Sarmatica.

IOANNES Rex Obotritorum XXII. Dynastæ Megapolensium & VVagriorum, post rei summam annis XL. administratam, inter viuos esse desijt A.C. 566. Vxor EVPHEMIA Noruegiæ Regina.

RADAGASTVS II. tertium supra vigesimum, inter Herulorum Reges, Megapolensium & VVagriorum dynastas, locum tenens: cum Mysis & Marcomannis manus conseruit. Vxor VBERTINA Regina Granatæ.

VVISISLAVS Rex Obitritorum XXIV. Megapolensium & VVagriorum dynasta. Vxor HAZIGA Regina Daniæ siue Iutlandiæ.

ARIBERTVS Rex Herulorum siue Obotritorum XXV. Dynasta Megapolensium & VVagriorum: contra Carolum Magnum misit VVilzam: sed quia acie fusus, Brandeburgum amisit A. C. 789. Eundem postmodò Imperatorem secutus; fidem Christianam quidem suscepit vna cum baptismo: in idololatriam tamen mox relapsus est. Vxor HILTEGARDIS soror Fastradæ, coiugis Caroli Magni.

BILLVNGVS siue Billug, iuxta Helmoldi sententiam Ariberti F. Rex Herulorũ siue Obotritorum potentissimus: Brandeburgũ, Harlungis cæsis, occupauit A. C. 598. ditionemq; suam à Vistula fluuio vsq; ad Visurgim, & à Viadro ad Holsatiã vsq; siue Nordalbingiam extendens, Vandalis & Sarmatis longe lateque imperitauit. Sedem suam habuit Megapoli: fidemque Christianam suscepit, baptizatus à VVagone Episcopo Aldenburgio: non multo tamen pòst ceu canis ad vomitum rediens, bona ecclesiastica partim fraude, partim vi diripuit. Vxores habuit duas: MEDEAM Sarmatiæ principissam, ethnicam: & N. sororem VVagonis Episcopi Aldenburgij Christianam; quam ad Dæmonum cultum relapsus postmodo repudiauit. *Ab hoc historici hactenus omnes stirpẽ Ducum Megapolensium deduxere.*

MISIZLAVS Regulus Herulorum, Dynasta Megapolensiũ & VVagriorum: nominis & religionis Christianæ hostis infensissimus: eam suis subditis & proceribus prorsus denegauit. Obijt admodum senex, anno duntaxat vnico minore centenario, vt quibusdam placet A.C. 999. Vxor SOPHIA F. Bileslai Pincipis Vngariæ.

NACCON Princeps Vãdalorum, Lusatorum & Cassuborũ, acerrim' Christianorũ hostis: VVigmanni Bilingi instinctu Othoni I. Imp. bellũ inferens: abseo cum duce suo Steigneo victus capt' que est.

SEDERICVS Princeps Vandalorum, Cassuborum & Rugiorum: Marchionatum quoq; Brandeburgicũ tenuit.

SEDERICVS à Bernardo Duce Saxoniæ Electore captus circa A. C. 1021. & ab Heneto magno ære redemptus: Obijt ...

HODICA Abbatissa Megapolensis, à fratre Misizlao ex cœnobio retracta, Boleslao Duci; mox Regi Poloniæ elocata traditur.

MISTEVOIVS seu *Mistiuus*, Regulus Obotritorum, dynasta Megapolensium & VVagriorum, ob fortia facta Gigas fortissimus cognominatus: primùm religionis Christianæ assertor, in vxorem duxit MARGARETAM neptem Henrici Aucupis Cæsaris Augusti: qua defuncta, Bernardus Dux Saxoniæ Elector ob fidelem sibi in bello Italico nauatam operam, sororem suam MECHTILDEM ipsi despondit. Quibus nuptijs Misteuoius postmodò frustratus, Theodorico Marchione Brandeburgio eas turbante: (quippe qui Bernardo Saxoni, ne sororem Heneto cani in matrimonium collocaret, auctor fuerat) hanc quoque ignominiam & con-

MVZZADRAGVS Princeps Henetorum & Rugiorum Christiani nominis persecutor acerrimus.

Obotritorũ Reges. & cõuicium vlturus; se canis instar latraturum, & morsus illaturum ingentes afferens: religionem Christianam illicò abiecit: copijsque conscriptis, Holsatiam magna crudelitate diripuit: Altenburgi L X presbyteros, Cruce capitis in crucis formam incisa, per omnem ditionem circumductos, misere randem ingulauit: Hamburgo direpto, magnā in Christianos quosuis persecutionem exercuit, ipsum Theodoricum, acie victum castrisq; exutum, Marchia expulit: Brandeburgum & Hauelbergam occupauit. Pœnitentia tandem ductus, & gentilitate abiecta ad Christi fidem reuersus: quum eam amplius deserere nollet; ab incolis regno suo exactus, Bardouici consenuit fidelis. Ibidem post obitum sepultus A.C. 1025.

ANADRAG Obotritorum Regulus XXIX. Dynasta Megapolensis, & VVagriorum: à Conrado II. Imp. occisus A.C. 1025.

NICLOTVS I. Princeps Obotritorum.

VDO Obotritorum Regulus, Dynasta Megapolensium, VVagriorum, Polaborum, & Marchiæ Brandeburgensis: maximus Christiani nominis persecutor: ob infidelitatem, & tyrānidem suam, iusta Dei *vindicta*, à quodam Saxone transfuga ex improuiso confossus, impiam animam exhalauit A. C. 1032. Vxor MARINA F. Canuti Magni Regis Daniæ.

GNEVS instinctu Theorici Marchionis Brandeburgij ab Henrico II. Imp. suspendij supplicio enectus.

GODESCALCVS Regulus Obitritorum XXXI. Dynasta Megapolensium: VVagriorum, Polaborum, & Marchiæ Brandeburgensis: Luneburgi in fide Christiana & bonis artibus institutus: nece patris audita, fidem abiecit eum literis: latronumque manu collecta, quo parentis manibus parentaret, vniuersam Nordelbingorum terram vastauit: ac tantas in Holsatia ac Stormaria strages edidit, vt omnem crudelitatis modum excessisse indicaretur. Tandem à Bernardo Saxonum Duce & Electore captus: nec multo post ob insignem suam fortitudinem honorificè dimissus: Canuto Danorum Regi, auo suo materno, multis annis militauit: & celeberrima Noruegiæ, Angliæ & Scotiæ regna debellauit. Ex Dania reuersus, principatu recuperato, ad Christianam restaurandam religionem, quàm priùs cane peius & angue oderat, animum adiecit: totamque penè maritimam Vandaliam Christo acquisiuit atque reduxit: tanto illius ardens studio, vt sæpius exhortationes ad populum in templis ipsemet habuerit. Ad extremum à proprijs subditis, Vandalis apostatis, Leontij ad aram iugulatus, martyrij palmam meruit A.C 1066. VII. Idus Iunij. Fuere in eius matrimonio primò SYMBVLLA F. Mieslai II. Regis Poloniæ: deinde SYRITHA F. Suenonis II. Regis Daniæ, neptis Vlfonis Ducis Anglicani: quæ Episcopatum Megapolensem, à Godescalco fundatum, Suerinum transtulit: & breui post mariti cædem ipsa quoq; à Sclauis Megapoli rebus omnibus spoliata, & ludibriose vestibus detractis nuda in exilium eiecta, & tandem occisa est A.C. 1066.

Filia N. nupsit Blussoni VVinirorum Principi: qui A.C. 1064. Hamburgum vnà cum ducatu Slesuicẽsi crudeliter diripuit vastauitque: à Sclauis tandem trucidatus A.C. 1086.

BVTHVE Regulus Obotritorũ XXXII. natus matre Poloniæ Regina. De quo vide signum ✠

HENRICVS I. matre Daniæ Regina natus, Regulus Obotritorum XXXIV. post Crucouem vel Critonem tyrannum: quem ex Dania: quo se à parentis interitu fuga contulerat, reuersus; conuiuio opulento exceptum & inebriatum, instinctu & opera propriæ ipsius coniugis, quum incuruus vtpote senio confectus vaporario exiret, securi percuti iussit. Sclauos imperium eius detrectantes, copijs adiutus Magni Saxoniæ Electoris & Nordalbingorum, circa Smilauiam ingenti clade vicit & subiugauit: Rugianos in vltionem Crusonis Lubecam obsidentes, eodem milite in auxilium reuocato, in monte Rabenbergo cecidit, fudit, fugientes in aquis submersit: cæteros tributarios fecit: Stoderanos & Brizanos in Marchia rebelles imperata facere coegit. Hauelburgum obsidione cinxit ac cepit: totique regioni tributum annuum imposuit. Cæterùm animum ad laudabilem Reipub. gubernationem adijciens, latrones sustulit: religionem Christianam restituit: ædes sacras, bellorum tempestatibus dirutas reædificauit. Porrò Nicolao Danorum Regi, maternam hæreditatem ipsi neganti, bellum inferens; Slesuicensem principatum occupauit: Danos Lubecam capientes, ad Suartouiam, vbi sedem suam perunque habebat, multis velitationibus superauit, ditioneque pepulit. Cum cognato

gnato

gnato suo Canuto Duce Slesuigæ similiter vario marte decertauit: cuius postea industria & humanitate res amice composita est. Obijt A. C. 1122. Heros bellicosus, magnanimus, & Christianæ pietati addictissimus. Vxor SCLAVINA *F. Olai Regis Daniæ, vidua Critonis Rugiani.* *Reges Obotritorum.*

ZVENTEPOLCVS Regulus Obotritorum quintus supra trigesimũ; Dynasta Megapolensium & VVagriorum: hæreditatem paternam solus obtinere satagens, Canutum fratrem superstitem in Plaue obsedit auxilio Holsatorum: qui videntes iniuriam ipsi illatam, fratri reconciliarunt. Amicitiã coluit summam cum Adolpho Comite Holsatiæ: & ciuitates VVarlam & Kiffynum ad VVarnouiam sitas expugnauit. Paulo post fratris cædem ipse quoq; confossus est à Dasone Holsato nobili, suo doryphoro, in Lutkinbergo.

MISTIVOJVS siue Mistivvous, patre incõsulto cum ducentis Saxonibus & trecentis Sclauis, irruptionem fecit in Linoges (Sclauos ad VVarnouiam sitos) rebelles: victorq; ac spolijs onustus ad patrem in castra Hauelbergensia reuersus: non multo pòst ad Ruppinum est occisus.

VVALDEMARVS à parente Rugianorum debellatorum constitutus præfectus: quùm eos exactionibus nimiũ grauaret: ab eis è medio est sublatus.

CANVTVS post obitum patris in Lutkinburgo per emptus, nõ sine consensu fratris sui Zuentepolci.

GOTOFRIDVS ante patrem mortuus.

SVINICO siue ZVINIKE Regulus Obotritorum, Megapolensium & VVagriorũ Dynasta: trucidatus apud Ertheneburgum vrbem Transalbinorum occubuit A. C. 1135. Anno. Post huius cædem, Lotharius Saxo Imp. Obotritorum terras tradidit tanquã feudum Canuto Duci Slesuicensi, qui idcircò Rex Obotritorum numeratur XXXVII. *& Pribitzlaum ac Niclotum Slesuigæ aliquandiu captiuos tenuit, donec λύτρῳ se liberarent.*

BVTHVE post patris Godescalci cædem Regulus Obotritorum XXXII. Dynasta Megapolensium & VVagriorum: à Critone, filio Grimi Rugiani, tyranno crudelissimo, regno exactus; ad Bardos profugit: à quibus licèt restitutus, suos tamen infidos est expertus: qui Critoni gentilium deorum cultori magis fauebant, quàm Godescalci filijs Christianis. Principatu itaque extorris, à Magno Saxoniæ Electore, qui Luneburgi tum commorabatur, auxiliaribus impetratis copijs, in VVagriam contendit: castrumque Plunense præter omnem opinionem viris vacuum sine vllo impedimento occupauit. Verùm repentè infesta illic à Critone obsidione pressus: conflictans cum fame & hoste, omnique auxilio destitutus, quum deditionem faceret: ab hostibus crudeliter vnà cum socijs Bardis est iugulatus A. C. 1067. Vxor HILTEGARDIS Ducissa Saxoniæ & Luneburgi.

PRIBIZLAVS siue Primislaus I. Regulus Obotritorum & Herulorum post Canutum Danum; à quo vnà cum fratre Slesuigæ captiuus detinebatur: Christiani nominis hostis infensissimus; superstitionem gentilem per omnia renouauit: dijsq; suis humanas quoque hostias immolauit. Nordalbingium latronum manu ingressus, suburbium Segebergense vastauit: monasterium eò loci recentur constructum, igne absumsit: Marchiam Brandeburgensem, Vdone I I. Electore eiecto, occupauit: vnde & Marchionis titulum sibi vendicauit. Quamuis autẽ post XXIII. annum, quàm Marchiam occuparat, communi Saxoniæ bello inde exactus sit: breui tamen eandem recuperauit, & ad exitum vsq;

Filia N. in vxorem collocata Principi cuidam Heneto in Polonia; filium ex eo tulit IASIVM: qui post auunculi excessum Brandeburgum occupauit: vnde tamen mox est eiectus ab Alberto Vrso Anhaltino, auxilijs VVichmani Archiepiscopi Magdeburgij A. C. 1157. III. Idib. Iunij.

NICLOTVS II. Rex Obotritorum vndequadragesimus, Dynasta Megapolensium: vnà cum fratre captus à Canuto Dano Rege Obotritorum: ipso perempto, regnum auitum Cæsaris beneficio recuperauit. Expeditione contra se mota ab Alberto Vrso Marchione Brandeburgio, Henrico Leone Duce Saxoniæ, & alijs Imperij proceribus: Adolpho II. Comiti Holsatiæ, fœdus ipsi deneganti, bellum indixit: VVagriamq; flamma ferroque vastauit: naues Lubecensium mercibus onustas incendit: Holsatis tamen & Vtinensibus pepercit. Tunc autem Dubinũ quod hic extruxerat, Imperij proceres

Reges Obotritarũ. *O vitæ retinuit. Primislauiam quoq; vrbem Marchiæ Vuariæ condidit A. C. 1138. quã CXLVII. annis pòst Barnimus I. Dux Stetinensis ampliauit. Vicelini tandem Episcopi Aldeburgensis in VVagria monitu & suasu, fidem Christianã amplexus: eóq; sacro fonte per Albertum Vrsum Marchionem Salsquellensem leuatus; nomen HENRICI accepit: illum autẽ postmodò Marchionatus Brandeburgici hæredem testamento scripsit. Sepultus dicitur in æde B. Virginis Deiparæ in monte Harlungorum A.C. 1142. Vxor PETRISSA F. Haraldi II. Regis Noruegiæ, à Vicelino vna cum marito Christo initiata.*

modò dicti Regis Daniæ auxilijs obsede-rũt quidẽ, vnà cum Demmino: verùm irrito conatu. Bellum namq; hoc certis conditionibus pacis, vt nimirũ Christianam fidẽ Sclaui susciperent, & Danos aliosq; captiuos dimitterent, sopitum est. Kycinos deinde & Circipanos rebelles domuit auxilio Adolphi II. Comitis Holsatiæ. Henricũ postea Leonem Ducem Saxoniæ videns à se alienatum; Lubeca insidijs frustrà tẽtata, eum magis exacerbauit: vtq; Sclauorũ terrã igne ferroq; depopularetur, tantùm Irritauit. Bello itaq; ab ipso petitus; omnia sua castra succendit, præter VVurleuiũ ad VVarnouiam situm: quo ab hoste obsesso, egressus velitatum, à frumentatoribus illius est occisus IIX. Kal. Iunij A. C. 1158. Vxor AMELIA Regina Sueciæ.

PRIBIZLAVS vel PRIMISLAVS II. Herulorum ad orã maris Balthici Rex vltimus, Dynasta Megapolensium: post patris cædem, cũ VVertizlao fratre nouis rebus studens: quum non contentus ditione Kycinorum & Circipanorum, ad Obotritorũ quoq; terram, belli iure ab Henrico Leone Duce Saxoniæ sibi fratriq; ademptam, aspiraret: ei rebellauit. Cũ quo tamen non congredi ausus, cum Sclauis suis in nemora cessit: & fratre VVertislao obside dato rẽ ita transegit. Cuius nõ multo pòst liberandi gratia, clanculum milite conscripto, Megapolim cepit: Flamingos colonos in illam deductos ad vnum omnes interneci one cecidit: castrum & vrbem solo æquauit A.C. 1152. Ilouium quoque tentauit, at irrito conatu: Gunzelino Suerinensi Præfecto strenuè id tutante. Malehou præterea & Cassinũ deditione occupauit: & populares ad defectionem solicitauit. Vnde insequenti anno ab Henrico Leone ad Demmĩnũ magna clade victus: perdidit castra quæ occuparat omnia: sicq; totũ regnum Obotritorum cũ maxima nobilitatis parte interijt. Ipse paterni soli exterris quũ assiduas subinde excursiones faceret non cessaret: reliquijs, quas secum habebat, fusis cæsisq; à Pomeranorum Ducibus coactus supplex pacem petijt ab Henrico Leone: Christoq; mancipatus, fidus ipsi inposterum permansit: & deposita diuturnæ rebellionis pertinacia, restaurauit Megapolim, Ilouiam, Rostochium: monasterium item Benedictinorũ in Dobra cõdidit. Ab expeditione Palæstina domum reuersus. Luneburgi in certamine equestri ex equo delapsus, ceruices fregit Kal. Oct. A.C 1179. vbi & intestina eius terræ mandata sunt: corpus verò in cœnobium Dobran translatum. Vxores eius duæ: MECHTILDIS F. Boleslai Crispi Ducis Poloniæ: & VOISCLAVA F. Burcuini Regis Noruegiæ.

VVERTISLAVS siue VVratulaus, Princeps Obotritorum & Megapolensiũ, in obsidione arcis Demmini, ab Henrico Leone Duce Saxoniæ Electore deditione captus: obsidis loco, fratre nequaquã non consentiente, Brunsuigam deductus est: Vbi ferreis detentus in vinculis, dum fratrem ad rebellionẽ & arma solicitat: ipse ignominiosa suspendij nece prope vrbem Malchou est affectus A.C. 1164.

NICLOTVS III. Princeps Obotritorum, patrio solo eiectus, Germari Rugiorũ Ducis copijs crebras in Borreum suis patrueli fecit excursiones. Hinc dum in Pomerania quoq; prædas exerceret: à Bugslauo in vincula coniectus, diu captiuus detentus est. Vnde obsidibus datis liberari missus, in possessionem accepit Rostochium. In bello tandem quodam occubuit circiter A.C. 1184. Vxor ANNA F. Alberti II. Marchionis Brandeburgij Electoris.

Principes Vandalorum. HENRICVS BVREVINVS *Senior*, Princeps Obotritorum & Megapolensium: manus conseruit ob ditiones cum Nicloto patruele. A Germaro Rugianorum Principe, cuius terras diripiebat, captus & in vincula coniectus, obsidibus tandem datis, ex Danorum Regis sententia, Rostochium patrueli cedere coactus: Ilouiam eum Megapoli retinuit. Cœnobium Sonnæcampiense circa VVesenbrugam fundauit: quod A. C. 1233. translatum, & Nouum monasterium est nũcupatum. Vxor MECHTILDIS F. Henrici Leonis Ducis Saxoniæ Electoris.

HENRICVS BVREVINVS II. Nicloto propiore sobrino rebus humanis exempto, rerum solus potitus: principem se scripsit Obotritorum & Megapolensium, Dynastã Rostochij. Obijt in flore ætatis A.C. 1228. Sepultus Gustrouij in æde S. Cæciliæ biennio pòst, quàm Collegium Canonicorum isthic condidit. Vxor SOPHIA F. Caroli I. Regis Suecorum.

NICLOTVS IV. oppressus ruina domus Gadebuschi circiter A. C. 1225.

IOANNES

Principes Vandalorum.

IOANNES Theologus. Stirps DVCVM MEGAPOLENSIVM.

BVREVINVS Princeps Vandaliæ, & dynasta Rostochensium, monasterium ibi S. Ioannis fundauit A. C.1256. Vxor MARGARETA Regina Daniæ.

NICLOTVS. Vide signũ †

PRIBIZLAVS Princeps Vandalorum seu Herulorũ, Dynasta Sternbergi, Reichbergæ, Parchimi, & Stergardiæ: Rudolphũ primum Episcopum Suerinẽsem, fundamẽta arcis Butzonienfis iacientem, omnibus viribus impediuit; ædificata nocturno tempore diruens. Antistitem quoq; ipsum captũ, non nisi dato λύτρω dimisit. Breui pôst vicissim captus à præfecto Antistitis: pœnam talionis expendens, patruelibus oppida Parchimũ, Plauam & Goltbergã oppignorauit: solo retento Sternbergo, quòd tamen & ipsum per uenit ad Henricum Megapolensem agnatum.

Filiæ duæ. *SOPHIA Regi Cypri.* MAGDALENA Principi Massiliensi Parisijs à fratre Ioanne elocatę.

VVOLDEMARVS Dynasta Rostochiensis, defunctus A. C.1287. Vxor N. Comitissa Holsatiæ.

HENRICVS, ERICVS principes Vandaliæ, patris luminibus orbati derisores, *ἄπαιδες* extincti.

NICLOTVS V. Princeps Vandaliæ, quoniam puer diu sub tutoribus fuerat, & pueriliter rem gereret, Pueri Rostochiensis cognomentum traxit. Desponsata huic erat AGNES Alberti Marchionis Brandeburgij F. qua repudiata, quum nuptias contraxisset cum filia Bugslaui IV. Ducis Pomeraniæ: graue sibi bellum accersiuit. A Rostochiensibus exclusus, vrbem Erico Daniæ Regi tradidit: quam certis conditionibus Henricus Leo, huius agnatus, postea recepit. Ipse decessit ἄπαις: post fata sepultus Rostochij ad S. Ioannem.

PRIBIZLAVS Princeps Vandaliæ *ἄπαις*: cum vxore MESTEVINA F. Mestiuini Ducis Pomeraniæ dotis nomine accepit arcem Bolgarde: quæ & patri & filio tandem alimenta præbuit. †

NICLOTVS Princeps Vandalorum & Herulorum; princeps pius, prudens & eloquens: Collegium Gustrouiense à patre inchoarum, absoluit: Malchin muniuit: Robel condidit. Obijt Gustrouij A.C.1277. Ibidem tumulatus. Vxor N. Principissa Anhaltina.

HENRICVS Senior, Princeps Herulorum & Vandalorum, à proprijs filijs, quos ex N. Rugiæ Ducissa genuerat, quum tertiò matrimonium reiterare vellet, necatus A.C.1291.

BERNARDVS Monachus Ordinis Dominicani.

IOANNES cognomento Pacificus, Princeps Vandalorum & Herulorum. Vxor N. Comitissa Ruppinensis.

HEDVIGIS vxor Ioannis II. Electoris Brãdeburgij.

HENRICVS Iunior, NICLOTVS, BVREVINVS, Degeneres, parricidæ, à patruelibus hæreditate paterna priuati, obiere in exilio.

NICOLOTVS Princeps Herulorum & Vandalorum, ex pio Zelo ac iusta indignatione patrueles parricidas in exilium pepulit: eorumque terras ipse occupauit. Vxor RICHSA Daniæ Regina.

BERNARDVS, *HENRICVS*, IOANNES. *ἄπαιδες.* *GVNTHERVS sacris initiatus.*

IOANNES Senior Princeps Herulorum & Vandalorum. Vxor MECHTILDIS F. Barnimi II. Ducis Pomeraniæ.

RICHSA vxor Erici Regis Daniæ. *ELISABETH Abbatissa Dobbertinensis.*

MARGARETA nupsit Othoni vltimo Comiti Suerinensi: cui Albertus Dux Megapolensis de Comitatu isto litem mouit.

IOANNES Iunior, Princeps Herulorum & Vandalorum. Vxor MECHTILDIS Ducissa Luneburgensis.

NICOLOTVS Princeps Herulorum & Vandalorum. Vxor N. Comitissa Rugiæ.

A.C. 1334 [illegible]

NICOLOTVS Princeps Van- *

CATHARINA nupsit Silesiæ

BERNARDVS Princeps Heru-

GNESEIANEKE Prin- * Q q 2

Filiæ duæ. MECHTIL- † dalo-

Principes Vandalorum.

dalorum. Vxor N. Filia Ioannis Comitis Holsatiæ. | Principi, Iegersdorsio. | Iorum. Vxor N. Ioãnis Comitis Holsatiæ F. | ceps Vandalorum. | DIS Laurentio, AGNES Bernardo Vandalorum principibus elocatæ.

LAVRENTIVS Princeps Henetorũ, & Herulorum, obijt Anno C.1393. Vxor MECHTILDIS gentilis, Nicoloti Ducis Vandaliæ F. | IOANNES ἄπαις. | MIZILAVS puer mortuus. | IOANNES Princeps Herulorum & Vandalorum. Vxor N. Principissa Vandalica. | MECHTILDIS Vxor Henrici Ducis Megapolensis.

BALTHASAR Princeps Henetorum & Vandaliæ, pagum VVisloaad Suerinum incēdit: & Lubecensibus pecora quadā abegit: quibus & ope Barnimi Ducis Pomeraniæ VVolgastēsis, & quadringentis equitibus non exigua damna intulit. A.C.1400. Obijt ἄπαις. Vxores ei fuere duæ: EVPHEMIA F. Magni Ducis Megapolensis: & HEDVIGIS F. Gerardi I. Ducis Slesuicensis.

IOANNES cum fratribus NICOLOTO & GVLIELMO ἄπαις mortuus. Vxor N. Ducissa Luneburgi.

CHRISTOPHORUS Princeps Vandaliæ, à Danis interfect⁹. Vxor N. Comes Lindauiensis.

IOANNES patrem morte præuertit. | IVDITHA.

NICOLOTVS obijt ἄπαις. A.C. 1406. Vxor N. Dux Pomeraniæ. *VIVIANVS ἄπαις.*

GVLIELMVS Præpositus Gustrouiensis, fratribus solus superstes, dispensatione Pontificis, vxorē duxit ANNAM F. Alberti Principis Anhaltini: sed qui & ipse sine masculis hęredibus rebus humanis exemptus, stemma Ducum Vandaliæ terminauit A.C.1430.

CATHARINA nupsit Vlrico vltimo Duci Stargardensi: cum qua & principatus Vandaliæ ad Duces Megapolenses Stargardiæ dynastas peruenit.

STIRPIS INCLYTAE HERVLAE

Stemma Secundum

DVCVM MEGAPOLENSIVM, COMITVM SVERINENSIVM DYNAstarum Rostochij & Stargardiæ.

Ioannes Theologus 1260.

Henricus Hierosolymitanus 1302. | Nicolaus. | Hermannus | Poppo. | Ioannes. 1299. | Albertus. | Filia.

Henricus Leo, 1329. | Ioannes. | Filiæ duæ. — Ioannes.

Filiæ duæ. | Albertus I. Dux Megapolensis 1380. | Ioannes Dux Sargardiæ 1370. | Henricus.

Albertus II. Rex Sueciæ, 1394. | Magnus. 1384. | Henricus. | Filiæ duæ. | Ioannes. | Rudolphus. | Vlricus. | Albertus. | Anna.

Ericus. | Rochardis. | Albertus. | Ioãnes. 1423. | Filiæ duæ. | Albertus. | Maria. | Ioannes. — Henricus.

HenricusPinguis. 1447. | Magnus. | Ioannes. — Vlricus. 1471. | Magdalena.

Albertus.



STEMMATIS ΕΚΦΡΑΣΙΣ.

IOANNES Theologus, Henrici Bureuini Iunioris F. Princeps Vandalorum & Megapolensium: missus à patre admodum adolescens in Academiam Parisiensem: viginti annos istic literis operam dedit: doctrinâq; de Deo, & veræ religionis capita ita didicit: vt Doctoris titulos in ea Academia publicè meruerit. Domum reuersus, à fratribus & alijs derisus, & per contemptũ Knese lanike appellatus: contumelias illas magno despexit animo: propositumq; ornãdæ Dei gloriæ ac salutis subditorũ perpetuò retinuit. Ludolpho Episcopo Razeburgio, ab Alberto Duce Saxoniæ Electore profligato, hospitium præbens: eius consilio Rhenæ scholam virginum; in qua nimirum puellæ à matronis honestè, piè, castè educarentur, & ad labores sexui isti conuenientes assuefierent, condidit. A latrocinijs item, cædibus, rapinis vias purgauit. Quin & in Liuonienses profectus: eos debellatos ad fidem Christianam amplectendam coëgit. Post mortem sepultus Gudebuschi A. C. 1260. Fuit in eius consortio LVITGARDIS F. Popponis Comitis Hennebergij, genitrix *Principes Vandalorũ & Megapolensium.*

Henrici Hierosolymitani, qui stemma propagauit. †

NICOLAI Canonici Suerinensis, Magdeburgensis, & Hamburgensis.

HERMANNI Præpositi Suerinensis, Canonici Lubecensis.

POPPONIS Ordinis Cruciferorum Domini.

IOANNIS Principis Vandaliæ, dynastæ in Gadebusch, defuncti A. C. 1299. vnico superstite filio, ex N. Comitissa Rauensbergense suscepto,

IOANNE Henetorum Principe, sine literis extincto.

ALBERTI Henetorum Principis, ἄπαιδος defuncti A. C. 1265.

Filiæ ἀνωνύμου, in consortium traditæ Gerardo Comiti Holsatiæ.

HENRICVS Hierosolymitanus cognomento, Princeps Henetorum & Megapolensiũ: cum S. Ludouico Galliarum Rege & alijs Germaniæ proceribus, Hierosolymam Saracenis denuò eripiendi gratia, in Palæstinam profectus: captus est à Sultani militibus: continuis XXVI. annis sub tribus Sultanis in Aegypto tristem perpessus seruitutem. A Sultano postmodò agnitus: nec solùm dimissus, sed & viatico instructus: iterum in pyratarum incidit manus. Tandem ad amitam in Cyprum venit: quæ eum Massiliam ad sororem incolumem duci curauit. Inde In patriam reuersus, breui pòst VVismariæ hominem exuit A. C. 1302. Sepultus in cœnobio Doberanensi. Ex ANASTASIA F. Barnimi Ducis Stetinensis genuit

Henricum Leonem, stemmatis propagatorem. †

IOANNEM Principem Vandalorum, dynastam Megapolensem, ἄπαιδα mortuum. Vxor HELENA Principissa Rugiæ.

ANNAM vxorem Ioannis Comitis Holsatiæ in VVagria.

LVIDGARDIM Premislao Poloniæ Principi elocatam, Gnesnæ ab ancillis maritè iussu in gynaceo strangulatam A. C. 1282.

HENRICVS à fortitudine & constantia leonina in bellis cognominatus LEO, Princeps Vandaliæ, dynasta Megapolensium: in sylua Bohemica, audito Alberti Austriaci Imperatoris hostili aduentu, commilitonibus suis hostium conspectum

Principes Vandalorũ & Megapolensium. fugientibus, ipse solus eeu leo intrepidus stetit. Rostochium à Christophoro Cimbrorum Rege perpetuo iure possidendum recepit: terram Stargardensem contra VValdamarum Marchionem Brandeburgium Septemvirum strennè defendit: cum vicinis plurima bella gessit. Oppidum, cui à suo cognomine Lau nomen indidit, muniuit. Ribnicij cœnobium Virginum nobilium fundauit A.C. 1319. vita excessit A.C. 1329. Princeps bellicosus, heroica virtute & fide præstans. Tres ordine habuit vxores: quarum prior BEATRIX F. Alberti Marchionis Brandeburgij & Landsbergensis, ducta A. C. 1290, Stargardensem ditionem doris loco ad eum attulit. Altera fuit ANNA, soror germana Rudolphi I. Saxoniæ Electoris: cui VVismariam ingressuræ ciues portas clauserunt: qua iniuria maritus motus, vrbem obsidione cinxit & occupauit. Tertia AGNES Comitissa Lindaensis & Reppinensis in Marchia, vidua VVislai Principis Rugiatorum, decessit ἄπαις. Quinq; genuisse traditur liberos:

ex primo coniugio,

MECHTILDEM vxorem Othonis Ducis Luneburgij.

ex medio,

Albertum primum suæ stemmatis Ducem Megapolensem, de quo num. 5.

Ioannem Ducem Stargardiæ, de quo mox.

HENRICVM pueriliætate mortuum.

ANNAM coniugem Henrici Ferrei Comitis Holsatiæ.

Duces Stargardiæ. IOANNES Dux Megapolensis & Stargardiæ, vnà cum fratre à Carolo IV. Cæsare in principem Imperij lectus IIX. Id. Iulij A.C. 1348. ab eodemq; biennio antè quum auxilia mitteret Anglo contra Gallicos, balthico militari cinctus: inter viuos esse desijt A. C. 1370. Sepultus Strelitij. Fuere cum ipso connuptæ primò N. soror Adolphi Comitis Holsatiæ: deinde N. Comitissa Ruppinensis: quibus nati

IOANNES Dux Stargardiæ, nouem annis captiuus detentus Tangermundæ: ex vxore VEGETVLLE siue Vegebeila filia Iagellonis Regis Poloniæ, suscepit

IOANNEM Ducem Stargardiæ, à Iodoco Marchione Morauiæ, postulato ad Imperij culmen Marchiæ Brandeburgensi præfectum: qui Captus à Comitibus Ruppinensibus, obijt ἄπαις.

RVDOLPHVS Episcopus Scarensis in Liuonia & Suerinensis: à suis Canonicis arce Buzouio omnique dignitate priuatus (quam tamen iniuriam & contumeliam fratres illius illico vlti sunt auxilio Erici Ducis Saxoniæ inferioris & Adolphi Comitis Holsatiæ) vitam clausit mortalem A. C. 1413.

VLRICVS Dux Megapolensis & Stargardiæ, ex MARGARETA Ducissa Pomeraniæ procreauit

HENRICVM Ducem Stargardiæ, maritum primò ENGELBVRGAE Ducissæ Stetinensis: deinde MARGARETAE Friderici Ducis Brunsuigij & Luneburgij filiæ: quæ post mariti excessum Cellam reuersa istic consenuit; mater ex ipso antè facta

VLRICI Ducis Stargardensis postremi: qui cum Magno Duce Megapolensi Hierosolymam adijt: inde reuersus, toxico interijt sine masculis hæredibus A. C. 1471. Ex vxore CATHARINA filia Gulielmi vltimi Ducis Vandalorum, duabus duntaxat susceptis filiabus:

ENGELBVRGE vxore Eberulni Comitis Bentheimij.

ELISABETHA Abbatissa Dobbertinense.

MAGDALENAE elocata primò VVartislauo X. Duci Pomeraniæ, inde Burchardo Comiti Barbiensi.

ALBERTVS Episcopus Dærpensis in Liuonia.

ANNA consors VVartislaui V. Ducis Pomeraniæ.

ALBERTVS I. Dux Megapolensis, Princeps Vandaliæ, in Imperij principem inuestitus à Carolo IV. Imp. A. C. 1348. IIX. Idus Iulij. Iuuenis adhuc existens, quum legatum ageret Magni Regis Sueciæ ac Noruegiæ apud Ludouicũ Boium Cæsarem: in itinere spoliatus captusq;, Cæsaris ope & beneficio est dimissus. Othonis Ducis Luneburgij auxilijs vias à latronibus purgauit: prædones sustulit: arces eorum euertit: Ericum II. inferioris Saxoniæ principem, eiusmodi hominum receptatorem, grauiter afflixit. Cum Ludouico Romano quoque Electore Brandeburgio, pro Comitatu Stargardiensi graue gessit bellum: quod tandem nuptijs filiæ sopitum est. Porrò mansueti-

nus eti-

uus etiam conseruit cum Bugslauo & VVartislauo Ducibus Pomeraniæ, item Magno Torquato Duce Luneburgio: quos omnes acie victos in captiuitatem asseruit A. C. 1371. Naturæ persoluit debitum A. C. 1389. Princeps sapiens, & bellica gloria insignis. Vxorē duxit EVPHEMIAM F. Magni Regis Sueciæ ac Noruegiæ A.C. 1336. qua geniti Duces Megapolenses.

ALBERTVS II. Dux Megapolensis, post magni auunculi excessum à Prouincialibus in Regem Suecorum electus contra Haquinum huius filium Regem Noruegiæ: regni tamen possessionem consequi non potuit. A Margareta namque, Daniæ Semiramide, magnas contra hunc conscribente copias, captus vnà cum filio Erico A. C. 1388. ex septennali ista captiuitate multo vix ære redemptus est λύτρον illud conferentibus mulieribus. Qua de causa in ditione Megapolensi feuda quoque fœminis sunt concessa. Obijt Gadebuschi A. C. 1394. Sepultus VVittenburgi Gothorum in Comitatu Suerinensi. Liberos tres habuit,

ex RICHSA siue Richarda F. Othonis vltimi Comitis Suerinensis, mortui A. C. 1360. vxore prima,

ERICVM Ducem Megapolensem, vna cum patre captum, ἄπαιδα mortuum. Vxor N. filia Bugslaui Ducis Pomeraniæ.

RICHARDIM coniugem Ioannis Marchionis Morauiæ, Dynastæ Gorlicij.

ex HELENA Magni Torquati Ducis Brunsuigij & Luneburgij F. vxore altera:

ALBERTVM Ducem Megapolensem: cuius in cœnobio vixit MARGARETA Burggrauia Noribergensis: ex qua tamen nihil liberorum tulit.

Magnus I. stemmatis propagator. †

HENRICVS Dux Megapolensis, grauis animaduersor in latrunculos & prædones, quos plerosq; ignominiosissimo suspendij supplicio affecit: vnde & Suspensoris cognomentum traxit: ex INGELBVRGA filia VVoldemari III. Regis Daniæ progenuit

MARIAM vxorem VVartislaui VII. Ducis Pomeraniæ.

ALBERTVM III. Ducem Megapolensem, ἄπαιδα mortuum. Vxorem hic habuit N. filiam Nicolai Ducis Holsatiæ.

ANNA consors Adolphi VII. Comitis Holsatiæ & VVagriæ.

INGELBVRGA nupta Ludouico Romano Electori Brandeburgio.

MAGNO I. Duci Megapolensi, mortuo Aquisgrani A. C. 1384. ex vxore AGNETE Rugiana, terni nati liberi

Ioannes Dux Megapolensis, stemmatis propagator. †

EVPHEMIA vxor Balthasaris Principis Vandalorum.

HEDVIGIS nupta Othoni II. Duci Stetinensi & Pomeraniæ.

IOANNES Dux Megapolensis, communibus auspicijs cum Alberto patruele, Alberti Regis Suecorum F. & senatu Rostochiensi, Academiam ibidem fundauit A. C. 1419. Ad regnum Suecorum ipse quoque vocatus: anno insequenti in cœlestem migrauit patriam, Suerini A.C. 1423. ex CATHARINA sorore germana Bernardi Ducis Saxoniæ inferioris, tribus procreatis filijs:

Henrico Pingue, stemmatis propagatore. †

MAGNO in infantia extincto.

IOANNE Duce Megapolensi, absque liberis heredibus defuncto: cuius in connubio vixit CATHARINA F. Casimiri Ducis Stetinensis.

HENRICVS Pinguis siue Crassus, Dux Megapolensis, in fata concessit A. C. 1447. Ad hunc post obitum Gulielmi postremi Principis Henetorum, Gustrouium peruenit cum principatu Vandaliæ. Ex DOROTHEA Marchionissa Brandeburgensi, filia Friderici Electoris, defuncta A. C. 1491. sex genuit liberos:

ALBERTVM Ducem Megapolensem, ἄπαιδα mortuum. Vxorem habuit CATHARINAM F. VVichmanni Comitis Ruppinensis.

IOANNEM Ducem Megapolensem, sponsum SOPHIÆ Pomeraniæ. quam postmodo duxit frater, peste extinctum Curiæ Nariscorum ibidemq; ad S. Claram inhumatum. A. C. 1475.

Magnum II. stemmatis Ducum Megapolensium propagatorem. †

BALTHASAREM Ducem Megapolensem: qui ætate tenera sacris initiatus. & Suerinensis exinde Episcopus consecratus: post etiam ad Hildesiensem ecclesiam gubernandam

Duces Megapolenses.

nandam vocatus erat à Praeposito contra Henningum. Verùm quia sibi cum aduersarijs bello grauissimo contendendum esse cerneret; euentum cuius non prospiceret: in patriam rediyt: & paulò post fratribus duobus extinctis, Suerinensi etiam episcopatu resignato, vxorem duxit MARGARETAM Erici II. Ducis Pomeraniae F. & communibus cum fratre auspicijs paternum principatum indiuisum, nulla suscepta sobole, gubernauit. Mortuus A. C. 1507.

ANNAM virginem mortuam A. C. 1464.

ELISABETHAM Abbatissam Ribnicensem.

MAGNVS II. Dux Megapolensis & Vandaliae: princeps ingenio & animo magno: cum Vlrico Stargardiae principe terram Sanctam inuisit: cuius & post fata, Stargardiam suae ditioni adiecit A. C. 1471. Rostochij Cathedralem ecclesiam S. Iacobi fundauit: Rhenae & Sarentinae monasteria Vestalium reformauit: &, ne Lubecensium ciuium filiae in ijs instituerentur, vetuit. Tandem quum patriam amplius triginta annis magna cum pietatis, iustitiae, prudentiae, fortitudinis & clementiae laude rexisset: ex hac vita migrauit A. C. 1503. X. Kal. Decemb. praeter reliquas virtutes, quas modò diximus, magno & sapiente principe dignas, in hoc fuit quoque eximia quaedam reuerentia erga literas, & doctrinarum studia. Vxor SOPHIA F. Erici II. Ducis Pomeraniae, mariti fatum anno proximo insecuta: sepulta est VVismariae apud Augustinos. Hoc coniugio tricennali fermè procreati,

HENRICVS cognomento Pacificus, *Dux Megapolensis, Princeps Vandaliae, Dynasta Stargardiae: princeps pius, prudens, clemens, iustitiae & pacis custos fidissimus, & verè pater patriae: reformationem caelestis doctrinae, Pontificiorum deliramentis explosis, miro studio est amplexus: studia literarum fouit & promouit: terrasque suas in quinquagesimum vsque annum dexterrimè feliciterque gubernauit. Deo tandem Opt. Max. recepitui canente, Suerini fragili corpore humano deposito, immortalitatem in aeterna claritatis patria induit A. C. 1552. IIX. Idib. Februarij, septuagenario maior biennio, mensibus duobus, diebus vndeuiginti. Fuere cum ipso connupta primùm VRSVLA F. Ioannis Electoris Brandeburgij, defuncta A. C. 1511. deinde HELENA F. Philippi Electoris Palatini ad Rhenum: vltimò VRSVLA F. Magni, Ducis Saxoniae inferioris. Liberi eius numerantur sex:*

ex priore matrimonio suscepti,

SOPHIA nata A. C. 1507. ex Ernesto Principe Brunsuigio & Luneburgio parens facta XII. liberorum, obijt *Aveniae* A. C. 1541. XIV. Kal. Quintil.

MAGNVS Dux Megapolensis, infans adhuc postulatus ad Episcopatum Suerinensem: princeps eruditissimus & pientissimus: obijt ante patrem *annis* III. Kal. Feb. A. C. 1550. aetatis suae XLI. Burzouiae: sepultus in coenobio Dobrinensi. Vixit in eius connubio ELISABETH F Friderici I. Regis Daniae & Noruegiae: quae postmodò nupsit huius agnato, Vlrico. VRSVLA Abbatissa coenobij Ribnicensis decessit A. C. 1586. aetatis suae LXXVI. pridie Georgij.

ex medio matrimonio:

PHILIPPVS Dux Megapolensis, natus A. C. 1514. pridie Id. Septemb. obijt A. C. 1557. aetatis suae XLIII. coelebs.

MARGARETA consors Henrici Ducis Munsterbergij, nata A. C. 1515.

CATHARINA vxor Friderici Ducis Lignicensis & Bregensis; nata A. C. 1518.

ERICVS Dux Megapolensis, Rector Academiae Vitebergensis, qui & Bononiae bonestis literis operam nauauit, obijt A. C. 1508.

Albertus Dux Megapolensis, stemma propagauit. †

SOPHIA nupta Ioanni Duci Saxoniae Septemviro A. C. 1500. obijt A. C. 1503. IV. Id. Quint.

ANNA vxor primò Gulielmi Medij, Landgrauij Hassiae; inde Othonis Comitis Solmensis, obijt A. C. 1525.

CATHARINA consors Henrici Pij, Ducis Saxoniae, Landgrauij Turingiae & Marchionis Misniae, mortua Torgae A. C. 1561. IIX. Id. Iunij.

DOROTHEA Abbatissa coenobij Ribnicensis.

ALBERTVS Dux Megapolensis, Comes Suerinensis, Dynasta Stargardiae & Rostochij, Princeps vetustae gentis Henetae: heros magnanimus: Christiernum II. Daniae Regem è captiuitate liberare conatus: socijs armis cum Christophoro Comite

mi... Aldeburgio Hafniam occupauit A.C.1537. Inde à Lubecensibus inuitatus, quibus cum Christianus III. Rex Cimbrorũ designatus bellum gerebat: sed ob annonæ defectum dedititius factus, & insequenti anno ad suos est reuersus. Vita excessit IV. Id. Ianu. A.C.1547. sexagenario maior anno vnico, Sepultus Drobani. Vxor ANNA F. Ioachimi I. Marchionis Brandeburgij Septemuiri, obijt Lupze XIII. Kal. Quintil. A. C.1567. Sepulta Suerini sexto die post: genitrix septem liberorum: *Duces Megapolenses.*

IOAN. ALBERTI Ducis Megapolensis, Principis vetustæ gentis Heneta, Comitis Suerinensis, Dynastæ Rostochij & Stargardiæ, nati Suerini XI. Kal. Ianu. A.C.1525. Princeps hic extitit summè literatus: & Ecclesiæ Dei ac scholarum singularis nutritius: qui ... monitu & consilio Vlrici fratris Academiam Rostochiensem liberaliter auxit dotauitq; redditibus ex monasterijs Doberanensi, Marienebensi, & Sonnecampensi A.C.1558. Anno tandem climacterico octauo pie ex hac vita in cœlestem migrauit patriam, prid. Id. Februarij A.C.1576. ætatis suæ duodequinquagesimo completo, quem excessit diebus LII. Cum ANNA SOPHIA F. Alberti Ducis Borussiæ primi Marchionis Brandeburgij, sacrum nuptiale celebrauit Sueriniæ V. Kal. Martij A.C.1555. quæ annos XV, marito superstes, fato concessit A.C.1591. IIX. Id. Februarij. Tres nuxæ est filios:

ALBERTVM Ducem Megapolensem: natum Suerini XIV. Kal. Ianuarij A.C.1556. Regiomonti in Borussia mortuum quadrimum A.C.1561. V. Non. Martij.

IOANNEM Ducem Megapolensem, Principem Vandaliæ, Comitem Suerinensem, Dynastam Stargardiæ & Rostochij; natum A. C. 1558. Non. Martij. DEVS ipsi faucat; & familiam vnà cum paternis virtutibus per ipsum propaget. Nuptias celebrauit cum SOPHIA Alberti Ducis Slesuigæ & Holsatiæ F. A.C.1588. mense Februario: quo coniugio nati

ADOLPHVS FRIDERICVS Dux Megapolensis A.C.1589.

IOAN. ALBERTVS Dux Megapolensis A.C.1591.

SIGISMVNDVM AVGVSTVM Ducem Megapolensem, Principem Henetorum, Comitem Suerinensem, Rostochij & Stargardiæ Dynastam, natum A.C.1560. mense Martio.

VLRICI Ducis Megapolensis, Principis Vandaliæ, Comitis & Administratoris Episcopatus Suerinensis, Domini Stargardiæ & Rostochij: Ecclesiarum & scholarum nutritij liberalissimi, patriæ patris fidelissimi: nati X. Kal. Maij A.C.1528 hora 2 min. 35. post meridiem. Priore cõiuge ELISABETHA, filia Friderici I Regis Daniæ, cum qua XLIII. annos in coniugali vixerat toro, Giedsgarde in Falstriæ insulæ portu defuncta Prid. Id. Octob. A.C. 1586. ad secundas nuptias transiens, biennio post, duxit ANNAM Philippi Ducis Pomeraniæ F. Ex priore autem vnica ipsi nata filia.

SOPHIA Friderico II. Regi Daniæ & Noruegiæ elocata Hafniæ XIII. Kal. Sextil. A.C.1572.

GEORGII Ducis Megapolensis, nati A.C.1529. IIX. Kal. Martij hora 1. min. 28. post meridiem. Hic cum Mauritio Saxoniæ Electore & confœderatis principibus Magdeburgum obsidione cingens: à ciuibus inopinato erumpentibus est captus XIII. Kal. Ianu. A.C.1550. Obsidione soluta liberatus: biennio post in obsidione Francofurti ad Mœnum sclopeti ictu interijt III. Id. Iulij, ætatis suæ anno XXIII. quẽ excessit mensibus quatuor, diebus XXI.

CHRISTOPHORI Ducis Megapolensis, Coadiutoris Episcopatus Rigensis, Administratoris Episcopatus Razeburgensis: nati A. C.1537. Non. Ianuarij hora 12. antemeridiana: Hic anno C.N.1556. vnà cum Gulielmo Brandeburgico Marchione, tum tempori Archiepiscopo Rigensi, captus à Friderico Magistro ordinis S. Mariæ, & Smiltam abductus post aliquot menses dimissus est. Anno exinde 1561. in Germaniam reuersus, frustra ab Imperij proceribus auxilia petijt contra Moschos. Liuoniam itaque rursus per Sueciam cõtendens: arces Archiepiscopi iam fatis erepti occupauit A. C. 1563. Verùm quum se in clientelam Sigismundi Augusti Regis Poloniæ tradere nollet: in arce Dalensi obsidione est cinctus: & deditione facta, Archiepiscopatu resignato, in Poloniam captiuus deductus. Post aliquot annos liber dimissus: in vxorem duxit DOROTHEAM II. filiam Friderici I. Regis Daniæ, qua defuncta III. Id. Nouemb. A.C.1575. post sexennium secundis sibi nuptijs copulauit ELISABETHAM Gustaui Suecorum Regis F.

CAROLI Ducis Megapolensis & Commendatoris Mirouiensis.

LVDOVICI Ducis Megapolensis, nati sub obsidione Hafniæ A.C 1536.

ANNÆ nuptæ GOTHARDO Curlandiæ, & Semigalliæ Duci: principi optimo, veræ religionis, iustitiæ, & pacis studio: erga suos clemẽtia & mansuetudine planè paterna illustri. qui placido & beatò fine vitã in terris suam cõclusit A.C.1587.17. Maij: quatuor relictis liberis. *Duces Curlandiæ.*

FRIDERICO patris in principatu Curlandiæ successore.

GVLIELMO Duce Curlandiæ.

ANNA nupta Alberto Razcuilo Principi Lithuano, Nicolai F. Lithuaniæ Archimarschalco.

ELISABETHA.

ELIAE REVSNERI LEORINI

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI,

De Familijs Regum & principum, aliorumque procerum orbis Christiani

STIRPS GRYPHONIA siue POMERANICA,

Quæ

Illustre produxit Stemma

DVCVM STETINI ET POMERANIAE, PRINcipum Rugiæ, Dynastarum Cassuborum & Henetorum, Comitum in Gutzkau, &c.

Accessit corollarij loco

PRINCIPVM RVGIAE GENEALOGIA.



ILLVSTRISSIMIS POTENTISS. QVE PRINCIPIB. AC DOMINIS

D. IOAN. FRIDERICO, D. BVGSLAVO XIII. D. ERNESTO LVDOVICO, D. BARNIMO X. ET CASIMIRO IIX. Fratrib. Germanis:

Item

D. PHILIPPO II, D. FRANCISCO, D. BVGSLAVO XIV, D. GEORGIO III. & D. VLRICO, D. Bugslaui XIII. Filijs Inclytis.

Et

D. PHILIPPO IVLIO, D. Ernesti Ludouici F.

Ducibus Stetini & Pomeraniæ, Principibus Rugiæ, Cassubiæ & Vandaliæ, Comitib. in Gutzkau &c.

DOMINIS CLEMENTISS.

D. D. D.

STIRPIS

STIRPIS GRYPHONIAE

Stemma Illustre

DVCVM POMERANIÆ, STETINI, CASSVBIAE ET VANDALIAE,

Principum Rugiæ, &c.

BARNIMVS I. ex gente Gryphonum, quæ pro insigni gryphonem in clypeo gestabat, suam trahens originem; Princeps & Dynasta Pomeranorum, Cassuborum & Vandalorum; vnà cum filio VVARTISLAO (genitore Geilæ siue Gisilæ, quæ in consortio fuit Bernardi I. Dynastæ Luneburgij & primi Electoris Saxoniæ) interfuisse legitur prælio, quod gessit Henricus Auceps Imp. ad Mersburgum cum Hungaris A.C. 933. & biennio pòst primis quoque ludis Martialibus Magdeburgi celebratis. Huius atnepos siue trinepos est SVANTIBORVS: à quo Duces Pomeraniæ, nunquam interrupta linea, stemma suum deriuant.

SVANTIBORVS I. Princeps Sclauoniæ, Vandaliæ, Cassuborum, Pomeranorum & Stetinensium: vir ethnicis superstitionibus adhuc addictus: magnitudine rerum præclarè gestarum aduersus Danos & Polonos, maiorum memoriā plurimum illustrauit: & posteritatem hanc, quæ nunc rerum potitur, nunquā intercissa stemmatis linea, propagauit. Obijt A.C. 1107. Liberi eius, paternas terras partiti, distinctionem citerioris & vlterioris Pomeraniæ primi fecere, gentemque in duas familias scidere. *Pomerellorum Cassuborum & Vandalorum Principes.*

VVARTISLAVVS I. Dux citerioris Pomeraniæ. Vide ✠.

RATIBORVS cum fratre VVartislauo citeriorem sortitus Pomeraniam, Germaniæ finitimam: cui Sedinorum sedes fuit coniuncta; vbi Stetinum est, caput gentis, & amplissimæ familiæ sedes: ideoq; cum eodem linguam & mores Saxonicos assumsit. In cuius quoque memoriam eo loco, vbi ille trucidatus fuit, ad Penam amnem, cœnobium extruxit Stolpense. Alterius item cœnobij Graba in terra Vsdunensi fundamenta iecit A. C. 1151. quo eodem anno in viuis esse desijt: ibidem tumulatus. Vxor PRIBISLAVA F. Boleslai Criuousti Regis Poloniæ.

BVGSLAVVS I. Princeps vlterioris Pomeraniæ (ditionem namque inter Caslinū & VVitzelam sitam, quæ nunc Pomerella nominatur, occupauit) linguā Sclauonicam & mores Henetorū cum Suantipolco fratre retinuit, vt & religionem ethnicam: quam tamen postea sub Boleslao Criuousto, cum quo grauissima gessit bella, abiecit: & Christianam profiteri cœpit. Primus Polonorum, Cassuborum, & Henetorum Princeps à Rege Poloniæ inuestitus.

SVANTIPOLCVS vlterioris Pomeraniæ Princeps, Regis Poloniæ vasallus: princeps acer & potens: à Boleslao Criuousto victus captusque, In vinculis expirauit A. C. 1120. ἄγαμος.

VVARTISLAVVS II. citerioris Pomeraniæ Dux, Stetinum & Cassubiam in noua Marchia tenuit. Bella gessit grauia contra VVoldemarum I. Regem Daniæ, & Henricum Leonem Ducem Saxoniæ & Bauariæ. Obotritis suppetias ferens, Adolphum III. Holsatiæ, & Richardum Dithmarsiæ Comites ad Deminum vicit atq; occidit A. C. 1164. Caluicium cœnobium fundauit A. C. 1163. E viuis excessit 1186.

MARGARETA vxor Bernardi Comitis Razeburgij, viri strenui: qui Henrico Leoni Electori Saxoniæ in bello Danicis & Vandalicis fidelissima præstitit auxilia.

SVBISLAVS Princeps Cassuborum & Pomerellorum, siue Pomeraniæ vltra Vistulam: primus Christianam religionem professus; Gedanū restaurauit: & cœnobiū Oliuæ circa eandem vrbem extruere cæpit A.C. 1170. Obijt 1187. sepultus Oliuæ. Vxor ANNA Miecislai III. PR. Poloniæ F.

MESTEVINVS Princeps Cassuborum & Pomerellorum †

SAMBORIVS Princeps Cassuborum & Pomerellorum, fun- *

BAR-

Pomerellorum Principes.

BARTHOLOMÆVS citerioris Pomeraniæ Dux, obijt ἄπαις A.C. 1224. IV. Non. Martij.

rum, obijt A. C. 1226. sepultus in monasterio Oliuæ. In huius vixit cœnobio MARIA F. Miecislai III. Principis Poloniæ, ipsius matertera.

dator Poplini cœnobij A. C. 1174. Oliuæ quoque monasterium, à patre inchoatum, perfecit, & septem pagis locupletauit. Obijt 1207.

SVBISLAVS Princeps Pomerellorum, ἄπαις.

SVANTIPOLCVS II. Princeps Cassuborum & Henetorum in Pomerella: vir bellicosus, acer, & heroica virtute excellens; opibus & populari gratia florens, nec non aliquot de Danis victorijs elatus: quũ recuperasset, quæ maiores ipsius amiserant, vniuersa: repudiata societate Polonorum, in libertatem se vt vindicaret, nullum non mouit lapidem. Qua de causa quum eum Lescus Albus, Poloniæ Ethnarcha, tanquam rebellem, & seditiosum, opprimere conaretur, sine armis tamen; apud Gausanam Comitia indixit mense Nouembri A. C. 1226. ad quæ Suantipolcus, insidijs detectis, non comparuit. Tertio die curandis corporibus dato, in Poloniam comitatus. Masouicis & Prutenicis equitibus contendit: & Lescum Ganseuæ in balneo adortus, nudumque à suis in equum subleuatum, & iam sibi fuga consulere volentem, insecutus, obtruncauit: Henrico Barbato Silesiæ Principi, qui cum Lesco balneum ingressus fuerat, sicarios immisit, & ex vulneribus collapsum semianimem reliquit. Hac ratione Polonorum iugo excusso, proprium ducatum in Pomerania constituit: quibus Gedanum quoque eripuit, & potestatis fecit suæ: & Naelum arcem recepit. Conradum item Ducem Masouiæ, VVladislauia capta euersaque, grauiter afflixit. Cruciferis in occupanda Borussia magna tulit auxilia: quos tamen & ipsos postmodò, quum eius terras ad se quoque pertrahere conarentur, hostili animo aggressus; terra marique obsedit: Culmensem tractum igne ferroque diripuit: magnamq; hominum stragem edidit: nec nisi accepta clade, pacem fieri permisit. Monasteria duo condidit; Nigrorum Gedani A. C. 1228. & Bucouiense A. C. 1232. Gedani vita defunctus admodum senex prid. Id. Quintil. A. C. 1268. sepultus in monasterio Oliuæ. Vxor SALOME siue Salonica, F. Romani Russi.

RATIBORVS II. SAMBORIVS II. VVARTISLAVS II. Principes Pomerellorum vltra Vistolam: fratres Cruciferi in Borussia sub Magistro Ordinis Domino Ioanne Zangerhusano: Ordini Teutonico omnia sua bona & iura legarunt.

MESTEVINVS II. Cassuborum, Henetorum, & Pomerellorum Dux vltimus: fratris auxilio Ordini Teutonico in Borussia bellum inferens: totum Oliueticum tractum, cum Episcopatu Pamesanensi vastauit Anno C. 1270. VVartislaum inde fratrem, Crucigerorum instinctu hæreditatis diuisionem urgentem, in exilium pepulit: & Conrado I. Marchioni Brandeburgio Electori Gedanum eripuit: cui tamen postmodò decem millia sexagenarum in compensationem sumptuum bellicorum, pro iure suo dedit. Moriturus quum hæredes masculos non haberet, odio agnatorum, hæredem instituit Primislaum Ducem Poloniæ: sicque vlterior Pomeraniæ pars, quæ Vistulæ adiacet, à regione auulsa est. Obijt autem Gedani IIX. Kal. Ianuarij A. C. 1295. in Oliuarum cœnobio inhumatus.

VVARTISLAVS III. Princeps Cassuborum & Henetorum in Pomerella, cum Mesteuino fratre de hæreditate contendens, ab ipso captus, custodiæq; est traditus. Inde elapsus A. C. 1272. in auxilium vocauit Conradum I. Marchionem Brandeburgium: cui, quum soluendo non esset, Gedanum oppignorauit. In ipso belli apparatu animi mœrore extinctus VVissegardiæ, & VVladislauiæ in Mazouiâ tumulatus A. C. 1275. ἄπαις. Vxor N. filia Zemoniti Ducis Masouiæ.

SAMBORVS III. in pueritia mortuus A. C. 1222.

RATIBORVS III. puer extinctus.

HELINGA seu HELENA vxor Vladislai Spintatoris Principis Maioris Poloniæ.

SALOMEA nupsit Zemomyslo Duci Vladislauiensi in Masouia.

MARGARETHA vxor MESTEVINA coniux Tertia filia ἀνώνυμος nupsit

VVitzlaui

Duces Pomeraniæ citerioris.

*	*	*
VVitzlani V. Principis Rugiæ.	Pribizlaui Iunioris, Principis Henetorum.	Adolpho V. Comiti Holsatiæ in VVagria.

VVARTISLAVVS I. Suantiberi F. in tertarum paternarum distributione, cum fratre Ratiboro citeriorem accepit Pomeraniam, Germaniæ finitimam: vbi Stetinum est, caput gentis, & amplissimę familiæ sedes, VVolgastum item, Vsdunum, aliaque oppida circa & vltra flumen Pene vsque ad Colbergam. Primus ex hac familia fidem amplexus Christianam: & cum filijs ab Othone Episcopo Papæbergensi sacris Christianis est initiatus. Fundauit episcopatum Iulini, & Stetini ædem S. Iacobi, opera fratris Ratibori. Ad extremum Stolpij in lecto proditoriè iugulatus, ibidemque sepultus A. C. 1136. quo in loco Raliborus postea cœnobium construxit. Vxores eius fuere duæ: HELENA siue HEILA soror germana Henrici Superbi Electoris & Ducis Saxoniæ & Bauariæ, obijt A. C. 1128. & IDA F. Canuti IV. Reges Daniæ.

BVGSLAVVS I. Princeps Pomeraniæ, cum fratre amplexus libertatē, leges, immunitates, iura, mores, ritus, & linguā vicinæ gentis Germanicæ: à Polonis ad Imperium se conuertit Romanum: ab Imp. Friderico Barbarossa, in castris ad Lubecam, adscitus in Ordinem, & Senatum Imperij, & summa auctus dignitate, quæ ducum est, ob fidelem ipsi nauatam operam contra Danos: à quibus postea Iulino destructo, Episcopatum eius transtulit Caminum A. C. 1175. Extruxit præterea cœnobium Belbucense: Stolpense & Caluizium donarijs auxit plurimis. Suppetias quoque tulit Pribislao Obotritorum Regulo, aduersus Henricum Leonē Saxoniæ Septemvirum: & in Iaromarum Rugium, suum propinquum expeditionem suscepit. Vita decessit A. C. 1188. Sepultus in Vsdunensi cœnobio. Vxores eius duæ: VVALPVRGIS F. VVoldemari I. Regis Daniæ: & ANASTASIA F. Mieslai III. Ducis Poloniæ, Treptauiense monialium cœnobium condidit.

CASIMIRVS I. Dux citerioris Pomeraniæ, Demini habitauit. A Friderico I. Imp. in castris ad Lubecam A. C. 1182. in Imperij principem renunciatus: eodē anno Palæstinam inuisens, ibidem dec[illegible]

VVA[illegible]TISLAVS, ADOLPHVS: In pueritia mortui.

SVANTIBORVS Dux Citerioris Pomeraniæ, obijt A. C. 1244.

CASIMIRVS III. Dux Pomeraniæ, Demini habitauit. ἄπαις extinctus. A. C. 1274.

BVGSLAVVS II. Dux Stetinensis & Pomeraniæ: captus ab Othone I. Marchione Brandeburgio Electore A. C. 1158. sed certis conditionibus dimissus, obijt A. C. 1222. Crantzeniæ prope Aderbergam sepultus. Eius tempestatibus Saxones in Pomeraniam sunt introducti: & Sclaui atque Heneti cum lingua, moribus & iuribus oppressi: ciuitates quoque Golnanium, Vkermunda & Anclam restauratæ, ac iure Lubecensi donatæ. Vxor VVISLAVA F. Iarolphi Principis Russiæ, Stettni in æde S. Iacobi inhumata.

CASIMIRVS II. Dux Pomeraniæ, cōditor cœnobij Stargardiensis A. C. 1194. sine liberis obijt Hierosolymæ A. C. 1217. Vxor IRMENGARDIS F. Iaromari Rugiani.

VVARTISLAVVS III. Dux Deminensis (aulam namque ibi habebat) Sclauoniæ & Pomeraniæ: Greiffenbergam in ciuitatem erexit: & cum fratruele Barnimo I. Deminū ac Loitz arces, quas Christophorus I. Rex Daniæ possidebat, recuperauit. Mortuus ἄπαις A. C. 1246. Vxor SOPHIA F. Boleslai Crispi Ducis Poloniæ.

BARNIMVS I. Dux Stetini & Pomeraniæ, hæres patruorum: ciuitates Greiffenbergam, Banimum & Garzam extruxit: & Stetini ædem S. Mariæ Virginis Deiparæ extruxit A. C. 1261. Cum Ioanne I. Electore Brandeburgio & Othone eius fratre grauia gessit bella A. C. 1275. quæ tandem nu-

BVGSLAVVS III. Dux Pomeraniæ, cum Alberto II. Electore Brandeburgio acie conflixit. ἄπαις sepultus Stetini in æde S. Iacobi A. C. 1224.

Duces Pomeraniæ citerioris.

ptijs filiæ sopitæ sunt: cui in dotem dedit Preuzleniam & Vkermarchiam. Cum Polonis quoque manus conseruit A.C. 1250. Tandem quum annos LVI. principatum magna cum admiratione administrasset: debitum naturæ persoluit Domini Idib. Nouembris A.C. 1277. Stetini in æde B. Virginis Deiparæ sepultus. Fuere in eius matrimonio: 1. MARIA F. Alberti I. Saxoniæ Electoris, mortua A.C. 1246. 2. MARGARETA F. Henrici Senioris Ducis Brunsuigij ac Luneburgij. 3. MECHTILDIS F. Othonis Benefici Marchionis Brandeburgij, mortua A.C. 1276. IIX, Id. Nouembris.

OTHO I. Dux Stetinensis & Pomeraniæ: cœnobium monialium Iulini fundauit A.C. 1288. Cum Ioanne Illustri Marchione Brandeburgio manus conserens, acie eum fudit A. C. 1306. Vita decessit A. C. 1345. IV. Non. Decembr. Vxor ELISABETH F. Nicolai Comitis Suerinensis.

HEDVIGIS vxor Ioannis I. Electoris Brandeburgij.

BARNIMVS II. Dux Pomeraniæ, obtinuit legato Mesteuini vlteriorem Pomeraniam: quam tamen postea Poloni occuparunt. In adulterio deprehensus, Dantisci à VVigando Mukauizio est confossus A. C. 1295. Sepultus Stetini in B. Virginis Mariæ æde.

BVGSLAVVS IV. Dux Pomeraniæ VVolgastensis. Vide signum **.

CASIMIRVS III. ob fortia facta & heroicum animum Magnus cognominatus, Dux Stetinensis: patriam contra Ludouicum Marchionem Brandeburgium (quippe quam sibi is ceu feudum eripere conabatur) strenuè defendit: quem gemino prælio fudit & superauit: semel ad Preuzlauiam in Vkermarchia A.C. 1392. iterum quinquennio pòst ad oppidum Kremme. Quæ lis postmodò interuentu Cæsaris Ludouici A.C. 1338. in Comitijs Francofurtensibus, hoc pacto transacta est: vt deficientibus masculis & legitimis hæredibus in ducatu Stetinensi, hæreditatem Ludouicus Senior cum fratribus Marchionibus Brandeburgijs, eorumque successoribus adiret. Stetini fundauit ædem D. Othonis A. C 1346. & Carthusiam A. C. 1360. Rebus humanis exemptus A.C. 1368. IX. Kal. Septembris. Vxor AGNES F. Othonis Largi Ducis Brunsuigij, ad S. Othonem sepulta A.C. 1371.

MECHTILDIS coniux Ioannis II. Principis Henetorum ac Herulorum.

CASIMIRVS III. Dux Stetinensis, princeps bellicosus: Othonem Botum, Marchionem Brandeburgium, acie superauit: vtque pactis staret, coegit: Ioannnem Comitem Lindawensem & Ruppinensem cepit A. C. 1371. Biennio post in obsidione Regiomontis in noua Marchia, sagitta per fauces traiectus oppetijt 1372. Vxor SALOMEA F. Zemouiti Ducis Mazouiæ.

SVANTIBORVS II. Dux Stetinensis & Pomeraniæ: cum vxore ANNA, filia Pupponis Comitis Hennebergij accepit districtum Regiomontis in Franconia: quem tandem Balthasaro Landgrauio # Turingiæ & Marchioni Misniæ vendidit. Obijt A. C. 1413. Sepultus Colberitij.

habuit quoque uxorem [illegible] filiam Alberti Burggravij Norimbergensis.

BVGSLAVVS VII. Dux Stetinensis, 1372 obijt A.C. 1404. sepultus Stetini in æde D. Othonis. Vxor ELISABETH F. Erici Ducis Brunsuigij & Grubenhagij, post mariti fata, facta est Abbatissa Gandersheimensis A. C. 1439.

CASIMIRVS VI. Dux Stetinensis & Pomeraniæ, victus à Friderico I. Marchione Brandeburgio Electore ad nouam Angermundam: amisit cum oppido prædicto Vkerlandiam, terram Stoelpensem, & Zedeuigam Anno Christi 1420. Quadriennio pòst Prenzlauia quoque cum tota Vkermarchia ad Marchiones Brandeburgicos peruenit. Inuiuis esse desijt Anno Christi 1433. Vxor CATHARINA F. Bernardi Ducis Brunsuigij & Luneburgij obijt Anno Christi 1429.

OTHO II. Dux Stetinensis, à Sigismundo Imp. in Coadiutorē Rigensem institutus: absque liberis obijt A. C. 1427. V. Kal. Aprilis. Vxor HEDVIGIS F. Magni Ducis Megapolensis.

IOACHIMVS Dux Stetinensis, & Pomeraniæ, obijt peste X. Kal. Octobris A. C. 1451. Vxor ELISABETH F. Ioannis I. Marchionis Brandeburgij.

ANNA vxor Ioannis Ducis Megapolensis.

Duces Pomeraniæ et teriorii.

OTHO III. Dux Stetinensis sui stemmatis postremus. Hoc Vkromnndæ absq; liberis extincto A. C. 1464. Fridericus II. Elector Brandeburgius feudum velut vacuum ab Imp. Friderico III. impetrauit: sed cui Pomeraniæ Duces VVolgastenses acriter restitere, legitimam à sanguine successionem proferentes. Vnde graue bellum exarsit: quod hac tandem lege compositum est: vt Brandeburgenses titulum Ducum Pomeraniæ vsurparent; & hæredibus deficientibus in feudo succederent.

*
*

Bugslauus IV. 1319.

Filiæ IV. — VVartislauus IV. 1326.

VVartislauus V. 1394. — Barnimus IV. 1365. — Heduigis — Bugslauus V. 1374.

VVartislauus VI. 1394. — Bugslau' VI. 1393. — Casimirus V. 1377. — Bugslauus IIX. 1417. — Barnimus V. 1401. — VVartislauus VII. 1392.

Barnimus VI. 1405. — Sophia. — VVartislauus IIX. 1415. — Bugslauus IX. 1448. — Sophia. — Ericus Rex Daniæ. 1459. — Filiæ duæ.

VVartislauus IX. 1456. — Barnimus VII. 1446. — Barnim' IIX. 1451. — Suantiborus. 1446. — Sophia. — Agnes.

VVartislauus X. 1478. — Adelheida. — Ericus II. 1474.

Suantiborus. — Erthmarus. — VVartislauus XI. 1474. — Casimirus VI. 1474. — Filiæ IV. — Bugslauus Magnus 1523.

Bugslauus XI. — Otho IV. — Casimirus VII. — Casimirus IIX. 1515. — Barnimus IX. 1573. — Georgius. 1531. — Filiæ duæ.

Bugslauus XI. — Filiæ VI. — Philippus. 1560. — Bugslauus XII. — Filiæ duæ.

Georgius II. — Ioan. Fridericus. — Bugslauus XIII. — Filiæ. — Ernestus Ludouicus. — Barnimus X. — Ericus. — Casimirus VII.

Philippus II. — Franciscus. — Filiæ. — Bugslauus. — Georgi' III. — Ioan. Ernestus. — Philippus Iulius. — Filiæ duæ.

STEMMATIS RESIDVI ΕΚΦΡΑΣΙΣ. *explanatio*

BVGSLAVVS IV. Barnimi I. F. Dux Pomeraniæ, VVolgasti aulæ sedem habuit. In diuisione enim facta cum fratre Othone, accepit regionem à Demino vsq; ad Anclam, terrã Vsdonensem, Iulinum, Caminum, Stargardiam, vsque ad Pomerellam. Bella gessit maxima, cum Vladislao Loctico Polonorum Rege: Marchionibus item Brandeburgijs, Conrado, Ioanne Illustri, & VVoldemaro, propter regionem Pomerellanam: quibus Stargardiam quoque iterum eripuit, muroque cinxit. Sundenses quoque post biennale bellum suæ adiecit ditioni: & cœnobium Vsdunense Puddegatam transtulit. Obijt A. C. 1319. VI. Kal. Martij. Sepultus Camini. Liberos genuit

Duces Pomeraniæ VVolgastenses Principes Rugiæ.

ꝟ ex AGNETE F Ioannis I. Electoris Brandeburgij, mortua A. C. 1309. vxore prima:

Duces Pomeraniæ Orientalis.

ANNAM coniugem Sambori Principis Rugiani.
HELENAM consortem Bernardi II. Principis Anhaltini, defunctam A. C. 1315.
Tertiam ἀνώνυμον, nuptam Nicoloto Puero, dynastæ Rostochiensium.

ꝟ ex MARGARETA F. VVitzlaui Principis Rugiani Camini sepulta A. C. 1318. vxore altera:

VVartizlaum IV. Ducem VVolgastensem, stemmatis propagatorem. †
ELISABETHAM vxorem Erici I. Ducis Saxoniæ.

VVARTISLAVVS IV. Dux Pomeraniæ VVolgastensis, post patris fata vlteriorem Pomeraniam, à Conrado I. Electore Brandeburgio occupatam recepit & auunculis quoq; sine hæredibus extinctis, cognationis iure in Rugiæ principatu successit. Sed sexto mense pòst Sundæ decessit Kal. Augusti A. C. 1326. Sepultus Camini: ex vxore ELISABETHA, Henrici Ducis Silesiæ filia, quatuor superstitibus liberis:

VVARTISLAVO V. Duce Pomeraniæ: qui vitæ quietioris cupidus suam ditionem hæreditariam fratri Bugslauo V. & fratruelibus vendidit: & ob plurima in monachos beneficia, Monachorum Pater noster cognominatus est. Obijt ἄπαις A. C. 1390. Vxor ANNA Ducissa Megapolensis.

Barnimo IV. Duce Pomeraniæ VVolgastensi, cuius stemma adhuc viget. †
HEDVIGE.

BVGSLAVO V. Duce Pomeraniæ Orientalis. Post fratris namque Barnimi excessum, principatum cum illius filijs partitus, partem accepit Polonam ac Borussiam attingentem A. C. 1372. Porrò Ludouicum Romanum Electorem Brandeburgicum acie superauit: Torgeloniam veterem nouamq; bello acquisiuit: Comitatum Butzkouiensem suæ ditioni adiunxit: & Stetinum nouum ampliauit. Post fata sepultus Balbuci A. C. 1374. Fuere in eius matrimonio primùm ELISABETH F. Casimiri III. Regis Poloniæ, sepulta in Mariathi ono A. C. 1336. deinde ADELHEIDA F. Othonis Ducis Brunsuigij & Grubenhagij. Hi genuit

CASIMIRVS V. Dux Pomeranorum, Vandalorum ac Cassuborum, educatus in aula aui materni, qui in feudum ipsi donauit aliquot oppida in Polonia. A Ludouico Rege Vngariæ & Poloniæ cum exercitu missus ad obsidendam arcem Schlotter: in ipsa oppugnatione lapide ictus interijt A. C. 1377. mense Ianuario, ἄπαις. Vxor SALOMEA Masouiæ Principissa.

BARNIMVS V. Dux Pomeraniæ Orientalis, fratris Casimiri auxilio Francofurtum ad Viadrum obsidione cinxit: quòd Ioannem siue Iacobum Rebock, molitorem, fictitium Marchionem agnoscere & suscipere nollent A. C. 1348. Obijt ἄπαις A. C 1401.

BVGSLAVVS IIX. Dux Pomeraniæ Orientalis, Administrator Episcopatus Caminensis: quem quoad vixit propter impensas deferere noluit; vitam reliquit mortalem A. C. 1417. sepultus Camini: ex coniuge SOPHIA, filia Procopij Marchionis Morauiæ pater effectus

SOPHIÆ vxoris Gulielmi Principis Henetorum in ducatu Megapolensi.
BVGSLAVI IX. Ducis Pomeraniæ Orientalis, sine masculo hærede defuncti A. C. 1446. & Rugenvvalde in Carthusia sepulti. Duas vxores habuit, MARIAM F. Ziemoniti Ducis Mazouiæ, Stolpæ sepultam: & AGNETEM F. Ioannis I. Marchionis Brandeburgij, sterilem. Filiam reliquit

SOPHIAM nuptum collocatam Erico II. Duci Pomeraniæ VVolgastensi.

VVARTISLAVVS VII. Dux Pomeraniæ Orientalis: cum patruele VVartislauo IIX. iter ingressus Hierosolymitanum: decessit Sinderouiæ in Vngaria A. C. 1392. Ex MARIA filia Henrici II. Ducis Megapolensis, genuit

ERICVM I. Ducem Pomeraniæ Orientalis, quæ adhuc Henetorum nomen retinet: cuius oppida sunt Stolpa, Rugenvvalda, Schlage. Hic propter heroicā præstantis ingenij ac virtutis indolē, & quòd Margaritæ Reginæ Semiramidis Danicæ ex sorore lugelburgi nepos esset, olim planè adolescens annos nimirum XIV. natus, ad Daniæ, Sueciæ, & Noruegiæ imperium euocatus: *bellum initiò gessit cum Comitibus Holsatiæ ob ducatum Slesuicensem: vbi Iutlandia ab illis occupata, postquā arbitrol mperatore ipsi restituta fuit: cum omnib. perfunctus, in Palæstinā abijt: vbi à Turcis captus, magno vix ære redemptus*

redemptus est. Quo ex periculo emersus, quum domum reuersus, Holsatos denuo rebelles reperiret: nouum bellum exarsit. Itaque tot laborum pertæsus, regnum reliquauit Christophoro Palatino, suo ex sorore nepoti: & in patria viginti adhuc annos in otio & quiete superstes vixit. Obijt Rugenvvaldæ ænnis: sepultus Bucouij Anno C. 1459. Vxor PHILIPPA F. Eduardi Regis Portugalliæ, mortua in Suecia, sepulta est VVorsteimij in cœnobio S. Brigittæ A. C. 1434. Aßignatur & altera ipsi vxor ELISABETH Iagellonis Regis Poloniæ F.

Duces Pomeraniæ VVolgastenses.

SOPHIAM vxorem Ioannis Comitis Palatini Rheni, matrem Christophori Regis trium regnorum Septentrionalium.

AGNETEM nuptam Othoni Comiti Ascaniæ.

ELISABETH vixit in consortio Caroli IV. Imp.

MARGARETA elocata Ernesto Ferreo Exarcho Austriæ.

BARNIMVS IV. Dux Pomeraniæ VVolgastensis, impubes cum fratre Bugslauo V. bello petitus á Ioanne & Magno Ducibus Megapolensibus, ob Rugiæ principatum: defensus est á Barnimo III. & Magno Duce Stetinensi turore. Ad iustam ætatem vbi peruenit: cum fratre Grimmam & Bardum arces, à Megapolensibus occupatas, vi recepit A.C. 1354. Pesvvalcum item oppidum Marchionibus Brandeburgijs eripuit: & Mariæthronum cœnobium fundauit. Post mortem Camini sepultus A. C. 1365. Vxor SOPHIA F. Nicoloti Henetorum Principis, duos ipsi peperit filios:

VVARTISLAVVM VI. stemmatis propagatorem. †

BVGSLAVVM VI Ducem Pomeraniæ VVolgastensem: quæ tamen ipsius hereditas, quum A. C. 1393. absque liberis moreretur, ad fratrem redijt. Tumulatus Eldenauæ. Vxores ei fuere duæ: IVDITHA F. Erici I. Ducis Saxoniæ, mortua A. C. 1338. & AGNES F. Henrici Ducis Brunsuigij & Luneburgij.

VVARTISLAVS VI. Dux Pomeraniæ, facta diuisione cum fratre A. C. 1376. principatus accepit Rugiæ & Vsduni. Captus in prælio Dangertano ab Alberro II. Duce Megapolensi A. C. 1369. Obijt A. C. 1394. Vxorem habuit ANNAM F. Ioannis II. Ducis Megapolensis: qua ipsi geniti

Barnimus VI. Dux VVolgastensis stemmatis propagator. †

SOPHIA vxor Henrici Ducis Brunsuigij & Luneburgij.

VVARTISLAVVS IIX. Dux Pomeraniæ, Bardæ sedit. Per Vngariam profectus Constantinopolim, indeq; Hierosolymam: in reditu Romæ ab Vrbano VI. Pontifice aurea donatus est rosa. Naturæ fatoque concesßit A. C. 1415. X. Kal. Septembris: ex vxore AGNETE filia Erici III. Ducis Saxoniæ inferioris, mortua A. C. 1435. duobus superstitibus filijs:

SVANTIBORO III. Duce Pomeraniæ, & Principe Rugiæ, Sundæ absque liberis defuncto A. C. 1446.

BARNIMO IIX. Duce Pomeraniæ Bardensi, defuncto A. C. 1451. & Campæ sepulto: genitore ex ANNA filia Henrici Comitis VVinsdorpiani.

AGNETIS nuptæ Friderico Pingui Marchioni Brandeburgico & Tangermundano.

BARNIMVS VI. Dux Pomeraniæ VVolgastensis, decessit in arce sua Puteuitz A. C. 1405. X. Kal. Octobris: sepultus Ctentzenij. Vxor VERONICA F. Friderici III. Burggrauij Norlbergensis, ex ipso mater est facta duorum filiorum:

VVartislaui IX. stemmatis propagatoris. †

BARNIMI VII. Ducis Pomeraniæ in Gutzkou, ænnudis mortui A. C. 1446.

VVARTISLAVVS IX. Dux Pomeraniæ, VVolgasti ad ostium Panis fluuij, aulæ sedem fixit: nec non Bardensem ducatum, Rugiam, & alias ditiones, patruelibus defunctis recepit. Literarum valde amans & summus Mœcenas: instinctu Henrici Rubenouij Consulis, fundauit Academiam Gripsyvaldensem A. C. 1456. quæ anno proximo XV. Kal. Nouembris solenniter est introducta: quo eodem anno in viuis esse desijt VVolgasti. Vxor SOPHIA Georgij Ducis Saxoniæ inferioris F. mortua A. C. 1462. parentem illum fecit

VVARTISLAVI X. Ducis Pomeraniæ VVolgastensis & Bardensis, Principis Rugiæ: qui à fratre ab hæreditate Erici I. Regis Suecorum exclusus; sed postea soceri interuentu admissus: iunctis cum ipso copijs, pro ducatu Stetinensi grauia gesßit bella contra Marchiones Brandeburgios: quo adhuc durante, inter viuos esse desijt A. C. 1478.

Duces Pomeraniæ. IX. Kal. Ianuarij, Barthæ: sepultus Campæ. Ex MARGARETA F. Vlrici Ducis Stargardensis, genuit

ERTHMARVM Ducem Pomeraniæ: cui ex VRSVLA filia Ioannis Electoris Brandeburgij procreati

BVGSLAVVS XI.
OTHO IV. } *Principes Rugiæ, ἄπαιδες.*
CASIMIRVS VII.

SVANTIBORVM IV. Ducem Pomeraniæ: principem pacis studiosissimum, ἄπαιδα mortuum.

Erici II. Ducis Pomeraniæ VVolgastensis. †

ADELHEIDÆ nupta Bernardo Duci Saxoniæ inferioris.

Duces Pomeraniæ, Stetinenses, Cassuborum & Vandalorũ, Principes Rugiæ. ERICVS II Dux Pomeraniæ, Princeps Rugiæ, hæres quoq; terrarum soceri [...], de quibus controuersiam mouit Erico I. Regi Daniæ, seni; qui eas tanquam proximus agnatus occupauerat: armis se ius suum repetiturum ostendens. Quo durante adhuc discordia, defuncto: omnes quoq; illius ditiones, VVartislao fratre excluso, sibi soli vendicare nisus est: quod vxor Erici Regis esset agnata. Quum autem, veteribus monimentis tum temporis minùs diligenter conseruatis aut pellustratis, agnationis gradum liquidò non demonstraret: Friderici II. Electoris Brandeburgij, Erici Regis testimonio innitentis (qui Othonem Stetinensem, non Ericum VVolgastensem, propiore sibi gradu agnatum asseruerat) opera effectum est: vt ditiones ab Erico Rege relictæ, in tres æquales partes diuisæ; Othoni Stetinensi, Erico II. & VVartislauo X. VVolgastensibus pariter distributæ fuerint. Othoni tamen postea defuncto, in eo quoque eis Viadrum ducatu successit: quem aduersus Electorem & Marchiones Brandeburgios strenue defendit. Obijt VVolgasti A.C. 1474. pridie Non. Quintiles: sepultus Ellenouij. Vxor SOPHIA F. Bugslaui IX. Ducis Pomeraniæ decessit A.C. 1495. Stolpæ in cœnobio Nigrorum monachorum sepulta: mater septem liberorum:

VVARTISLAVI XI. Ducis Pomeraniæ, parentis fatum breui insecuti Anno Christi 1474.

CASIMIRI VI. Ducis Pomeraniæ: quem pater sub bellis cum Marchionibus gestis, vnà cum matre ac sororibus in Orientalem misit Pomeraniam, Borussiæ finitimam, vt pote locum tutiorem A. C. 1471. vbi triennio post in fata concessit.

Bugslaui X. stemmatis propagatoris. †

SOPHIÆ vxoris Magni, Ducis Megapolensis.

ELISABETHÆ nuptum collocatæ Ioanni V. Duci Saxoniæ inferioris, Angriæ & VVestphaliæ.

MARGARETÆ consortis Balthasaris Ducis Megapolensis & Episcopi Suerinensis.

CATHARINAE elocatæ Henrico Seniori Duci Brunsuigio ac Luneburgio Anno Christi 1486.

BVGSLAVVS X. à rebus gestis *Magnus* cognominatus, Dux Pomeraniæ Stetiniae VVolgasti, Princeps Rugiæ, Cassuborum & Vandalorũ, Dominus in Gutzkavv, Botavv, & Levvenburg; natus Stolpæ A. C. 1454. IX. Kal. Iunij. Ex nobilissima Pomeraniæ principum stirpe solus fermè, vnica spes generis deinceps propagandi, superstes: à subditis summo studio & alacritate receptus est. Piritij obsessus ab Alberto Achille Germanico, Electore Brandeburgio, qui ducatum Stetinensem, à Friderico III. Imp. ceu feudum ipsi collatum, occupare conabatur. inde elapsus, nouis collectis copijs, obsidionẽ soluit. Quæ lis postea, Magni & Balthasaris Ducũ Megapolensium interuentu, Prenslauiæ A.C. 1476. his cõditionibus est composita: vt occupata vterq; retineret: captiui vtrinque dimitterentur: Margareta Friderici II. Elect. Brandeburgij F. Bugslauo nuberet: & Bugslaui atq; Ordinũ literis de successione, si mascula linea Ducũ Pomeraniæ desineret, legitimè caueretur. VVartislauo autẽ patruo, qui hac transactione exclusus fuerat, post trienniũ defuncto: integrè cum Marchionib. transegit: pacẽq; perpetuam atq; constantem sanciuit. Anno exinde Salutis humanæ 1486. Magnum Ducem Megapolensem, suum sororiũ, à ciuitatib. Hildesia confœderatis oppugnatum, mille equitibus armatis comitatus in ducatum Brunsuicensem, pacem ipsi recuperauit: cui quoq; anno in sequẽti suppetias aduersus rebelles Rostochiẽses laturus; eos, irrito tamẽ conatu, obsedit. Decennio ab hinc mense Decembri iter in Palæstinã ingressus: quem Venetia-

Duces Pomeraniæ.

[illegible] urbem triremo prætergressus, à barbaris marino prælio peteretur: socijs [illegible] pugnam perhorrescentibus trepidantibusque, rerum se ducem faciens, ex[illegible]mo inuictaque manu barbarorum naues repressit: se suosque periculi metu [illegible]: semiexustam triremem in alteram prægrauatam partem marinis fluctibus [illegible]cens, saluauit. Sesquibiennio post in patriam feliciter reuersus: cum Ioachimo I. [illegible] e Brandeburgio hæreditaria fœdera renouauit: Sundensibus bellum intulit: [illegible] ac prædones iustis supplicijs affecit. Maximis tandem exantlatis laboribus ac periculis, tabe confectus: Stetini diem supremum clausit III. Id. Octobris A. C. 1523. [illegible]atis suæ undeseptuagesimo: quem excesserat mensibus quatuor, & viginti diebus. [illegible]os magnanimus: qui patriam penè oppressam, & continuis bellis propè exhau[illegible] vere heroica virtute & admirabili fortuna rursus erexit & confirmauit: & in tota [illegible] ac gubernationis suæ historia, celsitudinis animi ac virtutum insignium, & succes[illegible] licium exempla, nec non prouidentiæ ac præsentiæ Dei testimonia illustria po[illegible]it. Ex bino coniugio quinq; sustulit liberos:

¶ ex M[illegible]RGARETA Brandeburgia, sepulta VVolgasti A. C. 1499.

[illegible]S[illegible]MIRVM IIX. Ducem Pomeraniæ, in adolescentia flore defunctum A. C. 1515. ætatis suæ XXIV.

¶ ex ANNA F. Casimiri Regis Poloniæ, mortua A. C. 1503. X. Kal. Septembris: & Eldenauiæ sepulta: †

Geor[illegible]m I. Ducem Stetini, stemmatis propagatorem. †

[illegible]A[illegible]NIMVM IX. Ducem Stetini & Pomeraniæ, Principem Rugiæ, Cassuborum & Vandalorum, natum A. C. 1501. III. Non. Decemb. h. 8. min. 15. a. m. Hic in di[illegible] ne facta cum fratruele, Stetinum obtinuit cum inferiori Pomerania. Obijt in arce Adersburgo IV. Non. Nouemb. A. C. 1573. senex insigni pietate, eximia prudentia incomparab. lis, literisq; summè deditus & addictus. Vita illi annorum LXXII. dempto triginta vno diebus. Vxor ANNA F. Henrici Ducis Luneburgij ac Brunsui-gij, defuncta A. C. 1568. IIX. Id. Nouemb. patrem ipsum fecit septem liberorum:

[illegible]GSLAVI XI. in pueritia extincti.

MAR[illegible]AE elocatæ Othoni Comiti Holsatiæ & Schoumburgi.

ANNAE nuptæ primùm Carolo Anhaltino, inde Henrico Burggrauio Misnensi Do[illegible]no Plauensi, tandem Iodoco Comiti Barbiensi.

DOROTHEAE triennio post nuptias, cum Ioanne Mansfeldio celebratas, mor[illegible] A. C. 1555. prid. Non. Iunij.

[illegible]LEXANDRAE.

SIBYLLAE.

[illegible]LISAB[illegible]THAE immatura ætate extinctæ.

ANNAM nuptam Georgio Duci Lignicio in Silesia A. C. 1515. mortuam A. C. 1550.

SOPHIAM vxorem Friderici I. Regis Daniæ, mortuam 1568.

GEORGIVS I. Dux Stetini & Pomeraniæ, Princeps Rugiæ, Cassubiæ, & Vandaliæ, natus A. C. 1493. III. Id. Aprilis: cum fratre, licèt illo postulante, ditio[illegible] nunquam diuisit: VVolgasti aulæ sedem habuit: prædonum hostis fuit acerrimus: [illegible]mando Poloniæ Regi anno 1526. contra Gedanenses equites instructissimos tre[illegible]tos adducens, motus seditiosos sedauit. Vita decessit VII. Id. Maij A. C. 1531. Ste[illegible] æde B. Othonis sepultus. Liberos genuit ex bino coniugio quatuor:

¶ ex AEMYLIA F. Philippi Ingenui Electoris Palatini, fœmina religiosa, prudente, graui, modesta, & benefica, defuncta IIX. Id. Ianuarij, & iuxta maritum sepulta A. C. 1524. vxore priore,

BVGSLAVVM XII. in cunis extinctum.

Philippum I. Ducem Stetini & Pomeraniæ. †

MARGARETAM coniugem Ernesti Ducis Brunsuigij & Luneburgij.

¶ ex MARGARETA F. Ioachimi I. Electoris Brandeburgij, vxore altera:

GEORGIAM posthumam, natam A. C. 1531. IV. Kal. Decembris.

PHILIPPVS I. Dux Stetini & Pomeraniæ Princeps Rugiæ, Dynasta Cassuborum & Vandalorũ, natus Id. Quintil. A.C. 1515. h. 1. m. 15. a. m. Huic in diuisione cũ patruo Barnimo cessit VVolgastũ cũ superiori Pomerania & Rugia: quas ditiones postq̃ summa

Dux Pomeraniæ. prudentia & dexteritate, in summa tranquillitate annos texisset duodetriginta; ex hac mortali vita ad æternam beatitudinem & cœlestem Ecclesiam euocatus, maximum suum desiderium omnibus reliquit XVI. Kalend. Martij h. 8. matutina A. C. 1560. annos natus XLIV. menses septem. Princeps pientissimus, cœlestis doctrinæ repurgatæ defensor ac propagator constantissimus, literarum mœcenas eximius, iustitiæ legumq; obseruantissimus, pacis cultor mirificus, & verè pater patriæ. Vxor eius MARIA, Ioannis Saxoniæ Electoris F. fœmina prudentissima, virtutum & omnis honestatis viuum exemplar, annis XXIII. marito superstes, obijt VII. Id. Ianuarij A. C. 1583. Hoc matrimonio octo procreati mares, tres fœmellæ:

GEORGIVS II. natus A. C. 1540. IV Non. Martij, h. 10. min. 24. post meridiem: obijt quadrimus.

IOAN. FRIDERICVS Dux Stetini & Pomeraniæ, princeps Rugiæ, Dominus Cassuborum & Henetorum, natus A. C. 1542. VI. Kal Decemb. h. 5. min. 15. p. m. decimum quartum ætatis agens annum ad Episcopatum Iulini accersitus ducatus quoq; gubernationem viuente & volente patruo m[illegible] Barnimo IX suscepit A. C. 15[illegible]9. In bello Maximiliani II. Imp. Turcico in P[illegible]onia an. 1564. I[illegible]perij gestauit vexi[illegible]um. Cum ERTHMVDE filia Ioan. Georgij Electoris Brandeburgij celebrauit nuptias A. C. 1577. XIII. Kal. Martij: sed sterili adhuc vtitur coniu[illegible]io. Quem vt Deus Opt. Max. cum cæteris fratribus ac nepotibus studiorum ac rei C[illegible]ri[illegible]ianæ commodis ad Nestoreos annos florentem & incolumem conseruet: tota animi contentione precor & & exopto.

BVGSLAVVS XIII. Dux Pomeraniæ, natus A. C. 1544. V. Id. Sextil. hora sesquioctaua pomeridiana: sacrum nuptiale celebrauit cum CLARA filia Francisci Ducis Luneburgij, vidua Bernardi Anhaltini VI. Id. Septemb. 1572. ex eaque genuit

PHILIPPVM II. Ducem Pomeraniæ, natum Frantzburgi A. C. 1573. V. Kal Sextil. h. 1. min. 45. a. m.

CLARAM MARIAM natam Frantzburgi A. C. 1574. VI. Id. Quintil.

CATHARINAM natam Barthi A. C. 1575. XIV. Kal. Quintilis, eodem anno extinctam V. Id. Quintil.

FRANCISCVM natum Barthi A. C. 1577. IX. Kal. April. h. 11. m. 30. p. m.

ERTHMVTAM natam Barthi A. C. 1578. Non. Aprilis; mortuam an. 1583. V. Id. Quinctil.

BVGSLAVVM XIV. Ducem Pomeraniæ, natum A. C. 1580. prid. Kal. April. h. 10. pomeridiana.

GEORGIVM III. natum A. C. 1582. III. Kal. Febr. h. 1. noctis.

IOAN. ERNESTVM Ducem Pomeraniæ, natum Bardi VII. Kal. Martij A. C. 1587. ex hac luce subtractum Kal. Febr. 1590.

VLRICVM Ducem Pomeraniæ.

ERNESTVS LVDOVICVS Dux Stetini & Pomeraniæ, natus VVolgasti IV. Non. Nouemb. A. C. 1545. h. 3. min. 30. a. m. matrimonijs sibi copulauit SOPHIAM HEDVIGEN *F. Iulij Ducis Brunsuigij & Luneburgij A. C. 1577. XIII. Kal. Nouemb. pater ex ipsa factus*

PHILIPPI IVLII Ducis Pomeraniæ, nati A. C. 1584.

ELISABETHAE.

HEDVIGAE.

AEMYLIA nata A. C. 1547. IV. Kal. Quinctil. obijt virgo A. C. 1580. XVI. Kal. Octobris.

BARNIMVS X. Dux Pomeraniæ, natus VVolgasti XV. Kal. Martij A. C. 1549. h. 1. m. 45. a. m. vxorem duxit ANNAM MARIAM *F. Ioan. Georgij Electoris Brandeburgij:*

ERICVS III. natus A. C. 1551. XI. Kal. Septemb. h. 5. m. 15. pomeridiana: obijt ante patrē.

PHILIPPVS infans extinctus.

CASIMIRVS IIX. Dux Pomeraniæ, & Administrator Episcopatus Caminensis, natus A. C. 1577. IX. Kal. Aprilis h. 1. m. 30. post meridiem.

MARGARETA vxor Francisci II. Ducis Saxoniæ inferioris, Angriæ & VVestphaliæ.

ANNA nupsit Vlrico Duci Megapolensi A. C. 1588.

STIRPIS

STIRPIS GRYPHONIAE

Corollarium

PRINCIPVM RVGIAE STEMMA CONTINENS.

RAZE Princeps Rugiæ, Lubecam euertit: mortuus A. C. 1141.

TESLAVS Rugiæ Princeps, fax belli intestini Danici inter Ericum VI. & Suenonem III. Reges a VValdemaro tandem victus.

IARIMARVS I. Principum Rugiæ primus fidem Christianã & baptismum suscepit: duo fundauit cœnobia, Bergam an. 2193. & Hildam an. 1199: Sundium vrbem ampliauit an. 1209. Daniæ quoque regnum (iuxta quorundam sententiam) aliquandiu administrauit. Vxor HILTEGARDIS F. Canuti Regis Daniæ.

STOISLAVS vnà cum fratribus à VValdemaro I. Daniæ Rege, & Henrico Leone Saxoniæ duce victus Christianam religionem amplecti cœpit.

BARVNTES siue Barnuta, princeps Rugiæ, obijt 12... Vxor BOLESLAVA Vvdai à Gutzkau F.

SVANTOPOLCVS Princeps Rugiæ, obijt A. C. 1217.

VVITZLAVS I. Princeps Rugiæ, fundator cœnobij Campæ an. 1231. diem obijt an. 1241.

IRMENGARDIS vxor Casimiri II. Ducis Pomeraniæ.

IOANNES.

DVBISLAVS Princeps Rugiæ.

IAR...SSVS siue Iarislaus, Princeps Rugiæ.

IARIMARVS II. Princeps Rugiæ, Daniæ Regis iugum excussit A. C. 1259. Obijt an. 1282.

VVITZLAVS II. Princeps Rugiæ. 1280.

BORISLAVS. 1250.

VVITZLAVS III. Princeps Rugiæ, promotor fidei Christianæ in Liuonia: subiecit se Imperio Romano. Fundauit Hildensce an. 1297. oppidoque Tribsees ius Lubecense concessit A. C. 1285, Obijt in Noruegia A. C. 1303.

IARIMARVS III. Caminensis Episcopus, obijt A. C. 1329.

IARIMARVS IV. obijt A. C. 1325.

VVITZLAVS IV. Princeps Rugiæ vrbem Sundensem sibi contumacem, vicinorum Regum atque Principum auxilijs frustrà obsedit. Ab oppidanis tandem interfectus A. C. 1325. VI. Id. Novembris: sepultus Campæ: Vxor MARGARETA F. Mestevini Cassuborum ac Pomerellorum Principis.

MARGARETA nupsit Bugslauo IV. Duci Pomeraniæ.

SAMBOR Princeps Rugiæ, obijt 1305. Vxor ANNA F. Bugslaui IV. Ducis Pomeraniæ.

VVITZLAVO absque liberis mortuo, Sundenses post diuturna Ducum Pomeraniæ, & vicinorum Megapolensium atque Herulorum Principum, de Bardensi, Tribusensi, Grimmensi, alijsque Rugiæ ditionibus, bella, tandem Pomeraniæ se ducibus, priuilegijs, & immunitatibus suis saluis, adiunxerunt: & VVartislauo IV. homagium præstiterunt.

ELIAE

ELIAE REVSNERI LEORINI

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI,

De Familijs Regum & principum, aliorumque procerum orbis Christiani

STIRPS GRYPHONIA siue POMERANICA,

Quæ

Illustre produxit Stemma

DVCVM STETINI ET POMERANIAE, Principum Rugiæ, Dynastarum Cassuborum & Henetorum, Comitum in Gutzkau, &c.

Accessit corollarij loco

PRINCIPVM RVGIAE GENEALOGIA.



ILLVSTRISSIMIS POTENTISS. QVE PRINCIPIB. AC DOMINIS

D. IOAN. FRIDERICO, D. BVGSLAVO XIII. D. ERNESTO LVDOVICO, D. BARNIMO X. ET CASIMIRO IIX. Fratrib. Germanis:

Item

D. PHILIPPO II, D. FRANCISCO, D. BVGSLAVO XIV, D. GEORGIO III. & D. VLRICO, D. Bugslaui XIII. Filijs Inclytis.

Et

D. PHILIPPO IVLIO, D. Ernesti Ludouici F.

Ducibus Stetini & Pomeraniæ, Principibus Rugiæ, Cassubiæ & Vandaliæ, Comitib. in Gutzkau &c.

DOMINIS CLEMENTISS.

D. D. D.

STIRPIS

STIRPIS GRYPHONIAE

Stemma Illuſtre

DVCVM POMERANIÆ, STETINI, CASSVBIAE ET VANDALIAE,

Principum Rugiæ, &c.

BARNIMVS I. ex gente Gryphonum, quæ pro inſigni gryphonem in clypeo geſtabat, ſuam trahens originem; Princeps & Dynaſta Pomeranorum, Caſſuborum & Vandalorum; vnà cum filio VVARTISLAO (genitore Geilæ ſiue Giſalæ, quæ in conſortio fuit Bernardi I. Dynaſtæ Luneburgij & primi Electoris Saxoniæ) interfuiſſe legitur prælio, quod geſſit Henricus Auceps Imp. ad Mersburgum cum Hungaris A.C. 933. & biennio pòſt primis quoque ludis Martialibus Magdeburgi celebratis. Huius atnepos ſiue trinepos eſt SVANTIBORVS: à quo Duces Pomeraniæ, nunquam interrupta linea, ſtemma ſuum deriuant.

SVANTIBORVS I. Princeps Sclauoniæ, Vandaliæ, Caſſuborum, Pomeranorum & Stetinenſium: vir ethnicis ſuperſtitionibus adhuc addictus: magnitudine rerum præclarè geſtarum aduerſus Danos & Polonos, maiorum memoriā plurimum illuſtrauit: & poſteritatem hanc, quæ nunc rerum potitur, nunquā intercisā ſtemmatis linea, propagauit. Obijt A.C. 1107. Liberi eius, paternas terras partiti, diſtinctionem citerioris & vlterioris Pomeraniæ primi fecere, gentemque in duas familias ſcidere. *Pomerellorum Caſſuborum & Vandalorum Principes.*

VVARTISLAVVS I. Dux citerioris Pomeraniæ. Vide ✠.

RATIBORVS cum fratre VVartislauó citeriorem ſortitus Pomeraniam, Germaniæ finitimam: cui Sedinorum ſedes fuit coniuncta; vbi Stetinum eſt, caput gentis, & ampliſſimæ familiæ ſedes: ideoq́ cum eodem linguam & mores Saxonicos aſſumſit. In cuius quoque memoriam eo loco, vbi ille trucidatus fuit, ad Penam amnem, cœnobium extruxit Scolpenſe. Alterius item cœnobij Graba in terra Vſdunenſi fundamenta iecit A.C. 1151. quo eodem anno in viuis eſſe deſijt: ibidem tumulatus. Vxor PRIBISLAVA F. Boleslai Criuouſti Regis Poloniæ.

BVGSLAVVS I. Princeps vlterioris Pomeraniæ (ditionem namque inter Caslinū & VVitzelam ſitam, quæ nunc Pomerella nominatur, occupauit) linguā Sclauonicam & mores Henetorū cum Suantipolco fratre retinuit, vt & religionem ethnicam: quam tamen poſtea ſub Boleslao Criuouſto, cum quo grauiſſima geſſit bella, abiecit: & Chriſtianam profiteri cœpit. Primus Polonorum, Caſſuborum, & Henetorum Princeps à Rege Poloniæ inueſtitus.

SVANTIPOLCVS vlterioris Pomeraniæ Princeps, Regis Poloniæ vaſallus: princeps acer & potens: à Boleslaó Criuouſto victus captusque, in vinculis expirauit A.C. 1120. ἄγαμος.

VVARTISLAVVS II. citerioris Pomeraniæ Dux, Stetinum & Caſſubiam in noua Marchia tenuit. Bella geſſit grauia contra VVoldemarum I. Regem Daniæ, & Henricum Leonem Ducem Saxoniæ & Bauariæ. Obotritis ſuppetias ferens, Adolphum III. Holſatiæ, & Richardum Dithmarſiæ Comites ad Deminum vicit atq́ occidit A.C. 1164. Caluicium cœnobium fundauit A.C. 1163. E viuis exceſſit 1186.

MARGARETA vxor Bernardi Comitis Razeburgij, viri ſtrenui: qui Henrico Leoni Electori Saxoniæ in bello Danicis & Vandalicis fideliſſima præſtitit auxilia.

SVBISLAVS Princeps Caſſuborum & Pomerellorum, ſiue Pomeraniæ vltra Viſtulam: primus Chriſtianam religionem profeſſus; Gedanū reſtaurauit: & cœnobiū Oliuæ circa eandem vrbem extruere cœpit A.C. 1170. Obijt 1187. ſepultus Oliuæ. Vxor ANNA Miecislai III. PR. Poloniæ F.

MESTEVINVS Princeps Caſſuborum & Pomerello- †

SAMBORIVS Princeps Caſſuborum & Pomerellorum, fun- *

BAR-

Pomerellorum Principes.

BARTHOLOMÆVS citerioris Pomeraniæ Dux, obijt ἄπαις *A.C. 1224. IV. Non. Martij.*

† ...rum, obijt A. C. 1220. sepultus in monasterio Oliuæ. In huius vixit cœnobio MARIA F. Miecislai III. Principis Poloniæ, ipsius matertera.

* ...dator Poplini cœnobij A. C. 1174. Oliuæ quoque monasterium, à patre inchoatum, perfecit, & septem pagis locupletauit. Obijt 1207.

SVBISLAVS. Princeps Pomerellorum, ἄπαις.

SVANTIPOLCVS II. Princeps Cassuborum & Henetorum in Pomerella: vir bellicosus, acer, & heroica virtute excellens; opibus & populari gratia florens, nec non aliquot de Danis victorijs elatus: quũ recuperasset, quæ maiores ipsius amiserant, vniuersa: repudiata societate Polonorum, in libertatem se vt vindicaret, nullum non mouit lapidem. Qua de causa quum eum Lescus Albus, Poloniæ Ethnarcha, tanquam rebellem, & seditiosum, opprimere conaretur, sine armis tamen; apud Gausanam Comitia indixit mense Nouembri A. C. 1226. ad quæ Suantipolcus, insidijs detectis, non comparuit. Tertio die curandis corporibus dato, in Poloniam comitatus. Masouicis & Prutenicis equitibus contendit: & Lescum Ganseuæ in balneo adortus, nudumque à suis in equum subleuatum, & iam sibi fuga consulere volentem, insecutus obtruncauit: Henrico Barbato Silesiæ Principi, qui cum Lesco balneum ingressus fuerat, sicarios immisit, & ex vulneribus collapsum semianimem reliquit. Hac ratione Polonorum iugo excusso, proprium ducatum in Pomerania constituit: quibus Gedanum quoque eripuit, & potestatis fecit suæ: & Naclum arcem recepit. Conradum item Ducem Masouiæ, VVladislauia capta euersaque, grauiter afflixit. Cruciferis in occupanda Borussia magna tulit auxilia: quos tamen & ipsos postmodò, quum eius terras ad se quoque pertrahere conarentur, hostili animo aggressus; terra marique obsedit: Culmensem tractum igne ferroque diripuit: magnamq; hominum stragem edidit: nec nisi accepta clade, pacem fieri permisit. Monasteria duo condidit; Nigrorum Gedani A. C. 1228. & Bucouiense A. C. 1232. Gedani vita defunctus admodum senex prid. Id. Quintil. A. C. 1268. sepultus in monasterio Oliuæ. Vxor SALOME siuè Salonica, F. Romari Russi.

RATIBORVS II. SAMBORIVS II. VVARTISLAVS II. Principes Pomerellorum vltra Vistolam: fratres Cruciferi in Borussia sub Magistro Ordinis Dominó Ioanne Zangerhusano: Ordini Teutonico omnia sua bona & iura legarunt.

MESTEVINVS II. Cassuborum, Henetorum, & Pomerellorum Dux vltimus: fratris auxilio Ordini Teutonico in Borussia bellum inferens: totum Oliueticum tractum, cum Episcopatu Pamesanensi vastauit Anno C. 1270. VVartislaum inde fratrem, Crucigerorum instinctu hæreditatis diuisionem urgentem, in exilium pepulit: & Conrado I. Marchioni Brandeburgio Electori Gedanum eripuit: cui tamen postmodò decem millia sexagenarum in compensationem sumptuum bellicorum, pro iure suo dedit. Moriturus quum hæredes masculos non haberet, odio agnatorum, hæredem instituit Primislaum Ducem Poloniæ: sicque vlterior Pomeraniæ pars, quæ Vistulæ adiacet, à regione auulsa est. Obijt autem Gedani IIX. Kal. Ianuarij A. C. 1295. in Oliuarum cœnobio inhumatus.

VVARTISLAVVS III. Princeps Cassuborum & Henetorum in Pomerella, cum Mesteuino fratre de hæreditate contendens, ab ipso captus, custodiæq; est traditus. Inde elapsus A. C. 1272. in auxilium vocauit Conradum I. Marchionem Brandeburgium: cui, quum soluendo non esset, Gedanum oppignorauit. In ipso belli apparatu animi mœrore extinctus VVissegardiæ, & VVladislauiæ in Mazouia tumulatus A. C. 1275. ἄπαις. *Vxor N. filia Zemonitl Ducis Masouiæ.*

SAMBORVS III. in pueritia mortuus A. C. 1222:

RATIBORVS III. puer extinctus.

HELINGA seu HELENA vxor Vladislai Sputatoris Principis Maioris Poloniæ.

SALOMEA nupsit Zemomyslo Duci Vladislauiësi in Masouia.

MARGARETHA vxor MESTEVINA coniux * Tertia filia ἀνώνυμος nupsit *

VVitzlaui

VVitslaui V. Principis Rugiæ. | Pribizlaui Iunioris, Principis Henetorum. | Adolpho V. Comiti Holsatiæ in VVagria.

Duces Pomeraniæ citerioris.

✠

VVARTISLAVVS I. Suantiberi F. in terrarum paternarum distributione, cum fratre Ratiboro citeriorem accepit Pomeraniam, Germaniæ finitimam: vbi Stetinum est, caput gentis, & amplissimę familiæ sedes, VVolgastum item, Vsdunum, aliaque oppida circa & vltra flumen Pene vsque ad Colbergam. Primus ex hac familia fidem amplexus Christianam: & cum filijs ab Othone Episcopo Papæbergensi sacris Christianis est initiatus. Fundauit episcopatum Iulini, & Stetini ædem S. Iacobi, opera fratris Ratibori. Ad extremum Stolpij in lecto proditoriè iugulatus, ibidemque sepultus A. C. 1136. quo in loco Ratiborus postea cœnobium construxit. Vxores eius fuerē duæ: HELENA siue HEILA soror germana Henrici Superbi Electoris & Ducis Saxoniæ & Bauariæ, obijt A. C. 1128. & IDA F. Canuti IV. Reges Daniæ.

BVGSLAVVS I. Princeps Pomeraniæ, cum fratre amplexus libertatē, leges, immunitates, iura, mores, ritus, & linguā vicinæ gentis Germanicæ: à Polonis ad Imperium se conuertit Romanum: ab Imp. Friderico Barbarossa, in castris ad Lubecam, adscitus in Ordinem & Senatum Imperij, & summa auctus dignitate, quæ ducum est, ob fidelem ipsi nauatam operam contra Danos: à quibus postea Iulino destructo, Episcopatum eius transtulit Caminum A. C. 1175. Extruxit præterea cœnobium Belbucense: Stolpense & Caluizium donatijs auxit plurimis. Suppetias quoque tulit Pribislao Obotritorum Regulo, aduersus Henricum Leonē Saxoniæ Septemvirum: & in Iaromarum Rugium, suum propinquum expeditionem suscepit. Vita decessit A. C. 1188. Sepultus in Vsdunensi cœnobio. Vxores eius duæ: VVALPVRGIS F. VVoldemari I. Regis Daniæ: & ANASTASIA F. Mieslai III. Ducis Poloniæ, Treptauiense monialium cœnobium condidit.

CASIMIRVS I. Dux citerioris Pomeraniæ, Demini habitauit. A Friderico I. Imp. in castris ad Lubecam A. C. 1182. in Imperij principem renunciatus: eodē anno Palæstinam inuisens, ibidem dec[...]

VVA[...] TISLAVS | ADOLPHVS | SVANTIBORVS
In pueritia mortui. | | Dux Citerioris Pomeraniæ, obijt A. C. 1244.

CASIMIRVS III. Dux Pomeraniæ, Demini habitauit. *ἄγαμος* extinctus. A. C. 1274.

BVGSLAVVS II. Dux Stetinensis & Pomeraniæ: captus ab Othone I. Marchione Brandeburgio Electore A. C. 1158. sed certis condiriombus dimissus, obijt A. C. 1222. Crantzeniæ prope Adelbergam sepultus. Eius tempestatibus Saxones in Pomeraniam sunt introducti: & Sclaui atque Heneti cum lingua, moribus & iuribus oppressi: ciuitates quoque Golnanium, Vkermunda & Anclam restauratæ, ac iure Lubecensi donatæ. Vxor VVISLAVA F. Iarolphi Principis Russiæ, Stetini in æde S. Iacobi inhumata.

CASIMIRVS II. Dux Pomeraniæ, cōditor cœnobij Stargardiensis A. C. 1194. sine liberis obijt Hierosolymæ A. C. 1217. Vxor IRMENGARDIS F. Iaromari Rugiani.

VVARTISLAVVS III. Dux Deminensis (aulam namque ibi habebat) Sclauoniæ & Pomeraniæ: Greiffenbergam in ciuitatem erexit: & cum fratruele Barnimo I. Deminū ac Loitz arces, quas Christophorus I. Rex Daniæ possidebat, recuperauit. Mortuus ἄγαμος A. C. 1246. Vxor SOPHIA F. Boleslai Crispi Ducis Poloniæ.

BARNIMVS I. Dux Stetini & Pomeraniæ, hæres patruorum: ciuitates Greiffenbergam, Banimum & Garzam extruxit: & Stetini ædem S. Mariæ Virginis Deiparæ extruxit A. C. 1261. Cum Ioanne I. Electore Brandeburgio & Othone eius fratre grauia gessit bella A. C. 1275. quæ tandem nu-

BVGSLAVVS III. Dux Pomeraniæ, cum Alberto II. Electore Brandeburgio acie conflixit. *ἄγαμος* sepultus Stetini in æde S. Iacobi A. C. 1224.

Duces Pomeraniæ citerioris.

ptijs filiæ sopitæ sunt: cui in dotem dedit Preuzleniam & Vkermarchiam. Cum Polonis quoque manus conseruit A.C. 1250. Tandem quum annos LVI. principatum magna cum admiratione administrasset: debitum naturæ persoluit Demini Idib. Nouembris A.C.1277. Stetini in æde B. Virginis Deiparæ sepultus. Fuere in eius matrimonio: 1. MARIA F. Alberti I. Saxoniæ Electoris, mortua A.C. 1246. 2. MARGARETA F. Henrici Senioris Ducis Brunsuigij ac Luneburgij. 3. MECHTILDIS F. Othonis Benefici Marchionis Brandeburgij, mortua A.C. 1276. IIX. Id. Nouembris.

OTHO I. Dux Stetinensis & Pomeraniæ: cœnobium monialum Iulini fundauit A.C. 1288. Cum Ioanne Illustri Marchione Brandeburgio manus conserens, acie eum fudit A. C. 1306. Vita decessit A. C. 1345. IV. Non. Decembr. Vxor ELISABETH F. Nicolai Comitis Sucrinensis.

HEDVIGIS vxor Ioannis I. Electoris Brandeburgij.

BARNIMVS II. Dux Pomeraniæ, obtinuit legato Mesteuini vlteriorem Pomeraniam: quam tamen postea Poloni occuparunt. In adulterio deprehensus, Dantisci à VVigando Mukauizio est confossus A. C. 1295. Sepultus Stetini in B. Virginis Mariæ æde.

BVGSLAVVS IV. Dux Pomeraniæ VVolgastensis. Vide signum *.

CASIMIRVS III. ob fortia facta & heroicum animum Magnus cognominatus, Dux Stetinensis: patriam contra Ludouicum Marchionem Brandeburgium (quippe quam sibi is ceu feudum eripere conabatur) strenuè defendit: quem gemino prælio fudit & superauit: semel ad Preuzlauiam in Vkermarchia A. C. 1392. iterum quinquennio pòst ad oppidum Kremme. Quæ lis postmodò interuentu Cæsaris Ludouici A.C. 1338. in Comitijs Francofurtensibus, hoc pacto transancta est: vt deficientibus masculis & legitimis hæredibus in ducatu Stetinensi, hæreditatem Ludouicu Senior cum fratribus Marchionibus Brandeburgijs, eorumque successoribus adiret. Stetini fundauit ædem D. Othonis A. C 1346. & Carthusiam A. C. 1360. Rebus humanis exemptus A.C. 1368. IX. Kal. Septembris. Vxor AGNES F. Othonis Largi Ducis Brunsuigij, ad S. Othonem sepulta A.C. 1371.

MECHTILDIS coniux Ioannis II. Principis Henetorum ac Herulorum.

CASIMIRVS III. Dux Stetinensis, princeps bellicosus: Othonem Botum, Marchionem Brandeburgiũ, acie superauit: vtque pactis staret, coegit: Ioannnem Comitem Lindawensem & Ruppinensem cepit A. C. 1371. Biennio pòst in obsidione Regiomontis in noua Marchia, sagitta per fauces traiectus oppetijt ãnus. Vxor SALOMEA F. Zemontsi Ducis Mazoniæ.

& habuit quoque uxorem ... filiam Alberti Burggravij Norimbergensis.

SVANTIBORVS II. Dux Stetinensis & Pomeraniæ: cum vxore ANNA, filia Pupponis Comitis Hennebergij accepit districtum Regiomontis in Franconia: quem tandem Balthasaro Landgrauio # Turingiæ & Marchioni Misniæ vendidit. Obijt A. C. 1413. Sepultus Colberitij.

BVGSLAVVS VII. Dux Stetinensis, ãnus obijt A.C. 1404. sepultus Stetini in æde D. Othonis. Vxor ELISABETH F. Erici Ducis Brunsuigij & Grubenhagij, post mariti fata, facta est Abbatissa Gãdersheimensis A. C. 1739.

CASIMIRVS VI. Dux Stetinensis & Pomeraniæ, victus à Friderico I. Marchione Brandeburgio Electore ad nouam Angermundam: amisit cum oppido prædicto Vkerlandiam, terram Stœlpensem, & Zedeuigam Anno Christi 1420. Quadriennio pòst Prenzlauia quoque cum tota Vkermarchia ad Marchiones Brandeburgicos peruenit. In viuis esse desijt Anno Christi 1433. Vxor CATHARINA F. Bernardi Ducis Brunsuigij & Luneburgij obijt Anno Christi 1429.

OTHO II. Dux Stetinensis, à Sigismundo Imp. in Coadiutorẽ Rigensem institutus: absque liberis obijt A. C. 1427. V. Kal. Aprilis. Vxor HEDVIGIS F. Magni Ducis Megapolensis.

IOACHI-

IOACHIMVS Dux Stetinensis, & Pomeraniæ, obijt peste X. Kal. Octobris A. C. 1451. Vxor ELISABETH F. Ioannis I. Marchionis Brandeburgij. — ANNA vxor Ioannis Ducis Megapolensis. *Duces Pomeraniæ citerioris.*

OTHO III. Dux Stetinensis sui stemmatis postremus. Hoc Vkromnndæ absq; liberis extincto A. C. 1464. Fridericus II. Elector Brandeburgius feudum velut vacuum ab Imp. Friderico III. impetrauit: sed cui Pomeraniæ Duces VVolgastenses acriter restitere, legitimam à sanguine successionem proferentes. Vnde graue bellum exarsit: quod hac tandem lege compositum est: vt Brandeburgenses titulum Ducum Pomeraniæ vsurparent; & hæredibus deficientibus in feudo succederent.

*

Bugslauus IV. 1319.

Filiæ IV. — VVartislauus IV. 1326.

VVartislauus V. 1394. — Barnimus IV. 1365. — Heduigis — Bugslauus V. 1374.

VVartislauus VI. 1394. — Bugslau' VI. 1393. — Casimirus V. 1377. — Bugslauus IIX. 1417. — Barnimus V. 1401. — VVartislauus VII. 1392.

Barnimus VI. 1405. — Sophia. — VVartislauus IIX. 1415. — Bugslauus IX. 1448. — Sophia. — Ericus Rex Daniæ. 1459. — Filiæ duæ.

VVartislauus IX. 1456. — Barnimus VII. 1446. — Barnim' IIX. 1451. — Suantiborus. 1446. — Sophia.

Agnes.

VVartislauus X. 1478. — Adelheida. — Ericus II. 1474.

Suantiborus. — Erthmarus. — VVartislauus XI. 1474. — Casimirus VI. 1474. — Filiæ IV. — Bugslauus Magnus 1523.

Bugslauus XI. — Otho IV. — Casimirus VII. — Casimirus IIX. 1515. — Barnimus IX. 1573. — Georgius. 1531. — Filiæ duæ.

Bugslauus XI. — Filiæ VI. — Philippus. 1560. — Bugslauus XII. — Filiæ duæ.

Georgius II. — Ioan. Fridericus. — Bugslauus XIII. — Filiæ. — Ernestus Ludouicus. — Barnimus X. — Ericus. — Casimirus VII.

Philippus II. — Franciscus. — Filiæ. — Bugslauus. — Georgi' III. — Ioan. Ernestus. — Philippus Iulius. — Filiæ duæ.

STEMMATIS RESIDVI ΕΚΦΡΑΣΙΣ. *explanatio*

BVGSLAVVS IV. Barnimi I. F. Dux Pomeraniæ, VVolgasti aulæ sedem habuit. In diuisione enim facta cum fratre Othone, accepit regionem à Demino vsq; ad Anclam, terrā Vsdonensem, Iulinum, Caminum, Stargardiam, vsque ad Pomerellam. Bella gessit maxima, cum Vladislao Loctico Polonorum Rege: Marchionibus item Brandeburgijs, Conrado, Ioanne Illustri, & VVoldemaro, propter regionem Pomerellanam: quibus Stargardiam quoque iterum eripuit, muroque cinxit. Sundenses quoque post biennale bellum suæ adiecit ditioni: & cœnobium Vsdunense Puddegatam transtulit. Obijt A. C. 1319. VI. Kal. Martij. Sepultus Camini. Liberos genuit *Duces Pomeraniæ VVolgastenses Principes Rugiæ.*

Duces Pomerania Orientalis.

☋ ex AGNETE F. Ioannis I. Electoris Brandeburgij, mortua A. C. 1209. vxore prima:

ANNAM coniugem Sambori Principis Rugiani.
HELENAM consortem Bernardi II. Principis Anhaltini, defunctam A. C. 1315.
Tertiam ἀνώνυμον, nuptam Nicoloto Puero, dynastæ Rostochiensium.

☋ ex MARGARETA F. VVitzlaui Principis Rugiani Camini sepulta A. C. 1318. vxore altera:

VVartizlaum IV. Ducem VVolgastensem, stemmatis propagatorem. †
ELISABETHAM vxorem Erici I. Ducis Saxoniæ.

VVARTISLAVVS IV. Dux Pomeraniæ VVolgastensis, post patris fata vlteriorem Pomeraniam, à Conrado I. Electore Brandeburgio occupatam recepit. & auunculis quoq; sine hæredibus extinctis, cognationis iure in Rugiæ principatu successit. Sed sexto mense pôst Sundæ decessit Kal. Augusti A. C. 1326. Sepultus Camini: ex vxore ELISABETHA, Henrici Ducis Silesiæ filia, quatuor superstitibus liberis:

VVARTISLAVO V. Duce Pomeraniæ: qui vitæ quietioris cupidus suam ditionem hæreditariam fratri Bugslauo V. & fratruelibus vendidit. & ob plurima in monachos beneficia, Monachorum Pater noster cognominatus est. Obijt ἄπαις A. C. 1390. Vxor ANNA Ducissa Megapolensis.

Barnimo IV. Duce Pomeraniæ VVolgastensi, cuius stemma adhuc viget. †
HEDVIGE.

BVGSLAVO V. Duce Pomeraniæ Orientalis. Post fratris namque Barnimi excessum, principatum cum illius filijs partitus, partem accepit Poloniam ac Borussiam attingentem A. C. 1372. Porrò Ludouicum Romanum Electorem Brandeburgium acie superauit: Torgelouiam veterem nouamq; bello acquisiuit: Comitatum Butzkouiensem suæ ditioni adiunxit: & Stettinum nouum ampliauit. Post fata sepultus Balbucæ A. C. 1374. Fuere in eius matrimonio primùm ELISABETH F. Casimiri III. Regis Poloniæ, sepulta in Mariæthr oao A. C. 1336. deinde ADELHEIDA F. Othonis Ducis Brunsuigij & Grubenhagij. Hi genuit

CASIMIRVS V. Dux Pomeranorum, Vandalorum ac Cassuborum, educatus in aula aui materni, qui in feudum ipsi donauit aliquot oppida in Polonia. A Ludouico Rege Vngariæ & Poloniæ cum exercitu missus ad obsidendam arcem Schlotter: in ipsa oppugnatione lapide ictus interijt A. C. 1377. mense Ianuario, ἄπαις. Vxor SALOMEA Masouiæ Principissa.

BARNIMVS V. Dux Pomeraniæ Orientalis, fratris Casimiri auxilio Francofurtum ad Viadrum obsidione cinxit: quòd Ioannem siue Iacobum Rebock, molitorem, fictitium Marchionem agnoscere & suscipere nollent A. C. 1348. Obijt ἄπαις A. C. 1401

BVGSLAVVS IIX. Dux Pomeraniæ Orientalis, Administrator Episcopatus Caminensis: quem quoad vixit propter impensas deserere noluit; vitam reliquit mortalem A. C. 1417. sepultus Camini: ex coniuge SOPHIA, filia Procopij Marchionis Morauiæ pater effectus

SOPHIÆ vxoris Gulielmi Principis Henetorum in ducatu Megapolensi.
BVGSLAVI IX. Ducis Pomeraniæ Orientalis, sine masculo hærede defuncti A. C. 1448. & Rugenvvaldæ in Carthusia sepulti. Duas vxores habuit, MARIAM F. Ziemouiti Ducis Mazouiæ, Stolpæ sepultam: & AGNETEM F. Ioannis I. Marchionis Brandeburgij, sterilem. Filiam reliquit

SOPHIAM nuptum collocatam Erico II. Duci Pomeraniæ VVolgastensi.

VVARTISLAVVS VII. Dux Pomeraniæ Orientalis: cum patruele VVartislauo IIX. iter ingressus Hierosolymitanum: decessit Sinderouiæ in Vngaria A. C. 1392. Ex MARIA filia Henrici II. Ducis Megapolensis, genuit

ERICVM I. Ducem Pomeraniæ Orientalis, quæ adhuc Henetorum nomen retinet cuius oppida sunt Stolpa, Rugenvvalda, Schlage. Hic propter heroicã præstantis ingenij ac virtutis indolẽ, & quòd Margaritæ Reginæ Semiramidis Danicæ ex sorore Ingelbargi nepos esset, olim planè adolescens annos nimirum XIV. natus, ad Daniæ, Sueciæ, & Noruegiæ imperium euocatus. *bellum initiò gessit cum Comitibus Holsatiæ ob ducatum Slesuicensem: vbi Iutlandia ab illis occupata, postquã arbitro Imperatore ipsi restituta fuit: curis omnib. perfunctus, in Palæstinã abijt: vbi à Turcis captus, magno vix ære redemptus*

redemptus est. Quo ex periculo emersus, quum domum reuersus, Holsatos denuo rebelles repertres: nouum bellum exarsit. Itaque tot laborum pertæsus, regnum resignauit Christophoro Palatino, suo ex sorore nepoti: & in patria viginti adhuc annos in otio & quiete superstes vixit. Obijt Rugenvvaldæ ......: sepultus Bucouij Anno C. 1459. Vxor PHILIPPA F. Eduardi Regis Portugalliæ, mortua in Suecia, sepulta est VVorsteimij in cœnobio S. Brigittæ A. C. 1434. Assignatur & altera ipsi vxor ELISABETH Iagellonis Regis Poloniæ F.

Duces Pomeraniæ VVolgastenses.

SOPHIAM vxorem Ioannis Comitis Palatini Rheni, matrem Christophori Regis trium regnorum Septentrionalium.

AGNETEM nuptam Othoni Comiti Ascaniæ.

ELISABETH vixit in consortio Caroli IV. Imp.

MARGARETA elocata Ernesto Ferreo Exarcho Austriæ.

BARNIMVS IV. Dux Pomeraniæ VVolgastensis, impubes cum fratre Bugslauo V. bello petitus à Ioanne & Magno Ducibus Megapolensibus, ob Rugiæ principatum defensus est à Barnimo III. & Magno Duce Stetinensi tutore. Ad iustam ætatem vbi peruen r: eum fratre Grimmam & Bardum arces, à Megapolensibus occupatas, vi recepit A. C. 1354. Pesvvalcum item oppidum Marchionibus Brandeburgijs eripuit: & Mariæthronum cœnobium fundauit. Post mortem Camini sepultus A. C. 1365. Vxor SOPHIA F. Nicoloti Henetorum Principis, duos ipsi peperit filios:

VVARTISLAVVM VI. stemmatis propagatorem. †

BVGSLAVVM VI Ducem Pomeraniæ VVolgastensem: qui tamen ipsius hæreditas, quum A. C. 1393. absque liberis moreretur, ad fratrem rediyt. Tumulatus Eldenauæ. Vxores ei fuere duæ: IVDITHA F. Erici I. Ducis Saxoniæ, mortua A. C. 1388. & AGNES F. Henrici Ducis Brunsuigij & Luneburgij.

VVARTISLAVS VI. Dux Pomeraniæ, facta diuisione cum fratre A. C. 1376. principatus accepit Rugiæ & Vsduni. Captus in prælio Dangertano ab Alberto II. Duce Megapolensi A. C. 1369. Obijt A. C. 1394. Vxorem habuit ANNAM F. Ioannis II. Ducis Megapolensis: qua ipsi genitI

Barnimus VI. Dux VVolgastensis stemmatis propagator. †

SOPHIA vxor Henrici Ducis Brunsuigij & Luneburgij.

VVARTISLAVVS IIX. Dux Pomeraniæ, Bardæ sedit. Per Vngariam profectus Constantinopolim, indeque Hierosolymam: in reditu Romæ ab Vrbano VI. Pontifice aurea donatus est rosa. Naturæ fatoque concessit A. C. 1415. X. Kal. Septembris: ex vxore AGNETE filia Erici III. Ducis Saxoniæ inferioris, mortua A. C. 1435. duobus superstitibus filijs:

SVANTIBORO III. Duce Pomeraniæ, & Principe Rugiæ, Sundæ absque liberis defuncto A. C. 1446.

BARNIMO IIX. Duce Pomeraniæ Bardensi, defuncto A. C. 1451. & Campæ sepulto: genitore ex ANNA filia Henrici Comitis VVinsdorpiani.

AGNETIS nuptæ Friderico Pingui Marchioni Brandeburgico & Tangermundano.

BARNIMVS VI. Dux Pomeraniæ VVolgastensis, decessit in arce sua Puteuitz A. C. 1405. X. Kal. Octobris: sepultus Crentzenij. Vxor VERONICA F. Friderici III. Burggrauij Noribergensis, ex ipso mater est facta duorum filiorum:

VVartislaui IX. stemmatis propagatoris. †

BARNIMI VII. Ducis Pomeraniæ in Gutzkou, ... mortui A. C. 1446.

VVARTISLAVVS IX. Dux Pomeraniæ, VVolgasti ad ostium Panis fluuij, aulæ sedem fixit: nec non Bardensem ducatum, Rugiam, & alias ditiones, patruelibus defunctis recepit. Literarum valde amans & summus Mœcenas: instinctu Henrici Rubenouij Consulis, fundauit Academiam Gripsvvaldensem A. C. 1456. quæ anno proximo XV. Kal. Nouembris solenniter est introducta: quo eodem anno in viuis esse desijt VVolgasti. Vxor SOPHIA Georgij Ducis Saxoniæ inferioris F. mortua A. C. 1462. parentem illum fecit

VVARTISLAVI X. Ducis Pomeraniæ VVolgastensis & Bardensis, Principis Rugiæ: qui à fratre ab hæreditate Erici I. Regis Suecorum exclusus; sed postea soceri interuentu admissus: initis cum ipso copijs, pro ducatu Stetinensi grania gessit bella contra Marchiones Brandeburgios: quo adhuc durante, inter viuos esse desijt A. C. 1478.

Duces Pomeraniæ.

IX. Kal. Ianuarij, Bartha: sepultus Campa. Ex MARGARETA F. Vlrici Ducis Stargardensis, genuit

ERTHMARVM Ducem Pomeraniæ: cui ex VRSVLA filia Ioannis Electoris Brandeburgij procreati

BVGSLAVVS XI.
OTHO IV. } *Principes Rugiæ, ἄπαιδες.*
CASIMIRVS VII.

SVANTIBORVM IV. Ducem Pomeraniæ: principem pacis studiosissimum, *ἄπαιδα* mortuum.

Erici II. Ducis Pomeraniæ VVolgastensis. †

ADELHEIDÆ nupta Bernardo Duci Saxoniæ inferioris.

Duces Pomerania, Stetinenses, Cassuborum & Vandalorũ, Principes Rugia.

ERICVS II. Dux Pomeraniæ, Princeps Rugiæ, hæres quoq; terrarum soceri sui, de quibus controuersiam mouit Erico I. Regi Daniæ, seni; qui eas tanquam proximus agnatus occupauerat: armis se ius suum repetiturum ostendens. Quo durante adhuc discordia, defuncto: omnes quoq; illius ditiones, VVartislao fratre excluso, sibi soli vendicare nisus est: quod vxor Erici Regis esset agnata. Quum autem, veteribus monimentis tum temporis minùs diligenter conseruatis aut pellustratis, agnationis gradum liquidò non demonstraret: Friderici II. Electoris Brandeburgij, Erici Regis testimonio innitentis (qui Othonem Stetinensem, non Ericum VVolgastensem, propiore sibi gradu agnatum asseruerat) opera effectum est; vt ditiones ab Erico Rege relictæ, in tres æquales partes diuisæ; Othoni Stetinensi, Erico II. & VVartislauo X. VVolgastensibus pariter distributæ fuerint. Othoni tamen postea defuncto, in eo quoque cis Viadrum ducatu successit: quem aduersus Electorem & Marchiones Brandeburgios strenue defendit. Obijt VVolgasti A.C. 1474. pridie Non. Quintiles. sepultus Ellenouij. Vxor SOPHIA F. Bugslaui IX. Ducis Pomeraniæ decessit A.C. 1495. Stoelpæ in cœnobio Nigrorum monachorum sepulta: mater septem liberorum:

VVARTISLAVI XI. Ducis Pomeraniæ, parentis fatum breui insecuti Anno Christi 1474.

CASIMIRI VI. Ducis Pomeraniæ: quem pater sub bellum Marchionibus gestũ, vnà cum matre ac sororibus in Orientalem misit Pomeraniam, Borussiæ finitimam, vtpote locum tutiorem A. C. 1472. vbi triennio post in fata concessit.

Bugslaui X. stemmatis propagatoris. †

SOPHIÆ vxoris Magni, Ducis Megapolensis.

ELISABETHÆ nuptum collocatæ Ioanni V. Duci Saxoniæ inferioris, Angriæ & VVestphaliæ.

MARGARETÆ consortis Balthasaris Ducis Megapolensis & Episcopi Suerinẽsis.

CATHARINAE elocatæ Henrico Seniori Duci Brunsuigio ac Luneburgio Anno Christi 1486.

BVGSLAVVS X. à rebus gestis *Magnus* cognominatus, Dux Pomeraniæ Stetini ac VVolgasti, Princeps Rugiæ, Cassuborum & Vandalorũ, Dominus in Gutzkavv, Botavv, & Levvenburg; natus Stolpæ A. C. 1454. IX. Kal. Iunij. Ex nobilissima Pomeraniæ principum stirpe solus fermè, vnica spes generis deinceps propagandi, superstes: à subditis summo studio & alacritate receptus est. Piritij obsessus ab Alberto Achille Germanico, Electore Brandeburgio, qui ducatum Stetinensem, à Friderico III. Imp. ceu feudum ipsi collatum, occupare conabatur: inde elapsus, nouis collectis copijs, obsidionẽ soluit. Quæ lis postea, Magni & Balthasaris Ducũ Megapolensium interuentu, Prenslauiæ A. C. 1476. his cõditionibus est composita vt occupata vterq; retineret: captiui vtrinque dimitterentur: Margareta Friderici II. Elect. Brandeburgi F. Bugslauo nuberet: & Bugslaui atq; Ordinũ literis de successione, si mascula linea Ducũ Pomeraniæ desineret, legitimè caueretur. VVartislauo autẽ patruo, qui hac transactione exclusus fuerat, post trienniũ defuncto: integrè cum Marchionib. transegit: pacẽq; perpetuam atq; constantem sanciuit. Anno exinde Salutis humanæ 1486. Magnum Ducem Megapolensem, suum sororiũ, à ciuitatib. Hildesiæ confœderatis oppugnatũ, mille equitibus armatis comitatus in ducatum Brunsuicensem; pacem ipsi recuperauit. Eodem quoq; anno insequẽti suppetias aduersus rebelles Rostochiẽses laturus, eos, irrito tamẽ conatu, obsedit. Decennio ab hinc mense Decembri iter in Palæstinã ingressus: quum Venetias

... bem triremo prætergressus, à barbaris marino prælio peteretur: socijs perhorrescentibus trepidantibusque, rerum se ducem faciens, ex... inuictaque manu barbarorum naues repressit: se suosque periculi metu ...traxit: semiexustam triremem in alteram prægrauatam partem marinis fluctibus ...cens, saluauit. Sesquibiennio post in patriam feliciter reuersus: cum Ioachimo I. ...c Brandeburgio hæreditaria fœdera renouauit: Sundensibus bellum intulit: ...nes ac prædones iustis supplicijs affecit. Maximis tandem exantlatis laboribus ac periculis, tabe confectus: Stetini diem supremum clausit III. Id. Octobris A. C. 1523. ...tis suæ vndeseptuagesimo: quem excesserat mensibus quatuor, & viginti diebus. ... animus: qui patriam penè oppressam, & continuis bellis propè exhaustam, vere heroica virtute & admirabili fortuna rursus erexit & confirmauit: & in tota ... ac gubernationis suæ historia, celsitudinis animi ac virtutum insignium, & successuum exempla, nec non prouidentiæ ac præsentiæ Dei testimonia illustria po... Ex bino coniugio quinq; sustulit liberos: *Duces Pomeraniæ.*

ex MARGARETA Brandeburgia, sepulta VVolgasti A. C. 1499.

CASIMIRVM IIX. Ducem Pomeraniæ, in adolescentiæ flore defunctum A. C. 151.. ætatis suæ XXIV.

ex ANNA F. Casimiri Regis Poloniæ, mortua A. C. 1503. X. Kal. Septembris: & Eldenauiæ sepulta: †

Georgium I. Ducem Stetini, stemmatis propagatorem. †

BARNIMVM IX. Ducem Stetini & Pomeraniæ, Principem Rugiæ, Cassuborum ... Vandalorum, natum A. C. 1501. III. Non. Decemb. h. 8. min. 15. a. m. Huic in diui... ne facta cum fratruele, Stetinum obtinuit cum inferiori Pomerania. Obijt in arce Adersburgo IV. Non. Nouemb. A. C. 1573. senex insigni pietate, eximia prudentia incomparabilis, literisq; summè deditus & addictus. Vita illi annorum LXXII. demptis triginta vno diebus. Vxor ANNA F. Henrici Ducis Luneburgij ac Brunsuigij, defuncta A. C. 1568. IIX. Id. Nouemb. patrem ipsum fecit septem liberorum:

BVGSLAVI XI. in pueritia extincti.

MARIAE elocatæ Othoni Comiti Holsatiæ & Schoumburgi.

ANNAE nuptæ primùm Carolo Anhaltino, inde Henrico Burggrauio Misnensi Domino Plauensi, tandem Iodoco Comiti Barbiensi.

DOROTHEAE triennio post nuptias, cum Ioanne Mansfeldio celebratas, mortuæ A. C. 1555. prid. Non. Iunij.

ALEXANDRAE.

SIBYLLAE.

ELISABETHAE immatura ætate extinctæ.

ANNAM nuptam Georgio Duci Lignicio in Silesia A. C. 1515. mortuam A. C. 1550.

SOPHIAM Vxorem Friderici I. Regis Daniæ, mortuam 1568.

GEORGIVS I. Dux Stetini & Pomeraniæ, Princeps Rugiæ, Cassubiæ, & Vandaliæ, natus A. C. 1493. III. Id. Aprilis: cum fratre, licèt illo postulante, ditionem nunquam diuisit: VVolgasti aulæ sedem habuit: prædonum hostis fuit acerrimus: ... mundo Poloniæ Regi anno 1526. contra Gedanenses equites instructissimos tre... tos adducens, motus seditiosos sedauit. Vita decessit VII. Id. Maij A. C. 1531. Ste... B. Othonis sepultus. Liberos genuit ex bino coniugio quatuor:

ex AEMYLIA F. Philippi Ingenui Electoris Palatini, fœmina religiosa, prudente, graui, modesta, & benefica, defuncta IIX. Id. Ianuarij, & iuxta maritum sepulta A. C. 1524. vxore priore,

BVGSLAVVM XII. in cunis extinctum.

Philippum I. Ducem Stetini & Pomeraniæ. †

MARGARETAM coniugem Ernesti Ducis Brunsuigij & Luneburgij.

ex MARGARETA F. Ioachimi I. Electoris Brandeburgij, vxore altera:

GEORGIAM posthumam, natam A. C. 1531. IV. Kal. Decembris.

PHILIPPVS I. Dux Stetini & Pomeraniæ Princeps Rugiæ, Dynasta Cassuborum & Vandalorũ, natus Id. Quintil. A. C. 1515. h. 1. m. 15. a. m. Huic in diuisione cũ patruo Barnimo cessit VVolgastũ cũ superiori Pomerania & Rugia: quas ditiones postq̃ summa

STIRPIS GRYPHONIAE

Corollarium

PRINCIPVM RVGIAE STEMMA CONTINENS.

RAZE Princeps Rugiæ, Lubecam euertit: mortuus A. C. 1141.

TESLAVS Rugiæ Princeps, fax belli intestini Danici inter Ericum VI. & Suenonem [illegible] Reg[illegible] à VValdemaro tandem victus.

IARIMARVS I. Principum Rugiæ primus fidem Christianã & baptismum suscepit: duo fundauit cœnobia, Bergam an. 2193. & Hildam an. 1199: Sundium vrbem ampliauit an. 1209. Daniæ quoque regnum (iuxta quorundam sententiam) aliquandiu administrauit. Vxor HILTEGARDIS F. Canuti Regis Daniæ.

STOISLAVS vnà cum fratribus à VValdemaro I. Daniæ Rege, & Henrico Leone Saxoniæ duce victus Christianam religionem amplecti cœpit.

BARVNIES siue Barnuta, princeps R[illegible]giæ, obijt [illegible]. Vxor BOLESLAVA [illegible] Gutzkau F.

SVANTOPOLCVS Princeps Rugiæ, obijt A. C. 1217.

VVITZLAVS I. Princeps Rugiæ, fundator cœnobij Campæ an. 1231. diem obijt an. 1241.

IRMENGARDIS [illegible] Casimiri II. Ducis Pomeraniæ.

I[illegible]ANNES.

DVBISLAVS Princeps Rugiæ.

IARISSVS siue Iarislaus, Princeps Rugiæ.

IARIMARVS II. Princeps Rugiæ, Daniæ Regis iugum excussit A. C. 1259. Obijt an. 1282.

VVITZLAVS II. Princeps Rugiæ. 1280.

BORISLAVS. 1250.

VVITZLAVS III. Princeps Rugiæ, promotor fidei Ch[illegible]anæ in Liuonia: subiecit se Imperio Romano. Fundauit Hildensee an. 1297. oppidoque Tribsees ius Lubecense concessit A. C. 1285, Obijt in Noruegia A. C. 1303.

IARIMARVS III. Caminensis Episcopus, obijt A. C. 1329.

IARIMARVS IV. obijt A. C. 1325.

VVITZLAVS IV. Princeps Rugiæ vrbem Sundensem sibi contumacem, vicinorum Regum atque Principum auxilijs frustrà obsedit. Ab oppidanis tandem interfectus A. C. 1325. VI. Id. Nouembris: sepultus Campæ: Vxor MARGARETA F. Mestevini Cassuborum ac Pomerellorum Principis.

MARGARETA nupsit Bugslauo. IV. Duci Pomeraniæ.

SAMBOR Princeps Rugiæ, obijt 1305. Vxor ANNA F. Bugslaui IV. Ducis Pomeraniæ.

VVITZLAVO absque liberis mortuo, Sundenses post diuturna Ducum Pomeraniæ, & vicinorum Megapolensium atque Herulorum Principum, de Bardensi, Tribusensi, Grimmensi, alijsque Rugiæ ditionibus, bella; tandem Pomeraniæ se ducibus, priuilegijs, & immunitatibus suis saluis, adiunxerunt: & VVartislauo IV. homagium præstiterunt.

ELIAE

ELIAE REVSNERI LEORINI

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI

De Familijs Regum & Principum aliorumq; Procerum orbis Christiani

STIRPS LOVANIENSIS

Quæ

Stemmata produxit illustria

I. *VETERVM DVCVM BRABANTIAE, & ab his oriundorum COMITVM PROVINCIALIVM HASSIAE.*

II. *MARCHIONVM BERGARVM AD Schaldim, & Baronum Grimbergensium.*

ILLVSTRISSIMIS POTENTISSIMISQVE
Principibus ac Dominis

D. GVILIELMO, D. LVDOVICO, & D. GEORGIO, FRATRIB. Germanis, D. PHILIPPI F. F. F.

Principibus item Iunioribus

D. MAVRICIO, D. Guil. F.
D. LVDOVICO, D. PHILIPPO, & D. IOAN. GEORGIO, D. Georgij F. F. F.

Landgrauijs Hassiæ, Comitibus Cattimeliboga, Zigenhaina, Nidda, &c.

DOMINIS CLEMENTISS.
D. D. D.

STIRPIS

STIRPIS LOVANIENSIS

Stemma Primum

VETERVM DVCVM BRABANTIAE: vnde porrò oriundi COMITES PROVINCIALES Hassiæ nostra ætate.

LAMBERTVS Barbatus siue Longicollus, Raginerij Comitis Hannoniæ F. duEta GERBERGA filia ac hærede Caroli Ducis superioris Lotharingiæ ex Caroli Magni prosapia postremi; per eam factus est Comes Louanij primus. Godefridus namque Arduēnas Lotharingia ab Imp. donatus, Gerbergæ inde pulsæ nil reliquerat, præter Louanium (vnde Louanij Comitem se scripsit) Bruxellam, Niuellam, cum vicinis oppidulis. Qua de causa procul dubio Lambertus cum Balderico Leodiensi Episcopo aduersus Augustum conspirasse; ac tandem à Godefrido Arduennæ ac Lotharingiæ Duce, Louanio expugnato, Floriuasij occisus legitur circa A.C. 1015. *Comites Louanij.*

HENRICVS I. Comes Louanij, ac Marchio Rhiæ cuius est caput Antuerpia, obijt A.C. 1406. sepultus Niuellæ iuxta parentes.

LAMBERTVS Comes Louaniensis Marchio Rhiensis, perijt prope Tornacum A. C. 1054. Vxor VDA F. Gesoleni siue Gothelonis Ducis Lotharingiæ.

MATHILDIS vxor Eustathij Comitis Boloniæ.

OTHO Comes Louanij Belgici Princeps à nonnullis Annalium scriptoribus vocitat' ab Henrico III. Augusto proscriptus.

HENRICVS II. Comes Louaniensis, Marchio Rhiensis, à nobili viro, quem captum dimittere nolebat, in lecto iugulatus A. C. 1068. Sunt alij, qui eum desertis vxore & liberis cœnobium Goricense ingressum, sibimet paulo post violentas intulisse manus, scribunt.

CONRADVS Comes Louanij ab Henrico IV. Cæsare adhuc puero, Dux Carinthiæ designatus: Obijt ἄπαις.

HENRICVS III. Comes Louanij, Marchio Rhiæ. Vxor N. Landgrauia Turingiæ.

HENRICVS IV. Comes Louanij, Marchio Rhiæ, prope Tornacum occisus A.C. 1096. ἄπαις. Sepultus Niuellæ. Vxor GERTRVDIS Roberti Frisij Flandriæ Comitis F. nupsit postmodo Theodorico Alsatio.

GODEFRIDVS Comes Louanij, Barbatus dictus, quod patrii iurasset, non se eam depositurum antè, quàm ex Lotharingia proceres Arduennates (qui eam vi possidebant) expulisset. Eam autem Henrico Comiti Limburgi, Arduennatum cognato & successori, extorsit Henricus V. Cæsar: quem captiuum tenebat, quod patris Augusti aduersum se partes secutus fuerat: à quo Godefridus primus Dux Brabantiæ (quod nomen vel à Bratuspantijs, quorum Cæsar meminit libr. 2. Commentar. qui eorum vrbe excisa in hanc regionem forte migrarunt, nomenque seruarunt; vel de corrupto Prouinciæ nomine extitit) creatus est A.C. 1108. Est namq; Brabantia antiqui Lotharingiæ regni prouincia: quæ tota fluminibus Mosa, Scaldi, Dendero, & Sabi prope Namurcum in Mosam se exonerante, includitur. Henrico Limburgensi, Brabantiam exinde armis repetente, fortiter repulso: mouit, irrito tamen conatu, in Arnoldum Bertottium Grimbergæ dominum: qui propter potentiam ipsius imperium aspernabatur. Tenebat enim Grimbergam, Mechliniam, Duffelam, VValemum, Rumstam, Heistum, Herlaram, *Duces Brabantiæ.*

Gelam,

Duces Brabantiæ. Gelam, Rethnm, Berlaram, Postellum, ac alia multa: & potentissimis insuper familijs per nuptias sanguine erat iunctus. Obijt A.C.1140. Sepultus Affligemij. Vxor N. soror germana Henrici V. Cæsaris Augusti.

GODEFRIDVS II. oblitcrato Comitis Louaniensis titulo, scripsit se Ducem Lotharingiæ ac Brabantiæ. Paterna hic bella aduersus Limburgios ac Grimbergenses continuauit: illud satis prospere, hoc minus. Sepultus Louanij A.C.1143. Vxor LVITGARDIS Dux Selsenbachi siue Sultzbachi, soror Imperatricis, *Gertrudis*. *filia Comitis Gebhardi*

Filiæ tres:

ALEIDA nupsit Angliæ Regi.

IDA siue IOANNA vxor Theoderici IV. Comitis Cliuiæ.

CLARA Virgo Sanctimonialis.

GODEFRIDVS III. Dux Brabantiæ, in cunis adhuc vagiens à Grimbergijs bello pressus: Curatorum auspicijs, nec non auxilio Flandrorum, memorabilem de eis obtinuit victoriam: cæso Arnoldo Bertottio cum maxima aduersæ partis nobilitate: victis insuper præter alias his quoque legibus datis, vt in ditione Grimbergensi nō maximus, sed minimus hatu, ad bona beneficiaria admitteretur: quod ille excitata rebellione tot clades procurasset. Ex ephebis egressus XV. annorum adolescens, in Flandriam profectus, quo tutorum fidem liberaret: audita conditionis indignitate (ij namque auxilium Flandricum ea lege impetrarant, vt Dux vbi adolcuisset, à Flandriæ Comite ducatum, ceu clientelare beneficium, repeteret) se mori malle, quàm satisfacere, è vestigio respondit. Admiratus hanc adolescentis magnanimitatem Flander: contentus pro præstito auxilio, oppido ac ditione Teneramundana, quæ eò vsque Brabantici iuris fuerat: cæteras conditiones remisit, tabulasque discerpsit. Anno ætatis XVII. vxorem duxit MARGARETAM Henrici Comitis Limburgi filiam; qui his nuptijs genero omne ius, quod in Brabantiam allegabat, remisit. Hac mortua duxit N. Comitem Lo-nij. *Lovaniensem* Obijt quadragenarius A.C.1183. Sepultus Louanij ad D.Petrum, iuxta patrem.

HENRICVS V. Dux Brabantiæ obijt Coloniæ A.C.1230. Libericius

ALBERTVS Episcopus Leodiēsis, Roma à coronatione domum rediens, in itinere à sicarijs est occisus. 1190. Remis sepultus.

HENRICVS Cuci Dominus.

GVLIELMVS Comite Lonensi natus, primus Paruesij Dominus.

SEINARA consors Henrici Comitis Geldriæ.

ex MATHILDE filia Matthæi Comitis Boloniæ, vxore prima:

HENRICVS VI. cognom. Bonus, Probus, & Mansuetus, Dux Brabantiæ: è viuis excessit A.C.1247. Libericius

GODEFRIDVS Brabantinus, Comes Louanij. Vxor ISABELLA F. Hugonis IV. Ducis Burgūdiæ.

MARIA vxor Othonis IV. Imp. ab ipso ob sanguinis coniunctionem nescio quam separata. Secunda elocata Gerardo III. Geldriæ Comiti.

MECHTILDIS nupsit Florentio *Comiti Hollandiæ.*

ex MARIA F. Philippi Regis Franciæ.

ISABELLA vxor Theodorici VI. Comitis Cliuiæ.

ex MARIA Sueuiæ Ducissa, filia Philippi Imp. Rom. vxore prima:

HENRICVS VII. cognomento Magnanimus, Dux Brabantiæ, naturæ debitum persoluit A.C.1260. Eum volunt Chronica Brabantiæ Ducem dictū: mihi aliud est persuasum. Vxor ALEXIA siue ADELHEIDA F. Hugonis Ducis Burgundiæ.

MECHTILDIS consors Roberti Artesiæ Comitis.

MARIA à marito Ludouico Seuero Electore Palatino capitis damnata A.C.1256.

BEATRIX primo Hermanno Landgrauio Turingiæ, dehinc Gulielmo Flandriæ Comiti sociata.

ex SOPHIA F. Ludouici Landgrauij Turingiæ, & D. Elisabethæ, vxore altera:

ELISABETH vxor Alberti Magni, Ducis Brunsuigij.

HENRICVS Brabātinus, Infans Hassiæ: conditor LANDGRAVIORVM HASSIAE.

IOAN-

Duces Brabantiæ.

IOANNES I. Dux Brabantiæ, mortuo sine liberis Henrico duce Limburgi postremo, Limburgensem ducatum cum cohærentibus in meridionali Mosæ ripa regionibus, ab hærede legitimo Adolpho Montium Comite emit, Brabantiæque vniuit circa A.C. 1280. Reinoldo autem Geldrensi, propiorem se Adolpho esse hæredem affirmante; ideoque bellum Ioanni mouente: hic eum in prælio ad arcē Voroncanam captum, non ante dimisit; quam sibi omnem actionem, quam in ducatu Limburgensi allegabat, absolutè cessisset. Periere eo prælio Henricus & Valerianus Comites Lucemburgij, item Gualterus Bettotius Mechliniæ pro parte dominus: qui partes Geldri fouerant. In eius vixere conubio primùm MARGARETA Filia S. Ludouici Regis Galliæ, quæ primo partu obijt: deinde MARGARETA F. Guidonis Dampertæi, Comitis Flandriæ.

HENRICVS in Burgundia monachus.

MARIA vxor tertia Philippi Francorum Regis, obijt A.C. 1275.

GODEFRIDVS Brabantinus, Dominus Airschoti, Birbechæ, Sicheni, ac Sintachtenrodæ: pugnans pro Rege Francorum contra Flandros, ad Contracum cum vnico filio IOANNE, & multa Francorum nobilitate occubuit.

Filiæ duæ: *quarum maior natu elocata Comiti Vaudemontano apud Lotharingos, in dotem ei attulit Arrschotum ac Berbecam:* altera Conrado Lonæo (Lossensem alij, magis corrupta vernacula voce, dicere malūt) nupsit, in dotem adferēs Sichenum ac Sintahtenrodam.

IOANNES II. Dux Brabantiæ & Limburgi, emit ab Hugone Antistite Leodiensi partem vrbis Mechliniensis. Obijt A.C. 1312. Sepultus Bruxellæ. Vxor MARGARETA F. Eduardi Regis Angliæ.

GODEFRIDVS in cunis obijt.

MARGARETA vxor Henrici VII. Imp. Rom.

MARIA vxor Amedei Magni, Comitis Sabaudiæ, qui obijt A.C. 1323.

IOANNES III. Dux Brabantiæ & Limburgi, Mechliniā ditioni suæ adiunxit. Heusdanam quoque emit ditionem à Ioanne vltimo eius domino: Gulielmo Drongelo, qui sororem eius vxorem habebat, nequicquam nō repugnante. Saffenbergæ quoque dominus vxoris Sophiæ Heusdanæ ius persequendum ratus, Bruxellam profectus, à Brabanto petijt; vt præstito clientelari sacramento, vxori suæ hæredi legitimæ Heusdam restitueret. Quum nil proficeret, irarum plenus ad Hollandiæ Comitem (cui antiquius in Heusdam ius patronale esse sciebat) veniens: ei pro certa pecuniæ summa Ius suum in Heusdanam ditionem vendit: vnde primo bellum, deinde pax inter Hollandum ac Brabantum secuta. Quæ quum Saffenbergio displiceret; exusto Turnotio, multisque alijs Brabantiæ pagis: proprijs auspicijs atque viribus bellum contra Brabantum aggreditur. Quod hac conditione periniqua tamen tandem compositum est: vt Brabantus Heusdam retineret; Saffenbergio autem & hæredibus pro vxoris iure singulis annis solueret trecentos aureos Regales. Obijt Anno Christi 1355. Vxor MARIA F. Ludouici Comitis Eboracensis, neptis Philippi III. Regis Galliæ & Mariæ Brabantinæ.

IOANNES nothus, progenitor Marchionū Bergis ad Scaldim.

HENRICVS viuo patre appellatus Dux Limburgi, ducta filia Ioannis Valesij Francorum Regis, expers sobolis, obijt. *GODEFRIDVS Dux Brabantiæ ἄπαις. Vxor N. Petri Ducis Borboniæ F.* Ioannes mortuus ἄγαμος.

IOANNA Ducissa Brabantiæ, primo nupsit Gulielmo Hollandiæ Comiti: dehinc VVenceslao Duci Lucemburgio. Obijt ἄπαις Anno C. 1406.

MARGARETA vxor Ludouici Malani Comitis Flandriæ qui pro ditione Mechliniensi acri decertauit bello cum VVenceslao Lucemburgio. Obijt A.C. 1383.

MARIA Reinoldo Geldriæ Duce ἄπαιδι defuncto, viduitatis suæ annos exegit apud sororē Ioannam: Sepulta Bruxellæ apud Franciscanos A.C. 1398.

MARGARETA Comes Flandriæ, hæres Brabantiæ, nupsit Philippo Audaci Duci Burgundiæ. Mortua A.C. 1405.

Duces Brabantiæ.

IOANNES Intrepidus Dux Burgundiæ, Comes Flandriæ ac Artesiæ. Vide Stemma Regum Galliæ Capetorum.

ANTONIVS Dux Brabantiæ ac Limburgi, amitæ magnæ in ducatibus hisce successor: perijt cum fratre Philippo prælio Azincurtiano A.C.1415. Vxor IOANNA hæres Valeriani Lucemburgij, Comes Fani D. Pauli ac Lignij.

PHILIPPVS Dux Burgundiæ ac Brabantiæ post mortem patruelium. Vxor ISABELLA Lusitaniæ Regina.

IOANNES IV. Dux Brabantiæ, obijt ἄπαις XIV. Kal. Maij A.C.1426. Sepultus Vuræ.

PHILIPPVS Comes Fani D. Pauli ac Lignij, post fratris mortem factus Dux Brabantiæ ac Limburgi: Obijt ἄγαμος A. C. 1430.

CAROLVS Pugnax, Dux Burgundiæ, Lucemburgi, Brabantiæ, Namurci, Limburgi, Comes Flandriæ, Hannoniæ, Frisiæ, Artesiæ, Hollandiæ & Zelandiæ. Occisus ad Nanceium A.C 14477. Vxor MARGARETA Regina Angliæ.

MARIA Dux Burgundiæ ac Brabantiæ, vxor MAXIMILIANI primi, Cæsaris. Vide supra in Stemmate Habsburgico Archiduces Austriæ: ad quos Brabantia cum alijs ditionibus iure hæreditario peruenit.

☞ *Stemma præsentium Landgrauiorum Hassiæ quò facilius paginæ angustia comprehendat, more nostro prius delineabimus, mox fusius aliquantò explicabimus.*

Landgrauij Hassiæ.

Henricus Infans Hassiæ: Obijt 1308.

Otho M.1323. | Ludouicus Episc. Monaster. | Ioannes obijt 1311. | Filiæ VII. | Henricus.

Henricus Ferreus M. 1376. | Otho Episc. Magdeb. | Anna. | Ludouicus Grebensteinæ dominus.

Henricus. | Otho Sagittarius, mortuus 1339. | Filiæ IV. | Hermannus M. 1414. | Agnes Abbatissa. | Otho.

Ludouicus Pacificus M. 1458. | Filiæ V. | Henricus. | Fridericus.

Henricus Comes Cattimelibogæ M. 1483. | Elisabeth. | Ludouicus III. obijt 1471. | Hermannus Archiepisc. Coloniensis.

Gulielmus Iunior M. 1050. | Filiæ duæ. | Gulielmus Medius M. 1509. | Filiæ duæ. | Gulielmus Senior, M. 1515.

Gulielmus ✠ 1500. | Philippus ✠ 1167. | Filiæ duæ. | Filiæ V.

Gulielmus N. 1532. | Philip. Ludouicus. | Ludouicus N. 1537. | Philippus ✠ 1583. | Georgius N. 1537. | Filiæ V.

Mauricius. | Christianus. | Filiæ IIX. | Ludouicus. | Philippus. | Filiæ duæ.

ENRICVS Brabantinus, Henrici Magnanimi F. natu minimus, patrem amisit bimus. Gente Aurelianensi deficiente; de iure successionis in Turingia & Hassia, matris Sophiæ auspicijs, cum Henrico Illustri Marchione Misniæ nouennali cōtendit bello: donec tandem Alberto magno Duce Brunsuigio, quem mater sibi tutorē dederat, cruento prælio prope pagum Vykin ad Elistrum

strum iuxta Besenstedam sauciato captoq(;fuit hoc A.C.1263. V.Kal. Nouemb.) res ita transacta est: vt Hassiam ipse solam obtineret: Turingiam Marchioni cederet; omnique iuri suo, quod in illam haberet, renunciaret: proquo tamen octo illas accepit arces ad VVerram sitas, quas Brunsuigius pro λύτρῳ cesserat Henrico Marchioni. Porrò hic cum alijs principibus interfuit expeditioni Rudolphi Cæsaris aduersus Othocarum Bohemum. Vitæ terrestris pensum absoluit A.C. 1308. ætatis suæ LXIII. Tres ordine habuit vxores: ADELHEIDEM sororem germanam Alberti Brunsuigij, sibi decenni desponsatam: MECHTILDEM filiam Theodorici VI. Comitis Cliuensis: & ANNAM filiam Ludouici Seueri Electoris Palatini. His vndecim nati liberi: *Landgrauij Hassia*

§ ex Brunsuicense quidem:

Otho Landgrauius Hassiæ, stemmatis propagator. †

LVDOVICVS Episcopus Monasteriensis, conditor arcis Marpurgensis, vita defunctus A. C. 1320.

§ ex Cliuense verò:

HENRICVS in pueritia annis extinctus.

IOANNES Landgrauius Hassia, Castella sepultus ἄπαις A.C. 1311. In huius vixit consortio ADELHEIDIS Ducis Brunsuigij & Luneburgij F.

ELISABETH primùm Ioanni Comiti Senao, inde Gerardo Comiti ab Epstein elocata.

MECHTILDIS consors Godefridi Comitis Zigenhaina.

ADELHEIDIS Bernardo Comiti Hennebergio sociata.

AGNES vxor Burggrauij Noribergensis.

SOPHIA coniux Othonis I. Comitis VValdechiani.

ANNA Baronissa Ochsensteinia.

Filia ἀνώνυμος Goricia Comiti elocata.

OTHO Comes Prouincialis Hassiæ, cum fratre ditionis habenas ex æquo diuisit. Obijt A. C. 1323. XVI Kal. Februarij: ex vxore ADELHEIDE Comite Rauensbergensi, quinque susceptis liberis:

HENRICO II. cognom. Ferreo, Comite Prouinciali Hassia, duorum cœnobiorum Cassellis & Rotenburgi fundatore: fatali morte absumpto A. C. 1376. Hic cum fratre Ludouico certis conditionibus atque sortis proiectione terras diuisit ita: vt nimirum alter duntaxat ipsorum vxorem duceret; alter ἄγαμος possideret Grebensteinam, Irmenbusium, & Nordeccam ad Leinam fluuium: deinde vt vterque vnam & eandem ambirent sponsam; electione penes illam relicta. Accedentes itaque ad ELISABETHAM, Friderici Admorsi Marchionis Misnia Turingiaque Landgrauij filiam: ipsa Henricum coniugem optauit. Sedà quo postea A. C. 1340. ob leuiri inuidiam repudiata: Isenaci consenuit. Hac defuncta, duxit MECHTILDEM Theodorici IX. Cliuia Comitis filiam: nihil tamen ex ea liberorum sustulit. triennio hac maritum morte praeuertit. Ex illa autem ipsi geniti

HENRICVS parenti in principatu successurus, obijt ante ipsum.

OTHO cognomento *Sagittarius*, Comes Prouincialis Hassiæ, princeps pius & in pauperes beneficus: Isenaci, ubi eum matre degebat, veneno est extinctus A. C. 1339. Spangenbergæ inhumatus.

IVTHA nupta Othoni Largo Duci Brunsuigio & Luneburgio.

ADELHEIDA vxor Casimiri Magni, Regis Poloniæ; à mariro adultero, quòd deformior esset, indignè tractata, & in arcem Zarnouicensem relegata: à patre tandem domum reducta: ex mœrore animi decessit A. C. 1356.

ELISABETH consors Othonis Ducis Saxoniæ Angtiæ, & VVestphaliæ.

IVTHA altera, virgo mortua, Cassellis inhumata est.

Ludouico stemmatis propagatore. †

HERMANNO Grebensteina in infantia extincto.

OTHONE Magdeburgensi Episcopo, castri Ottensteina conditore.

ANNA coniuge Alberti Palatini Saxonia, Ducis Angria & VVestphalia.

LVDOVICVS Comes Prouincialis Hassiæ & Dominus Grebensteinæ; ab Elisabetha

Landgrauij Hassiæ

betha Misniæ Marchionissa repudiatus pactis cum fratre initis non stans vxorem duxit MARGARETAM Comitissam Spanhæmiam. qua geniti

Hermannus stemmatis propagator. †

OTHO Dominus Grebensteinæ, Irmenhusij, & Nordeccæ, obijt ἄγαμος.

ANNA Abbatissam egit Isenaci.

HERMANNVS Landgrauius Hassiæ, Dominus Grebensteinæ, Irmenhusij & Nordeccæ, sacris iam initiatus, & Canonicus Magdeburgius: Othone fratre patruele ante parentem fatis absumpto, ab Henrico patruo hæres & successor in principatu est institutus. Balthasari Turingiæ Landgrauio fœderatus, socijs cum armis iuuit contra Othonem Brunsuigium A. C 1372. Naturæ fatoque concessit multo senio A. C. 1414. In eius fuere consortio, primum IOANNA Comitissa Nassauæa & Saræpontana, Ioannis F. ἄπαις: exinde MARGARETA F. Friderici IV. Burggrauij Noribergensis, mortua A. C. 1409. genitrix octo liberorum:

AGNETAE
ANNAE
ELISABETHÆ } *immatura ætate fatis absumptorum.*
HENRICI
FRIDERICI

Ludouici Pacifici, stemmatis conseruatoris. †

MARGARETAE vxoris secundæ Henrici Ducis Brunsuigij & Luneburgij.

AGNETAE alteræ, nuptæ Othoni Cocliti Duci Brunsuigio & Gœttingensi, defunctæ A. C. 1471.

LVDOVICVS cognomento *Mitis & Pacificus*, Landgrauius Hassiæ, & primus suæ familiæ Comes Zigenhainæ & Niddæ: Cæsar A. C. 1440. discordibus procerum suffragijs nuncupatus; Imperium magno spreuit animo, sorte sua contentus. Ex humanis ereptus XVI. Kal. Februarij A. C. 1458. ætatis suæ LXI. Vxor ANNA Marchionissa Misniæ, filia Friderici Bellicosi primi Electoris Saxoniæ, vita decessit A. C. 146[illegible] parens facta quinque liberorum: quorum

Ludouicus stemma feliciter propagauit. †

HENRICVS III. Comes Prouincialis Hassiæ, Marpurgi aulæ sedem habens vxorem ANNAM filiam & heredem Philippi Senioris Comitis Cattimeliboci [illegible] ras eas suæ ditioni adiunxit. Vita defunctus Marpurgi A. C. 1483. ætatis suæ XLIII. sex procreatis liberis:

hic Comes Philippus fuit ultimus suæ familiæ.

GVLIELMO *Iuniore*, Landgrauio Hassiæ, Comite Cattimeliboci, Dietzij, Zigenhainæ & Niddæ: qui patruo Archiepiscopo Agrippinensi cooperante, administrationem regionis Marpurgensis & reliquorum dominiorum adeptus: hæredem & successorem reliquit Gulielmum Medium: ἄπαις mortuus ex casu equi in venatione A. C 1500. XIII. Kal. Martij. Vxor ELISABETH Philippi Electoris Palatini F. ducta Francofurti A. C. 1498. nupsit postea Philippo Badensi A. C. 1513. obijtque A. C. 1522.

MECHTILDE vxore Ioannis II. Ducis Cliuiæ, nata Blancosteinæ A. C. 1473.

FRIDERICO
LVDOVICO } in pueritia extinctis.
HENRICO

ELISABETHA consorte Ioannis Comitis Nassouij in Dilgenberga: quæ agnato principi Gulielmo ob Comitatum Cattimeliboci litem mouit: quam ipsius filij postea continuarunt.

FRIDERICVS puer obijt.

ELISABETH nupsit Ioanni Comiti Nassouio & VVeilburgo.

HERMANNVS Archiepiscopus Coloniensis & Paterbornensis, Præpositus Aquisgranensis: princeps multis egregijs virtutibus conspicuus, sapiens, beneficus, mitis, pacis & quietis publicæ studiosissimus: & tamen, vbi res postulabat, animi magnitudine, industria & felicitate in bellis gerendis eximia: quippe qui A. C. 1475. Gubernator diœcesis Coloniensis, à Collegio constitutus aduersus Episcopum Rupertum Palatinum vrbem Nouesium à Carolo Burgundo,

vi resti-

vi restituere Rupertum conante, toto anno obsessum, heroica virtute, fortitudine & fide defendit. Obijt A.C. 1508. V. Kal. Decembris. Coloniæ sepultus. *Landgrauij Hassiæ.*

LVDOVICVS III. Landgrauius Hassiæ, Comes Zigenhæmius & Niddanus: obijt Cassellis, vbi aulæ sedem habuit, A. C. 1471. mense Nouembri: parens factus ex vxore MECHTILDE VVirtembergica, sorore germana Eberardi Barbati primi Ducis, ducta A. C. 1451. quatuor liberorum:

GVLIELMI Senioris, Comitis Prouincialis Hassiæ, Zigenhainæ & Niddæ: qui paternis ditionibus cum fratre diuisis, Cassellis aulæ sedem habuit; fratrem nimis durum & asperum in vita expertus. Quippe à quo captus, gubernatione cessit: obijtque priuatus XII. Kalend. Martij A.C. 1515. ex ANNA coniuge, filia Gulielmi Ducis Brunsuigij & Luneburgij, quinque susceptis filiabus:

ANNA Marpurgi infante extincta.

MECHTILDE virgine defuncta.

ELISABETHA coniuge duorum Principum Palatinorum, primo Ludouici Bipontini, inde Georgij Simmerij: quæ Lauingæ obijt sexagenaria A. C. 1563. prid. Non. Ianuarij.

MECHTILDE altera, consorte Conradi siue Cunonis Teclæburgij postremi, defuncta A. C. 1558. XVI. Kal. Septembris.

CATHARINA Vxore Adami Comitis Beichlingani.

Gulielmi Medij, stemmatis propagatoris. †

ELISABETHAE virginis defunctæ.

ANNAE Sanctimonialis Cunebergæ.

GVLIELMVS *Medius*, Landgrauius Hassiæ, Comes Zigenhainæ & Niddæ; Gulielmi quoq; Iunioris, fratris patruelis, *ἄπαιδος* ex asse hæres: Spangenbergæ primò, post fratri capto gubernatione omni extorta, Cassellis aulæ habuit sedē. Bello Bauarico quum ex Palatini proscripti ditionibus Noribergenses & principes vicini alij alia oppida rùm in Palatinatu, tùm in Notico decerperent: ipse etiam ad proscriptionis executionem excitatus, & ab Henrico Seniore Duce Brunsuigio adiutus, oppida Palatina suis ditionibus finitima & opportuna, Cubam è regione Baccheraci ad Rhenum, & Bensam vetusto cœnobio Laureacensi proximam, inuadere & occupare, sed infelici prorsus exitu tentauit. Extremè post longam miserabilemque erysipelatis in toto corpore ardorem, nec non pustularum morbum incurabilem tabe consumptus: tabe decessit A.C. 1509. V. Non. Quintilis. Sepultus Marpurgi. Liberos genuit

℞ ex IOLE siue IOLANDA, Friderici Comitis Vaumontij filia, sorore germana Renati Ducis Lotharingiæ, vxore prima:

GVLIELMVM in pueritiæ annis defunctum A.C. 1500. pridie Non. Februarij.

℞ ex ANNA Ducissa Megapolensi, Magni filia, defuncta A.C. 1525. IV. Kal. Maij.

MAGDALENAM itidem in pueritia mortuam A. C. 1502.

Philippum Landgrauium, Fœderis Smalcaldici ducem stemmatis propagatorem. †

ELISABETHAM consortem Ioannis Ducis Saxoniæ, quæ post mariti excessum Rochlicij consenuit, obijtq; Ao. 1558. 6. Decemb.

PHILIPPVS Landgrauius Hassiæ, Comes Cattimeliboga, Zigenhainæ & Niddæ: princeps rerum gestarum magnitudine, pietate, prudentia, rerum experientia, ac omnibus heroicis virtutibus illustris: bellicæ autem rei apprimè gnarus: Francisci Sickingiaci in arce Namstal conatus, Treuiri & Palatini Electorum auxilio, fortiter repressit: rusticos per Germaniam tumultuantes contudit: Moguntinum, Vurciburgum, Papæbergensem Episcopos, suspectos ob initum fœdus contra Euangelicos, acri bello domitos, CXXM. aureis mulctauit. Vlricum exinde VVirtembergiū, suum cognatū, quindecim iam annos exulem, contra portentosam illam Sueuici fœderis & Austriacorum potentiam, per vim in amissum ducatum reducens: Ferdinandi Regis copias ad oppidum Lauffam profligauit: Philippum Rheni Palatinum ea in fuga cepit. factum hoc III. Idus Maij A. C. 1534. Insequenti anno Monasterienses Anabaptistas, cum alijs Imperij proceribus oppugnauit & ad deditionem compulit. Fœderi inde

 Smalcal-

Landgraui Hassiæ Smalcaldico accedens, Henricum Iuniorem Ducem Brunsuigium ditione sua eiecit: armis eam repetentem, cum filio Carolo Victore cepit. Anno postea 1546. bello à Carolo V. Smalcaldicis illato, quum quàmplurima egregia voluntatis documenta edidisset; præter spem & multorum opinionem captus, eo redactus est: vt ab vna Cæsaris clementia, in frequenti magnatum consessu, supplex salutis præsidium petere, & delictorum veniam deprecari cogeretur: nec non quinquennalem captiuitatem subire: è qua generi Mauricij Electoris, filijque Gulielmi, & aliorum principum contra Carolum insurgentium virtute liberatus: ita terris suis præfuit vt & Dei gloriam atque religionis puritatem propagaret: suorum subditorum saluti consuleret: ac patriæ periclitanti salutaribus consilijs succurreret. Amoris erga literas monimentum insigne reliquit Marpurgensem Academiam: quam erectam liberalibus stipendijs ac immunitatibus ornauit: vndique accersitis viris doctissimis. Cassellijs tandem, multis maximisq; periculis exantlatis, terrenam vitam cum coelesti commutauit pridie Kal. Aprilis A.C. 1567. durante adhuc obsidione Gothana. Annos vixit LXII. menses IV. dies XIIX. Vxor CHRISTINA Georgij Barbati Ducis Saxoniæ F. diem obijt A. C. 1549. mense Iulio, parens facta decem liberorum: nempe

AGNETAE elocatæ Mauricio Saxoniæ Electori VII. Kal. Decembris A. C. 1541. & eo extincto, Ioanni Friderico II. Duci Saxoniæ Coburgio: defunctæ prid. Non. Nouemb. A. C. 1555. ætatis suæ XXIIX.

ANNAE vxoris VVolfgangi Principis Palatini & Bipontini, Comitis Veldentiæ & Spanhamiæ, natæ A. C. 1529.

GVLIELMI Landgrauij Hassiæ, Comitis Cattimeliboga, Zigenhains & Niddæ, principis pij, literisque deditì: nati IIX. Kal. Iulij A. C. 1532. hora 5. min. 36. ante meridiem. Cassellis hic aulæ sedem habet: & olim armis cum Mauricio Electore coniunctis, patrem, pace in Imperio constituta, è custodia liberauit. Ex SABINA coniuge, filia Christophori Ducis VVirtembergij, principe pia & in pauperes benefica, defuncta A. C. 1581. genuit

MAVRICIVM Comitem Prouincialem Hassiæ, paterna vestigia per omnia optimè insistentem.

CHRISTIANVM defunctum A. C. 1578.

ELISABETHAM A. C. 1578.
AGNETEM A. C. 1569.
SABINAM A. C. 1573.
IVLIANAM A. C. 1581.
SIDONIAM 5. Aprilis 1575.
} fatali morte absumptas.

ANNAM MARIAM nuptum collocatam Ludouico Comiti Nassouio & Saræpontano A. C. 1589.

HEDVIGEM.

SOPHIAM.

PHILIPPI LVDOVICI Comitis Prouincialis Hassiæ, nati A. C. 1534. in pueritia annis defuncti.

BARBARAE nuptæ Georgio VVirtembergio & Mompelgardio Comiti; & hoc defuncto, Danieli Comiti VValdeccio.

LVDOVICI Landgrauij Hassiæ, Comitis Cattimelibogensis, Zigenhainij & Niddani: principis ingeniosi, in latina lingua & liberalibus artibus probè instituti, animosi: quippe qui & ipse ad liberandum patrem arma sumsit: nati A. C. 1537. VI Kal. Iunij hora sesquialtera ante meridiem. Marpurgi aulæ sedem habet: & ad religionem incorruptam conseruandam, posterisq; transmittendam nullum non mouet lapidem. HEDVIGAE VVirtembergica, filia Christophori Ducis. sterili, quoad in viuis fuit, vsus est coniugio: Obijt autem ea IV. Non. Martij A. C. 1590. Alteras nuptias cum Maria Mansfeldica Marpurgi celebrauit 3. Non. Iulij A. C. 1591.

PHILIPPI Landgrauij Hassiæ, qui in inferiore Comitatu Cattimeliboga Reinfelsij habitauit, vbi ex humanis est ereptus XII. Kal. Decembris A. C. 1583. ætat. Generæ sepultus. In eius vixit consortio ANNA ELISABETH F. Friderici III. Electoris Palatini.

ELISA-

ELISABETHÆ coniugis Ludouici V. Electoris Palatini, Heidelbergæ defunctæ pridie Idus Martij A. C. 1582. ætatis suæ XLIII.

CHRISTINÆ nata A. C. 1543. nupta Adolpho Hæredi Noruegiæ, Duci Slesuigæ & Holsatiæ, A. C. 1564.

GEORGII Landgrauij Hassiæ, Principis Pij & eruditi, Darmstadiæ in superiore Comitatu Cattorum Meliboci aulæ sedem habentis: nati IV. Id. Septemb. A. C. 1547. Vxore priore MAGDALENA Bernardi Comitis Lippiani filia, rebus humanis exempta IV. Kal. Martij A. C. 1587. ad secundas transiens nuptias duxit ELEONORAM, Christophori Ducis VVirtembergij filiam, viduam Ioach. Ernesti Principis Anhaltini A. C. 1589. Ex Lippiensi autem genuit

LVDOVICVM
PHILIPPVM } *Comites Prouinciales Hassiæ & Cattorum Meliboci,*
IOAN. GEORGIVM
CHRISTINAM,
ELISABETHAM.

STIRPIS LOVANIENSIS

Stemma Secundum

MARCHIONVM BERGARVM
AD SCHALDIM AC BARONVM
GRIMBERGENSIVM.

IOANNES à Glimes, nothus Ioannis III. Ducis Brabantiæ, ex Elisabetha de Gottingnies: qui à Ludouico Imp. natalibus anno 1344. vxorem accepit N. è familia Estreetz, natam matre è familia d'Argentau: donatus à patre ditione de Glimes, Oppertbais, ac Torbisel. *Marchiones Bergarũ ad Schaldim.*

IOANNES à Glimes, vxorem duxit IOANNAM Bouterzemiam, Henrici Bouterzemij Bergarum ad Schaldim domini (cui vxor è familia Brugensi in dotem attulit Baronatum Grimbergensem) filiam ac Hæredem vnicam: factus his nuptijs Bergarum ad Schaldim, VValhemi, & Grimbergæ dominus.

IOANNES dictus Labeo, Bergarũ ad Schaldim dominus. Vxor MARGARITA Sensimonia.	*ANTONIVS à Glimes, VValhemij dominus &c. Vxor N. Zeuenbergica.*	PHILIPPVS Baronum Grimbergẽsium progenitor. Vide fol. seq. 4.	*Filia N. nupta Adriano Crunigio.*

IOANNES Bergarum ad Schaldim dominus. Vxor ADRIANA Brimeua, filia Guidonis Megij Comitis.	PHILIPPVS Bergius perijt ad Nauceum cœlebs. *HENRICVS Antistes Cameraci.* ANTONIVS Abbas ad D. Bartinum oppidũ D. Odomari. *MICHAEL obijt in oppugnatione Tiletana &c.*	CORNELIVS Bergius. Vxor MAGDALENA hæres Domini Zeuenbergij, Equitis aurati.	*ELISABETH vxor Comitis Salmensis.* IACOBA nupsit Henrico VVittemio Beerselij Domino.

MAXIMILIANVS Bergius, Zeuenburgi dynasta &c. Vxor N. filia VVandergrachij.	CORNELIVS Antistes Leodiensis. *LEONARDVS Bergius obijt cœlebs in Hispania.*	*MA. IA vxor Ioannis Ligni.* MARGARETA nupsit Fle[illegible] gundiano, Buræ Comiti.

IOANNES Bergius, obijt sine liberis. Vxor ANNA Burgundiaca, notha Philippi.	PHILIPPVS Bergius cœlebs.	ANTONIVS Bergius, primus à Carolo V. Imp. Bergarum ad Schaldim Marchio creatus. Vxor IACOBA Crouiaca.	*ADRIANA vxor Philippi Nassoni Sarapontani.* ANNA vxor Adolphi Burgundi, Beuræ ac Veræ domini.

Barones Grimbergæ.

IOANNES Bergius; Marchio Bergarum ad Schaldim, præfectus Hannoniæ: obijt anno in Hispania. Vxor MARIA Lanoia.

ROBERTVS Bergius, Antistes Leodiensis.

LVDOVICVS Bergius Comes de VValbaym.

ANNA nupsit 1. Roberto Arenbergæ Comiti: 2. Henrico Montfortio, domino in Abembrous.

MENA vxor *Ioannis Merodij* Baronis Pervvesij.

MARGARETA Merodia elocata Ioanni VVittemio Baroni Bouterzemio: qui his nuptijs factus est Marchio Bergarum ad Schaldim.

4.

PHILIPPVS Baro Grimbergæ. Vxor IOANNA Hamala, F. Arnoldi Delderæ domini & hæredis Baronis Trasignij.

PHILIPPVS Grimbergius, ad Nanceum cælebs perijt.

IACOBVS Baro Grimbergæ. Vxor Elisabeth à Ghines, al. Bossuzen.

ANNA vxor Philippi Spangij apud Hollandos.

IODOCA coniux Petri Lanoij.

GEORGIVS Baro Grimbergæ. Vxor PHILIPPA Tserclars, filia Guilielmi: Ioannæ Bax, vidua Ioannis à VVitem, domini in Ische.

ROLANDVS Baro Grimbergæ, anno. Vxor GOMARDA Prani, filia domini Blaetfeldij.

IOANNA vxor Adriani Grimersvvalij domini in Lodyt.

PETRVS Bergius nomen id mortuo Ioanne II. Bergensi Marchione rursus assumsit cũ fratribus: obijt anno 1582.

IOANNES Bergius Canonicus Leodij ad S. Lambertum obijt A. C. 1555.

HIERONYMVS Bergius Abbas Bergis D. VVinoes in Flandria, obijt 1575.

FERRICVS siue FRIDERICVS Bergius Baro Grimbergæ. Vxor ANNA Stere, filia vnica & hæres Geratdi Stere domini in Busquoi, VVinegem, Hootvondere, Bouterzẽ ac Pulle, ex secunda sua vxore Iodoca Dalea, quæ ei in dotem attulit Stabrouc, Casterle, & Lichtaert. Liberi eius XVI.

MARGARETA Bergia nupsit Ludouico Stradio domino in Maleue, Aa, & Orbais: dehinc Ioanni Psalmiro Baroni in Bouignyje ac Brenaigne.

1. GEORGIVS Bergius, dominus Srabrouci obijt *anno*, 1578.
2. *GERARDVS Bergius, dominus Seabrouci, Hootuondera, Pulla ac Bouterzemi. Vxor eius ANNA Hamala, F. Philippi domini in Monchau & Margaritæ Culenbergicæ.*
3. GVLIELMVS Bergius, Protonotarius ecclesiæ Romanæ, decanus Leodij apud S. Ioannem.
4. *IACOBVS Bergius, dominus in Sint Amandt.*
5. PETRVS
6. *IOANNES* — *adolescentes obiere.*
7. PHILIPPVS
8. *FERRICVS Bergius, Baro Grimbergæ.*
9. ANNA vxor Gerardi Pulgesti Domini in Honade & Coudekerc.
10. *MARIA I. innupta obijt.*
11. MARIA II. sacra virgo Cameræ.
12. *MARGARETA virgo Vestalis in Herquento.*
13. LVDOVICA innupta obijt.
14. *MAXIMILIANA Vestalis Vorstij.*
15. IOANNA.
16. *ELISABETH.*

ELIAE

ELIAE REVSNERI LEORINI

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI

De Familijs Regum & Principum aliorumq; Procerum orbis Christiani

STIRPS CHARITINA SIVE VVIRTVNGANA.

Quæ

Stemma produxit illustre

PRINCIPVM VVIRTEMBERGIORVM, DVCVM Teccinorum, & Comitum Mompelgardiorum.

ILLVSTRISSIMIS PRINCIPIB. ac Dominis

D. LVDOVICO, DVCI VVIRTEMBERGAE ET TECCAE, COMITI Montis Beligardi,

Et

D. FRIDERICO, COMITI VVIRTEMBERGIO ET MOMPELGARDIO, DOMINO supremo Hericuriæ, &c.

DOMINIS CLEMENTISS.

D. D. D.

STIRPIS

STIRPIS CHARITINAE SIVE VVIRTVNGANAE.

Stemma Illustre

PRINCIPVM VVIRTEMBERGIORVM.

Stemma hoc Principum VVirtembergicorum quidam à Comitibus Sancti Montis deriuant: alij ab Alberto Comite Calbensi, qui arcem VVirtebergam Lothario Saxone Imperante possedit, id propagatum esse volunt, mutato familiæ nomine: masculo hærede tunc in eius patrueli Godefrido, qui Caluot & Hercyniæ proximam regionem tenebat, deficiente: alij (& hi, mea quidem sententia, rectiùs) à VVirtungo Rege Francorum vnde & VVirtemberga dicta, quasi VVirtungi Mons.

Comites VVirtembergij.

CONRADVS Comes VVirtembergæ, quæ castrum est Eslingæ Imperiali ciuitati propinquum, pro insignibus vsus est rubro marsupio in albo clypeo: floruit autem circa A. C. 1100. ditionem habens perangustis limitibus definitam: quam exinde eius posteri partim belli iure, vt modò diximus, partim quoque matrimonij vinculo, Imperijque beneficio, proximis auxere Comitatibus, veteribus prosapijs extinctis: vtputa Peitelsbacensi, Gruningensi, Vachingensi, Baiblingensi, Tubingensi, Vracensi, Achalmensi, Calbensi, & alijs. Fratrem habuisse germanum legitur BRVNONEM Abbatem Hirsaugiensem: sororemque LVIDGARDIM Bernardo Comiti Stiriæ in superiori Austria elocasse. Vxores ei fuere duæ: HEDVIGIS: & GERTRVDIS Comitissa à Peitelsbach.

HVLDERICVS Comes VVirtembergæ, Peitelsbaci Inhumatus.

EBERARDVS Monachus S. Blasij in sylua Hercynia.

HENRICVS Comes claruit 1130.

IOANNES Comes VVirtembergæ, vir bello & pace inclytus: ditiones suas alijs dominijs adauxit.

LVDOVICVS EMICO Comites VVirtembergenses, vixere Friderici I. Imp. ætate A. C. 1153.

VVERNHERVS Gruningensem se Comitem scripsit.

HERMANNVS Comes VVirtembergæ, rei militaris apprimè gnarus, nec non pacis quoque artibus insignis extitisse traditur.

EBERARDVS Comes VVirtembergæ, heros fortis & Mauortius, auitæque gloriæ æmulus: iustitia atque animi magnitudine nulli secundus. Peitelsbaci funeratus.

HENRICVS Comes VVirtembergæ, cœnobium Vrsi haud procul Causburno Imperiali oppido fundauit: vbi & cum vxore IRMENGARDE Comitissa Ransbergensi sepultus cernitur A. C. 1230.

HENRICVS Episcopus Eistatensis consecratus A. C. 1240. 1247 g. 12 .

Hic Comes Vlricus le... acit Monasterio nob... cum virginum in Edel... tecten, iuxtam in Mel... ingen, prope Esslingam, vulgò Otllinstat, AD 1276.

IOANNES Comes VVirtembergæ, in gentilitio Peitelsbacensis cœnobij conditorio sepultus.

HVLDERICVS cogn. Cum magno pollice, Comes VVirtembergæ, auctor collegij Peitelsbacensis, floruit A. C. 1266. Vxor AGNES F. Boleslai Ducis Lignicij. Moritur AD 1295.

EBERARDVS II. Comes VVirtembergius, γαυρότατος editus: vir Mauortius & pugnax: ideoque quia omnibus se Cæsaribus opponeret; nec vllius imperium, minas, arma timeret: vulgo cognomina-

HVLDERICVS II. Comes VVirtembergius, cum Comitib. Zollerijs manus conseruisse legitur. Obijt A. C. 1315. Vxor

AGNES vxor Ludouici Comitis Oetingensis.

IRMENGARDIS cōsors Rudolphi Comitis Hohebergij.

tus est

tus est *Rixosus* siue *Contentiosus*, trita autem & gentilitia appellatione Gottes Freundt/ vnd aller Welt Feindt. Inter plurima autem bella maximè perniciosum ipsi fuit, quod gessit cum Conrado VVinsbergensi, Henrici VII. Imp. in Italia absentis Duce militari: quo omnem penè ditionem amisit, adeo, vt ex octoginta castris oppidisque vix tueri posset Neiffam, Vracam, VVitlingam & Seburgum: quo item bello Petlsbach, hactenus Comitum VVirtembergiorum conditorium, penitus est euersum. Sunt, qui ipsum ad culmen Imperij aduersus Henricum VII. postulatum asserunt: atque hinc belli fomitem processisse. Postmodo tamen secundiore fortuna cum Ludouico Boio Imp. acie congressus: patris arces, superiori bello amissas, virtute vique sua omnes recuperauit. Primus post fata Studgardiæ inhumatus A. C. 1325. Vxor IRMGARDIS F. Rudolphi Senioris Marchionis Badeni.

IRMGARDIS F. Alberti Comitis Hohebergensis.

HVLDERICVS III. Comes VVirtembergius, Præpositus Spiræ ad S. Guidonem.

Comites VVirtembergæ.

HVLDERICVS IV. Comes VVirtembergius, ad gubernacula sedit annos vndeuiginti. Tubingam emit à Gozone & Gulielmo fratribus germanis, Palatinis Tubingensibus anno 1342. Obijt A. C. 1344. Vxor SOPHIA F. Theobaldi Comitis Pfyretarum.

EBERARDVS obijt *ἄπαις*.

HENRICVS Comes VVirtembergæ, obijt *ἄπαις*. Vxor SOPHIA Marchionissa Hochbergica.

AGNES nupta Vlrico Comiti Helfensteinio A. C. 1373.

EBERARDVS III. Comes VVirtembergius, itidem *Contentiosus*, siue patria lingua der Greiner cognominatus: ciuitatum Imperialium finitimarum, Heilbrunnæ nimirum, Eslingæ, VVilæ, Reitlingæ & Vlmæ, à Carolo IV. Imp. constitutus Aduocatus: quum nimis eas grauaret: in tantum illarum incurrit odium: vt & obsequium detrectarent, & apud Imp. ipsum accusarent. Quapropter indignatus, infesta Reitlingam obsidione pressit haud tamen auspicato. Etenim socia Ciuitatum manu ad Tefingam villam magna suorum clade fusus: grauiq; ipsemet vulnere saucius: filium perdidit, sociosque Comites, Huldericū Palatinum Tubingensem, Fridericum Zollernū, & Ioannem Schuartzeburgium A. C. 1388. Proximo ab hinc anno vxorem amittit ELISABETHAM Comitissam Hennebergiam, fatali morte absumptam: cuius fata ipse insequitur A. C. 1392. gubernationis suæ XXII. Sepultus Studgardiæ.

HENRICVS V. Comes VVirtembergius *ἄπαις* Studgardiæ sepultus 1377. Vxor CATHARINA Comitissa Helfensteinia.

HVLDERICVS VI. Comes VVirtembergius, in bello Imperialium Ciuitatum ad VVilam occisus A. C. 1388. Vxor ELISABETH F. Ludouici Boij Imp. Rom. vidua Ioãnis Ducis Bauariæ.

SOPHIA coniux Ioannis Ducis Lotharingiæ.

EBERARDVS IV. Comes VVirtembergius, princeps miti ingenio, pietatis, iustitiæ & pacis amantissimus: vnde & Mitis, Pacifici, Pij cognomenta tulit. Naturæ satisfecit Anno C. 1417.

Vlricus Comes de Wirtemberg, Canonicus Ecclesiæ Cathedr. Augusti. A. 1400 et sequentibus aliquot

Liberi eius

ex ANTHONIA F. Barnabæ Ducis Mediolanensis, vidua Friderici Regis Siciliæ:

ex ELISABETHA filia Ioannis Burggrauij Noribergensis.

EBERARDVS V. cognom. Iunior, Comes VVirtembergæ & Montis Pelicardi, ante diem decessit A. C. 1419. Sepultus Studgardiæ. Vxor HENRICA filia & hæres Henrici Comitis Mompelgardij vltimi, in pugna ad Nicopolin occisi A. C. 1396. post mariti fata in oppido Baiblinga consenuit: sepulta Mompelgardi A. C. 1442.

ELISABETH nupta Ioanni Comiti VVerdenbergio.

HVLDERICVS VII. Vide fol. seq. *

LVDOVICVS Comes VVirtembergæ & Mompelgardi in partitio-

ANNA consors Philippi Comitis Cattorum Meliboci.

ne ter-

Comites VVirtembergæ & Mompelgardi.

ne terrarum paternarum Vracam cum tractu vicino sortitus: Balingam, Dutlingam & Blabyrium emptum à Comitibus Helfensteinæ 40000. aureorum anno 1447. ditioni adiecit. Cum coniuge MECHTILDE nata Ludouici Palatini Electoris, quæ secundis postea nuptijs iuncta est Alberto Austriaco Carthusianorum fundauit cœnobium Gutelsteinam: vbi & corporum suorum deposuere exuuias: ille A.C. 1456, hæc A.C. 1482.

EBERARDVS VI. à promißiore barba Barbatus; *ab animo verò pulcherrimis dotibus pietatis, fidei, veritatis, constantia ornato,* Probus *appellatus: adolescentia annis paulo licentius peractis, iter Sanctum in Palæstinam suscepit: Romam item, aliasque Italiæ vrbes pellustrauit: Romæ à Sixto Pontifice aurea Rosa donatus A.C. 1482. A D. Maximiliano Augusto, aurei velleris societatem primò instituente A.C. 1492. in communitatem illius fæderis vocatus: & triennio pòst XI. Kal. Quintil. in Comitijs Vormaciensibus,* primus DVX VVIRTENBERGICVS *salutatus: grauissimisque Imperij deliberationibus est adhibitus: in quibus sapientia & eloqentia eius singulis enituit. Viros eruditos in summo habuit precio: Capnionē & Nauclerum benignißimè fouit: quorum consilio Academiam Tubingensem A.C. 1477. V. Non. Iulij in amanißimo ducatus loco erexit, & reditibus annuis munificentißimè dotauit. Cœnobia item Synadelphingæ & Tubingæ duo excitauit: & nouum ordinem D. Petri in amanißima sylua Schœnbuchiana instituit; instructo istic magnifico templo; in quo post obitum corporis sui exuuiæ sunt deposita. Obijt autem Tubingæ, quò ægrotus se vt conferret, suaserant medici A.C. 1496. VI. Kal. Martij, annos natus quinquaginta vnum. Vxor BARBARA Ludouici Gonzagæ Ducis Mantuani F. Kirchæmij est inhumata.*

LVDOVICVS immature mortuus.

ELISABETH Ioanni Comiti Nassouio & Saræpontano: inde Henrico Stolbergio sociata.

MECHTILDIS consors Ludouici Iunioris Landgrauij Hassiæ.

Filiola ἀνώνυμος, infans morte immatura abrepta.

LVDOVICVS nothus, Legum Doctor & Dominus à Greiffenstein: Gutelsteinæ funeratus A.C. 1495.

*

HVLDERICVS VII. Comes VVirtembergæ & Montis Pelicardi, *Adamatus* vulgò, à Prouerbio item, quod tritum in ore habebat ob venationis studium, Got Nießwurz cognominatus: in diuisione cum Ludouico fratre Studgardiam cum agro proximo obtinuit. In matrimonio tres ordine nobiles habuit fœminas: quarum prior MARGARETA F. Adolphi primi Ducis Cliuiæ decessit A.C. 1451: media, ELISABETH Henrici Landshutensis Ducis Bouariæ filia, obijt A. C. 1458. postrema MARGARETA filia Amadei Saubaudi, viduata priùs à Ludoico Andegauensi, inde à Ludouico Electore Palatino, ipsi quoque superuixit. Huius quum ille dotem à priuigno armis nullo iure repeteret: bellum enatum est Germaniæ intestinum: quo à Friderico Victorioso Rheni Palatino, cum alijs duobus principibus ad Heidelbergam fusus captusque Kal. Iulij 1462. Studgardiæ sepultus A.C. 1480.

Liberi eius:

Duces VVirtembergæ.

ex primo coniugio:

Filia virgo Vestalis in cœnobio Laufa.

ex medio:

EBERARDVS VII. Comes VVirtembergæ & Mompelgardi, patrueli absque liberis defuncto in ducatu suffectus à Maximiliano Imp. sed ob tyrannidem eodem iterum priuatus: obijt in exilio apud Rheni Palatinum ἄπαις A.C. 1504. Vxor ELISABETH Alberti Electoris Brandeburgij filia, marito exacto, Nirtingæ consenuit.

HENRICVS Comes VVirtēbergæ & Mōpelgardi, exortis inter Huldericū patrem, Heluetijs amicum; & Carolum Burgundū, in cuius aula adolescens viuebat, offensionibus: à Bur-

HVLDERICVS IX. immature mortuus.

ELISABETH vxor Friderici Hennebergij.

ex postremo:

HELENA consors Cratonis Comitis Hoheloij.

Filia N. nupta Domino Kœnigsteinio.

Filia nupta Comiti Hor[illegible]io in Geldria.

N. Monialis Vormaciæ.

Filia infans extincta.

gundo

gundo captus sed eo ad Nanceium interfecto, liberatus: sacris se primùm Moguntiæ addixit: vbi Archiepiscopo Coadiutor est datus. Fratri postea exacto ab Imp. in ducatu successor datus: eum annis tenuit XV. nouissime tamen in custodia in castro Hoheneuþach vitam finijt A.C.1519.

Dar's VVirtemberge.

Liberi eius

ex ELISABETHA filia Simonis Comitis Bipontini & Bitzæi, quæ partus doloribus superata, diem obiit A.C.1487.

MARIA consors Henrici Ducis Brunsuigij obijt 1541. V. Kal. Ianuarij.

HVLDERICVS IX. Dux VVirtembergæ & Teccæ, Comes Mompelgardi, natus V. Idib. Februarij A.C. 1487. hora sexta matutina: dum inter mortales fuit, varijs fortunæ procellis agitatus. Matre in primis infantię annis desiderata, educatus in aula Eberardi Barbati: quem & ipsum vixdum nouēnis amisit. Anno ætatis XV. D. Maximiliani Cæs. iussu in suam simul tutelam & administrationis potestatem venit. A Sueuici exinde fœderis socijs ob Rheutelingam expugnatam omni sua prouincia exactus: post quindecim demū annorum exilium, armis Philippi Hassiæ Landgrauij per vim restitutus A. C.1534. Patria recuperata, Ecclesias sui ducatus & scholas reformauit: stipendiatios & beneficiarios Theologiæ discendæ primus aluit, & cōiunctim habitare vnis in ædibus voluit: erga hos non solùm munificus: sed Academiam præterea Tubigensem noua & magna redituum accessione locupletans: domum Vniuersitatis, multos ante annos igne collapsam, suis impensis restaurauit: Rempub. prudentia non vulgari satis feliciter administrauit. Tandem Deo Opt. Max. finem ærumnis dante; spiritum cœlo, reliquum vero mortalitatis suæ terræ reddidit IIX. Id. Nouembris A.C.1550. sexagenario maior triennio, mensibus octo, diebus XXVI. Vxor SABINA F. Alberti Ducis Bauariæ obijt A.C.1564 III. Kal. Septembris.

ex EVA (al. BARBARA) filia Ioannis Comitis Salmæi, vxore altera: # et Margaritæ filiæ Iacobi Liberi de Sir...

GEORGIVS Comes VVirtenbergius & Mompelgardius, Dominus supremus Herieuriæ: princeps pius & humanus, religionis repurgator & propugnator constantissimus, pacis & iustitiæ amantissimus, vereque Pater patriæ: pensum vitæ terrestris absoluit Biponti Idib. Quintil. A. C.1558. sexagenario maior semestri, viginti demptis diebus. Grandæuus ex consilio Christophori fratruelis duxit BARBARAM Philippi principis Cattorum F. quæ postmodo nupsit Danieli Comiti VValdeccio.

FRIDERICVS Comes VVirtembergius & Mompelgardius, Dominus supremus Heriçuriæ: princeps pius, & veræ religioni addictissimus: in exules præterea perhumanus. Vxor SIBYLLA Ioachimi Ernesti Principis Anhaltini F. mortuo A.D.1593 Duce Ludovico, patruelis filio, absq; prole in Ducatu successit.

EVA CHRISTINA Posthuma obijt Kirchœmij virgo XVI. annorum mensium quinq;, dierum septem A.C. 1575. III. Kal. Aprilis.

CHRISTOPHORVS Dux VVirtembergius & Teccius, Comes Alpium Cotriarum, natus I V. Idib. Maij A.C.1515. hora prima, min. 42. ante meridiem: à vitæ statim primordio omnibus sæuientis fortunæ telis fuit expositus: varijsq; obiectus procellis, casibus, periculis: quæ tamen omnia inuicto excelsoq; animo pertulit, & superauit. Patre namque à confœderatis Sueuis ditione sua exacto; ipse vixdum quadrimus in Bauariam ad auunculos est deportatus, ab eisq; per aliquot annos sustentatus. Hinc à Rege Ferdinando in Austriam translatus: & Michaeli Tifferno, celebri Philosophiæ Professori Viennæ, cum in alijs liberalibus artibus, tum in ijs maximè disciplinis, quæ virum principem decent, imbuendus traditus: qui vbi hoc agi animaduertit, vt vnicus hæres in ordinem Ecclesiasticum redigatur: clam è Comitatu Cæsaris, qui ipsum in Hispaniam secum adducere decreuerat: diuertens; fugam capessit: pauloq; post in Galliam profectus, in clientalem Francisci Regis se cōtulit: cui aliquot in expeditionibus, omnium periculorum & militarium laborum se socium præbuit: semper comitatus Phœnice suo Tifferno. A patris obitu, summa subditorum voluntate & expectatione imperium suscipiens: totus statim in probam Reipub. constitutionem incubuit. Principium autem ducens à Dei cultu & religionis procuratione: Ecclesijs passim & scholis Theologos aliosque viros doctos præfecit: per hos doctrinæ genus ad sacræ scriptu-

Duces VVirtembergæ. ræ normam, veluti lapidem Lydium exegit, religionis instauratæ ipsemet assertor constantissimus; Professorum numerum Tubingæ mirificè auxit: collegium magnificè ædificatum addidit; sumptus perliberaliter subministrans: cœnobia ipsa non in priuatos vsus, sed gymnasia conuertit. Hac cura perfunctus, iudicia constituit: expeditam iuris formam de commercijs, de successionibus, delictis cæterisque politicis negotijs, populari lingua promulgauit: sanctissimamque iustitiæ officinam ab omnibus auaritiæ sordibus purgauit. Porro à turbulentis consilijs non modo abstinuit ipse: sed &, si inter Imperij proceres natæ fuissent offensiones animorumque dissidia, vt quàm primum resarcirentur, ad summam diligentiam nihil reliquum fecit: ipsemet intercessor & pacificator existens: vnde & Pacifici cognomentum meruit. In bona itaque pace, vbi prouinciam rexit suam annos XIIX. constantissima in Deum fide, cum ingenti omnium bonorum mœrore, ex hac colluuione hominum in cœlestem migrauit domum V. Kal. Ianuarij A.C. 1568. quinquagenario maior annis tribus, mensibus septem, diebus XVI. Princeps optimus, & antiqua virtute ac fide Germanica præstans: cuius toti orbi Christiano eximia innotuit prudentia, clara virtus & animi moderatio, illustre pacis concordiæque studium, peruagata pietas & constantia. Studgardiæ inhumatus. Vxor ANNA MARIA, Georgij Marchionis Brandeburgici F. fœmina multis & heroicis virtutibus ornata: pertinaci erga Deum pietate, terrenis valedixit 19. Maij. Tubingæ sepulta V. Id. Iunij, A.C. 1589. parens ex ipso facta est XII. liberorum:

1 *EBERARDI Ducis VVirtembergij & Teccij, nati Studgardiæ A.C. 1545. VII. Id. Ianuarij hora quinta vespertina: ante patrem defuncti VI. Non. Maij A.C. 1568. ætatis suæ XXIII. mense tertio, die XXV.*

2 *HVLDERICI immatura morte, patre superstite, erepti.*

3 *HEDVIGAE Basileæ natæ Imp. Carolo de Protestantibus victoria petito, nuptæ Ludouico Landgrauio Hassiæ A.C. 1563. V. Id. Maij: piè defunctæ IV. Non. Martij A.C. 1590.*

4 *SABINAE nuptiis collocatæ Gulielmo Landgrauio Hassiæ III. Id. b. Februarij A.C. 1566. placidè in vera inuocatione Christi defunctæ A.C. 1581.*

5 *ELISABETHAE nuptæ primùm Georgio Ernesto Principi Hennebergio Kal. Iunij A.C. 1568. inde Georgio Gustauo Principi Palatino A.C. 1586.*

6 *LEONORAE primis nuptijs iunctæ Ioachimo Ernesto principi Anhaltino VI. Id. Ianuarij A.C. 1571. secundis Georgio Landgrauio Hassiæ A.C. 1589.*

7 *ÆMYLIÆ vxoris Richardi Palatini Rheni, defuncti A.C. 1589.*

8 *LVDOVICI Ducis VVirtembergij & Teccij, Comitis Mompelgardij, nati Kal. Ianuarij A.C. 1554. Optimi hic Patris generosa soboles, nec modo patrimonij, sed etiam virtutis & pietatis sempiternæ hæres & singularis Ecclesiarum & scholarum nutritius: vxore priore DOROTHEA VRSVLA Caroli Marchionis Badensis filia defuncta A.C. 1583. biennio pòst ad secundas transijt nuptias celebratas cum VRSVLA Georgij Ioannis Palatini Rheni filia.*

9 *MAXIMILIANI Ducis VVirtembergij nati VI. Kal. Septembris 1555. immaturè defuncti.*

10 *ANNÆ elocatæ Ioanni Georgio Duci Lignicio & Bregano IV. Id. Septemb. 1582.*

11 *DOROTHEÆ MARIÆ elocatæ Othoni Henrico Palatino Rheni & Duci Bauariæ VI. Kal. Decembris A.C. 1582.*

12 *SOPHIÆ nuptæ Friderico Gulielmo Duci Saxoniæ Vinariensi A.C. 1583. III. Non. Maij: pia sanctaque morte defunctæ in puerperio quintæ sobolis XII. Kal. Sextil. A.C. 1590. ætatis XXVI. mense VII. die XXVII.*

NICOLAI REVSNERI

PRINCIPVM VVIRTEMBERGIORVM ELOGIA.

Ex Epicedio Ducis Christophori.

Prisca cupis referam veteris cunabula gentis:
Et, virtute Duces quod peperere, decus?

Quis nescit patriæ vos ô duo lumina fratres,
CONRADE, *& gentis gloria* BRVNO *tuæ?*

Marte

Marte ferox Cæsar Conradus, & alter ab illo,
  Præstantes armis vos meminere viros.
Non tua fama latet totum cantata per orbem,
  HVLDRICE, ô patriæ spes columenq́ senis.
IOANNISq́ decus VVERNERI & viuida virtus
  Laudibus impleuit Solis vtramq́ domum.
Quid dicam, belli vos ô duo lumina, natos,
  . HERMANNE, & secli lux EBERARDE tui?
Iustitiæ vobis studium, Martisque, togæque,
  Et pietas cura sancta, fidesque fuit.
Ambo præstantes virtutibus, artibus ambo:
  Siue quies belli, seu fera bella forent.
Tu quoque tu patrij generosus nominis hæres:
  Non patriæ quondam degener artis eras:
Quiq́ue tibi natus regnis successit auitis
  HVLDRICVS, generis gloria prima sui.
Ille duos genuit natos, quos inclyta rerum
  Gloria, sublimes celsa per astra tulit.
Quantus erat virtute togæ, virtutæque dextræ
  HVLDRICVS, patriæ splendor, honosq́ domus,
Cæsaris esse gener dignus: qui clarus honore
  Boiariæ magnas amplificauit opes.
Nec minor hoc frater, pugnax EBERHARDVS,
  Qui fuit ingenio Martis amante feri. (& acer:
Filius huic patrij studij plenissimus: ille
  Fortis, at infelix, Marte dolente, cadit.
Tu clemens EBERHARDE, patris contrarius
  Iustitiæ cultor, pacis amator eras. (armis:
Tu pacis dare iura, dutum componere lites;
  Æterna noras claudere bella sera. (tui
Patruus huius erat EBERARDE, parenteq́ na-
  HVLDRICO; nomen qui Seniorus habes.
Et pius, & sapiens, vita grauis auctor, & annis:
  Inculpata tibi mensque, fidesque fuit.
Viribus auxisti patriam, regnisq́ superbis:
  Quæ Rheni propius læta fluenta iacent.
At quis præstantes non audijt ordine natos?
  O verè magno pignora digna Patre.
Te te natorum clarum LVDOVICE potentum
  Stemmate: qui nomen Tertius huius habes.
Quiq́ue ferox bello, decus, & tutela suorum,
  Fortis Aui nomen, gestaq́ clara refert.
Vos probitas, & sancta fides, vos inclyta virtus,
  Vos immortalis nubibus æquat honos.
Par fuit his, magnis EBERHARDVS honoribus
  Qui diadema Ducis nobile Primus habet. (auctus;
Salue Dux animi præstans, dux inclyte salue:
  O decus, & longos non moriture dies.
Posteritas se grata tibi, tibi se prior ætas
  Deuouet, in laudes officiosa tuas.
Tu bello, cu pace bonus, tu maximus arte;
  Auxisti patriam nobilitate domum.
Flos regni, pietatis honos, prudentia legum,
  Iustitiæ lumen, Pieridumq́ue decus.

Tu patrias sanctis munisti legibus vrbes:
  Moribus ornasti tradita regna bonis.
Splendida munificus largitus munera doctis.
  Instruxti sanctam, laudis amore, Scholam:
Quæ modò Germanis clarissima floret in oris:
  Quà Tubiæ radit Neccarus vrbis agros.
Fortunate senex, Patriæ Pater, optime Princeps:
  Nunc magno nomen viuit in orbe tuum.
Non hîc HENRICVM tacitum, fratremq́ relin-
  Qui genus à patrui nobile stirpe trahunc. (quam:
Tu primùm totus Musis EBERARDE dicatus:
  Gaudebas modica viuere sorte tenus.
Pòst vbi vitales Patruelis linqueret auras:
  Legit te regno patria terra ducem.
Viuit adhuc animus HVLDRICI imperdita fama:
  Quem suus ex vero iam comitatur honos.
Quo duce relligio caput extulit aurea cælo:
  Quæ nunc in toto purior orbe volat.
Quo duce cœperunt meliùs considere Musæ:
  Et tractare nouo pectine fila lyræ.
Inde satus veteris sanctissime nominis hæres
  CHRISTOPHORE, ô populi cura, salusq́ tui:
Dum poteras, placida terras in pace regebas:
  Annorum impleruni fata benigna moras.
Quæ tua non virtus possedit pectora, Princeps
  Inclyte? quæ laudi defuit vmbra tuæ?
Viuus eras timidusque Dei, reuerensque sacrorum:
  Ah quantum est verum posse timere Deum.
Iura, fides, probitas sub te vixere, decusque:
  Sub te libertas extitit alma duce.
Tunc Astræa diu neglecta, soloque fugata,
  Cum Nemesi redijt, cumque Pudore sacro.
Cætera quid referam? quorum me turba fatigat:
  Non par est meritis vox mea parua tuis.
Quæ si nunc memori perscribere carmine coner:
  Ilias est laudis longa futura tuæ.
Quid tamen illa iuuant? consumtus morte, cadauer
  Num minus in gelido marmore triste iaces?
Iam cinis es, & de tam magno Principe restas,
  Viscera quod paruæ vix bene complet humi.
Te quoq́ flos, EBERHARDE, patrum virtutis
  Funere crudeli mors properata rapit. (auitæ,
Nec genus, aut virtus, aut optima profuit ætas:
  Nec te regnorum tot superesse ducem.
Occidis, & misero fleterat vigesimus annus
  Tertius: heu bona tot paruula clausit humus.
At tu, qui superes mæstæ solatia matri,
  Publica spes gentis, Dux LVDOVICE, tuæ:
Sume animum supraq́ tuos exurge dolores:
  Fortiter & casus ferre memento tuos.
Supprime iam lacrymas: non hæ reuocare sepultos:
  Nec mutare Dei iura seuera queunt.
Iam iam disce pati: gaudet patientia duris:
  Hac casus superat, Dux generose, tuos.

ELIAE REVSNERI LEORINI

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI

De Familys Regum & Principum aliorumq́; Procerum orbis Christiani

STIRPS MARCANA SIVE TEISTERBANTIANA.

Quæ

Stemmata produxit illustria

I. *COMITVM CLIVIAE & TEISTERBANTII, unde & Heusdæ reguli procreati.*

II. *COMITVM ALTENAENSIVM & MARcanorum, & ab his oriundorum DVCVM CLIVIAE, MONTIS & IVLIACI; Arenbergæ item Dynastarum, & Ducum Bullionis, &c.*

Acceßit corollarij loco

GENEALOGIA VETERVM DVCVM IVLIACENSIVM ET BERGENSIVM.

ILLVSTRISSIMO POTENTISSIMOQ. Principi ac Domino

D. IOANNI GVLIELMO

Duci Iuliacensi, Cliuensi, & Bergensi, Comiti Marcæ & Rauensburgi, Domino Rauensteinæ, &c.

DOMINO CLEMENTISS.

D. D. D.

STIRPIS

STIRPIS TEISTERBANTIANAE

Stemma Primum

VETERVM COMITVM CLIVIAE ET AB HIS ORTORVM HEVSDANORVM.

ELIAS GRALIVS Eques auratus, sed incertæ originis vir, vxorem habuit BEATRICEM F. Theodorici Cliuiæ Dynastæ ex Vrsinis oriundi postremi, & Beatricis hæredis Comitis Teisterbantij. Eum à Theodosio Imp. in Comitem Cliuiæ inuestitum quidam fabulantur circa A. C. 717. Carolo Martello in bellis contra Frisios, Saxones & Boios egregiam nauauit operam. Obijt A. C. 732. *Comites Cliuiæ.*

THEODORICVS Comes Cliuiæ secundus, acceptis à patre insignibus cum aureo gladio: vir pietate & alijs virtutibus insignis: ex materna hæreditate Teisterbantij quoque Comitatum obtinuit, factus vasallus Episcopi Vltraiectini. Teisterbantij autem Comitatus olim continebat insulam Bommelanam, ditionem Heusdanam, Arculeam, Altenaensem, Vianensem, Culenburgensem, Buranam, ac quidquid à Lecca Lingaque (olim Aqua longa dicta) ad veteris Mosæ alueum continetur. Obijt Anno C. 757. Vxor IDA Comes Hannoniæ.

GODEFRIDVS Comes Loënsis.

REINOLDVS Cliuiæ ac Teisterbantij Comes tertius, ductor copiarum Pipini Regis Galliæ contra Danos siue Normannos; Frisiam, Hollandiam, & Traiectensem Episcopam ferro igneque depopulantes. Obijt A. C. 767. Vxor ISABELLA Comes Arduennæ.

CVNO siue CONON, Comes Cliuiæ & Teisterbantij, Carolo Magno militauit contra Saxones: cæterùm paci & quieti summè studuit. Betbergam Oratorium extruxit: quod temporis progressu in Vestalium cœnobium est conuersum. Obijt A. C. 778. Vxor ALEIDA F. Sigismundi Comitis Aquitaniæ.

IOANNES Comes Cliuiæ ac Teisterbantiæ, naturæ concessit A. C. 790. Vxor N. filia Michaelis Curopalatis Imp. Byzantini.

ROBERTVS Comes Cliuiæ ac Teisterbantij sextus: decessit ἄπαις A. C. 798. Vxor GARINA Ducissa Lotharingiæ.

BALDVINVS Comes Cliuiæ & Teisterbantij septimus, interfuit sepulturæ Caroli Magni Imp. an. 814. A Ludouico Pio Cæsare ditionē Tuenzen accepit: vbi Veterocellis, quam ciuitatem ipse extruxit, collegium Canonicorum fundauit. Obijt A. C. 830. Vxor HILDEGARDIS F. Ludouici Comitis Geneuæ ac Prouinciæ Lugdunensis.

LVDOVICVS Comes Cliuiæ & Teisterbantij octauus, obijt ἄγαμος Anno Christi 834.

EBERARDVS Comes Cliuiæ & Teisterbantij nonus, Comes item Prouinciæ, princeps pacis iustitiæque amans: duo fundauit collegia, alterum Canonicorum Vesaliæ, alterum Sanctimonialium Nussiæ. Obijt A. C. 843.

ROBERTVS à fratre in partem hæreditatis accepit *Teisterbantij Comitatum.* Vxor CVNEGVNDA Comes Hoiæ.

THEODORICVS, stirps Comitū ALTENAENSIVM.

ROBERTVS primus Heusdæ Dominus; Cliuiæ

LVDOVICVS Comes Teisterbantij: cui pronepos siue abne-

Te 3 LVIT.

Comites Cliuiæ.

LVITHARDVS Comes Cliuiæ decimus, principes vitæ sanctimonia & virtute insignis, obijt A. C. 886. Eius temporibus Dani, nauibus pyraticis CCCL Rhenum ascendentes; vrbes, oppida, pagos, Traiectum nempe, Neomagum, Cliuiam, San Troiam, Nussiam, Coloniam, Leodium, Mastricum, &c. ferro & flammis misere vastarunt A. C. 878. Vxor Bertha F. Arnulphi Imp.

BERENGARIVS Episcopus Tollensis in Lotharingia.

BALDVINVS II. Comes Cliuiæ XI. collegium Canonicorum in Zephelick fundauit, quod postea Crauensburgū est translatum. Obijt A. C. 928. Vxor MECHTILDIS Ducissa Saxoniæ.

RICHFRIDVS Comes Tuenderlandiæ.

BALDERICVS Antistes Traiecten sis, Traiectū à Danis vastatum patrui opera restituit.

ARNOLDVS Comes Cliuiæ XII. Henrico Aucupi militauit cōtra Hungaros ad Mersburgum anno 933. Obijt 968. Vxor ALEIDA F. VVigmanni Com. Zutphaniæ.

MATHILDIS Comes Loensis.

VVIGMANNVS Comes Cliuiæ, cum auo materno fundauit Eltenebergi haud procul Emblico, Abbatiam nobilium Vestalium: quæ postetis temporibus in Canonicorum Collegium est transformata. Obijt A. C. 1004. Vxor CVNEGVNDIS Comes Turingiæ.

ADELA vxor Godefridi Curatoris Geldriæ.

LVITGARDIS prima Abbatissa cœnobij Eltenebergensis.

CONRADVS Comes Cliuiæ XIV. ab Othone III. Imp. patre adhuc superstite, Vormatiæ in Comitem Imperij inuestitus, ob res in Italia præclare gestas. Obijt A. C. 1045. Vxor CATHARINA Comes Seinæ.

THEODORICVS II. Comes Cliuiæ XV. Henricum III. Augustum, Nouiomagi à Balduino Insulano Flandriæ Comite, & Godefrido Duce Brabantiæ obsessum, liberauit: qua de causa in præmium fidelis nauatæ operæ abs eo donatus est arce Nouiomagensi A. C. 1050. Obijt A. C. 1088. Vxor AGNES Comes Schoumburgia & Ritburgia.

tamen Comitum benef tarius: obijt A. C. 857. Vxor ADAMA F. Henrici Comitis Cucani.

pos ANFRIDVS Præsul Traiectinus regni Comitatus Teisterbantij inter propinquos ac cognatos diuisit: pars tamen eius Ecclesiæ Traiectensi & Leodiensi tradita.

BALDVINVS Heusdæ Dynasta alter, condidit Pudercam, Brakelam, & Alslam pagos. Adolescens cum Heinoldo Andegauensi Comite in Angliam profectus, diu Edmundo Regi militauit: cuius postmodo filiam SOPHIAM clanculum abductam, Heusdam in vxorem duxit. Hanc dum pater quæri iubet; Balduino iam defuncto an. 870. inuenta est Heusda sericum purpureum consuetae ac rotulæ rubra machina nere. Rex ab ami is placatus; nepotes ad se accersitos blande suscepit: voluitque, vt in materna fortunæ memoriam armorum insignia mutarent: acciperentque purpuream in scuto aureo rosam: supra vero galeam collocarent aures asininas cæruleas corona, at aureas rotulas inter aures asininas collocata: quæ insignia posteri Heusdani tenuere. Sophia post fata Altheusdæ inhumata A. C. 890.

EDMVNDVS in Anglia apud auum maternum obijt *ænus.*

ROBERTVS I. Heusdæ Dominus, ab auo materno liberaliter donatus: & ad lares patrios remissus: obijt A. C. 914. Vxor ADELHEIDA Comes Zutphaniæ.

EDMVNDVS Heusda Dominus, naturæ debitum persoluit A. C. 929. Vxor HILDEGONDIS Comes Seinæ.

IOANNES Heusdæ Dominus obijt A. C. 956. Vxor N. Comes Lonij.

ROBERTVS III Heusdæ Dynasta, obijt A. C. 973. Vxor GERTRVDIS Comes Sponhamiæ.

BALDVINVS III. Heusdæ Regulus, obijt A. C. 1028. Vxor ALEIDA filia Domini Geneppæ.

IOANNES Heusdæ Dominus, obijt 1073. Vxor MECHTILDIS Domina Steinuerdæ.

ALVERARDIS vxor Theodorici II. Brederodæ Domini.

[illegible]ORI[illegible]VS [illegible] Cliuiæ XVI. [illegible]rido B[illegible]llo- [illegible] Lotharingiæ [illegible]m Sanctā ingressus [illegible] S[illegible]rem [illegible]erg[illegible]is [illegible] A. C. [illegible] Vxor [illegible]AT[illegible]AR[illegible]NA Cō- [illegible]es [illegible]bergica.

ARNOLDVS II. Comes Cliuiæ 17. ditionem post fratris obitum annis rexit XLVII. Cum vxore MARGARETA Ducissa Sueuiæ ex Betberga monasterium Vir[illegible]nū Vestaliū instituit. Obijt A.C. 1161.

THEODORICVS IV Comes C[illegible]iuiæ 18. [illegible]o Othon[illegible]s Gel-d[illegible] Com[illegible], cū Præ-[illegible] V[illegible]t ai[illegible]ct[illegible]nsi ma-[illegible]c[illegible]cr[illegible]it. Quobel-l[illegible]ri[illegible] I. Imp. au-[illegible]p to; eidem se Comitem ad-[illegible] in Palæstinam: vbi ab eo ob res ēgre-[illegible]st[illegible]s bal[illegible]hico militari est donatus A. [illegible] V[illegible]r IOANNA F. Godef[illegible]idi Du-[illegible]ntiæ.

ALEIDA nupsit Comi[illegible] Marcano. *MARGARETA post mariti Comitis Arenbergij, circa Nupiam A[illegible]atiam constru[x]it: in qua primam egit Abbatem.*

AR[illegible]LDVS III. Comes Cliuiæ vndevige-[illegible]; partes fouit Othonis IV. Cæsaris contra Phi-l[illegible]pum: & cum Gulielmo Frisio bello de-certauit. Obijt A C. 1205. Vxor ALEIDA F. [illegible]orentij III. Comitis Hollandiæ.

ALEIDA consors Theodorici VII. Comitis Hollandiæ.

ARNOLDVS IX. Comes Cliuiæ, Archiepiscopo Bremensi suppetias tulit contra hæreticos Stadenses, negantes magistra[illegible]i præstandam esse obedientiā. In Pa-l[illegible]inā profectus contra Saracenos, obijt Hierosolymæ A.C. 1218. Ibidē sepultus. Vxor Catharina F: Henrici Comitis Montēsi[s],& Ducis Limburgensis.

THEODORICVS V. Comes Cliuiæ XXI. heros bellica virtute præstans: Claromontiū Comitē, qui ex zelotypia Florentium Hollandū iugularat, peremit: & Niuellionū huius cædē bello vindicantem, acie fudit. Henrico quoq; Agrippinensi Archimystæ aduersum Engelberti Montenses percussores; Othoni item Vltraiectensi contra Tritones; & Bremensi cōtra hæredes Stadenses A.C. 1226. fuit auxilio. Re[b]us humanis ereptus A.C. 1229. Vxor MATHILDIS vnica filia & hæres dynastæ Diuslakij, marito eā ditionē, Friderico II. Augusto consentiente, in dotem attulit.

THEODORICVS VI. Comes Cliuię 22.

ROBERTVS IV. Heusdæ Dominus, obijt 1092. Vxor IOANNA F. Ioannis Arculei domini.

ALE[I]DA vxor Ioa[nn]is III. Arculei dynastæ.

Comites Cliuiæ Heusdæ reguli.

BALDVINVS IV. Heusdæ Dominus, obijt 1110. Vxor BERTRANDA Lippiæ Domina.

IOANNES III. Heusdæ regulus obijt 1135. Vxor CHRISTIANA Domina Arensbergia.

GVLIELMVS Heusdę Dominus, obijt *anno* 1153.

ARNOLDVS Heusdæ Dominus obijt 1168. Vxor MARIA Comes Salmæ.

IOANNES IV. Heusdæ Dominus, obijt 1192. Vxor Lucia Hornana.

BALDVINVS Cu[st]in', Hersuici Dominus.

ROBERTVS V. Heusdæ Dynasta obijt 1202. Vxor PHILIPPA filia Domini Liesfani.

GVAL[T]ERVS Spiringius.

IOANNES V. Heusdæ Dominus, obijt 1235. Vxor N. Comes VVarneburgia.

GVLIELMVS Hedechusij Dominus.

IOANNES VI. Heusdæ Dominus, obijt 1279. Vxor CATHARINA Comes Lonij.

IOANNES Venæ Dominus.

IOANNES VII. Heusdæ Dominus, factus vasallus Florentij Comitis Hollandiæ: quippe cui Theodoricus IX. Cliuiæ Comes sub prandio, liberali manu ius omne, quod in ditionem Heusdanam ac Altenaensem habebat, concessit; factis ea de re publicis tabulis A. C. 1290. Vita excessit A.C. 1303. Vxores duæ: ADELHEIDA Comes VVibersteina: & IRMGARDIS filia Domini VVitcurij.

ARNOLDVS Slusæ Domin'. IOANNES Hesbenij Dominus.

IOANNES IIX. Heusdæ Dominus, obijt 1318. Vxores eius: 1. MARGARETA F. Domini Cacani: & SOPHIA F. Domini Cranedenckij.

IOANNES Heusdanus, Dron[g]eli Dominus.

IOANNES Dom[ini] Elshau[t]

GVLIELMVS Drongelus, ius suum, q in Heusdanam ditionem habebat, quinq; filijs adiuuantibus

Comites Cliuiæ. Heusdæ reguli.

Gulielmi Hollandi Cæsaris inaugurati secutus castra; Florentium huius fratrem contra Flandros iuuit: & Conrado Archiepiscopo Agrippinensi, quò muniret arcem in oppido Dorsten, concessit anno 1237. Inter viuos esse desijt A. C. 1247. Vxor ISABELLA F. Henrici Ducis Brabantiæ & Lotharingiæ.

THEODORICVS VII. Cliuiæ Comes XXIII. Engelberto Coloniensi Archiepiscopo, vrbē nocturno tempore occupare conanti, tulit suppetias: & Florentium quoque Hollandiæ Comitem, fraternam necem vindicātem, aduersus Carmelandios & Frisios strenuè iuuit: quo in bello perijt A. C. 1255. Vxor IRMGARDIS F. Othonis Ducis Geldriæ.

MECHTILDIS vxor Henrici Brabantini, Infātis Hassiæ.

MARGARETA consors Othonis Geldriæ Comitis.

ELISABETH vxor Gerardi Comitis Iuliacensis.

THEODORICVS IIX. Cliuiæ Comes XXIV. Rudolpho Habsburgensi Imp. Augusto in omnibus fermè bellis militauit contra hostes Imperij. Obijt A. C. 1271. Vxor N. Comes Lucemburgica.

THEODORICVS IX. Comes Cliuiæ XXV. à Rudolpho Habsburgio Imperatore Vicarius Imperij constitutus super Dauentriam & Nouiomagum: ab eodem Duisburgum quoque & Cranenburgum impetrauit. A fratre Comitatum emit Hulkenradensem: reddita ipsi arce & dominio in Keruen. Collegium Canonicorum Mourebergæ instituit A. C. 1286. & Florentio V. Comiti Hollandiæ concessit ius in Heusdanam ditionem A. C. 1290. Cum vxore MARGARETA, filia Alberti I. Imp. accepit dynastam in Vesalia, & Ringelbergam.

THEODORICVS alter, Comes Holkenradius circa Nussiam. Vxor N. Comes Mœrsensis. Ab eo descendere Comites Bergeoses quidam volunt.

summo studio tutatus est: adeo, vt ad tempus ea de causa ditione Drōgelana (occupante eam Brabanto) pelleretur.

IOAN. IX. Heusdæ Dominus, ἄπαις 1334. Vxor CVNEGVNDA F. Ioannis Arculei.

SOPHIA vxor Sassenbergij Reguli.

ROBERTVS ex vulnere obijt ἄπαις A. C. 1333.

IOANNI Drongelio cedenti omni iure, quod in ditionem Heusdanam habebat, Gulielmus Bauarus Hollandiæ Comes dono dedit ditionem Etbenam ac Mouvvanā, seruato Hollandiæ Comitibus patronali iure: quemadmodum & in ditione Drongelana habebant. Ædificauit exinde Drongelius Meuvvena insignem arcem: vbi sedem figens, vitam finijt.

ARNOLDVS.

HERIBERTVS.

THEODORICVS.

De Heusdana controuersia paucula quadam adhuc notanda. Diximus, Theodoricum IX. Cliuiæ Ducem, Florentio Hollando omne ius in Heusdanam ditionem liberaliter transtulisse: Paulo pòst orta quæstione inter Heusdæ Dominum ac Buscoducenses: Heusdanus illis impar, auxilium ab Hollando patrono petit; Buscoducenses verò à Duce Brabantiæ: qui (Hollando adhuc imparato) facilè Heusdam in potestatem redegit: pauloque pòst amicorum intercessione Heusda domino reddidit, ea conditione, vt posthac ipse ac eius posteri se beneficiarios Barbantiæ agnoscerent. Cumq; postea accessisset venditio Ioannis Heusdani huius nominis postremi, sine liberis morientis; frustra repugnante Drongelo: Brabanti absolutum se ius quæsiuisse allegabant. Sassenbergæ itaque Dominus à Ioanno III. Brabantiæ Duce petit, vt præstito clientelari sacramento, vxori suæ heredi legitimæ Heusdam restituat. Sed cum nihil impetraret: irarum plenus ad Hollandum profectus, cui antiquitus in Heusdam ius patronale esse sciebat, suum quoque ius vendidit: & hostis Brabantini factus, Turnotium exussit. Tandem tamen Brabantino cessit; accepta pecunia annua CCC. aureorum regalium. Ioannes ergo Dux Brabantiæ factus Dominus Heusdæ, fundamentum arcis Heusdanæ primus iecit. Huic mortuo A. C. 1355. successit filia natu maxima IOANNA, quæ nupsit VVenceslao Lucemburgio Duci. Orta postea inter Brabantos & Flandros de iusta hereditatis diuisione controuersia: pòst aliquot vltro citroque illatas clades, tandem communi consensu ad arbitrium Gulielmi Bauari Hollandiæ Comitis controuersia defertur: qui sui quoq; non oblitus effecit, vt Brabantus veteri oblitterata lite Hollandis ditione Heusdana absolutè cederet: à quo tempore eam, nemine litem mouente, pacificè possedere; & cum Hollandia iunxêre.

OTHO

Comites Cliuiae.

OTTO Comes Cliuiae XXVI. ob Comitatû Hulkenradensem bello decertauit cum affine suo Henrico Comite VVarneburgio Archimysta Agrippinensi: quê tandem ipsi vendidit. Obijt A. C. 1309. Vxores eius: 1. ADELA Engelberti Comitis Marcani F. sterilis: & MARGARETA Comes VVarneburgia, soror Henrici Archiepiscopi Coloniensis.

MECHTILDIS consors Henrici Ferrei Landgrauij Hassiae, obijt 1373. *ELISABETH vxor N. Dynastae Paruensis.*

IRMENGARDIS vxor Ioannis Domini Arculci, defuncti 1355: mater Othonis, qui cum Peruveisio & Marcano bis magno tumultu certauit pro successione in Comitatum Cliuiae, irrito tamen conatu: vnde postea omnem actionem Cliuensem Marcano vendidit.

THEODORICVS X. Cliuiae Comes 27. militauit Ludouico Boio Imp. contra Fridericû Austriacum. Reinaldi quoq; Geldriae Ducis & Episcopi Leodiensis auxilijs, manus conseruit cum Brabantinis. Collegiû Monterbergense Cliuiam transtulit: vbi & inhumatus est A. C. 1325. Vxor MARGARETA F. Reinoldi vltimi Comitis Geldriae.

MARGARETA (alijs Maria) vxor Adolphi IX. Comitis Marcani.

IOANNES Canonicus Coloniensis post fratrum excessum, sacerdotio relicto, factus Cliuiae Comes XXIIX: Carolo IV. Imp. magnâ pecuniae vim numerauit, quò arces Duisburgum & Caesaris vordiam occuparet, suorumq; priuilegiorum côfirmationem acquireret. Obijt anno. Vxores eius MARGARETA F. Reinoldi primi Ducis Geldriae & ADELHEIDA F. Engelberti Marcani.

STIRPIS TEISTERBANTIAE

Stemma Secundum

COMITVM ALTENAAE ET MARCHAE: à quibus porrò orti DVCES CLIVENSES & IVLIACENSES: COMITES item ARENBERGAE, & DVCES BVLLIONII.

THEODORICVS F. Roberti Comitis Teisterbantij, primus Altenaae Dynasta, & Comitum Cliuiae beneficiarius, claruit circa A. C. 860. Filij eius siue nepotes fuerunt *Comites Altenae.*

ADOLPHVS I. Curialis Henrici Aucupis Imp. Rom. ob deuota obsequia abs illo A. C. 924. certa in VVestphalia donatus regione: eò loci castrû Arnsberg construxit, quod VVolffeshagam nominauit: idq; temporis successu magis magisq; excoluit, oppidis atq; vicis circumcirca exstructis. Vnde quum opibus atq; potêtia crescerer: ab eôdem Caesare Augusto primus creatus est Comes Altenaae. Fratre autem coenobium ingresso, Montis quoq; Comitatum suis terris coniunxit.

EBERARDVS siue ENGELBERTVS, Curialis Henrici I. Imp. ab eo pôst, quàm castrum Altenburgum in VVestphalia extruxit, Bergensis creatus Comes: interfuit bello Brabantinorû cum Limburgijs. Nouissimè côstructo coenobio juxta fluuium Dune; fratri terris suis traditis, primum in eo Abbatem egit.

ADOLPHVS II. Comes Altenaensis & Montensis.

CONRADVS Comes Altenaae & Montis.

ADOLPHVS III. Comes Altenaensis & Bergensis.

BRVNO à Lothario Caesare & tribus Cardinalibus Agrippinensibus Archimysta datus, Canonicis nonnullis nonnihil refragantibus: vir in oratione facundus, in disputando argutus ac eruditus: cum morbo tamê Comitiali saepenumerò conflictatus: Imperatorem in Italiam secutus, decessit Barrae A. C. 1158. Ibidem inhumatus.

EBERAR-

Comites Altenaæ.

EBERARDVS Comes Altenaæ.

ARNOLDVS Archiepiscopus Coloniensis, castra Cæsaris (vt & alij Episcopi fermè omnes) secutus: vir omnino religiosus, iusti & æqui studiosissimus: ecclesiam laudabiliter rexit annis quinq; In monasterio Virginum nobilium in Rindorp sepultus A. C. 1174.

ENGELBERTVS Comes Bergensis.

ADOLPHVS Comes Bergensis, *ἄπαις.*

Filia N. Gulielmo Iuliacensi Bergensem Comitatum dotis nomine attulit.

FRIDERICVS Comes Altenaensis.

BRVNO Archiepiscopus Coloniensis, vir religione & ætate venerabilis, tertio præsulatus sui anno magistratu se abdicauit: factus monachus Cistertiensis in cœnobio Montis Antiqui A. C. 1199.

ADOLPHVS Archiepiscopus Coloniensis post fratrem, Othoni IV. Imp. quem Aquisgrani nominauit, iuramento se adstrinxit: illico tamen eius oblitus, auro corruptus, Philippo adhæsit: similiter eum Aquisgrani diademate cingens. Qua de causa ab Innocentio Pontifice excommunicatus, ab officioque est remotus A. C. 1205.

ADOLPHVS V. primus Comes Marchæ & Altenaæ, conditor oppidi Ham & Blancosteinæ A. C. 1226. vita decessit A. C. 1249. Vxor ELISABETH Faucombergica.

ENGELBERTO Comiti Marchæ & Altenaæ, nati

ADOLPHVS VI. Marchæ Comes *ἄπαις.*

OTHO.

è coniuge priore *ἀνώνυμ*:

è coniuge altera ex familia Lossensi:

ADOLPHVS VII. Comes Marchæ & Altenaæ. Vxor N. filia Domini Lossensis.

CONRADVS Canonicus Leodiensis.

ADELA vxor Ioannis Bertoutij Domini Mechliniæ.

GERARDVS Marcanus Rekeheimi Dominus. Vxor N. Neufcastellæ apud Arduennam domina.

Filiarum altera nupsit filio natu maximo Conradi Domini Alteræ. Altera Bertrando Malæ domino.

ENGELBERTVS Marchæ & Altenaæ Comes. Vxores eius duæ: prior filia VVezemalæ Domini: altera filia ac hæres Arenbergæ Domini.

Liberi eius:

ADOLPHVS IIX. Comes Altenæ, Antistes Monasteriensis: inde Vrbani V. Pp: auctoritate ad Coloniensis Archiepiscopatus dignitatem euectus a. 1363. eam mox decimo mense Engelberto fratrueli resignauit.

CONRADVS in bello occubuit.

IOANNES Canonicus Leodiensis.

Filia nupta Henrico Heinsberga Domino.

ENGELBERTVS Marcanus. Vxor N. Ioannis Aumalę & Loueruanxi Domini.

ENGELBERTVS Marcanus, Louvervanxi & Vogelzangæ Dominus, *ἄπαις.*

Filia vxor Gerardi Bastonij.

ex coniugio primo:

ex coniugio altero:

ADOLPHVS IX. Marchæ & Altenaæ Comes, heros iustitiæ & veritatis laude celebris, & pacis atq; tranquillitatis publicę amantissimus. Vxor Maria (nōnulli Margaretā vocant) filia ac hæres vnica Theodorici X. Comitis Cliuiæ.

ADELHEIDA vxor Ioannis Cliuiæ Comitis.

ENGELBERTVS *Marcanus, Leodiensis Antistes electus 1345. contra suos & finitimos vicinos bella gessit: nec non Hasbanorum temeritatem compescuit. Post XVI. gubernationis suæ annum Agrippinensis factus Archiepiscopus: quum ecclesiæ ob aduersam valetudinem (erat namque paralyticus) & grauesillius tempestatis turbas, parum præesse posset: in Coadiutorem assumpto Cunone Treuirorum Archimysta, Bruli solitariæ ac quietæ vitæ vacans, post longas morborum fatigationes, diem supremum clausit A. C. 1367. XII. Kal. Septembris. Coloniæ sepultus.*

EBERARDVS Marcanus, Dominorum ARENBERGÆ, ROCHEFORTII, ESDAINÆ, LVMAINGÆ, &c. progenitor.

ENGEL-

Duces Cliuiæ, Comites Marchæ.

ENGELBERTVS Comes Marchæ VVestphalicæ.

ISABELLA vxor Ioannis Comitis Nassouij.

ADOLPHVS Marcanus, Archiepiscopus Coloniensis, quum veterum Cliuiæ comitum familia extincta, seà ciuibus Cliuensibus receptum iri intelligeret: sacerdotio relicto, à Carolo IV. Imp. vndericesimus in Ordine Cliuiæ Comes est inauguratus: & ab omnibus Ordinibus summa cum gratulatione atque gaudio susceptus: eorum auxilijs Perucisium & Arculeum regulos, vim inferentes, fortiter repressit. Obijt A.C.1389. Vxor MARGARETA soror Gulielmi, primi Ducis Iullacensis ac Bergensis.

IOANNES Marcanus Dynslakij Dominus *ἄπαις*.

THEODORICVS Marcanus, Canonicus Coloniensis.

ADOLPHVS Comes Cliuiæ ac Marchæ, in Concilio Constantiensi anno 1417. primus à Sigismundo Imp. Dux Cliuiæ inuestitus: dominia Gennepæ, Duiffelæ Riexvvaldi magna pecunia familiæ suæ acquisiuit. Vir magnanimus, consilioque & manu promptus, belloque felix: quippe qui anno 1397. Gulielmum Ducem Montensem, suum auunculum, prælio victum cepit, captiuumque cum sex principibus & bis mille equitibus abduxit: pro quorum *λύτρῳ* accepit & possedit Rauensteinam, Leoburgum, Limers, & Hetteram. Ob Marchæ quoque Comitatum manus auspicato conseruit cum fratre Gerardo & Archimysta Agrippinensi. Rebus humanis exemptus A. C.1443. post rei summam annis LIV. dexterrime administraram. Vxores eius duæ: AGNES F. Ruperti Palatini, Imp. Rom. sterilis: & MARIA F. Ioannis Intrepidi Ducis Burgundiæ.

GERARDVS Marchæ Comes, *ἄπαις*.

THEODORICVS Dynslakij Dominus.

MARGARETA vxor altera Alberti Bauari, Comitis Hollandiæ.
BEATRIX Comiti Meursio nupsit.
CATHARINA sociata Domino Morenberchio.

IOANNES I. Dux Cliuiæ Comes Marchæ, & Rauensteinæ Dominus: à Philippo auunculo Burgundo educatus: cum eo plurima postea gessit bella. Patris quoque iussu arma sumens in Theodoricum Morsensem, Archiepiscopum Coloniensem: aduersus eius vim vrbem VVestphaliæ Susatum (quæ quum annis amplius ducentis Aggrippinensibus Archiepiscopis paruisset, anno 1444. ducatui se Cliuensi adiunxerat) strenuè defendit. Ex Palæstina, vbi balthico militari cinctus fuerat, reuersus: Adolpho Iuliacensi, qui proprium genitorem captiuum tenebat, bellum intulit. Vitam clausit mortalem A. C.1481. Cum ISABELLA Ioannis Valesij Comitis Neuersij, Rethellij ac Estampij hærede, pronepte Philippi Valesij Burgundi, sacrum nuptiale celebrasse legitur X. Kal. Maij A.C.1455.

MARGARETA vxor Vlrici Comitis VVirtembergij, obijt A.C.1451.
ELISABETH elocata Henrico Comiti Schvvartzburgio.
HELENA consors Henrici Pacifici Ducis Brunsuigij ac Luneburgij.
CATHARINA coniux Arnoldi Egmontani Ducis Geldriæ.
MARIA nupsit Carolo Valesio, Duci Aurelianensi.
AGNES Regi Nauarræ desponsata.
ENGELBERTVS cum alia sorore, infantes obiere.

ADOLPHVS Marcanus Rauesteinæ ad Mosam Dynasta: priore vxore Anna Burgundica, notha Philippi Boni, sine liberis defuncta; duxit BEATRICEM F. Ioannis Ducis Coimbriæ, neptem Eduardi Regis Lusitaniæ.

PHILIPPVS *Marcanus, Rauensteinæ Dominus amicus Gallorum, & aduersarius Maximiliani Imp. in Belgicis historijs perpetuus: ἄπαις. Vxor FRANCISCA F. Petri Lucemburgij Comitis Fani D. Pauli.*

IOANNES II. Dux Cliuiæ, Comes Marchæ: vir bellicosus & fortis: Dauidem Traiectensem Præsulem in exilium pepulit: &



THEODORICVS Archiepiscopus Rhemensis.
ADOLPHVS, nonnulli Gerardum nominant, Canonicus Leodij in Collegio D. Lamperti.
MARIA Duci Sabaudiæ desponsata, ante nuptiarum diem obijt.

ENGELBERTVS Cliuensis, Comes Neuersij Auxerræ, Rhetellij ac Estampij (de his namque ditionibus contendit

Maximi-

Duces Cliuia Iuliaci & Bergæ. Maximiliano Cæsari Augusto contra Carolum Geldriæ Ducem militauit: quem ad Huissam postea superauit, fudit, fugauit. Obijt A.C.1521. sepultus Cliuiæ. Vxor MECHTILDIS F. Hẽtici Landgrauij Hassiæ, & Annæ Comitis Cattimelibogæ.

cum Ioanne Albretano, qui Carolam Ioannis Stampanarum Comitis filiam vxorem habebat: quæ lis tandem coniugio sedata est) à Ludouico XII. Galliarum Rex Dux Niuersij creatus. Vxor CAROLA F. Ioanis Comitis Vendemij

IOANNES III. cogn. *Pacificus Dux Cliuensis, Iuliacensis, & Bergensis* (patri namque in Cliuensi, socero vero in Iuliacensi & Bergensi ducatibus successit) ius suum in Comitatum Cattimelibogæ, Henrico Nassouio consobrino suo vendidit aureis quinquaginta millibus. Cum Carolo Duce Geldriæ fœdus icit perpetuum. Carolo V. Imperatori militauit aduersus Tutcam, Christiani nominis hostem infensissimũ: & cum alijs Imperij proceribus Monasterium oppugnauit & expugnauit. Obijt A.C.1539. mense Ianuario: sepultus Cliuiæ. Vxor MARIA filia vnica & hæres Gulielmi Ducis Iuliacensis ac Bergensis.

ENGELBERTUS puer exstinctus.

ANNA vxor Philippi Comitis VValdechiani.

CAROLVS Dux Neuersij. Vxor MARIA Albretana, Ioannis Comitis Lauallæ apud Britones F.

FRANCISCVS Dux Neuersij. Vxor MARGARET A Borbonio F. Caroli I. Ducis Vendocimensis.

FRANCISCVS Neuersij Dux, & Comes Eusij, perijt ἄπαις pugna Dreusiana A. C.1563.
IACOBVS II. Marchio, Neuersij Dux, ἄπαις.
HENRICVS Neuersij Dux, Comes Eusij. Vxor ANNA F. Ludouici Ducis Mompenserij.

HENRICA Dux Neuersij vxor Ludouici Gonzagæ Marchionis Mantuani.
CATHARINA Comes Eusij, nupsit primùm Antonio Crouioco, Comiti Porciæ; deinde Henrico Lotharingo Duci Guisiæ.
MARIA Marchio Ilæ, Comes Baufortij, vxor Henrici Borbonij, Principis Conda.



GVLIELMVS *Dux Cliuensis, Iuliacensis & Bergensis,* Comes Marchæ & Rauensburgi, Dominus Rauensteinæ, natus A.C.1516. VI. Kal. Sextil. hora quatta pomeridiana. Post Caroli Geldriæ Ducis obitum, eius ditiones tanquam hætes proximus occupauit: Hinsbergam tẽtauit: Iuliacum muniuit: Durum in sæuissimo frigore deditione cepit: Caroli V. Augusti copias, quæ Hinsbergæ obsessæ alimenta adducebant, ad Zittardum profligauit. Sed breui post ab ipsomet Imperatore debellatus, & ditione sua exutus: supplex illi factus Venloni, & veniam impetrauit, & amissa omnia, vnica Geldria excepta, certis conditionibus recuperauit. Desponsata ipsi erat A.C.1541. Idib. Iunij IOANNA Albretana Nauarreotum Regina: quam post bienniũ Franciscus Galliarum Rex pet Cardinalem Bellaium ipsi quidem adduci curauit: sed quæ quum iret inuitissima, accepto in itinere nuncio de sponsoà Cæsare subiugato; retrogtessa, matrimonij abrumpendi dedit causam. Duxit itaque MARIAM Austriacam, Ferdinandi Romanorum, Bannoniæ, & Bohæmiæ Regis filiam nuptijs Ratisbonæ celebratis A. C. 1546. quæ ex ipso facta parens duotum marium, & quatuor fœmellarum, naturæ persoluit debitum A.C.1584. Ipse quoque obijt Anno 1592. in Ianuario.

SIBYLLA Ioanni Friderico Electori Saxoniæ nupsit Anno C. 1525. postridie Kal. Iunij. Matrona sanctissima, & Euangelicæ religioni addictissima: Vinariæ placide defuncta IX. Kal. Martij A.C.1554.
ANNA Henrico IIX. Angliæ Regi desponsata A.C.1539. exeunte: sed quam Rex post semestre fastidiens repudiauit: attributa ipsi pensione annua, vnde in Britanniæ regno honeste se aleret.
ÆMYLIA (quidam MAGDALENAM nominant) virgo mansit, fratrisque filias educacauit: ac veræ de Deo doctrinæ atque sinceræ religionis amore imbuit. In extrema senecta fragili corpore humano deposito, immortalitatem in æternæ claritatis patria induit A. C.1586.

MARIA LEONORA nata A.C.1550. XVII. Kal. Iunij: nupsit Alberto Friderico Duci Borussiæ. A.C.1573. pridie Id. Octobris.

CAROLVS FRIDERICVS Dux Iuliacensis, Cliuensis, & Bergensis natus A.C.1555. IV. Kal. Maij: obijt Romæ 1575. ἄγαμος.

IOAN. GVLIELMVS Dux Iuliacensis, Cliuensis & Bergensis, Comes Marchæ & Rauensburgi, natus A.C.

ANNA consors Philippi Ludouici, Principis Palatini ad Rhenum, & Ducis Bauariæ, nata A. C. 1552. Kal. Martij hora sesquiquinta matutina.
MAGDALENA nupsit Ioanni Principi Palatino & Bipontino A.C. 1579.
SIBYLLA sponsa Philippi Marchionis Badens.
ELISABETH.

1562. V. Kal. Iunij. Episcopus Monasteriensis erat inauguratus A. C. 1574. sed qui dignitate ea Collegio resignata, gubernationem vino patre suscepit: & vxorem duxit MARIAM SALOMEN, Philiberti Marchionis Badeni F. anno 1585. IIX. Id. Iunij, veteri stylo. *Arenbergæ & Rochfortij Domini.*

STEMMATIS MARCANI Ramus alter, Dominorum ARENBERGÆ.

EBERARDVS Marcanus, Arenbergæ Dominus, obijt A.C. 1387. Vxor MARIA filia & hæres Ludouici Lossensis, Neufcastellæ apud Arduennam Domini.

IOANNES Marcanus, Arenbergæ Dominus ἄπαις.

EBERARDVS Marcanus, post fratris mortem Arenbergæ, Neufcastellæ, Lumaingæ &c. Dominus. Liberi eius

MARIA vxor Georgij Senæi, Comitis VVitgensteinij.

GERARDVS Marcanus | Filia elocata Rogerio Neufuillæ apud Leodios domino.

ex MARIA Brasquimontia apud Britones, vxore prima:

IOANNES Arenbergæ Dominus. Vide ✠.

IACOBVS Seraingæ Dominus, ἄπαις.

ex AGNETE filia Ioannis Rochefortij, vxore altera.

EBERARDVS Marcanus, Rochefortij, Dagimontij, ac Orchimontij Dominus, ἄπαις.

LVDOVICVS Marcanus, Rochefortij Dominus, &c. Vxor NICOLAA Aspermontia, Godefridi Sabaudi F.

IOANNES Marcanus, Canonicus & Archidiaconus Leodiensis.

EBERARDVS Marcanus, Rochefortij Dominus: ἄπαις.

LVDOVICVS Marcanus, Neufcastellæ Dominus, Vxor AGNES Rodemarcenses.

ENGELBERTVS Marcanus, ἄπαις.

PHILIPPVS Marcanus, Canonicus, postea Rocheforti dominus.

LVDOVICA Marcana, vxor Philippi ab Epstein, Comitis Kœningsteinij.

FERDINANDVS Marcanus, Neufcastellæ Dominus. Vxor Vergyana.

ANTONIA vxor Philippi VVildensis, Comitis Salmæ & Rheni.

LVDOVICVS Marcanus, Herbemontij Dominus, ἄπαις. Vxor N. notha Maximiliani I. Imp.

✠

IOANNES Marcanus, Eberardi F. Arenbergæ, Lumaingæ, &c. Dominus. Vxor ANNA Comes Virneburgi siue VVarneburgi.

EBERARDVS Marcanus, Arenbergæ Dominus: primò duxit MARGARETAM Bochoutiam: deinde VVERMAM Kirchbergę Comitem apud Sueuos: hoc sterili, illo admodum fœcundo vsus coniugio.

ROBERTVS Marcanus, Esdoinæ Dominus. Vide sequ. †

GVLIELMVS Marcanus, Lumaingæ & VVarperæ Dynasta, Traiecti ad Mosum capite plexus A.C. 1481. Vxor IOANNA F. Philippi Liberi Baronis Schonouij.

ADOLPHVS Marcanus ἄπαις.

GVLIELMVS Marcanus, Montbosouij Dominus.

IOANNES Marcanus, Lumaingæ ac VVarperæ Dominus. Vxor MARGARETA F. Gulielmi Comitis Rounkelij.

MARGARETA vxor Lanceloti Barlamontij, Hierges Domini.
Filia altera nupsit Faucmontij apud Leodios Domino.

Arenbergæ Domini.

DANIEL. EBERARDVS. IOANNES. *ἄπαιδες.*

ROBERTVS Marcanus, Arenbergæ Dominus. Vxor MATHILDIS Montfortia, Naeltvici Domina.

HELENA. ANNA. BARBARA. GVLIELMA. EBERARDA. MARGARETA vxor Ioannis Comitis Manderſchetij.

ROBERTVS Marcanus, Arēbergæ Dominus. Vxor N. Egmondana Florentij filia.

IODOCA vxor N. Comitis VVarneburgij.

NICOLAVS Marcanus, *ἄπαις.*

ROBERTVS Marcanus, primus Arenbergæ Comes, *ἄπαις*. Vxor ANNA Bergana.

MARGARETA Marcana, Arenbergæ Comes Domina Naeltroici, nupſit Ioanni Ligneo, Barbanſonij domino: Philippi Hiſpaniarum Regis bellice Duci, qui in pugna Phryſiaca occubuit A. C. 1568. Huius F. CAROLVS de Lignes Comes Arembergicus, adoleſceus Regi Philippo in Belgia militans, multa præclara ſuæ virtutis ſpecimina edidit. In Comitijs Auguſtanis eiusdem Regis egit legatum. In patriam inde reuerſus, fidelem in Colonienſi Archiepiſcopatu Erneſto Boio aſſerendo & retinendo nauauit operam.

Filia ἀνώνυμος nupſit Landgrauio Leichtenbergie.

IOANNES Marcanus, Lumainga ac Serainga Dominus. Vxor MARGARETA VVaſſenaria, F. Ioannis Baronis VVaſſenara, dynaſta Falcoburgij, & Leida Burggrauij.

GVLIELMVS Marcanus, Canonicus & Archidiaconus Leodienſis.

GVLIELMVS Marcanus obijt cœlebs.

PHILIPPVS Canonicus Argentinenſis & Leodienſis.

GEORGIVS Marcanus, Lumaingæ & Seraingæ Dominus.

Filiarum vna nupſit Freſi Domino: *altera Baufortij domino apud Atrebates:* tertia virginem egit Veſtalem.

†

ROBERTVS Marcanus. Arenbergæ, Esdaniæ, & Iameſæ Dominus. Vxor IOANNA à Sauci, Florengiæ Domina.

Duces Bullionis.

ROBERTVS Marcanus, Esdainæ & Iameſæ Dominus, Seduni ad Moſam ſedem habens: vir bellicoſus & acer: Bullionenſem ducatum in ſylua Arduenna, ab Epiſcopo Leodienſi oppignoratum, tenuit. Incidente aliquando inter Principē Chimæum ex familia Crouiaca & Embrinum nobilem, de Hierga Arduennorum opido contentione; quod pares du catus Bullionenſis, à quibus iure prouocare non licebat, Chimæo adiudicabant: quum Embrius à ſententia lata ad Cæſarem prouocaret, & citationem quoque aduerſæ partis obtineret: Robertus pupillorum Chimæi tutor, vt iura ſui ducatus, nec non patrocinij priuilegia tueretur: magna quidem contentione litem illis intentatam, amoliri in aula Cæſaris ēſt conatus. Sed quum fruſtra ſe laborare, nec quicquam obtinere poſſe animaduerteret: ſe ſuaque omnia in Franciſci Galliarum Regis elientelam tradens; conſcriptis in Galliæ finibus copijs Imperatori in Comitijs Vormatienſibus A. C. 1521. bellum indixit: magno tamen ſuomet damno. Etenim aduerſus eum miſſus Henricus Naſſouius; Lonias, Muſancurium, Florengiam, Sauſium, ducatus Bullonienſis oppida, capta ſolo æquauit: & Bullionem ipſam, regionis caput deditam in poteſtatem redegit: nec mulro pōſt quoque finitis inducijs, Muſonem occupauit. Obijt A. C. 1535. Vxor CATHARINA Croya ſiue Crouiaca, F. Philippi Comitis Chimæi.

EBERARDVS Marcanus, Epiſcopus & Cardinalis Leodienſis (ad quem multa extant Eraſmi epiſtolæ, cui idem ſuam in Epiſtolas ad Corinthios Pharaphraſin inſcripſit) ſummæ anctoritatis & gratiæ apud Carolum V. Imp. cuius fauore in Hiſpanijs quoque adeptus eſt Archiepiſcopatum Valentinum. Princeps animi ac corporis dotibus inſignis: literarum, iuriſque ciuilis peritus: pacis & tranquillitatis publicæ amantiſſimus: diœceſeos ſuæ habenas pacificè annis rexit 33. Obijt Anno C. 1538. Leodij ſepultus.

Duces Bullionis.

ROBERTVS Marcanus Esdainæ Dominus, Dux Bullionis, & Equestris Francorum militiæ Archistrategus: summique vir ordinis: Hædini excidio in hostium deuenit manus: vbi in vinculis diu indignissimè habitus, tetriq; carceris pedore prope enectus: in morbum, vlneulorum tædio, incidit: in quo pro salubri medicamento lethale ipsi venenum est porrectum: adeò vt dimissus, vbi vixdum Francici limitis collimitium attigisset, excsis vitalibus, ad Guysiam mortuus conciderit A.C.1556. Vxor N. filia & hæres Brainæ Domini, cum filiola, redimendi mariti gratia Gandauum adueniens: in vinculis est detenta, donec redemptionis pretium numeraret.

ANTONIVS Marchianus, Canonicus Leodiensis: cui Paraphrasim suam in Epistolam Pauli ad Galatas, Erasmus dicauit.

PHILIPPVS Marcanus, Archidiaconus Leodiensis.

IOANNES Saucij & Iamesæ Dominus.

HENRICVS Lognij Dominus.

PHILIPPA vxor Reinöldi Brederodæ Domini.

HENRICVS ROBERTVS Dux Bullionensium, Esdainæ Dominus. Vxor FRANCISCA Ludouici Ducis Mompenserij F.

ROBERTVS GVLIELMVS Dux Bullionij, ex infelici aduersus Guisianos Gallos expeditione, pro Rege Nauarræ suscepta, Geneuam reuersus morbo & mœrore confectus, iuuenis est extinctus Kal. Ianuarij Anno C. 1588.

IOANNES Dux Bullionis, sub initium Gallicæ expeditionis mortuus A.C.1587.

CAROLA Esdainæ, Iamesij, ac reliqui ducatus à fratrum interitu hæres vnica: à Carolo Lotharingo, prætextu damnorũ, quam Robertus in superioris anni expeditione ditioni suæ dedisset, oppugnata; diu obsesso Iamesio, sed viriliter ab amicis pupillæ defenso: quod hosti tandem deditum est A.C.1559. XII. Kal. Sextil.

STIRPIS MARCANAE Corollarium, continens

VETERVM PRINCIPVM IVLIACENSIVM ET BERGENSIVM

Genealogiam.

Comites Iuliacenses.

GVLIELMVS Comes Iuliacensis. Vxor N. Cliuensis soror Adolphi vltimi Comitis Bergensis.

GERARDVS Comes Iuliacensis, & post auunculi fata, Bergensis quoque.

RICHARDA vxor Othonis II. Comes Geldriæ.

GVLIELMVS II. Comes Iuliacensis ac Bergensis.

ALEXANDER Præsul Leodiensis bellator strenuus: (quippe qui Godefridum Louaniensem cruento apud Duras prælio vicit, nongentis hostium cæsis, præter eos, qui aquis sunt submersi) Canonicorum inuidia ab Innocentio II. Pontifice loco motus, id adeo ægrè tulit: vt post octauum mensem mœrore interierit. Sepultus in æde S. Ægydij in publico monte A. C. 1135.

THEODORICVS Comes Iuliacensis.

GERARDVS II. Comes Iuliacensis ac Bergensis, obijt Anno C. 1247.

Duces Iuliacenses.

MARGARETA vxor Othonis III. Comitis Geldriæ.

GVLIELMVS III. Comes Iuliacensis,(Iuliaci namque & Montis Comitatus cum Adolpho fratre ita diuiserat : vt alter Iuliaci, alter Montis Comes esset ac diceretur) Sigefrido VVesterburgio, Archiepiscopo Coloniensi,qui Comitatum Iuliacensem armis subegerat,ab Aquensibus perempto;iterum in suam potestatem redegit ferroque & igne arces, oppida, aliaque omnia depopulatus est & demolitus:frustra ipsi resistente Duce Brabantiæ.

ADOLPHVS Comes Bergensis. Vide ***.

VVALRAMVS Comes Iuliacensis.

GERARDVS III. Comes Iuliacensis,obijt 1299. Vxor ELISABETH F. Theodorici VII. Comis Cliuiæ.

GERARDVS Comes Iuliacensis,obijt 1325.

IOANNES Comes Iuliacensis, Nitecken erexit.

VVALRAMVS Archiepiscopus Coloniensis, virum se longe exercitatissimum & vtilissimum ostendit : neminem ad vindictam expetens, pius in pauperes, subditos exactionibus non grauans : ecclesiam suam in summa rexit tranquillitate annis XVI. Inuito fratre Ioanne, castrum Lerchernich,ecclesiæ Coloniensis fulcimentum construxit. Diem clausit extremum Parisijs A. C.1349. Sepultus Coloniæ.

AB. ex Comite Marchio ex Marchione Dux factus.

GVLIELMVS IV. Comes Iuliacensis, à Ludouico Boio Imp. A.C.1329. Marchio, inde à Carolo IV. Augusto in Comitijs Metensibus A.C.1356. Dux Iuliaci creatus: quum in matrimonio haberet MARIAM Eduardi Geldriæ Ducis,in quo ea familia defecit,sororem ~~germanam~~ : dotalitio nomine Geldriam ad se traxit : & quamuis litem ipsi moueret Cliuensis;nihilominus tamen ei & possessione & iure præcessit. Obijt A.C.1360.

GVLIELMVS Dux Iuliaci & Geldriæ,Anglico fretus præsidio, Carolo VI. Regi Galliæ superbè admodū bellum indixit: facilique manu eius fudit copias. Cui tamen breui patris opera est reconciliatus. Obijt *annus* A.C.1402. Vxor CATHARINA F. Alberti Ducis Bauariæ, Comitis Hollandiæ; ~~vidua~~ Eduardo Ducis Geldriæ. *[ante ha. desponsata]*

REINALDVS Dux Iuliaci & Geldriæ, *annus* obijt A. C.1423. Vxor MARIA postmodo nupsit Ruperto Duci Bergensi, Adolphi F.

IOANNA, cui Reinaldus frater ducatum vtrumque testamento legauit, nupsit *Ioanni Arculeo*, viro inquieto : qui à proprijs subditis Gorichemo pulsus, ditionem vendidit Hollando.

***

Comites Bergenses.

ADOLPHVS Comes Bergensis,anno 1288. confœderatus Ioanni Duci Brabantiæ contra Reginaldum Geldriæ Comitem : in conflictu cepit Sifridum Archiepiscopū Coloniensem:à quo post septennalem captiuitatem grandi persoluto *nipyev* dimisso, contra fidem datam interceptus:in cauea ferrea melle illita, muscarum aculeis miserè interijt A.C.1296.

GVLIELMVS Comes Montensis, interfuit ludis Martialibus Ingelheimæ celebratis A.C.1337.

GERARDVS Comes Bergensis. Vxor N. Ducissa Iuliaci. *in duello perijt A.D. 1361. #*

 # adversarius qui Arnoldus Liber de Blankenheim quoque interfectus ab eo fuit: in oppido Schleida.

Duces Bergenses.

GVLIELMVS Dux Bergensis primus ab Imp. VVenceslao inauguratus A. C. 1389. vir fuit inquietus & infelix. Bis captus est, primò ab Adolpho Cliuensi A.C. 1397. dehinc sexennio pòst à proprio filio, qui ditionis partitionem ipsi extorsit. Vxor ANNA soror Rupetti Palatini, Imp. Rom.

ADOLPHVS Dux Bergensis creatus A.C.1389 obijt *Annus*.

MARGARETA coniux Adolphi Comitis Marcani & Cliuensis:inde Othonis Armipotentis Ducis Brunsuigij & Gothingani.

ADOL-

Duces Bergenses & Iuliacenses

ADOLPHVS Dux Bergensis, Reinaldo in ducatu Iuliacensi successit 1423. quem contra Arnoldum Egmondanum strenuè defendit. Vir inquietus, & in patrem impius: quem in vincula coniectum ad ditionum partitionem adegit. Obijt A.C. 1434. Vxor M*ARIA F. Roberti Barri Ducis.*

RVPERTVS Episcopus Padebornensis, & Patauiensis, peste extinctus in obsidione arcis Padbergensis: & Padebornæ in summo templo inhumatus. 1394.

GVLIELMVS Dux Bergensis & Comes Rauensbergius, A. C. 1399. ætatis suæ XIIX. consecratus Episcopus Padebornensis: quum annos sedisset XIV. præsulatu resignato Theodorico Comiti Mœrsensi, Archiepiscopo tum Agrippinensi: neptem eius è sorore ANNAM Teclæburgiam vxorem duxit: nuptijs in arce Arnsbergensi celebratis A. C. 1415.

RVPERTVS Dux Iuliacensis & Bergensis, ducta MARIA Reinaldi postremi Ducis Iuliacensis ac Geldrensis vidua, Geldriam occupare est conatus A. C. 1426. quam Arnoldus Egmondanus iam tenebat. Ante patrem obijt ἄπαις A. C. 1429.

GERARDVS Dux Iuliacensis & Bergensis, Comes Rauensbergensis: patrui Adolphi ex asse hæres: sed cui Geldriam præripuit Egmondanus. Cui quum esset impar: cessit ius suum Carolo Duci Burgundiæ A. C. 1475. Quæ cessio Burgundo aditum ad Geldriam attulit cum quodam iuris prætextu: quo vsus est Carolus V. Imp. Egmondana stirpe deficiente. Vxor SOPHIA F. Bernardi Ducis Saxoniæ, Angriæ, & VVestphaliæ.

GVLIELMVS Dux Iuliacensis & Bergensis, Comes Rauensburgi, obijt A. C. 1511. Prior coniux N. hæres de Hinsberg obijt ἄπαις: altera SIBYLLA F. Alberti Achillis Germanici Electoris Brandeburgij, fundauit cœnobium Carthusianorum prope Iuliacum.

MARIA Ducissa Iuliacensis & Bergensis, Comitissa Rauensburgi: ad maritum *Ioannem III. Cliuiæ Ducem*, quoniam ex hac familia stirps mascula nulla supererat, omnem hæreditatem dotis loco attulit.

ELIAE REVSNERI LEORINI

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI

De Familys Regum & Principum aliorumq; Procerum orbis Christiani

STIRPS VERONENSIS

Quæ

à Marchionibus Veronæ & Paduæ originem trahens,

Stemmata produxit illustria

I. MARCHIONVM HOCHBERGIORVM veterum in Brisgaudia, & COMITVM HOHAEBERGIORVM ad Nicri fontes.

II. MARCHIONVM BADENORVM, AD quos Hochbergius quoque Marchionatus nostra ætate est deuolutus.

ILLVSTRISSIMIS PRINCIPIB. ac Dominis

D. ERNESTO FRIDERICO, & D. GEORGIO FRIDERICO, FRATRIB. Germanis, D. CAROLI Principis Opt. F.F. Inclytis.

Et

D. EDVARDO FORTVNATO D. Christoph. F.

Marchionibus Badensibus & Hochburgÿs, Comitibus Spanhamys, Dominis Eparchiæ Rœtelanæ & Badenvvilera, &c.

DOMINIS CLEMENTISS.

D. D. D.

STIRPIS

STIRPIS INCLYTAE VERONENSIS

Stemma Primum

MARCHIONVM HOCHBERGIORVM IN BRISGAVDIA; ET COMITVM Hohebergiorum in Nigra sylua inter Nicri fontes & Danubium.

HERMANNVS Comes Veronensis & Paduanus, Fridericum Barbarossam Imp. sanguine sibi iunctũ, ex Italia reducem, secutus: quum Germania ipsi arrideret: nuptijs IVDITHAE Comitissæ Hochbergensis, agros illos secus Rhenum, vbi hodie est Marchia Badensis, consecutus: & ab eodem Imp. in Marchionem & Principem Imperij est inuestitus, circa A. C. 1153. *Marchiones Veronenses & Hochbergenses.*

VVERNERVS Marchio Veronensis & Hochburgius alter floruit circa A. C. 1188.

MECHTILDIS nupta Bertholdo Comiti Hennebergico.

BVRCHARDVS Marchio Veronensis, Comes Hohebergensis & Haigerlochius: obijt A. C. 1182.

VVERNERVS tertius Marchio Hochbergius ἄπαις.

ERNESTVS Comes Hohebergẽsis, ἄπαις.

RVDOLPHVS Marchio Veronensis & Hochbergensis quartus, ἄπαις.

ALBERTVS V. Marchio Hochbergensis, Comes Haigerlochius & Hurminganus: Ratisbonæ in Comitijs Imperialibus, Austriæ Marchionatu in ducatum sublimato, diplomati Cæsareo subscripsit A. C. 1208. Vxor N. Comitissa Habsburgia.

HERMANNVS cognom. Patuus, Marchio Veronensis & Hochbergius sextus: sepultus in sacello B. Virginis apud Bakenam die XVI. Ianuarij. Vxor verò BERTHA Comitissa die XIV. Septembris. Annorum numerus non est annotatus.

IOANNES ἄπαις.

HENRICVS Marchio Hochbergensis septimus, Comes Hohebergensis è viuis excessit A. C. 1222. occisus nimirum in ditione Curiensi: & in cœnobio Salmarsuilla inhumatus.

HERMANNVS Stirps MARCHIONVM BADENSIVM. ✱

BVRCHARDVS Marchio Hochbergensis, in Brisgaudia IIX. obijt A. C. 1237.

RVDOLPHVS Marchio ἄπαις. Vxor N. Comitissa Rœtelana & Susembergia.

FRIDERICVS Marchio, paternas auitasque ditiones cum fratre partitus, castrum Hochberg in Brisgaudia infra Friburgum possedit.

BVRCHARDVS Comes Hohebergensis. Vide signum *,*. ✠

BVRCHARDVS Marchio Hochbergensis in Brisgaudia, obijt A. C. 1275.

ALBERTVS Senior Marchio Hochbergensis, construxit Rotenburgum ad Nicri fluenta.

ALBERTVS Iunior Comes Hochbergius & Haigerlochius.

RVDOLPHVS Senior Marchio Hochbergensis, cum Ebe-rardo VVirtembergio manus conseruisse; castraque Mogingam, Gruenvvyler, & Pfalnitz de-

MARGARETA coniux Ludouici Oetingensis.

IRMENGARDIS nupsit Eberardo Comiti VVirtembergio.

ALBERTVS Comes Haigerlochius, Brisgouiæ Landgraui, patrẽ amisit puer. Quo circa omneius, quod habebat

 struxisse

Marchiones Hochbergenses.

struxisse legitur. Vxor N. Comitissa VVerdenbergia.

RVDOLPHVS Iunior Comes in Horb, quam vendidit Rudolpho Cæsari.

in Comitatu Hohebergensi, patrueles ipsius ceu proximiores tutores, vendiderunt Rudolpho Habsburgio Imp.

RVDOPHVS III. Marchio Hochbergensis, & Comes Susemburgius: in cœnobio Ehingensi funeratus. Vxor N. Comitissa Nassauiensis.

HENRICVS Comes Haigerlochius, *& aux.*

RVDOLPHVS IV. Marchio Hochbergensis, cæteris duabus stemmatis sui lineis sensim deficientibus, solus cunctas Marchionum Hochbergiorum possessiones ad suum reduxit stemma. Hunc Bruschius ... de Epi. ... furiosum appelat.

RVDOLPHVS V. Marchio Hochbergius, Comes Susembergius, interfuit certamini eqnestri à Leopoldo Austriaco Basileæ celebrato A. C. 1336. vbi turbis quibusdam motis, à ciuibus est captus, vnà cum Comitibus Habsburgensibus & Kiburgensibus. maritus ... de ...

ALBERTVS Episcopus Constantiensis, sede sua deturbatus armis Nicolai à Kentzingen A. C. 1333.

BVRCHARDVS Marchio Hochbergensis, Dominus Rœtelanus & Susembergius.

OTHO Marchio Hochbergius, ab Heluetijs ad Sempacum cæsus vnà cum Leopoldo Archiduce Austriæ, alijsque Germaniæ proceribus, quibus auxilio venerat, A. C. 1386. VII. Id. Quintil.

RVDOLPHVS IV. Marchio Hochbergius, Præfectus ducatus Lucemburgici à Carolo Burgundo constitutus: Ioanne Comite Friburgensi postremo, cuius sororem in matrimonio habebat, absque mascula prole extincto; Imperij beneficio consecutus est Comitatus Rœtelanum & Neocomensem cum Badenvvylerano dominio. ... 1428.

OTHO virdo-ctus in Concilio Constātiensi designatus eius Ecclesiæ Episcopus A. C. 1415.

GVLIELMVS Marchio Hochbergensis, Friderici III. Imp. in Sueuia Aduocatus siue Præfectus: manus conseruit cum Tigurinis A. C. 1415. Vxor ELISABETH Montfortia, Gulielmi Brigantini filia vnica, partem Brigantini dominij vendidit Sigismundo Austriaco A. C. 1450.

PHILIPPVS postremus sui stemmatis, Marchio Hochbergius, Comes Neocomensis & Susembergius, Dominus Rœtelanus, obijt A. C. 1503. Masculam prolem reliquit nullam, sed tantummodò filiam: quæ nupta cuidam Domino de Dunes Gallo; Comitatum Neocomensem cum alijs dominijs in Burgundia, dotis nomine ad eum attulit. Reliquas vero ditiones, vt puta Marchionatum Hochbergium, Comitatus Rœtelanum & Susemburgium, Christophorus Marchio Badenus occupauit, Maximiliano Imp. suffragante: prout vterque Badenus & Hochbergius viui de feudis masculini sexus conuenerant.

BVRCHARDVS in diuisione terrarum paternarum cum Friderico Marchione Hochbergio, sortitus arcem Hohebergam in Nigra sylua prope Rotvvylam, quæ hodie in ruderibus iacet. Vxor N. Palatina Tubingensis.

ALBERTVS Comes Hohebergensis ad Nicrum, Henrico vltimo Comite Prouinciali Alsatiæ absque hærede defuncto, de successione diu contendit cum Ludouico Oetingensi & Alberto Habsburgio: cuius tandem filio in generum adscito, ius suum, quod in Alsatia habuit, concessit. Oetingensis suam partē vedidit Episc. Argentinensi.

ALBERTVS Comes Hohebergensis in diuisione cum agnatis, ditionē secus Nicrum obtinuit, hoc est, Comitatum Heigerloch, cum oppidis Rotenburga, Horb, Ehinga, VVilberga & Nagilta. Palæstinam quoq; more eius seculi visitato inuisit.

ANNA Rudolpho Cæsari nupta, superiorem Alsatiam dotis nomine ad ipsum attulit. Vita decessit A. C. 1281. XII. Kal. Oct.

BVRCHARDVS Comes Hohebergensis. Vxor N. Comitissa Friburgensis.

BVRCHARDVS Comes Hohebergensis. Vxor

Ab

Ab Othone tãdem Bauaria Duce, cui suppetias laturo Adolpho Cæsari aduersus Albertum Austriacum, per terras suas transitum negabat, ferro iter aperiente, occisus A. C. 1298.

AGNES Baronissa Vayhingensis.

Marchiones Badenses.

GVALTERVS Comes Hohebergensis. Henricum VII. Imp. in Italiam secutus.

VVERNERVS Comes Hohebergensis, interfuit prælio amicinorum Friderici Austriaci & Ludouici Boij, ob Imperium armis contendentium.

ALBERTVS Præsul Constantiensis, Episcopatu spõte cedens, Ludouici Boij Cæsaris egit Cancellarium. Hoc defuncto, Romam profectus, à Clemente VI. Pontifice datus est Episcopus Fruxinensibus.

OTHO Comes Hohebergius ad Nicrum, patrem quoque tenuit Comitatus Susembergij. Vxor CVNEGVNDA Comitissa VVertheimia.

RVDOLPHVS Comes Hohebergensis. Vxor MARGARETA Comitissa Thiersteinia.

SIGISMVNDVS Comes Hohebergensis sui stemmatis postremus. Vxor VRSVLA Baronissa Racunzi.

MARGARETA nupsit Georgio Semperlibero & Pincernæ Limpurgiō. A. 1466.

STIRPIS INCLYTAE VERONENSIS

Stemma Secundum

MARCHIONVM BADENSIVM, AD QVOS HOCHBERGIVS QVOQVE

Marchionatus nostra ætate est deuolutus.

HERMANNVS Marchio Badensis, Henrici Marchionis Hochbergij frater germanus. Vxor IRMEGARDIS Ducissa Brunsuicensis, Henrici Electoris Palatini ad Rhenum F. neptis Henrici Leonis Electoris Saxoniæ.

HERMANNVS Marchio Badensis, Friderico Bellicoso ad Neostadium Austriæ ab Hungaris in acie cæso, Austriæ atque Stiriæ ducatum, procerum Bauariæ auxilio sibi vendicauit: quem Imperij quoque beneficio retinuit. Obijt IV. Non. Decembris A. C. 1248. non absque suspicione veneni. Neoburgi Sepultus. Vxor GERTRVDIS, Friderici Bellicosi Austriæ Ducis ex fratre Henrici neptis.

AGNES Abbatissa prima in Lichtal.

RVDOLPHVS Marchio Badensis.

FRIDERICVS Dux Austriæ, contra matris voluntatem cum Conradino Duce Sueuiæ Neapolim profectus: cum ipso perijt, scelerata Pontificis Romani & Regis Galliæ sæuitia, in foro Neapolitano capite truncatus VII. Kal. Nouembris A. C. 1268. ætatis suæ XXIIX. #

ELISABETH (al. AGNES) nupta Meinhardo Tyrolio, peperit Elisabetham consortem Alberti I. Cæsaris: cuius matrimonij ergò Habsburgenses Austriæ ducatu sunt potiti.

HERMANNVS Marchio Badenus, sepultus in Lichtal, ditionis Badensis cœnobio A. C. 1281. Vxor N. filia postremi Landgrauij Alsatiæ.

FRIDERICVS, RVDOLPHVS Marchiones, nulla re memorabili nobilitati.

RVDOLPHVS Senior Marchio Badensis, fundator collegij Benedictinorũ apud Bakenam: naturæ concessit A. C. 1295. Vxor CVNEGVNDA F. Othonis Senioris Comitis Eberſteinij.

HERMANNVS Marchio ..., iuxta patrem tumulatus in cœnobio Lichtal. A. C. 1300. Vxor N. Comitissa Vayhingensis.

RVDOLPHVS Hesso, Marchio Badensis, in diuisione Comitatũ Bachlingẽsem ad Nicrũ sortitus: copijs suis iuuit Eberardum VVirtembergium suum

MECHTILDIS cõsors Henrici Comitis Hennebergij.
IRMGARDIS vxor Eberardi Comitis VVirtembergij.
ORTLIBVS Abbatem egit.

RVDOLPHVS cognom. VVecker, Marchio Badenus, fratribus & fratruelibus superstes, paternum ducatum iterum consororium,

Marchiones Badenses.

sororium, aduersus Henricum VII. Imperatorem: suaque ditione pulsum in castro Besika multo tempore aluit. Obijt A. C. 1329. Vxor ADELHEIDA Comitissa Reineccia.

HENRICVS, HERMANNVS, FRIDERICVS } immaturè mortui.

iunxit: cui solus præfuit annis XIIX. Rebus humanis ereptus A. C. 1356. Vxor ADELHEIDIS Baronissa Ochsensteinia.

- FRIDERICVS Marchio Badēsis, quadriennio paternas rexit ditiones Sepultus Lichtali *ānus* A. C. 1333. Vxor AGNES Baronissa VVinspergia.
- RVDOLPHVS Marchio, absq; liberis decessit A. C. 1335. Vxor ANNA Comitissa Mompelgardia.
- HERMANNVS Marchio, post fratrem paternis ditionibus præfuit triennio. Mortuus A. C. 1338.

- FRIDERICVS Marchio Badensis. Vxor VRSVLA Ducissa Teccēsis.
- *RVDOLPHVS Marchio Phorcensis, obijt A. C. 1348. Vxor MARIA F. Ludouici Comitis Oetingensis.*
  - *FRIDERICVS Marchio Badenus, in Lichtal maiorum mansoleo tumulatus ānus, Vxor AGNES Comitissa Trubendingana.*

RVDOLPHVS Marchio Badensis, à corporis proceritate, quæ XII. pedum fuisse annotatur, Magnus cognominatus: in maiorum monumentis cœnobio Lichtal sepultus A. C. 1372. Vxor MECHTILDIS Comitissa Spanheimensis.

- RVDOLPHVS patrem morte præuertit adolescens: Lichtali inhumat' A. C. 1362.
- BERNARDVS Marchio: de quo & numerosa eius prosapia vide tabellam sequētem.
- RVDOLPHVS alter, Marchio Badenus: cui in partitione terrarum paternarū Porta Hercynia obtigit: decessit *ānus* A. C. 1391. In cœnobio Lichtal sepultus.
- MARGARETA consors Scafhardi Comitis Leiningij.
- MARTHA (al. Mathildis) cōsors Henrici Comitis Hennebergij.

Bernardus. 1431.

- Bernadus 1424.
- Iacobus. 1453.
- Rudolphus 1425.
- Filiæ IX.

Iacobus. 1453:

- Carolus Marchio 1475.
- Ioānes. Archiep. Treuirensis.
- Bernardus 1458.
- Georgius. Episc. Metensis.
- Marcus. Ep. Argentin.
- Bernardus.
- Margareta.

Carolus Marchio 1475:

- Albertus. 1488.
- Fridericus Episcop. Vltraiect.
- Christophorus Marchio 1515.
- Filiæ tres.

Christophorus Marchio 1515:

- Philippus Marchio.
  - Maria Iacobe.
- Bernardus Marchio.
  - Philibertus. 1569.
    - Philippus. 1588.
    - Maria Salome.
  - Christophorus.
    - Eduardus Fortunatus.
- Filiæ V.
- Ernestus. Marchio. 1553.
  - Albertus.
  - Bernardus.
  - Carolus Marchio, 1577.
    - Ernestus Fridericus.
    - Albertus.
    - Iacobus.
    - Georg. Fridericus.
    - Filiæ duæ.
- Christophorus.
- Carolus.
- Rudolphus.
- Iacobus Archiepisc. Treuirensis.

STEMMATIS RESIDVI EKΦPAΣIΣ.

Hic Marchio Bernardus, cuius filiæ [illegible] in dotem dedit.

BERNHARDVS Marchio Badensis, cui Comitatus quoque Spanheimensis obtigit; à Friburgensibus in castro Mulberga per tres hebdomadas oppugnatus: hosti non nisi per Episcopum Herbipolensem, pacis arbitrum à Sigismundo Cæsare missum, est reconciliatus A. C. 1424. Post fata inhumatus Badenæ: A. C. 1431: ex ANNA (Beatrice) Comitissa Oetingensi, Ludouici filia duodecim susceptis liberis: quorum

BERNARDVS Marchio Badensis, patrem morte præuertit, sepultus in cœnobio Lichtal A. C. 1424.

Iacobus Marchio stemma propagauit. †

RVDOLPHVS Marchio Badensis, Lichtali inhumatus est A. C. 1425.

~~RVDOLPHVS~~ nupsit Emiconi Comiti Leiningio.

Beatrix.

MARGA-

MARGARETA sociata est Adolpho Comiti Nassaniensi, dynastæ VVisbadensi. Marchiones Badenses.
AGNES in consortio vixit Gerardi II. Ducis Slesuigij, Comitis Holsatiæ.
VRSVLA post obitum Godefridi Comitis Zigenhaimij, nupsit Vlrico Duci Tecensi. Mag. in die parasceue A. 1429. Nupsit 1426.
ANNA sociata est Ludouico Baroni Lichtenbergio postremoque ipsi peperit Elisabetam Simonis Wekeri Bip... in Comitis uxorem. Annam Philipp. Hanavij Com. conjug...
AGNES altera, Silesiæ Duci desponsata, vbi matrimonium clam contraxit cum Ioanne Libero Barone de Hevven, carceri est mancipata.
MARGARETA altera vbi sponsum Dominum à Pfeffingen consequi nequiret: ex animi mœrore cœnobio Portæ Hercyniæ se inclusit. ex comitibus de Tiersteim.
BRIGITTA
MATHILDIS } *virgines obiere.*

† IACOBO Marchioni Badeno, heroi insigni bonitate, clementia, prudentia, affabilitate, alijsque virtutibus celebrato ab AEnea Syluio lib. 4. de dictis & factis Alphonsi c. 7. item Europæ c. 41. rebus humanis exempto A. C. 1453. regnationis suæ XXII. liberi nati septem ex vxore CATHARINA Caroli Ducis Lotharingiæ filia: nempe

Carolus Marchio Badenus, stemmatis propagator. †

IOANNES Archiepiscopus Treuirensis, ob venerãdam canitiem & rerum plurimarum cognitionem apud omnes Germaniæ proceres in maxima fuit auctoritate: & summa in pace atque tranquillitate suam rexit Ecclesiam annos LVI. Vita decessit in castro Erenbreitstein XI. Kal. Martij A. C. 1507. octogenario minor anno vnico: Sepultus Treuiri in summo templo in choro S. Nicolai.

BERNARDVS Marchio Badenus Friderici III Cæsaris Curialis, obijt in Monte Rossalano ante nuptias, celebrandas cum MAGDALENA Caroli VII. Regis Galliæ filia A. C. 1458. In album diuorum relatus à Sixto IV. Pontifice Rom. calari prope Aug. Taurinorum:

GEORGIVS Episcopus Mediomatricum postulatus, à Friderico I. Electore Palatino ad Heidelbergam ... captus: naturæ fatoque concessit A. C. 1484.

MARCVS Episcopus Argentinensis, in ipso limine officij sui decessit A. C. 1478. Sepultus Argentinæ in proprio sacello.

BERNARDVS alter, in pueritiæ annis defunctus, & in cœnobio Hernalbensi inhumatus A. C. 1431.

MARGARETA consors Alberti Achillis Germanici Electoris Bandeburgij, obijt A. C. 1457.

† CAROLVS Marchio Badenus, Comitatus Spanheimensis portionem, stirpe deficiente, impetrauit circa A. C. 1453. ob proauiam, Rudolphi Magni cõiugem. Cum fratre Georgio Metensi Episcopo, in prælio haud procul Heidelberga commisso, captus à Friderico Victorioso, Electore Palatino: non nisi centenorum millium florenorum persoluto, & certis conditionibus est dimissus A. C. 1462. Naturæ concessit A. C. 1475. postquam itidem, vt pater XXII. annis suam rexit prouinciam. Sepultus Badæ. Vxor CATHARINA Archiducissa Austriæ, soror germana Friderici III. Imp. mortua A. C. 1490. mater hoc coniugio facta est sex liberorum:

ALBERTI Marchionis Badensis, qui stirpe Marchionum Hochburgiorum deficiente, marchiam eam primus in fidem accepit. Obijt ex vulnere, quod in obsidione Brugensi in Flandria, dum Maximilianum Cæsarem liberat, accepit A. C. 1488. Sepultus Brugis.

Christophori Marchionis, stemmatis propagatoris. †

FRIDERICI Episcopi Vltraiectini, viri placido modestoque ingenio, & tranquillitatis studiosissimi: à Carolo tamen Geldriæ Duce varijs bellorum tumultibus factionibusque confectus episcopa resignata, Lyræ (oppidum est Brabantiæ) extremum vitæ diem clausit. Sepultus Badæ in monumento patrio A. C. 1516.

CATHARINÆ vxoris Georgij Comitis VVerdenbergij.

LYMBVRGÆ nuptæ Engelberto Comiti Nassonio, Domino Bredanò in Brabantia.

MARGARETÆ Abbatissæ Lichtalensis, defunctæ A. C. 1495.

CHRISTOPHORVS Marchio Badenus & Hochbergius, Comes Spanhæmius & Susenbergius, Domin' Rœtelanus: hæres scilicet ex pacto Philippi agnati, Marchionis Hochbergensis postremi: ducatũ Lucelbergensem Imperatoris nomine aliquandiu rexisse; comitijsq; A. C. 1500. & 1512. subscripsisse legitur. Ex his terris emigrauit A. C. 1515. cx

Marchiones Baden- ses & Hochbergenses. 1515. ex OTILIA filia Philippi Comitis Cattimeliboga parens factus quindecim liberorum: quorum

IACOBVS primum Coadiutor, mox successor Ioannis patrui magni in Archiepis. opatu Treuirensi: vir ingenio, eloquio, prudentia, & scientia plurimum commendatus, & Maximiliano Cæsari acceptissimus: in florida annorum ætate, necdum quadragenarius, Coloniæ decessit A.C. 1512. Corpus exanime Confluentiam delatum, & in æde S. Florini Confessoris conditum est.

PHILIPPVS Marchio Badenus, natus A.C. 1479. diu se in Gallia continuit: anno tandem 1513. vxorem duxit ELISABETHAM Philippi Electoris Palatini F. viduatam à Gulielmo Hassia Landgrauio: ex qua filiam tulit

MARIAM IACOBEN sociatam Gulielmo Duci Bauariæ A.C. 1522.

Bernardus } Marchiones, stemma propagarunt. †
Ernestus }

al: Christoferus *CAROLVS Canonicus fuit Treuirensis & Argentoratensis.*

RVDOLPHVS Canonicus & Cancellarius Metensis.

VVOLFGANGVS puer A.C. 1489 }
IOANNES infans A.C. 1490 } *diem obiere.*
GEORGIVS infans A.C. 1494 }

OTILIA Abbatissa ad Portam Hercyniam, obijt A.C. 1490.

BEATRIX consors Ioannis Principis Palatini & Obrincani, pensum vitæ terrestris absoluit XIIX. Kal. Maij A.C. 1535.

ROSINA nupsit Francisco VVolfgango Comiti Zollerio.

uxor Philippi Hanoviæ Comitis et Lichtenbergæ Domini, quæ obijt 1538 15 die May. *~~SIBYLLA sociata est N. Comiti Saruerdrano.~~*

MARIA Abbatissam egit Lichtali.

BERNARDVS Marchio Badenus, Comes Spanhæmius, diu vixit in aula Philippi Regis Hispaniæ: post Philippi fratris excessum, paternas cum Ernesto fratre partitus prouincias, Badenam obtinuit: & ex vxore FRANCISCA ~~Ducissa~~ Lucelburgica, Comitissa in Rus(?)hi, quæ postmodo nupsit Adolpho Nassouio & VVisbadensi, filios reliquit

PHILIBERTVM Marchionem Badensem, Comitem Spanhæmium: in cuius aula aliquandiu vixit Ludouicus V. Elector Palatinus. Magno hic pietatis zelo puriorem ecclesiæ doctrinam, cuius summa Carolo V. Imp. A.C. 1530. in Comitijs Augustanis fuit oblata, complexus est: & ad posteritatem in ditionibus suis incorruptam propagare summopere desiderauit: rebus omnibus post eius obitum horribiliter immutatis, ac in peius conuersis. Occubuit autem in prælio ad Moncenturum A.C. 1569. mense Octobri: ex MECHTHILDE ~~SIDONIA~~ *Bauariæ Ducissa filio filiaque superstitibus:*

PHILIPPO Marchione Badensi, qui sponsam expectans SIBYLLAM Ducissam Iuliacensem, in vrbe Badena subita morte est extinctus XI. Kal. Iulij A.C. 1588.

SIDONIA ~~MARIA SALOME~~, educata in aula Ducis Bauariæ, & Ioanni Gulielmo Duci Iuliacensi ac Cliuensi Dusseldorpij nuptum collocata IIX. Id. Iunij A.C. 1585.

MARIA SALOME. Uxor Georg. Ludovici Landgravij Leuchtenbergensis.

CHRISTOPHORVM Marchionem Badensem, Comitem Spanhæmium, Dominum Rodemachium: purioris religionis assertorem eximium: ex CÆCILIA Gustaui Suecorum Regis filia, patrem

EDOVARDI FORTVNATI Marchionis, qui nunc Badenæ rerum potitur: & aliquot adhuc fratrum (?).

ERNESTVS Marchio Badenus, in diuisione cum fratre Bernardo sortitus oppidũ Pforzemium & Marchionatum Hochbergensem, cum dominijs Susembergio, Badenvvylerano, & Rœtelano: vita decessit IIX. Id. Febr. A.C. 1553. septuagenario maior anno vno. Ex ELISABETHA filia Friderici Marchionis Brandeburgij, genuit

ALBERTVM Marchionem Badensem & Hochbergensem, florenti ætate defunctum:

~~omnino vnicam filiam~~

Elisabeta (?) nupsit Gabrieli Salamancæ Hispano, Ferdinandi Cæsaris Consiliario, Comiti Ortenburgio apud Carnos creato mater ex ipso facta Ferdinandi, Bernardi, Ernesti, & Erenfridi Comitum Orteburgiorum: qui de Hericurti dominio litem mouerunt Christophoro Duci VVirtembergio A.C. 1561.

(?) Nupsit Conrado Comiti (?) cui duas progenuit filias. MARIAM. Ux. Heinrici baro. in Limpurg. et ANNAM. Ux. (?) (?) Com. ab Hardeck.

CAROLVM Marchionem Badensem & Hochbergium, Dominum Eparchiæ Rœtelanæ

Carolus Marchio Badensis, natus est ex (?) Coniuge Vrsula à Rosenfeld. & Ba-

& Badenvvilerae: principem laudatissimum. Neque enim ijs duntaxat virtutibus, quibus Respub. conseruatur, clarus extitit: sed & maiorum laudes in eo superauit, quòd Marchioprimus veram & sinceram religionem in Marchionatu plantauit: veteri superstitione nes Badenprofligata atque eradicata Ecclesiaq́ à pristinis erroribus repurgata: quam summo quo- set & Hochque studio, vt sarta tectaq́ maneret, defendit. Aedificia praeterea multa magno sumptu, bergenses. cura, labore à fundamentis extruxit: quorum in numero est noua & regia arx Durlaci, quò sedem aulicam ex Pforzemia transtulit: alia refecit: alia tormentis, & armatura bellica, atque propugnaculis muniuit. Anno tandem climacterico septimo, quinquagenario minor anno vnico, vita functus X. Kal. Aprilis A. C. 1577. Liberos genuit

ex CVNEGVNDE Casimiri Marchionis Brandeburgij F. vxore prima:

ALBERTVM Marchionem Badenum & Hochbergium, extinctum in flore & messe aetatis A. C. 1574.

ex ANNA Ruperti Principis Palatini & Bipontini filia, defuncta A.C. 1586. aetatis 46. mense Martio, die decimo:

DOROTHEAM VRSVLAM vxorem Ludouici Principis VVirtembergij, natam Pforzemij XII. Kal. Quinctil. A. C. 1559. hora 2. matutina: Noribergae apoplexia extinctam XIV. Kal. Iunij, A. C. 1583. aetatis suae XXIII. quem mensibus excessit vndecim, vnico dempto die.

MARIAM IACOBEN consortem VVolfgangi II. Comitis Barbiensis.

ERNESTVM FRIDERICVM Marchionem Badensem & Hochbergensem, Landgrauium Susembergium, Dominum Eparchiae Roetelanae & Badenvilerae: principem laudatissimi patris aemulum, sincerae religionis & pacis amantissimum. Nupsit ipsi A. C. 1585. XI. Kal. Decembris ANNA Comes Frisiae Tranlamasanae, vidua Ludouici Electoris Palatini.

IACOBVM Marchionem Badensem, qui Confessione Augustana, hactenus à se agnita, deserta, ad Pontificiam inclinans, ipso die Ecclesiarum consecrationi deputato, dysenteria correptus, iuuenis adhuc XXIIX. natus annos, animam efflauit VII. Id. Augusti A. C. 1590, grauida relicta coniuge ELISABETHA, Florentij Comitis Culenburgij filia. Ab huius morte, frater natu maior gubernationem adiens; dimissis Pontificijs, in pristinum statum ecclesias in tota ditione restituit. Nupsit postea Carolo Comiti Zollerio

GEORGIVM FRIDERICVM Marchionem Badenum & Roetelanum. Vx Rheni Comitissa Friderici F.

ELISABETHAM.

IACOBEN.

SALOMEN.

BERNARDVM Marchionem Badensem & Hochbergensem, [illegible]

MARIAM CLEOPHEN à Comite Sulzensi viduatam, & Pforzemij piè defunctam A. C. 1580. V. Kal. Sept. Alwico

~~*MECHTILDEM coniugem Georgij Landgrauij Leuchtebergij.*~~

MARGARITAM Vxorem Wolffgangi Comitis Otingensis.

ex ista. ANNAM. Coniugem Caroli Comitis in Hohenzollern.

Xx ELIAE

ELIAE REVSNERI LEORINI

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ, OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI

De Familys Regum & Principum aliorumq; Procerum orbis Christiani

STIRPS BILIONAEA:

Quæ

Stemmata produxit illustria complura

I. VETERVM DVCVM LOTHARINGIAE.

II. COMITVM VAVMONTIORVM, à quibus progeniti hodierni DVCES LOTHARINGIAE & GVISAE.

III. COMITVM SALMENSIVM.

ILLVSTRISSIMIS PRINCIPIB. ac Dominis

D. CAROLO PATRI, EIVSQ. F. F. D. HENRICO & D. CAROLO,

Ducibus Calabriæ, Lotharingiæ, Barri, Celdriæ, Montisummopontis Marchionibus, Prouinciæ, Vadimontis, Albimontis, Aspermontis, Zutphaniæq; Comitibus,

DOMINIS CLEMENTISS.
D. D. D.

STIRPIS

STIRPIS BILIONAEAE

Stemma Primum

VETERVM DVCVM LOTHARINGIAE.



STEMMATIS ΕΚΦΡΑΣΙΣ.

EVSTACHIO Comiti Bononio & Bilionæo, iuxta quorundam opinionem à vetustissimis Gallorum Regibus longa nepotum serie descendenti, ex ITHA F. Godefridi II. Ducis Lotharingiæ, tres filij progeniti: quorum

Reges Hierosolymæ.

GODEFRIDVS Bilionæus, *post auunculi sui Godefridi Strumosi Ducis Lotharingiæ excessum, principatum hærede vacuum beneficio Henrici IV. Imp. obtinuit: nec non postea ob rem præclarè* ad Hierosolymam *aduersus Saracenos gestam (quippe qui primus conscensis & superatis mœnibus in vrbem irruperat) eius ciuitatis primus ex Christianis* Rex *salutari meruit: qui tamen regni titulum & insignia primò recusauit: quòd indecens duceret, diadema aureum hominem peccatorem gestare ea in vrbe; in qua Saluator mundi, æternus Rex, spineam coronam suo sacratissimo sanguine madentem gestasset. Tradunt itaque, Coronam spineam ipsi, flexis genibus ad sepulcrum Dominicum procumbenti, esse impositam: fortè vt testaretur, se Christo caput & vitam suam do-*

 nare;

Reges Hierosolymæ.

nere; & ad illius exemplum in hac vita spineum diadema se non aspernari: dummodò post mortem vitæ æternæ gloria, ipsius Christi parta & acquisita, ornandus & coronandus sit. Magno suorum luctu decessit XV. Kal. Augusti A. C. 1100. regni primo: sepultus Hierosolymæ ad Caluariæ montem in Christi sepulcro æde sacra. Vxores habuisse duas memoratur: SIBYLLAM F. Fulconis Andegauensis, & FLORAM Holoferni Calabriæ Regis: ex illa autem genuisse

GODEFRIDVM Bilionæum, quem Lazius Albertum Mosellanum intermisse asserit A. C. 1148. cui an sit fides habenda, valde dubito.

ITHAM.

BALDVINVS Bononius & Bilionæus Comes, Remorum & Cameraci Episcopus: fratri tam in Solymorum regno quam Lotharingiæ principatu surrogatus: regnum multo priorum sanguine partum, aduersus Saracenorum vim fortissimè defendit: heros animo maximus, consilio celerrimus, robore expeditissimus, & alter Iudas Machabæus. Obijt XIII. Kal. Aprilis, quæ fuit Dominica Palmarum A. C. 1118. Conditus Mausoleo regio in loco Caluariæ ad latus Godefridi fratris. Vxores ipsi assignantur tres: GERTRVDIS F. Gulielmi Normanni Regis Angliæ, Maresiæ in minori Asia defuncta: AVDA F. Taphroci Armeniæ Principis: & CONSTANTIA siue (iuxta Lusignanum) ADOLESIA mater Rogerij Regis Siciliæ secundi. His nati

BALDVINVS

GERTRVDIS

GODEFRIDVS

AGNES.

Gulielmus Bilionæus, Ianuillæ Comes: de quo num. 2.

GVLIELMVS Bilionæus, Ianuillæ Comes, Balduino fratri in Lotharingiæ principatu successor datus: eam contra Henricum V. Cæsarem fortiter asseruit: Lemburgio Comite, copiarum illius ductore fuso. Post fata inhumatus Ianiuillæ A. C. 1125. Ex vxore ELISSA siue Alexia Theobaldi Campaniæ Comitis filia, genuit

Theodoricum stemmatis propagatorem. †

GODEFRIDVM Ianiuillæ Comitem: cuius in connubio vixit IOANNA F. Ioannis Comitis Hercurtij.

THEOBALDVM.

ITHAM.

AGNETEM.

BERTHAM.

ELISSAM.

THEODORICVS cogn. Violentus, superioris & hodiernæ Lotharingiæ Dux, Henricum V. Cæsarem bello domuit: Mediolacum (Metlach) cœnobium condidit, & magnificè ditauit: vbi monachum tandem ipse quoque profiteri cœpit, postquam cum potestate fuisset annis octo. Rebus humanis exemptus A. C. 1133. ex vxore BERTHA nata Simonis Ducis Mosellani vndecim susceptis liberis:

Simone Crasso, stemmatis propagatore. †

HENRICO Episcopo Tullensi.

FRIDERICO Propontifice Tullensi.

THEODORICO VVasserburgio Propontifice.

CAROLO Leodij Chorepiscopo.

THEOBALDO Comite Tullensi.

ADELINA Henrico Angliæ Regi desponsata.

ANNA sociata Leopoldo Duci Austriæ.

ITHA consorte Rapotonis Comitis Habsburgij in Ergouia.

MECHTILDE nupta Volcmaro Comiti Asburgi, Metis, & Limarisilla.

BERTHA Vestalium Antistite Romaricomonti.

SIMONEM *Crassum*, Ducem Lotharingiæ, virum fortem & bellicosum, Bellopratisepultum A. C. 1141. coniux GERTRVDIS Supplinburgica, soror Lotharij Imp. Rom. germana, similiter vndenis beauit liberis:

Matthæo Duce Lotharingiæ, stemmatis propagatore. †

ROBER-

ROBERTO Lotharingio, Comite Castrensi: cuius in consortio vixit HEDVIGIS F. Gerardi Comitis Vaumontij. Duces Lotharingiæ.
SIMONE Canonico Treuirensi.
HENRICO Lotharingio, cui sociata fuit MATILDIS F. Matthæi Comitis Bononiæ.
GVALTHERO } *in adolescentia defunctis.*
BALDVINO
VERONICA VVricho Comiti Mompelgardio
IVDITHA Reginaldo
ANNA Hugoni Vadanimontis Comiti } *elocatis.*
GERTRVDE Amedæo Comiti Allobrogum
ITHA Vestalium custode Treuiris ad S. Armeniam.

MATTHAEVS Dux Lotharingiæ, vir religiosus, iustitiæq; custos eximius: Metim fortiter propugnauit: & Charilocum extruxit: vbi etiam post fata est inhumatus A. C. 1176. potestatis suæ XXXV. In eius matrimonio vixit BERTHA Ducissa Sueuæ F. Friderici Barbarossæ Imp. Rom. mater ex ipsofacta decem liberorum:
SIMONIS II. cognomento Simplicis & Pacifici, Ducis Lotharingiæ, Stutsbrunnæ cœnobij conditoris. in quo primus tumulatus est A. C. 1207. ex vxore AGNETE filia Godefridi Namurci & Luxenburgi Comitis, quatuor susceptis liberis:
BERTHOLDO } Immatura morte extinctis.
HVGONE
RVDOLPHO Archiepiscopo Moguntino, simoniæ labe fœdè deformato: qui à ciuibus obsequiū detrectantibus expulsus; ope auunculi Comitis Namurcæi ad Leodiensem promotus est Ecclesiam. Comes tandem Friderici Imp. in Asiatica expeditione cōtra Saracenos in itinere decessit A. C. 1189.
AGNETE,
Friderici Ducis Lotharingiæ, stemmatis propagatore. †
THEODORICI Mediomatricum Episcopi.
PHILIPPI Carnutum Episcopi.
MATTHÆI Lotharingi: cuius in connubio fuit AGnes F. Friderici Comitis Tullensis.
REGINALDI Lotharingi, Comitis Castrensis.
BERTHÆ sociata Hermanno Marchioni Badeno.
ALISSÆ vxoris Hugonis III. Comitis Burgundiæ.
IVDITHÆ nuptæ Henrico VIII. Comiti Salmæ & Albimontis.
HAZÆ Abbatissæ Romaricomonti.

FRIDERICO *Opulento*, Duci Lotharingiæ, infelici Marte Treuirensibus capto: defuncto A.C. 1213. potestatis suæ XXXVII. ex binis coniugibus nouem nati liberi:
ex AGNETE Theobaldi Briæ Comitis F.
THEOBALDVS Pulcer cognomento, Dux Lotharingiæ adversus Fridericum II. Imp. arma sumsit: cui tamen mox reconciliatus, breui post veneno perijt A. C. 1220. regiminis sui septimo, ... Stutzbrunnæ inhumatus. Vxor CATHARINA F. Alberti Comitis Asburgi & Metis.
Matthæus II. stemma propagauit. †
REGINALDVS Comes Castrensis, ...
IACOBVS
FRIDERICVS } *immaturè mortui.*
AGNES consors Henrici Barroducani Comitis.
ex AGNETE Theobaldi Barroducani Comitis F.
ANNA Vxor Alberti Comitis Habsburgij.
CATHARINA nupta Othoni Palatino Rheni & Duci Bauariæ.
IACOBVS Metensis Episcopus.

MATTHAEVS II. resignato Episcopatu Tullensi, à fratris interitu Lotharingiam gubernauit annis triginta. Heros magdanimus, & bellicæ rei apprimè gnarus: Gallis contra Heluetios suppetias tulit. Fidissimus quoque extitit Imp. Friderico II. in Asiatica expeditione ...: in qua naturæ satoque concessit Ioppæ A. C. 1250. Stutsbrunnæ inhumatus. Ex tribus ordine coniugibus duodecim sustulit liberos:

ex CATHARINA Othonis Bauariæ Ducis filia, vxore prima:

Duces Lotharingiæ. *OTHONEM* } *MATTHÆVM* } *in cunis mortuos.*

ELISABETHAM vxorem Bertholdi Ducis Zaringiæ.

ex CATHARINA Comite Lucemburgensi, Conradi F. vxore media:

Fridericum II. stemmatis propagatorem. †

THEOBALDVM Lotharingum, Prenei Dominum.

CATHARINAM nuptam Richardo Comiti Mompelgardio.

ADELINDAM vxorem Ludouici Comitis Sabaudiæ.

ex LVDIMILLA F. Mieslai, Magni Ducis Poloniæ, vxore postrema:

THEODORICVM prima ætate extinctum.

HENRICVM Ducem Lotharingiæ: cui nupserat MARIA F. Philippi Regis Galliarum & Agnetæ Meraniæ.

PHILIPPVM Episcopum Tullensem.

AGNETEM Longicampi Virginem sacram.

LAVRENTIAM siue Laurettam, sociatam Ioanni Flandriæ & Hannoniæ Comiti, Dampetræ, Clusiæ, & Buleti Domino.

FRIDERICVS II. cognomento *Caluus*, Dux Lotharingiæ, Gallos aduersus Bathauos feliciter est tutatus. Redux ex Palæstina, in venatione insidiosè captus, Maseuillæ triennio in carcere est detentus. Nanceij pensum vitæ terrestris absoluens XIIX. Kal. Ianuarij A. C. 1303: Bellöprati est inhumatus. Parens factus ex MARGARETA Theobaldi Posthumi Regis Nauarræi, Campaniæ & Briæ Comitis filia, decem liberorũ:

Theodorici II. in principatu successoris. †

FRIDERICI Aurelienfis Episcopi, defuncti pridie Non. Iunij A. C. 1329. Cor eius Bellöprati sepultum.

IOANNIS Tullensis Comitis.

MATTHÆI Ducis Lotharingiæ, Florinarum Domini: cuius vxor fuit MATHILDIS F. Roberti Flandriæ Comitis.

PHILIBERTÆ nuptæ Ruffano Comiti Carinthiæ.

MARIÆ.

MAGDALENÆ vxoris Eberardi Comitis VVirtembergij.

MARGARETÆ.

AGNETÆ Longicampi Monialis.

CATHARINÆ sociatæ Henrico Iusto Vadimontis Comiti.

THEODORICVS II. cognomento *Liberalis*, Dux Lotharingiæ, princeps pace & bello inclytus: Præsulem Metensem, & Barn Comitem armis compescuit: Flandros cum Gallis dissidentes reconciliauit. Obijt Florentiæ XVII. Kal. Iunij A. C. 1311. Bellöprati sepultus. Vxorem habuit CATHARINAM Guidi Dampetrani Flandriæ Comitis filiam: quam quidam Bonifacij Marchionis Montisferrati natam adstruunt: qua nati:

Fridericus III. stemmatis propagator. †

PHILIPPVS Lotharingus, Sircæ Dominus.

THEOBALDVS Archiepiscopus Treuirensis.

ELISABETH Aucervillæ & Gerbevillarij Domina, defuncta prid. Idus Decembris A. C. 1352. sepulta Bellöprati.

MECHTILDIS nupta Roberto Arculei Domino.

CATHARINA Sanctimonialis Treuirensis.

AGNES vel IOANNA Possiaci cælebs mortua. Eam manuscriptus codex à cunis desiderari contendit.

FRIDERICVM III. cognominatum *Athletem*, Ducem Lotharingiæ, regiminis sui anno vndeuigesimo, qui est æræ salutiferæ 1325. Bellöprati sepultum; coniux ELISABETH Alberti Austriaci Imp. Romanorum ex Elisabetha Tyrolensi Comite XXVI. quatuor maribus, totidemque fœmellis beauit:

Rudolpho stemmatis propagatore. †

FRIDERICO Limariuillæ Domino.

THEOBALDO Treuirensi Archidiacono.
ALBERTO Leodij Chorepiscopo.
AGNETE Ludouico Marchiaci Comiti nupta.
BLANCA Virgini Sanctimoniali Longicampi.
ELISABETHA elocata Egmoni Zaringiae Comiti.
ANNA desponsata Ludouico Comiti Palatino Rheni.

Duces Lotharingiae.

RVDOLPHVS siue Rathulphus, Dux Lothatingiae, Philippi VI. Regis Galliae partes secutus aduersum Anglos inauspicatò: ad Cresciacum cum flore nobilitatis Gallicae perijt VI. Kal. Septembris A. C. 1346. Sepultus Belloprati. Vxores illi fuere duae: ELEONORA Eduardi Barroducani Comitis F. *Anus*: & MARIA Comitissa Blesensis & Cannutensis, filia Guidonis Castilionaei Comitis Blosij, domini Auennae & Remorantij: genitrix

FRIDERICI
RVDOLPHI } *in pueritia annis extinctorum.*
CAROLI
MARIAE Carolo VI. Regi Galliarum desponsatae.
VERONICAE sociata VVigberto Montis Pelicardi Comiti.
LAVRENTIAE.
MECHTILDAE.
MICHAELAE.
IOANNIS *Ducis Lotharingiae: qui puer tredecim annorum infesto petitus est bello à tribus Comitibus, Barrocudano, Vadimontano, & Metensi Episcopo. Nanceij tumulatus A. C. 1382. regni XXXVII. Duas vxores habuit:* SOPHIAM *Eberardi Comitis VVirtembergij F. &* MARGARETAM *Ludouici Chinai Comitis natam: ex hac nihil liberorum; ex illa quatuor sustulit mares, & totidem faemellas:*

CAROLVM II. cognomento, Audacem & Bellatorem, Ducem Lotharingiae, virum rei bellicae peritissimum: quippe qui praesulem Metensem acie cepit: Comitem Nassouium armis domuit: Ludouicum Aureliae Ducem castris exuit. Nanceij in sacello, quod viuus sibi fecerat, ad S. Georgium tumulatus A. C. 1430 regiminis sui XLIX. ex MARGARETA F. Ruperti Palatini, Imp. Rom. sex susceptis liberis: quorum

CAROLVS
RVPERTVS } *à cunabulis sunt desiderati.*
FRIDERICVS
ISABELLA *Renato Andegauensi, Regi Siciliae & Neapolis nupta, Lotharingiae ducatum ad eum attulit.*
CATHARINA *in consortio vixit Iacobi Marchionis Badeni.*
MARIA *siue* MARGARETA *elocata est Enguerrano Cuciaci Suessionumque Comiti.*

Nothos autem habuit quinque:
FRIDERICVM *Bidstenij Dominum.*
IOANNEM *Dominum Philippillaeum.*
FRIDERICVM *Limaeuillarium Dominum.*
CATHARINAM & ISABELLAM.

FRIDERICVM Guisiae Comitem, ex MARGARETA coniuge, filia & ex asse haerede Henricis Vadimonti & Ianiuillae Comitis, parentem factum
MARGARETAE nuptae Theobaldo Comiti Reinfletnio & Blancoburgio.
IOANNEM Caueiaci Comitem: cuius in matrimonio fuit MARIA Ioannis Aumaliae Comitis F.
NICOLAVM Prenaei Dominum.
MARIAM.
SOPHIAM.
HYGINIAM Treuiris virginem sacram.
HELENAM Coloniae Vbiorum Vestalem.

STIRPIS BILIONAEAE

Stemma Secundum

COMITVM VADIMONTIORVM: à quibus orti hodierni DVCES LOTHARINGIAE & GVISAE.

Qui stemma hoc à Bilionæa linea deducunt, non paucos reperi: quamuis non satis, vbi cum superiori iungatur, explicent. Quorum sententiam & ego amplexus sum: omnino reiecta alterius illa, qui paulo superioribus annis, nescio qua audacia confictis generis huius nominibus, eam à Carolo Magno deducere conatus est. Quia autem fortè nimis arduum est indagare, in quo hæc familia scissa sit: nolo & ego operam & oleum perdere: contentus qualicunque hac, quam nunc subijcio, stemmatis delineatione.



STEMMATIS ΕΚΦΡΑΣΙΣ.

Comites Vadimontii.

ANTHONIVS Ferrei F. Rudolphi N. Comes Vaumontius siue Vadimontius. Vxor MARIA filia & hæres Ioannis Harcuriæ & Aumaliæ Comitis, & Mariæ Ducissæ Aurelianensis.

MARGARETA Antonio Crouiaco Comiti Portiæ in dotem attulit Airschotum & Birbecam Brabantiæ oppida.

FRIDERICVS Comes Vadimontius siue Vaumontius ducta IOLE siue IOLANTHA filia Renati Andegauensis Regis Siciliæ; Lotharingię ducatū hærede vacuū ad veterem stirpē Bilionæam reduxit. Cum vxore Barrhi mortua A.C.1483. sepultus Iouillæ in basilica S. Laurentij A.C.1472.

Duces Lotharingiæ Comites Vadimontii.

RENATVS Dux Lotharingiæ & Comes Vadimontius, à Carolo Burgundo magnis lacessitus bellis, & ducatu quoq; expulsus: ope Heluetiorum, ipso ad Nanceiū interempto, eum recuperauit. Post fata Nanceij in Franciscanorum æde sepultus A.C. 1508. potestatis suæ XXXVI. Priore vxore N. Tancaruillæi Comitis filia sterili repudiata, duxit PHILIPPAM natam Adolphi Egmondani Ducis Geldriæ: cum qua genuit

IOLANDA prior coniux Gulielmi Medij Landgrauij Hassiæ.

MARGARETA vxor Renati Alenconij Ducis.

1. CAROLVM Nanceij natum XVI. Kal. Septembris A. C. 1486. } in pueritiæ annis mortuos.
2. FRANCISCVM Montisummopontinatum III. Non. Quintil. 1487. }

3. ANTHO-

3. *ANTHONIVM Calabriæ, Lotharingiæ, Barri Ducem; Montisummopontis Marchionem; Prouinciæ, Vadimontis & Aspermontis Comitem: natum Barri prid. Non. Iunij A. C. 1489. Princeps bic spectatæ prudentiæ, auctoritatis, & in rebus agendis industriæ; Gallis aduersum Venetos fida tulit auxilia: Nanceium vrbem mœnibus firmauit: Franciscum Galliæ Regem Imp. Carolo V. reconciliauit: vtrumque in Turcam communem Christianorum hostem animauit: in Alsatia maximam seditiosorum rusticorum copiam trucidauit. Rebus humanis exemptus XIIX. Kal. Quinctileis A. C. 1544. ætatisque LV. quem diebus excessit decem. Sepultus Nanceij in æde Franciscanorum. Nuptiale sacrum in Ambosia arce celebrauit cum RENATA Borbonia, filia Gilberti Ducis Montispenserij: qua nati* *Duces Lotharingiæ.*

FRANCISCVS Dux Calabriæ, Lotharingiæ, Barri, Geldriæ, Montisummopontis Marchio; Prouinciæ, Vandalimontis, Albimontis, Aspermontis & Comes: Romaricomonti siue Remirimonti (vulgò oppidum id Rumelsperg vocamus) apoplexia mortuus IV. Id. Quintil. A. C. 1546. Nanceij in Franciscanorum templo iuxta patrem quiescit: ex CHRISTINA Danica, Christierni Regis exulis filia, vidua Francisci Sfortiæ Ducis Mediolanensis, lenis dotatus liberis:

IOANNE
ELISABETHA } *in cunnis extinctis.*
ANTHONIO

RENATA coniuge Gulielmi Ducis Bauariæ.

CAROLO Calabriæ, Lotharingiæ, Barri, Geldriæ Duce, Montisummopontis, Marchione, Prouinciæ, Vadimontis, Albimontis, Aspermontis, Zutphaniæ, Bitorum Comite: cui adolescenti vix XV. egresso annum, A. C. 1559. XI. Kal. Februarij elocata est CLAVDIA Valesia, Henrici II. Galliarum Regis F. mater ex ipso facta

HENRICI Montisummopontis Marchionis: qui in tumultibus his Gallicis post interfectos Guisios singularem nauat operam non solùm pro defendenda fide Catholica; sed etiam pro conseruantis suis ditionibus, contra rebellium vndique in Lotharingia oberrantium incursiones.

CAROLI Cardinalis Lotharingi, Episcopi Mediomatricû, & Canonici Coloniensis.

CATHARINAE in Gallia educatæ, & post interfectos Guisios Ferdinando magno Florentiæ Duci maxima cum pompa elocatæ V. Non. Maij A. C. 1589.

ELISABETHAE.

ANNAE.

ANTHONIAE. CHRITINAE.

DOROTHEA nupta Erico Duci Brunsuigio A. C. 1575.

ANNA nupsit Renato Cabellonio, Principi Auraniæ & Comiti Nassauæo A. C. 1542. & ab eius obitu Philiberto de Crouy ArschotI Duci.

NICOLAVS Lotharingus resignato Episcopatu Metensi, factus Dux Mercuerij, Marchio Nomeneij, & Vandalimontis Comes: ex tribus ordine coniugibus multam sobolem sustulit:

cx MARGARETA Ioannis Egmondani Gaueræ Principis F. sorore Lamorallij Bruxellis decollati:

LVDOVICAM siue ALOYSIAM Vademontiam, coniugem Henrici III. Regis Galliæ & Poloniæ.

HENRICVM Comitem Vademontinum.

CATHARINAM. MARIAM.

ex IOANNA Philippi Sabanæi Nemorosij Ducis F. vxore media:

PHILIPPVM EMANVELEM Comitem Vandimontium, maritum MARIÆ Luxemburgiæ.

CAROLVM Presbyterum Cardinalem Lotharingium.

FRANCISCVM Chaussini Marchionem.

MARGARETAM consortem Annæ Ioyeusæ Ducis.

ex CATHARINA patruele, Claudij Lotharingi Aumalij Ducis F.

HENRICVM
ANTONIVM } *Comites Vandalimontis.*
LVDOVICAM
ERICVM

Duces Guisiæ.

4. *ANNAM Barri natam V. Id. Decembris, 1490.* } *infantes extinctos.*
5. *NICOLAVM Nanceij natum V. Id. Aprilis 1492.* }
6. *ISABELLAM Lunæuillæ natam IV. Non. Nouemb. A. C. 1494.*
7. *CLAVDIVM Lotharingum, Ducem Guisiæ & Aumaliæ, Condalis natum XIII. Kal. Nouemb. A. C. 1496. Bellicæ hic artis peritissimus; Rusticorum copias in Alsatia fudit fugauitque; & pro Galliarum Regibus varijs prælijs fortiter depugnauit: Inprimis illo ad Mediolanum A. C. 1515. Ex ANTHONIA Burbonia, Francisci Vindomiensis filia tres ipsi geniti liberi:*

FRANCISCVS Dux Guisius, vir Mauortius, copiarum Gallicarum per multos annos ductor: imperante Henrico II. expeditionem Italicam auidè suscepit: & Caletū Anglis ereptum recuperauit. Carolo IX. ad regnum admoto, ex oppido Dammartino Vasseium (antiquissimum in Comitatu Campaniæ oppidulum) profectus: quum conuentum Euangelicorum, quorum acerrimus semper persecutor extitit, istic in amplo quodam horreo leuiter tecto haberi intellexisset: cum ducentis equitibus & militibus quadraginta in templum irruens: populi cœtum de insperato cum valida armatorum manu oppressit & concidit Kal. Martij A. C. 1562. Vasseiana strage patrata, Biturigas cepit, Rhotomagum felici victoriæ cursu obsedit & expugnauit. Ad Aureliæ exinde obsidionem progressus: quum iam suburbium, quà Oliueti cœnobium est, & turriculas ponti imminentes cepisset: à Ioanne Poltrotto tribus sclopeti globulis per scapulam traiectus: paucis diebus pòst inter magnos cruciatus expirauit XII. Kal. Martij A. C. 1563. ex ANNA nata Herculis Ducis Ferrariensis, tribus superstitibus filijs:

HENRICO Duce Guisio, audaciæ paternæ, nec non virtutis bellicæ herede: contra Hugonotas multis persperè editis pugnis inclyto: qui nuper A. C. 1587. Moncispelicardi oppido & ditione tota grauiter afflicta, direptionibusque ac incendijs vastata, vsque ad vrbis Argentinæ conspectum impunè grassatus est. Regni Gallici gubernationem, ipso Rege Henrico III. in ordinem redacto affectans: in Regis, summam erga eum beneuolentiam simulantis, potestatem pellectus: Blesis in cubiculo & conspectu Regis mandantis pugionibus est confossus XIIX. Kal. Ianuarij A. C. 1588. Cadauer in plateam abiectum, combustum, & cineres in Ligerim sunt sparsi. Eius ex vxore CATHARINA nata Francisci Cliuensis & Margaretæ Borboniæ, filius & heres vnicus

FRANCISCVS Dux Ianuillæ, à Rege in patrem ipsius & complices seuerè animaduertente, in custodiam datus.

LVDOVICO Cardinale Guisio, Comitijs Blesensibus ob conspirationem, Regis iussu, strangulato XVII. Kalend. Ianuarij A. C. 1588. Eius cadauer postea Carnifex eidem capite minuit, inde exussit; cineres in aërem Ligerimque sparsit.

CAROLO Duce Menio, siue Mayennæ; viro acri & strenuo: qui à Parisiensibus Pontificijs, olim cædium in Euangelicos antesignanis, Gubernator Lutetiæ & insulæ Franciæ designatus: ingenti collecta manu, necem fratrum indignam vindicare, & religionem Romanam defendere se velle profitetur: eoque prætextu multas vrbes, Lugdunum, Rhotomagum, Aureliam, & alias à Rege suo deficientes sibi adiunxit. Sed à Rege, ineunte cum Nauarreo inducijs & fœdere, & milite Heluetico conducto, ipse ad Turonensium suburbium irruens, feliciter est repressus. Post cædem quoque Henrici Regis cum ingentibus delectorum militum & ciuium copijs ex vrbe erumpens: ab exercitu Regio quem Regis morte perturbatum & facilè dissipatum iri sperabat, fœdè est repulsus: nec non aliquoties à Nauarræo, regni Francici herede legitimo.

MARIA à Duce Longouillano viduata, nupsit Iacobo V. Regi Scotiæ, mater ex ipso facta

MARIÆ Stuardæ, Reginæ Scotiæ, in Anglia post duodeviginta annorum captiuitatem securi percussæ A. C. 1587. XII. Kal. Martij.

CLAVDIVS Dux Aumalius, Regi Francisco militans in obsidione Metensi, tribus acceptis vulneribus captus, & in Germaniam custodiendus est missus A. C. 1552. Hodie Coniuratorum in Gallia caput, peruulgata Guisiorum morte, Picardiæ vrbes, quæ à Rege defecerant, Ambianum & Abbatisvillam summa celeritate occupauit: coniun-

coniunctisque cum Duce Mœnio consilijs & viribus, cœdem illorum acerrimè vindicare pergit. Eius F. *Duces Guisia.*

CATHARINA nupsit agnato, Nicolao Comiti Vadimontij.

8. *IOANNEM Cardinalem S. Onuphrij, & Narbonæ Archiepiscopum, natum Barri V. Id. Aprilis A. C. 1498.*

9. *LVDOVICVM Vandalomontis Comitem natum Barri V. Kal. Maij A. C. 1500. Neapoli sepultum.*

10. *CLAVDIAM* } *eodem partu natas & mortuas Barri IIX. Kalend. Decembris A. C. 1502.*
11. *CATHARINAM*

12. *FRANCISCVM Lambesci & Orgonis Comitem, natum Barri IIX. Kal. Quintil. A. C. 1506. Ticini in prælio cæsum, capto Francisco I. Galliarum Rege A. C. 1524. ætatis suæ XIIX.*



STIRPIS BILIONAEAE

Stemma Tertium

COMITVM SALMENSIVM.

Ad Inclytos Heroes ac Dominos D. IVLIVM Patrem, & D. SVEICCARDVM & D. CAROLVM F. F. Comites Salmæ & Neoburgi, &c.

Comitum Salmensium stemma ex altissima Regum Francicorum stirpe & Troiana originè repetit Laurentius Hochvvartus Canonicus Patauiensis: fabulosè magis, quàm verè. Nam præter id, quòd contra Auentini diligentissimi rerum Boiaricarum scriptoris receptam sententiam, Caroli magni maiores aliquot huic familiæ falsò immiscet; etiam commentitia ista annorum Chronologia, quibus regnate singuli cœperint & obierint, seipsum refutat. Rectius itaque fortasse cum alijs ad stirpem Bilionæam stemma hoc referimus: & eandem eis cum Godefrido Bilionæo, primo Solymorum Rege (cuius regni insignibus, quæ nouem sunt cruces, in hanc vsque diem vtuntur) originem agnoscere asserimus: illud interim ipsi largientes, Salmensem Comitatum per nuptias Felicitatis Henrici F. in hanc domum esse illatum. Cuius maiores nunc, vt ab ipso sunt delineati, stemmati huic præfigamus: mox ipsum coniungamus.

SALMO *à fratre Colingo Tungrorum Rege nono, villis aliquot & oppidis donatus: inter montium syluæ Arduennæ augustias, proximè supra Stablo monasterium in colle edito, de suo nomine condidit nobile castrum Salmis: statuens illic esse debere totius Comitatus caput & nomen. Obijt A. M. 3904. ante natum Christum 66. potestatis suæ XX. Vxor CLOTYLDA F. Ariouisti Regis Saxonum.* *Comites Salmenses.*

MARTIALIS I. patris in Comitatu Salmensi successor obijt A. M. 3941. regiminis sui XXXIV. Vxor ARGOTA F. Teuthonij Ducis Tungrorum.

MANSVETVS I. Comitatui Salmensi secundum patrem præfuit annis XXXII. obijt A. M. 3973. à Christi Domini natali tertio. Vxor IVLIA F. Lotharij D. Lotharingiæ.

IVLIANVS Comes Salmenus, obijt A. C. 30. Vxor BLESINDA F. Aldegeri Ducis Boiorum.

Comites Salmenses.

IVLIANVS II. *Comes Salmæ, obijt A. C. 56. Vxor* HARISA *F. Epitogiæ Ducis Turingiæ.*

SYMMETRIVS I. *Comes Salmensis, primus suæ familiæ Christo nomen dedit. Vita excessit A. C. 106. Vxor* IDOYNEA *F. Octauij Ducis Brabantiæ.*

SYMMETRIVS II. *Comes Salmæ septimus, defunctus A. C. 131. Vxor* HEDVIGIS *F. Teutonis Ducis Boiariæ.*

SYMMETRIVS *III. Comes Salmæ, obijt A. C. 158. Vxor* VRSVLA *F. Marij, Regis Britanniæ Maioris.*

SYMMETRIVS IV. *Comes Salmæ, obijt potestatis suæ anno XL. A. C. 198. Vxor* BERICHEORTE *F. Clodij Ducis Lotharingiæ.*

SYMMETRIVS V. *decimus à Salmone, Comitatus Salmensis moderator annis XXII. obijt A. C. 229. Vxor* CORNELIA *F. Teudi Ducis Bauariæ.*

SYMMETRIVS VI. *Comes Salmensis, vita decessit A. C. 280. Vxor* HILDEGVINERA *F. Thraeti Regis Angliæ.*

MARTIALIS II. *Comes Salmensis obijt A. C. 309. Vxor* HELENA *F. Metrapoli Ducis Lotharingiæ.*

MARTIALIS III. *Comes Salmæus, vita defunctus A. C. 349. Vxor* ALMABERGA *F. Gomlagi Regis Burgundiæ.*

MARTIALIS IV. *Comes Salmensis, naturæ satisfecit A. C. 399. Vxor* EVINA *F. Grandlouis Regis Britanniæ Maioris.*

MARTIALIS V. *Comes Salmæ, obijt A. C. 429. Vxor* PHARA *Comitissa Boloniæ.*

MARTIALIS VI. *Comes Salmæ, obijt A. C. 457. potestatis suæ XXIIX. Vxor* HEDVIGIS *F. Caroli Pulcri Ducis Tungrensis & Brabantini.*

CAROLVS I. *Francorum Dux in Austrasia & Comes Salmæ obijt A. C. 490. regiminis sui XXXIII. Ab hoc Lazius Cæs. Historicus stemma antiquißimum familiæ Salmensis orditur. Vxor* BLISINDIS *siue Blesmoldis F. Flandeberti Comitis Flandriæ.*

CAROLVS II. *Dux Francorum in Austrasia & Comes Salmæ obijt A. C. 510. Vxor* HILTRVDIS *F. Contani Regis Scotorum.*

CAROLVS III. *Comes Salmæ, obijt A. C. 550. Vxor* MARINA *siue Matrina F. Otbuelis Comitis Boloniæ.*

CAROLVS IV. *vigesimus quartus in Ducum Austrasiæ, Comitumque Salmensium ordine, fuit cum imperio annis XXXIIX. Mortuus A. C. 588. Vxor* DOROTHEA *F. Ottoperti Comitis Habsburgij.*

REINALDVS *siue Rhambaldus I. Comes Salmæ, obijt A. C. 617. Vxor* ITHA *F. Caroli Hasbaniæ Comitis, Ducis Tungrorum & Brabantinorum.*

REINALDVS II. *Comes Salmæ, obijt A. C. 648. Vxor* MATHILDA *F. Arnolphi Ducis Lotharingiæ.*

LAMBER-

LAMBERTVS Martij F. post patris excessum rei summam in Austrasia potitus: senex monachus factus, decessit A.C.759. Vxor MARIA F. Formandi Comitis Bilionæi.

LOTHARIVS Dux Austrasiæ terris suis præfuit annis XXXI. Patris tandem exemplo vitam monasticam profiteri cœpit biennio ante mortem, quæ ipsi accidit Anno Christi 788. Vxor TARENCA F. Aistolphi Longobardorum Regis in Italia.

REINBALDVS III. vigesimus tertius à Comitet Salmene, summum in Comitatu Salmensi egit Salmenser. magistratum annis XXIII. Fatali morte absumptus A. C. 681. Vxor Heduigis F. Alberici de Hamano.

HENRICVS I. cogn. Magnus, Comes Salmensis, obijt A. C. 731. Vxor HARIZA F. Danielis Regis Britanniæ Minoris.

HENRICVS II. cogn. Senior Comes Salmensis, obijt A. C. 771. Vxor ITHA F. Adelrici Ducis Arduennæ & Comitis Boloniæ.

IRMENGARDIS nupta Henrico III. Comiti Salmæo suæ familiæ postremo.

FRIDERICVS Comes Bilionæus, connubio Felicitatis Comitissæ Salmensis, Comitatum cum suæ côiunxit familiæ. Obijt A. C. 824.

FELICITAS dotis loco Comitatum Salmensem, herede masculo vacuum attulit Friderico Bilionæo Duci Austrasiæ.

HENRICVS III. Comes Salmensis, obijt anno Anno C. 800. Vxor IRMGARDA Ducissa Austrasiæ.

SADIGERVS Dux Austrasiæ & Comes Salmæ obijt Anno C. 853. potestatis suæ XXIX. Vxor MECHTILDIS F. VVandelheri Alsatij.

ADELHARDVS Dux Austrasiæ, legitur cœnobio S. VVillebrodi apud Echternum præpositum dedisse circa A. C. 859.

HENRICVS IV. Dux Austrasiæ, Comes Salmensis, obijt A. C. 865. Vxor HEDVIGIS F. Gerlaci Comitis Solmæl.

HENRICVS V. Comes Salmæ, vita functus A. C. 920. Vxor BERTHA F. Reinbaldi Comitis de Morti.

REINBALDVS IV. Comes Salmensis, obijt A. C. 964. Vxor BERTHA Comitissa Habsburgensis.

SIGERICVS I. Comes Salmæ obijt A. C. 1004. Vxor BERTHA F. Friderici Comitis Verodunensis.

THEODORICVS I. Comes Salmensis, obijt 1040. Vxor BERTHA Comitissa in Blancomonte.

HENRICVS VI. Comes Salmæ, obijt 1079. Vxor CLEMENTIA F. Rogerij Comitis in Boysun.

GVLIELMVS Comes Salmensis in Lotharingia, obijt A. C. 1112 regiminis sui XXXIII. Vxor ALLIDA F. Gulielmi Comitis à Iuliers.

OTHO Comes Salmæ citatur inter testes ab Henrico V. Imp. sub annum 1120.

RICHARDVS Comes Salmensis & Blancomontanus, ob proauiam nimirum terris istis hærede vacuis auctus: decessit A. C. 1140. Vxor MECHTILDA F. Hugonis Comitis Vadimontij.

HENRICVS VII. Comes Salmensis & Blancomontanus, obijt A. C. 1170. Vxor MARIA F. Henrici Comitis Lucelburgij.

HENRICVS IIX. Comes Salmæ & Blancomontis, maiorum ditioni adiecit vallem desinentem in Alsatiam, à Brusco amne vocitatum Breuschtal. Obijt A.C. 1235. senex, quum terris suis præfuisset annis LXIV. Vxor IVDITHA F. Matthæi Ducis Lotharingiæ.

HENRICVS IX. Comes Salmæ & Albimontis, patrem morte præuertit A. C. 1229. Vxor ADELA F. Henrici Comitis de Bars.

Comites Salmenses.

HENRICVS X. Comes Salmæ & Albimontis, auitas rexit terras annis LIII. Vita defunctus A. C. 1288. Apud Ciembsium Austriæ in Franciscanorum cœnobio, habitu ducali depictus cernitur ad latus Philippi Ducis Carinthiæ: cuius picturæ annus est 1271. Vxor LORETHA F. Henrici Comitis de Castro.

IOANNES I. Comes Salmæ & Albemontis, obijt A. C. 1324. Vxor MARGARETA F. Iacobi Comitis Vadimontani.

HENRICVS XI. Comes Salmæ interfuit ludis Martialibus apud Ingelheimum celebratis 1337.

NICOLAVS I. Comes Salmensis obijt A. C. 1344. Vxor ELISSA Comitissa Claromontana in Germania.

IOANNES II. Comes Salmensis in Lotharingia, obijt A. C. 1351. Vxor MARGARETHA F. VVandouini Comitis Chyemensis.

SIMON I. Comes Salmensis in Lotharingia, obijt A. C. 1360. Vxor MALAID siue Mahaultis Comitissa Saræpontana.

IOANNES III. Comes Salmæ obijt A. C. 1368. Vxor MARGARETA Comitissa Albimontis.

IOANNES IV. Comes Salmensis, pensum vitæ terrestris absoluit A. C. 1416. potestatis suæ XLIIX. Vxor PHILIPPA F. Reginaldi siue Reinhardi Comitis Falcoburgij.

IOANNES V. Comes Salmensis in Lotharingia, rebus humanis excessit A. C. 1431. Vxores habuit duas: IOANNAM F. Andreæ Liberi Baronis Ianiuillæ: & HILDEMVNDAM F. Gulielmi Liberi Baronis Fiersæ.

IOANNES VI. Comes Salmensis in Lotharingia, matre Baronissa Ianuillæ natus: naturæ persoluit debitum Anno C. 1451. Vxor MARGARETA (alij Ioannam vocant) F. Iacobi Liberi Baronis à Syrck.

SIMON Comes Salmæ in Lotharingia, natus matre Baronissa Fiersæ. Vxor IOANNETA F. Ioannis Baronis in Roltzaltern.

IOANNA elocata Ioanni VVildensi in Dhaun & Kyrburg, Comiti Rhenano.

NICOLAVS II. Comes Salmensis in Austria, bellator clarissimus obijt 1530. Vxor ELISABETH Libera Baronissa Rogendorfia.

BARBARA vxor Henrici Ducis VVirtembergij, Comitis Mompelgardij.

IOANNA consors Ioannis Comitis Sonnebergij.

IOANNES VII. Comes Salmensis in Lotharingia. Vxor ANNA F. Gerardi Liberi Baronis de Haranoo, & Senescalli Ducis Lotharingici.

NICOLAVS III. Comes Salmensis in Austria; in bellis aduersus Vngaros & Turcas celebris, obijt A. C. 1550. Vxor AEMILIA Comitissa Eberssteinia.

CHRISTOPHORVS obijt iuuenis.

VVOLFGANGVS Episcopus Patauiensis, obijt 1555.

IOANNES IIX. Comes Salmæ in Lotharingia. Vxor LVDOVICA siue LOYSA F. Ludouici Liberi Baronis Roffanuille.

NICOLAVS IV. Comes Salmensis & Neoburgius ad Oenum, literis & armis clarus, obijt 1580. Vxor CATHArina Comitissa Isenburgica.

ECCIVS Præfectus Vngariæ zu Raab. Obijt 1174.

IVLIVS Comes Salmæ & Neoburgi ad Oenum. Vxor ANNA MARIA Baronissa Dietrichsteinia.

IOANNES IX. Comes Salmẽsis, Ducu Lotharingiæ præfectus.

PAVLVS Dux Salmẽsis in Lotharingia.

CLAVDIVS.

ANTONIVS.

LVDOVICVS.

MAXIMILIANVS. NICOLAVS V. Comites Salmenses.

SVEICCARDVS. CAROLVS. Comites Salmæ & Neoburgi ad Oenum.

FAMILIAE

FAMILIAE COMITVM SALMENSIVM IN AVSTRIA PLENIOR DESCRIPTIO.

Comites Salmenses.

NICOLAVS II. *Comes Salmensis*, primus suos lares ex Lotharingia in Austriam & Vngariam transtulit. Vir Mauortius, & sua tempestate in tota Europa celeberrimus: qui sub tribus Impp. potentissimis, Reipub. Christianæ annis XLVI. fortem atque strenuam operam domi militiæque nauauit. Etenim Maximiliani I. Cæsaris auspicia secutus: Turcarum numerosum exercitum ad Zagabriam parua manu fregit, fugauitque; Venetos prælio ad Veronam vicit: Marianum Carnorum oppidum, Foroiulijque prouinciam totam, quæ in Maximiliani fidem redierat, summa vigilantia & cura suo Principi conseruauit. Huius exinde nepote Carolo V. Imp. bellum aduersus Franciscum Galliarum Regem gerente; inter confertissimos & fortissimos delatus hostes, confosso Regis equo, sua manu illum cepit. Vnde ad mille annuos aureos Mediolani, quos donauit Carolus; arce Greyecestein à Ferdinando Cæsare auctus est. Quin & ipsi ad arcana consilia, & Cubicularij dignitatem adhibitus: Supremusque Prouinciarum Austriæ Capitaneus constitutus: annis insequentibus ipsius, de regno Pannoniæ contendentis, adhærens partibus: cum Ioanne Scepusiense manus conseruit: quinque millibus tantùm instructus, copias eius profligauit: militarique virtute arcem Tokaium expugnauit. Porro anno Salutis nostræ 1529. Solymanno Turcarum tyranno Viennam per XL. ferè dies continuos atrociter oppugnante: bellici ducis sapientissimi & fortissimi officio semper functus, strenuè eam defendit; vbi dum dirutis mœnibus inuictum generosi animi robur pro muro hostium minis opponit; saxo percussus læthale vulnus accepit: ex quo anno proximo IV. Non. Maij expirauit, septuagenario maior biennio. Viennæ sepultus in æde D. Dorotheæ: vbi à Ferdinando Cæsare mausoleo splendidissimo est honoratus. Fuere in eius coniugio ELISABETH Libera Baronissa Rogendorfia: & postea N. familiæ Lymbacensis in Pannonia, quæ vidua & *anus* exinde nupsit Pyrrho Comiti de la Arcu. Eius F. F. F.

NICOLAVS III. Comes Salmius & Neoburgius ad Oenum, *honores patris & gloriam sitiens, per omnes bellicæ dignitatis gradus ascendit: à Ferdinando Rege Romano Posoniensis regionis iurium, arcisque præfectura, & comitatu Neoburgico auctus ornatusque: cunctisque regnis ipsius ac ditionibus cum summo imperio præpositus: supremum eius egit Cubicularium. Cuius nomine legatus missus Budam ad Ioannem Scepusium Regem: ab illo amplissimis muneribus donatus, & in fratrem nihil minus cogitans est adoptatus. Cooptatus insuper à Carolo V. Imp. in amplissimum Aurei Velleris ordinem. In Hungaria quibusdam, rerum nouarum cupidis, perniciosum bellum occultè molientibus; ipsorum conatus improbos repressit: Lauaque, Chiabrachio, Zythna, & Murano arcibus expugnatis; communem pacem Regno reddidit. Agriæ demum, quum aliorum quorundam seditiosorum conatus frangere pararet, immatura morte præreptus est XIV. Kal. Septemb. A. C. 1550 ex vxore ÆMILIA Bernardi Comitis Eberstenij filia, quatuor superstitibus liberis:*

NICOLAO IV. Comite Salmio & Neoburgio: qui Imperialis primùm, inde Bellicus Senator, sub Ferdinando, Maximiliano & Rudolpho II. Cæss. Rempub. fidelissimis & optimis semper rexit consilijs. Posoniensi itidem regioni, nec non Canisiæ (propugnaculum hæc est vnicum à Styria Carinthiaque Turcis oppositum) præfectus: quum vix duos menses excubias pro salute patriæ egisset: vi repentinæ mortis isthic est sublatus VI. Kal. Decembris Anno Christi 1580. ætatis suæ XLIII. Vir omni liberali doctrina perpolitus: Græcè, Latinè, Italicè, Gallicè exactè doctus: machinamentis ad præsidia munienda inuentis cum ijs, quos mirata est antiquitas, comparandus. Ex CATHARINA Anthonij Comitis Isenburgij & Budingani F. superstites reliquit

MAXIMILIANVM Comitem Salmæ & Neoburgi ad Oenum.
NICOLAVM V. Comitem Salmensem.
IOANNAM.
LVCRETIAM Ioachimi Schlitkij Comitis Passauni & VVeissenkirchæ vxore.

ECKIO Comite Salmensi & Neoburgio: qui nominis auiti & paterni gloriam æmulatus;

æmulatus; Ferdinandi Cæsaris dignatione Comitatum Posoniensem consecutus; & à Maximiliano Imp. Iaurini Capitaneus supremus & Camerarius creatus: pertetresa-ctam Zygethana clade Pannoniam re, fortuna, fide sustinuit: summaque vsus celeritate, præter omnium spem Hegotram, Tattam, & Vesprimium arces, à Turcis iam occupatas, recuperauit. Non multo pòst, graui morbo implicitus, Iaurini in suorum militum complexu, extremum vitæ spiritum edidit A. C. 1574. Nonis Iulij, ἄπαις. Heros liberalis, magnanimus, & laborum militarium patientissimus. Vxor N. Comitissa Bernsteinia.

Comites Salmenses.

IVLIO Comite Salmæ & Neoburgi ad Oenum, Maximiliani & Rudolphi II. ab Imperialis aulæ consilijs: heroe Græcis, Latinis, & aliquot exoticis linguis apprimè docto: de cuius laudibus, quoniam in viuis adhuc est, plura dicere supersedeo. In huius vixere connubio, primùm ELISABETH Thurta, Freistadij, Semphtæ, Richenauiæ, & Themetuini Domina, filia Alexij Thurti Pannoniæ Proregis, defuncta A. C. 1574. deinde ANNA MARIA Diethrichsteinia, Sigismundi Georgij Liberi Baronis ab Holleburg & Finckenstein F. mortua A. C. 1586. III. Non. Martij, ætatis suæ XXVII. in puerperio. Liberi eius

ex priore coniugio:

ANNA nupsit Ioanni Septimio Libero Baroni Lichtensteinio & Carlsbergio A. C. 1591. IV. Non. Febr.

ex altero:

ÆMYLIA bimula defuncta A. C. 1579.
SVEICCARDVS Comes Salmæ & Neoburgi ad Oenum.
IVLIVS bimus extinctus IV. Kal. April. A. C. 1581.
ANNA ELISABETH nata Nonis Maij A. C. 1581.
CAROLVS Comes Salmæus & Neoburgius natus A. C. 1584. postridie Idus Ianuarij.
ANNA MARIA in cunis eodem cum matre die extincta A. C. 1586.
VVOLFGANGVS Comes Salmensis & Neoburgius, Episcopus Patauiensis: princeps sinceræ religionis & æquitatis obseruantissimus: summo ingenio, eximia doctrina, rara eloquentia praditus: Musarum patronus incomparabilis: beatissimo exitu vitam clausit IIX. Id. Decembris A. C. 1555.
Filia ἀνώνυμος post obitum Comitis Posingensis mariti prioris, nupsit Adamo Libero Baroni Hofmanno à Strechà & Grumpubel, Domino Stiræ.
CHRISTOPHORVS Comes Salmæus, summæ spei adolescens, in floridissima ætate fatis cessit.

FINIS.

ELIAE

ELIAE REVSNERI LEORINI

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI

De Familijs Regum & Principum aliorumq; Procerum orbis Christiani

PARS V.

STIRPES BRITANNICAE:

Quæ

Stemmata continent illustria

REGVM ANGLIAE ET BRITANNIAE:

I. ex Occidentalium Saxonum Regibus.

II. ex Daciæ Regibus.

III. ex Normanniæ Ducibus.

IV. ex Blosij Comitibus.

V. ex Andium Comitibus.

VI. ex VVallis.

SERENISSIMAE POTENTISS. QVE
Principi ac Dominæ

D. ELISABETHAE, ANGLIAE,
FRANCIAE, AC BRITANNIAE
Reginæ &c.

DOMINAE CLEMENTISS.
D. D. D.

REGVM ANGLIAE ET BRITANNIAE
Stemma Primum ex SAXONIBVS OCCIDENTALIBVS.

EGBERTVS, Britannia aliquot seculis in Heptarchiam diuisa, ipse Occidentalium Saxonum Rex à Cedritio siue Cerdicio XVII. vir sapiens, summæ virtutis, bellandi peritissimus: regnum, quod paruum admodum acceperat, industria sua amplissimum reddidit: quippe qui Cantianos, Northumbrios, & orientales Saxones feliciter subegit: vnde Britannico quoque & Saxonico nomine deleto, vniuersam gentem in posterum appellari Anglos edicto sanxit. De Danis quoque victoriam satis memorabilem obtinuit. Senio confectus, vita excessit A. C. 837. regni XXXVII post Saxonum in Britanniam aduentum 387. *Reges Angliæ.*

ETHELVOLPHVS subdiaconatus ordini iampridē initiatus; sed Leonis IV. Pp. Rom. auctoritate vinculo isto solutus, patre defuncto Rex est suffectus. Princeps rebus omnibus apprimè ornatus, meritoque cum patre conferendus: Romæ scholam, ab Offa Merciorum Rege quondam conditam, & paulo ante ipsius in vrbem aduentum incendio fermè absumptam, instaurauit: denarium S. Petri ex regnis Cantij ac Northumbriæ Leoni IV. Pontifici addixit, anno 847. in omni denique vita non modò clementem sed optimum parentem se omnibus suis præbuit. Fatali morte absumptus A. C. 857. principatus sui vigesimo. Vintoniæ sepultus. Vxor OSBVRGA.

ETHELBALDVS REX Angliæ post patrem: quinto regni mēse febre perijt A. C. 858.

ETHELBERDVS Anglicarum rerum secūdùm fratrem moderator: vir avo, patre, maioribus suis multò dignissimus: Dacos per Cantianos agros vagātes, multa cæde hostium facta, exegit. Maiora inde ad augendum trāquilli regni statum cogitans, vix quinto anno completo obijt A. C. 863.

ETHELREDVS Ethelberti in Angliæ regno successor, vir domi placidus atque humanus, foris verò non item. Militaris enim disciplinæ peritus, nihil non seueriùs agebat: licet ei negatum fuerit aut diu in vita manere, aut in otio esse. Toto siquidem illo nouennio, quo summe rei præfuit, continuis bellorum fluctibus est agitatus. Cum Dacis, signis collatis, sæpenumerò conflixit, varia fortuna: victor tandem ex vulnere oppetijt A. C. 872.

THYRA vxor Gormonis Regis Daniæ; postremis Christianorum persecutoris.

ALFREDVS secundum fratris interitum Rex Angliç, coronatus Romæ ab Honorio Pontifice: vir summo ingenio, summæque prudentiæ: bellicis item artibus longè clarissimus. Cum Danis, Angliam invadentibus, varia & difficilia gessit bella: Merciorum regnum sibi adiecit: tria cœnobia, Oxoniensem item Academiā anno 895. condidit. Vintoniæ mortuus, & sepultus A. C. 900. regni XXIIX. Vxor ETELVITHA.

EDVARDVS I. Rex Angliæ, ab Adelredo Cantuariesi Archiepiscopo more maiorum corona redimitus: Orientalium quoque Anglorum regno est potitus: Merciam totam in suam redegit potestatem: Scotos, Anglicos fines va-

ADELVOLDVS à Dacis in Northumbria cuncta ferro, igneque vastantibus, sollicitatus: quum ex ambitione regnum fratris ipse quoque hostiliter invaderet; omnemque regionem crudeliter popularetur: in

ELFREDA Ethelredo inter Mercios principi viro elocata, Merciæ partæ dotis nomine donata est.

ELGINA Abbatissa cœnobij Shatsburiæ, diæce- stantes,

Reges Angliæ.

ſtantes, ab armis diſcedere coegit. Ad Bedfordiam conſtruxit arcem: cuius hodie ne veſtigium quidem ferè vllum extat. Vi morborum, parricidiali iſto bello, multis vtrinque cedentibus, ipſe quoque occubuit. *fil. Sarisburienſis.* ETHELVITHA.

quibus aſſiduè affligebatur, conſumptus deceſſit anno 925. Vintoniæ ſepultus.

Liberi eius

ex EDGINA vxore prima.

ADELSTANVS patri in Angliæ regno ſuffectus: & ad Kyngſtonū ab Athelmo Canthuarienſi Archiepiſcopo coronatus. Rex potens ac felix: Northumbriam recepit: & pulſis Scotis, Danis, & alijs hoſtibus, regnū ſedecim annos obtinuit. Cœnobia duo ædificauit: leges quaſdam antiquas nimium rigidas abrogauit: nouas magis ſalutares tulit. Obijt *cœlebs* A. C. 941.

ex ELFREDA vxore ſecunda.

ETHELVARDUS, EDVInus } patris fata mox ſecuti.

EDGINA *vxor Caroli Simplicis Regis Francorum.*

EDITHA Sithrico Northumbriorū regulo nupſit.

ETHILDA vxor Hugonis Magni Comitis Pariſiorum.

ELFREDA, EDBVRGA, ELGIDA } virgines veſtales.

ex EDGINA vxore tertia.

EDMVNDVS I. ſecūdùm Adelſtani obitum rerum Anglicarū potitus: vix ſexennium ſuperfuit. Miniſtro namq; ſtricto ab hoſte petito enſe opē laturus; eo in tumultu perijt: vel vt alij volunt à ſicarijs eſt confoſſus. Sic eum à ſummis laudibus vitæ breuitas abduxit. Vxor ELGIDA.

ELDREDVS poſt Edmundum rei ſummam adeptus: & ad Kyngſtonum ab Othone Canthuarienſi conſecratus: militaris diſciplinæ apud omnes peritiſſimus eſt habitus: qua de cauſa Scotus, priùs ab Adelſtano in fidem receptus, ſine armis facilè in officio continuit. Obijt A. C. 955. regni IX.

EDVINVS Rex Angliæ poſt Elredum, Kyngſtoni maiorum more ab Othone Cantbuarienſi Archiepiſcopo coronatus: ob libidinum impatientiam (quippe qui eodem, quo Rex erat dictus, die ſuam conſanguineam, nobilis cuiuſdam viri vxorem, inuitam ſtuprauit) regno pulſus: mœrore & dolore perijt A. C. 959.

EDGARVS poſt fratris abrogationem rerum Anglicarum potitus: & ab Othone Archiepiſcopo Canthuarienſi Bathoniæ conſecratus: Scotos & VVallos in officio perpetuò continuit: leges ſalutares multas tulit: cœnobia multa extruxit. Obijt A. C. 975. ætatis ſuæ XXXVII. regni XVI. Princeps animi virtute & corporis robore inſignis: armorum peritiſsimus; laborum ſupra fidem patiens: delictorum inquiſitor acerrimus: piorum & doctorum mæcenas optimus.

EDITHA Augusta, coniux Othonis I. Imper. Roman. Magdeburgi obijt A. C. 947.

Liberi eius

ex ELFREDA vxore legitima.

EDVARDVS II. adoleſcens frugi & ſanctus; poſt patris exceſſum Rex nominatus, inuita nouerca Alfreda: cuius fraude poſtmodò ad arcem Corphini eſt confeſſus A. C. 980. quum vix triennium rem Anglicam adminiſtraſſet. Ad Glaſcouienſe cœnobium ſepultus.

ex ALFREDA Horgerij Cornubiæ Principis filia, fœmina, leui, & ſuperba, quam ipſe ſtuprauerat:

ETHELREDVS nothus, ſacrum baptiſmi fontem ſtercore ſuo fœdauit: pòſt fratris ædem ad regnum aſpirauit. Homo vecors, otio atque luxu perditus, militaris diſciplinæ prorſus ignarus. A Danis piratis, & poſtea à Regibus illorum Suenone & Canuto oppugnatus; amiſit Northumbriam & Merciam: tandem etiam ex Anglia in Normanniam ad Richardum leuirum profugiens, totum regnum Danis ceſſit anno 1014. Erſi autem mortuo Suenone redijt: ſtatim tamen ipſe quoque animi mœrore confectus, inter viuos eſſe deſijt A. C. 1016. Sepultus Londini in æde D. Pauli.

EDMVNDVS paucos dies vixit.

ex VVILFREDA Moniali:

EDITHA Abbatiſſa VVitoniæ poſt mortem in diuorum album relata.

Liberi

Liberi eius

ex ETHELGINA, humili loco nata:

EDMVNDVS II. adolescens tum animi, tum corporis viribus ferox; vnde Ferreũ latus cognominatus: patre defuncto à Londinensibus Rex renunciatus: perpetuo bello à Canuto Danorum Rege fatigatus: eo in regni societatem recepto, anno vertente 1017. à suis est interfectus. Sepultus in Glasconiensi cœnobio.

EDVINVS.

ADELSTANVS.

EDGINA.

EDMVNDVS à Canuto proscriptus, in exilio obijt.

EDVARDVS Princeps Angliæ. Vxor AGATHA Canuti Dani F.

EDGARVS cũ matre & sororibus in Pannoniam migrauit: inde redux, magnam in Anglia stragem edidit. Dacis quoque se iunxit, in Normannos arma sumentibus.

MARGARETA vxor Malcolini III. Regis Scotorum.

CHRISTINA vitam monasticam professa.

ex EMMA F. Richardi I. Ducis Normanniæ.

Reges Angliæ.

EDVARDVS III. cognito suorũ desiderio, Guilh. Normãni opera atq; sumptib. è Normãnia, vbi exultabat, in Angliam reuersus: magna omnium lætitia & congratulatione Rex est cõsecratus A.C. 1042. Matrem quodam de crimine suspectam habens; vbi innocentiam illa suam super carbones ignitos incedendo probasset; mira deinceps pietate coluit, obseruauitque. Piratas Dacos, omnem maritimam oram deuastantes, haud multo negotio partim cæcidit, partim fugauit. Nullum postea bellum siue domesticum siue externum per reliquos vndeviginti, quibus regnauit, annis eum molestauit: quin vel statim parua cæde confectum, vel nullo memorabili euentu sopitum sit. Bona ergo in pace defunctus, hærede & successore dicto Guilhelmo Normanno A. C. 1066. regni XXIV. Sepultus in templo VVestmonasterij Vxor EDITHA Goduini Cantiæ Comitis F. ἄπαις.

ALFREDVS diu exultauit apud Gulielmum nothum Ducẽ Normanniæ: à Godvino Cantiano Comite interfectus.

I I.

EX DACIS.

GORMO eius nominis Tertius, Regum Daniæ Frothonis F. Canuti N. Erici Pron. Abnepos Ringonis Ducis Iutiæ: postremus Christianorum persecutor: victus ab Henrico Aucupe Augusto A. C. 928. vita decessit A. C. 930. Vxor THYRA Christiana, Ethelredi Angliæ Regis F. ad extremam senectam impio marito nupta, Vallum Danicum prope Slesvigam instaurauit.

HARALDVS cog. Magnus, Rex Daniæ, quinquaginta regnauit annos. Ab Othone I. Augusto vnà cum filio ad baptismum adductus circa A. C. 948. Slesvici, Ripis & Arhusiæ Episcopos constituit: prouincias singulas in parochias distinxit: iura & leges scriptas Danis primus condidit. Obijt A. C. 980. Vxor C V-NILDA.

SVENO I. Rex Daniæ & Angliæ, ab Otthone Magno Cæsare ἀναδόχῳ in baptismo dictus SVENOTTO: abiecta religione Christiana, patrem regno & vita priuauit. Captus postea à Iulinensibus Vandalis, anno 982. & biennio pòst ab Erico IX. Sueorum Rege pulsus: quatuordecim annos in Scotia exulauit. Ad Christum inde & saniorem mentem rediens; in regnum restitutus: Episcopos in eo constituit per Adalgagum Hamburgensem. Ethelredo quoque eiecto, Angliæ regno potitus, non diu superfuit, Vxor SYRITHA Erici Sveci vidua.

HARALDVS patris in regno Angliæ successor,

CANVTVS Magnus, omnium Daniæ Regum potẽtissimus: Ethelredo perempto, & EMMA eius vi-

ESTRITA siue MARGARETA nupsit Richardo Duci Normanniæ: & an-

Reges Angliæ. ab Ethelredo Rege exule occisus A. C. 1016. dua, Richardi Normanniæ Ducis sorore germana, in vxorem ducta; post monomachiam cum Edmundo Rege, in regni societatem est assumptus: quod eo defuncto totum postea obtinuit. Vandalis tandem & Norvegia subiectis, Rothomagi diem obijt A. C. 1036. te eum VLFONI Anglico Duci.

SVENO I L Rex Daniæ, Angliæ, & Noruegiæ. &c.

Liberi eius

ex EMMA Normanna:

CANVTVS cogn. Durus Rex Daniæ, Haraldi fratris in Angliæ regno successor: veneno necatus A. C. 1042. Eo extincto, Angli Dacos omnes insula ejecere: decreto edicto, Ne quis Dacus in perpetuum Angliæ Rex creetur.

CVNILDA seu Cunegunda, vxor Henrici III. Imp.

ex Aluina Concubina:

HARALDVS post patrem Angliæ regnum quadriennio fermè tenuit.

THYRA vxor Godvini Comitis Cātiæ.

HARALDVS regni Angliæ post Eduardum inuasor 1066. breui eodem anno à Gulielmo Normanno victus: vitaq; simul & regno est exutus pridie Idus Octobris.

EDITHA nupsit Eduardo III. Angliæ ex Saxonibus postremo.

SVENO Rex Noruegiæ.

III.

EX NORMANNIS.

Duces Normanniæ. RVLLO, ROBERTVS postea, quàm salutari baptismi lauacro fuit perfusus, nominatus primus Dux Normanniæ, vir bello clarissimus; tantum sibi in hostili terra virtute sua principatum parauit, vt cæteris quibusvis maximis regnis viribus haud impar fuerit. Obijt A. C. 920. PVPA priore vxore repudiata, duxit GISELAM Caroli simplicis Franciæ Regis F.

GVLIELMVS secundus Dux Normanniæ patre vel prudentia, vel virtute bellica nequaquam inferior: cuius nomen ob virtutis suæ famam apud omnes, Gallos tamen inprimis, multo fuit celeberrimum. Quippe qui tanquam ad bonitatem natus, negotijs amicorum non vulgarem nauare operam, egenos opibus iuvare, iniuria affectis opitulari præsidio deniq; cū & is absque discrimine esse, magnopere studuit. Ad Pincinniacum ad Arnolphi Flandri satellitibus, alloquium simulantibus, perfidè trucidatus A. C. 924. Cadauer à Normannis Rhotomagum delatum, ibidemque sepultum.

RICHARDVS I. Dux Normanniæ, impubes patrem amisit. Imperio maturus, de religione Christiana itidem bene mereri omnibus modis studuit: rerumque gestarum gloria ac virtutis fama apud posteritatem præclarus audijt. Obijt A. C. 996.

RICHARDVS II. cogn. intrepidus Dux Normanniæ, disciplinæ militaris peritissimus, domi pariter ac militiæ ad honestum rectumque cuncta referens: multo senio è viuis excessit. Bellicam eius virtutē inprimis expertus est Robertus Rex Franciæ: qui à nonnullis suorum petitus insidijs, sola huius ope & consilio eas declinauit. Vxor ESTRITHA Suenotonis Daniæ Regis F.

GVILHELMVS Normannus, a Theobaldo Blesensi Comite per proditionem interfectus.

EMMA vxor Ethelredi Angliæ, & postea Canuti Daniæ Regum.

RICHARDVS III. Dux Normanniæ, tertio post patris fatum anno mortuus, non sine suspicione

ROBERTVS Dux Normanniæ, homo festiuus, liberalis, for-

GVLIELMVS Normannus, monachum induit.

ALOYSIA Regnaldo Britannorum Comiti nupta.

ELEONORA

done veneni.

TANCREDVS Normannus, conditor Regum Siciliæ: de quibus supra.

tis, prudens: suos ab omni hostili iniuria strenuè prohibuit: finitimis sæpiùs tulit suppetias: inprimis verò Henricum Franciæ Regem, aduersus matris Constantiæ conatus, fortiter defendit. Byzantij mortuus, & Niceæ sepultus A. C. 1040.

consors Balduini Comitis Flandriæ.

MECHTILDIS sociata Othoni Comiti Blosij & Campaniæ.

Reges Angliæ.

GVILHELMVS Conquæstor nothus, Dux Normanniæ; Haraldo acie victo cæsoque, Londini Rex Angliæ consecratus IIX. Kal. Ianuarij A. C. 1066. post aduentũ Saxonum in Britanniam anno 618. anno 130. post Adelstanum primum Angliæ monarcham; vir magnus, & longè felicißimus: inter cæteros consilio & opera Lanfranci Archiepiscopi Cantuariensis plurimùm vsus: primus trium leonũ insignia armis Regum Angliæ attulit: & Scotorum Regem In sua verba iurare coegit. Ruptis ex ferocientis equi saltu intestinis, decessit IV. Id Septemb. A. C. 1087. ætatis suæ LXXIV. regiminis XXI. Cadoni in æde D. Stephani, quam ipse extruxit, sepultus. Ex vxore MATHILDE Flandriæ Comite, Balduini filia, quatuor tulit mares, & fæmellas quinque.

ROBERTVM, cui Normanniam pater administrandam concessit: iuuenem imperij percupidum: qui anno 1080. à Philippo Galliæ Rege in patrem armatus; parricidiali eum bello in Normannia oppugnauit: inq; conflictu eum, transfosso brachio, de equo in terram deturbauit. Vbi tamen ex voce patrem esse cognouit, continuò de equo desiliens, ad pedes se ipsius abiecit, veniamq; commissi petijt. Patre defuncto, Angliæ regnum, quod Gulielmus frater præripuerat, armis sibi irrito successu vindicare conatus: Gedefridum Bilionaum ad bellum Sacrum in Palæstinam est comitatus A. C. 1096. Gulielmi quinque audita morte, spe fraterni regni, Hierosolymitano repudiato, domum regressus; Normanniam, Gulielmo oppignoratam, facilè quidem recuperauerit: Henrico autem alteri fratri, qui regium solium iam inuaserat, bellum faciens; suorum perfidia captus, honoribus fortunisq; omnibus exutus, & in VValliæ Cardiffi, carceri est mancipatus anno 1108. vbi sextodecimo pòst anno partim senio, partim animi mærore confectus, diem supremum clausit: ex vxore N. filia Rogerij Ducis Apuliæ, quam ex Hierosolymitano bello rediens duxerat, filio superstite vnico,

GVLIELMO Duce Normanniæ & Comite Flandriæ: viro auro colligendo per fas & nefas intento: qui ob tyrannidem vtrumque amisit principatum. Ad Alestum namque à Theodorico Alsatio sagitta traiectus: odio populari supplicium, hosti imperium dedit A. C. 1128.

RICHARDVM in ætatis flore morte absumptum.

GVLIELMVM Rufum, in regno Angliæ patri surrogatum, *auctoritate potißimum & consilio Lanfranci Archiepiscopi Cantuariensis, A. C. 1089. à cuius morte in teterrimum euasit tyrannum. Quamuis enim militiæ satis peritus esset, & laboris patiens; in obeundis autem bellis tam diligens quàm felix: nihil tamen ei potiùs fuit, quàm aliena rapere: nihil minùs cordi, quàm Regis officium facere: templa sacrilegè prouentibus omnibus spoliauit: Anshelmum Cantuariensem Archiepiscopum, quem Lanfranco substituerat, exilio mulctauit. Quæ omnia mala ex vno auaritiæ riuulo manauerit. In venatione tandem in saltibus, quos Nouamforestam vocant, à quodam Gallico milite telo transfixus IV. Non. Sextil. A. C. 1101: ætatis suæ XLIII. quum annos regnasset tredecim, quadraginta demptis diebus.*

HENRICVM I. Bellum Clericum *vulgo dictum,* Ruffo fratri in Angliæ regno subrogatum, *& coronatum Nonis Sextilib.* 1101. *Anshelmum hic Canthuariensem Archiepiscopum ab exilo reuocauit: VVallos populos ferocißimos domuit: & capto Roberto fratre, Normannicam Angliæ regno coniunxit Bello quoq; conflixit cum Ludouico Crasso Gallorum Rege Febre absumptus in Normãnia III. Non.*

 Decemb.

Reges Angliæ.

Decemb. A. C. 1135. ætatis suæ LXXVII. summæ administrationis XXXIV. completo, cum mensibus quatuor, & binis diebus. Corpus in Angliam deportatum, in Redyngio oppido ad Benedictinos est humatum. Tribus inprimis floruit virtutibus, prudentia, fortitudine, & gratia fandi: quæ totidem vitia sunt comitata, auaritia nimirum, crudelitas, & libido. Duas vxores habuit: MATHILDEM Scoticam: & ADELICIAM Lotharingiæ Ducissam, ἄπαιδα. Priori nati

GVILIELMVS Dux Normanniæ, iunctus filiæ Fulconis Andegauensis, in mari submersus.

MECHTILDIS vxor primum Henrici V. Imp. deinde Godefredi Andium Comitis: mater HENRICI II. Regis Angliæ.

RICHARDVS & MARIA nothi, eodem cum Guilielmo fratre naufragio in mari periêre.

ROBERTVS nothus, Comes Glocestriæ à patre creatus: Mathildæ sororis partes fouens, Stephani Regis vires & animum maximè debilitauit.

SIBYLLAM vxorem Alexandri I. Regis Scotorum.

CECILIAM Virginem Vestalem.

CONSTANTIAM Alano Britanniæ citerioris Duci nuptam.

ADELAM vxorem Stephani Comitis Blesensium: matrem STEPHANI Regis Angliæ.

Filiam ἀνώνυμον Haraldo Regi Pictonum elocatam: sed quam is fato suo malo repudiauit.

IV.

EX COMITIBVS BLOSII ET CAMPANIAE.

Comites Blosij & Campaniæ.

THEOBALDVS cogn. Senior, Gedonis F. Rollonis Normanni agnatus, Comes Blesensis: Carnutum armis acquisiuit: & Gulielmum Normanniæ Ducem proditoriè occidit. Mortuus A. C. 999. Vxor N. Heriberti Trecarum Comitis soror.

OTHO siue EVDO Comes Campaniæ, Blosij, Briæ, Turonum, & Carnutum: Conrado II. Imp. dum Burgundiam eripere tentat, vincitur: & dum Lotharingiam infestat, à Cothelone cæsus occumbit A. C. 1032. Tertio connubio MATHILDAE filiæ Richardi intrepidi Ducis Normanniæ, sterili licet, pacem à Normannis redemit.

ROGERIVS Comes Blosij, & Antistes Bellovacensis, siue Bauvvasiorum.

EVMMA vxor Guilielmi Capitonis Stuppani, Ducis Aquitaniæ.

Liberi eius

ex BERTHA F. Conradi Regis Iurensis Burgundiæ, vxore prima.

THEOBALDVS II. Blosij Carnutũ, & Turonum Comes; ab Augusto Henrico III. Eques auratus creatus: in pugna contra Godefridum Martellum Andium Comitẽ, ad Turonum vrbem, Turonensi amisso comitatu, occubuit ἄπαις A. C. 1040.

STEPHANVS Comes Campaniæ, Blosij & Carnutum; post fratris obitum Turonensem recepit Comitatum. Godefridum Bilioncum in Palæstinam comitatus, inglorius domũ rediјt. Denuo Asia repetita, ad Ramulam fortiter A. C. 1101. Vxor ADELA F. Gulielmi Conquestoris Regis Angliæ

ex ALEXIA F. Conradi II. Imp. vxore altera.

HVGO Comes Trecarum vel Cãpãgæ propter sanguinis cõiunctionem diuortio facto ab vxore. CONSTANTIA, Philippi I. Francorum Regis filia, Templariorum amplexus est ordinem. Ad hunc extat S. Bernardi epistola.

PHILIPPVS Catalauniorum Episcopus.

Angliæ, fœmina Græcè docta cui Hugo à S. Maria suam historiam dicauit.

Comites Blosij & Campaniæ.

THEOBALDVS III. Magnus ob res præclarè gestas, Sanctus ob morum probitatē, & Pater pauperum ob beneficentiam cognominatus: Comes Blesensis & Campaniæ Palatinus, Briæ Dominus: effecit, vt Rudolphus Veromanduorū Comes propter vxorem desertam, & aliam superinductam, à Pontifice diris sit notatus. Naturæ fatoque cōcessit, anno a salutifero Virginis partu 1151. Vxor MATHILDIS Teutonico sanguine nata.

STEPHANVS Comes Blesensis, Angliæ regnum contra ius & fas adeptus A. C. 1135. vertente anno XI X. Cal. Decemb. ad VVestmonasterium coronatus: dum omnes timet, in omnes pariter sæuit. Mathilde Augusta bellum ipsi ob regnum mouente; quum primo concursu vario euentu fortiter pugnasset; postea captus, ac Bristollium in carcerem est missus. Sed Roberti Cestrēsis Comitis permutatione liberatus: bellum redintegrans, Mathildem Oxij obsedit, omnia ferro & igne populatus. Vrbe capta, dum ad arcem expugnandā properat: à Roberto Glocestrio in fugam versus, ægrè euasit. Scotis quoque nouos motus in Anglia excitantibus, Belfordiam triginta dies continuos oppugnauit, pauloque post cepit. In Cantio obijt IIX. Kal. Nouemb. A. C. 1154. ætatis XLIX. postquàm rem Anglicam tenuit annis XIX. demptis XL. diebus. In cœnobio prope vicum Feuersanū, quod ipse extruxerat, sepultus cum vxore MATHILDE Eustachij Bidiones Comitis Bononiensis F. Fuere in ipso animi virtutes multæ & egregia: bellandi peritia summa, clementia, lenitas, & erga omnes liberalitas maxima.

HVMBERTVS Comes Vertutij.

HENRICVS Vintoniæ Antistes, & Licastrensis Episcopus: cuius opera frater ad Angliæ regnum est euectus.

SCHOLASTICA Viennensis Comes.

EVSTACHIVS Dux Normanniæ, iurauit Ludouico VII. Regi Galliæ; cuius sororem CONSTANTIAM vxorē habebat: verùm ante patrem obijt.

MARIA vxor Matthæi Alsatij, Flandriæ Comitis.

GVLIELMVS nothus, Comes Nortfolciæ.

†

THEOBALDVS IV. cogn. Bonus, Comes Blosij & Carnutum, Senescallus Franciæ electus A. C. 1183. pacis egit arbitrū inter Philippum Augustum Franciæ Regem & Comitem Flādriæ, dimicātes pro Veromanduorum Comitatu. Obijt in Asia sub obsidione Acræ A. C. 1202. Vxor ALEXIA F. Ludouici Regis Francorū.

STEPHANVS Sanserranus Comes, Carthusianū tandem egit. Vxor MARIA F. Hugonis Lusignani, Marchiæ Angolismorumque Comitis.

IOANNES Sanserranus, pater IOANNæ Dammartinēsis Comitis nuptæ Ioa. Cortenęo.

HENRICVS Largus Comes Campaniæ & Briæ, in expeditione Asiatica captus à Turcis, Manuelis Imp. Byzantini precib⁹, liberatus: obijt A. C. 1181. Vxor MARIA F. Ludouici VII. Regis Franciæ.

MARIA vxor Eudi IV. Ducis Burgundiæ.

AGNES cōsors Reinaldi II. Barri Comitis.

ALEXIA coniux Ludouici VII. Regis Franciæ.

Quarta nupsit Alano Comiti Britonum: *Quinta Gotefrido comiti Perrheano:* Sexta Duci Apuliæ & inde Gulielmo Connero Particensi, & Mommirallæ domino.

GVLIELMVS Archiepiscop. Remensis.

THEOBALDVS Campaniæ & Briani Comitatus inuasor, obijt A. C 1216. progenitor Regum Nauarræorum quorundam.

HENRICVS II. Comes Campaniæ & Briæ, dynasta Tyri: obijt 1196. Vxor ISABELLA F. Amalrici Regis Solymorum.

THEODORICVS Comes Campaniæ *dictus*. Vxor HENRICA F. Henrici Namurcensis.

MARIA vxor Balduini Imp. Byzantini.

ALEXIA Cypri Regina. — PHILIPPA vxor Eberardi Brennensis Comitis.

LVDOVICVS Comes Blesensis, ob egregia armorū facinora Constantinopolim edita, Romaniæ ducatu donatus; obijt in obsidione Adrianopolitana A. C. 1205. Vxor CATHARINA F. & hæres Comitis Claromōtani.

THEOBALDVS Blosij & Carnutum Comes, *obijt.*

THEOBALDVS adolescens HENRICVS immatura ætate, PHILIPPVS ... *mortui.*

ISABELLA successit fratris filio in Comitatu Cornutensi: vxor. 1. Ambosiano D. deinde Ianni Montemira lo Domino Ostiane & Castilouio.

MARGARETA in Comitatu Blesenū successit fratrueli: vxor Othonis Comitatus Burgūdiæ: Friderici I. Imp. F. deinde Guelterij Auēnatis Dn. quo nata

MARIA Auenæ Domina, Comes Carnutum & Blosij, Vxor Hugonis Castilionei Comitis fani S. Pauli.

ex

V.
EX COMITIBVS ANDIVM.

STEMMATIS ΕΚΦΡΑΣΙΣ.

Andium Comites. FVLCO Rechinus Comes Andium, ex binoconiugio altero heredi & Sororis Godefridi Martelli, Fulconis Andium Turonumque Comitis filiæ; altero BERTHAE Simonis Montfortij filiæ genuit Godefri-

Godefridum Barbatum, Comitem Andegauensem.

SYBILLAM vxorem Godefridi Bilionai, Regis Solymitani. Andium

FVLCONEM Asperum cognomento, qui Godefrido quidem ætate minor, ferocia Comites. verò roboreq; longè superior extitit. Ideoque Vastinetensium Comitatu non contentus, fratrem bello petijt, captumq; carceri mancipauit. Sexagenarius fermè è Syria, vbi aduersus Saracenos multa præclara edidit facinora, domum regressus; à Balduino II. Rege Solymitano gener & successor designatus est: & MELISSENDA filia in spem successionis ei collocata. In venatione ab equo lapsus, decessit IV. Id. Nouemb. A. C. 1142. regni vndecimo: duobus ex superstitibus filijs:

BALDVINO III. qui tredecim annorum puer patri in regno Solymitano surrogatus, & in Natalitiorum festo coronatus; multis cum Saracenis conflixit prælijs varia fortuna. Antiochiæ dysenteria & febri, quam ex potione pharmaci venenati cõtraxerat, magno omnium luctu extinctus Idib. Febru. A. C. 1163. regni vigesimo, ætatis XXXIII. ἄπαις.

ALMERICO Comite Ascalonis, fratris in regno Solymitano successore: itidẽ febre extincto V. Id. Iulij A. C. 1173. ętatis suę XXXIIX. summę administrationis decimo. In eius vixit connubio POLLINA Emanuelis Imp. Byzantinis F. mater ex ipso facta

BALDVINI IV. Solymorum Regis, qui Saracenos fortiter prælijs aliquot fudit & cecîdit. Elephãtiasi laborans, vnde Leprosus fuit cognominatus, ob domesticas seditiones mœrore extinctus XVII. Kal. Martij A. C. 1185. vitæ suæ XXV. regni duodecimo.

SIBYLLA vxore primò Gulielmi Marchionis Montisferrati (ex quo matrimonio natus BALDVINVS V. puer auunculo in regno Solymorum surrogatus, tribus vix mensibus superstes) deinde Guidonis Lusigniani Cypri & Solymorum Regis, à Saladino capti.

ISABELLA consorte Henrici Comitis Blosij & Campaniæ, qui dotali iure, Richardo Anglo conciliante Rex Solymorum est salutatus A. C. 1188. deinde Emerico Regi Cypri, defuncto A. C. 1205. Kal. Aprilis.

GODIFREDVS Barbatus, Comes Andegauensium, Turonum, & Cenomanorum, ab auunculo Godefrido Martello hæres institutus: Fulconi fratri Comitatum Vastinetensem concessit: sed à quo armis captus, inque custodiam traditus est perpetuam. Obijt A. C. 1153. Vxor MECHTILDIS Henrici I. Regis Angliæ F. relicta Henrici V. Cæs. Augusti; mulier vltra fœmineum sexum bellicis rebus & animi robore insignis: Londini obijt A. C. 1120. ad VVestmonasterium sepulta. Hac nati

Henricus II. Rex Angliæ.

GODEFRIDVS siue Genfredus, testamẽto patris in Comitatu Andegauensi successor dictus: eo viuo tria interim oppida, Chinonem, Lundunum, & Mirabellum possedit: ne deinceps ita facilè possessione eijceretur. Sed nihilominus à fratre Rege bello parricidiali victus; terrisque suis pulsus, obijt exul.

GVLIELMVS Andium Comes ἄπαις.

HENRICVS II. Comes Andegauensis, Turonum, & Cenomannorum; puer apud Dauidem Scotorum Regem auunculum magnum educatus, & ab eo baltheo militari (vti mos erat) cinctus: post varia tandem bella à Stephano Angliæ Rege, Eustachio filio eius mortuo, adoptatus; successit an 1154. Angliæ hic Regum fuit florentißimus & potentißimus, artis militaris peritißimus, in rebus bellicis fortunatißimus, ambitiosus tamen & proferendarũ finium cupidus, qua de causa Northumbriã Milcolumbo Scoto, & Andegauensis fratri ademit: regno quoq; suo adiecit Normanniã, Hiberniã, Orcades insulas, Aquitaniã & Vasconiam: VVallos deficientes nullo negotio domuit. Omnem autem suam gloriam inprimis sanguine Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi fœdauit. Calamitatum tandem concursu magis oppressus, quàm morbo confectus, Chinone obijt pridie Non. Iulias A. C. 1189. sexagenario maior biennio, quum annos regnasset XXXIV. menses octo, dies XII. Ibidem sepultus. Nupsit ipsi LEONORA, vnica filia & hæres Gulielmi Aquitaniæ & Pictonum Ducis, à Ludouico VII. Francorum Rege repudiata: quæ tertium iuncta Alphonso Gastellæ Regi, filiam ipsi enixa est Blancam Ludouici IX. Galliæ Regis cõsortem. Hoc autem connubio geniti quatuor mares, tres fœmellæ:

HENRICVS à patre in regni consortium adscitus inunctusque A. C. 1172. à recta

mox

Reges Angliæ.

mox honestaque viuendi disciplina ad luxum voluptatemque delapsus, profuseque paterna bona dilapidans: quo regnum ipsi eriperet, parricidiale ei mouit bellum soceri auxilio, haud auspicatò. Iusta Dei vindicta patrem morte præuertit ... A. C. 1181. *ætatis suæ XXVI. Vxor* MARGARETA *Ludouici IIX. Galliæ Regis F. octenni ipsi desponsata, postmodò nupsit Belæ Regi Pannoniæ,*

RICHARDVS I. *ab auimi magnitudine* Cor Leonis *cognominatus, Comes Aquitaniæ,* patris in regno Angliæ successor *anno* 1189, *cum Philippo Galliarum Rege & alijs proceribus in Palæstinam profectus; Cypri Regem, à quo inhumaniter excipiebatur, armis oppugnans, in potestatem redegit: Ioppen instaurauit: regni* Hierosolymi*tani ius, permutata Cypro ad se transtulit: nuptias istic cum* BERENGARIA *Garsia Regis Nauarræ filia celebrauit.* ADELAM *namque, Ludouici VII. Franciæ Regis F. quod à patre compressa iactabatur, iam repudiauerat. Ob aduersum nuncium rerum suarum domi, pactus cum Saladino triennij inducijs, domum repetens: naufragium passus. & cum paucis ægrè elapsus: mox in Austria an.* 1193. *anulo proditus, à que Leopoldo Duce (cuius populares in Asia cum Anglis simultates gesserant) captus, & demum* Heurico *VI. Imperatori traditus est: ab vtroque grandi pecunia mulctatus & redemptus. In obsidione tandem Calaci oppidi lethali vulnere accepto, breui post expirauit IIX. Kal. Aprilis A. C.* 1199. *Intestina in Pictonũ terra, cor Rhotomagi, reliquum corpus Chinone in cænobio D. Ebrulphi iuxta patrem est tumulatum. Liberos ex se non genuit.*

GODEFRIDVS *ducta* CONSTANTIA *vnica filia & herede Couani Britanniæ Comitis, obijt ante patrem Lutetiæ A. C.* 1186. *Ibidem ad D. Virginis ædem sepultus, filio filiaq; superstitibus.*

ARTHVRO Duce Británniæ, Comite Andeganensi & Turonensi; qui à Richardo patruo regni hæres scriptus, sed à Ioanne altero patruo prælio victus, & in eius verba iurare coactus; mox Rhothomagi, in custodiam traditus paucis diebus superfuit: gladio abs eo transfossus, & cum equo in mare præcipitatus Kal. Augusti A. C. 1202.

ELEONORA itidem à Ioanne patruo in carcere necata.

Ioannes Angliæ Rex, stemmatis propagator.

MATHILDIS *vxor Henrici Leonis, Ducis Saxoniæ potentissimi.*

LEONORA *coniux Alphonsi IX. Regis Castellæ.*

IOANNA *post Gulielmum Siciliæ Regem, nupsit Raimundo* III. *Comiti Tolosano.*

IOANNES I. Moritonij Comes, contra fratrem Richardum in Syria absentem seditiones mouit: quo mortuo, Angliæ regnum, Arthuro fratruele victo, inuasit. Vir animo minimè forti, licet sæuo: quippe imminenti periculo eum deficiebat: vacuus verò à periculo, subitò suapte natura recrudescebat. Suorum ergo studijs destitutus, & peregrinis armis petitus: Normanniã amisit, à Philippo Augusto Galliæ Rege occupatã A. C. 1203. an. 316. postquã Rollo eam à Carolo Simplice obtinuerat. Mox à Pontifice quoq; Innocẽtio III. regno per sententiã priuatus: magna pecunia in præsentia & tributo perpetuo promisso; præterea iure regni in eum translato: breui ex animi ægritudine in febrem incidit: haustuq; veneni à monacho Anglo porrecti, intra biduũ decessit XIV. Kal. Nouemb. 1216. Vigorniæ inhumatus. ANISIA vxore priore, Roberti Comitis Glocestriæ filia, ob consanguinitatem, quam causabatur, repudiata: duxit ISABELLAM filiã & hæredem Aymari Angolismorum Comitis & Alexiæ Cortenæ vnicã: quę postmodo Hugoni Comiti Marchiæ nupta, filios ipsi peperit Othomarum Episcopum Vintoniensem, & Gaufredum, Gulielmum, Guidonem, cæsos postea à principibus Angliæ rebellibus 1261. in prælio ad Lovvis. Hoc verò coniugio nati

Henricus III. Angliæ Rex. †

RICARDVS *Comes Cornubiæ & Pictonum, vir singularis & animi & prudentiæ: à fratre magna cum classe in Aquitaniam missus, primo accessu Burdegalam arcem vi expugnauit, oppidum diripuit, nonnullaque proxima oppida in potestatem redegit. Quo negotio prosperè confecto, Rupellã obsessum pergens: hostem Francum obuiũ insidijs excepit, ingentiq; strage affecit.* Ad Germanicũ *inde* imperium vocatus, *quindecim id annis, quoad vixit obtinuit. Obijt ad Berchanstedũ pagum haud procul Londino, cuius loci ipse erat dominus. A. C.* 1272. *in cænobio Haylensi prope Glocestriam, quod ipsemet extruxit, sepultus. Heros ob insignem artis militaris, cuius longè peritissimus erat. gloriam ac animi probitatem cum quibusuis & Impp. & Anglorum Regibus conferendus,*

Ex

Ex SANCTIA vxore, Raimundi Comitis Prouinciæ filia, tulit

EDMVNDVM Comitem Cornubiæ, defunctum A.C. 1301. *Reges Angliæ.*

HENRICVM missum ad Gregorium X. PP. Romanum: eoque loci à Guidone, Simonis Montfortij filio, confossum.

IOANNA consors Alexandri Scotorum Regis in Anglia decessit A. C. 1237.

ISABELLA Friderico II. Imp. Rom. nupta 1236. obijt 1241.

LEONORA in matrimonio habuit Gulielmum Marescallum Glocestriæ Comitẽ, qui Henricum III. Regem puerum aduersus Ludouicum Gallum summè est tutatus. Post hunc nupsit Simoni Comiti Montfortio, Angliæ Seneschallo, 1237.

HENRICVS III. *Angliæ Rex*, nouennis auitum regnum, ciuili bello ac dissensionibus vastatum, opibus spoliatum, ac prope confectum, gubernandum suscepit A. C. 1218. Princeps ingenio miti, animo magis nobili quàm magno; in rebus tamen gerendis interdum parum consideratus. Regnum non modò non adauxit: sed Normanniã quoq; vnà cum Andegauensibus, quam pater iam antea amiserat, quum armis recuperare non posset; Franco (à quo magna suorum strage erat victus) concessit, omniq; suo iure cessit. Aragonium inde Regem cõtra Mauros Africæ populos, Hispaniam continuis populationibus vexantes, feliciter iuuit: VVallos bis rebelles, magna illorum clade dicto parere coegit: in Aquitania anno 1254. captis aut profligatis seditionum auctoribus, regionẽ pacauit. Londini defunctus XVI. Kal. Decemb. A.C. 1272. ad VVestmonasterium sepultus. Annos vixit LXV. regnauit LVI. cum duodetriginta diebus. EX LEONORA Raimunda Comitis Prouinciæ filia, ducta 1236. quinque tulit liberos. *Comites Lancastri.*

Eduardum I. Regem Angliæ, natum 1238. †

EDMVNDVM Comitem Lancastriæ, in VVallia prælio temerè cum hostibus commisso, fusum fugatumq; anno 1295. Baconæ in Aquitania mortuũ A. C. 1296. tribus ex BLANCA vxore, Roberti Comitis Artesiæ nata, vidua Henrici Campani Regis Nauarræi, superstitibus filijs.

THOMA Lancastrio, qui à proceribus belli dux lectus contra Eduardum II. Regem & Spenserios; in VVallia loca quidem multa oppugnare cœpit: sed à Rege victus, captusq;, Pontifracti post paucos dies securi est percussus A.C. 1321.

HENRICO Comite Lancastri, Duce Derbiæ: qui anno 1336. factus Aquitaniæ præfectus, eò cum magna manu profectus; finitis inducijs, in Francos arma mouens: eis passim profligatis, Engolismenses, Villamfrancam, Rionis item & Faui Basilij arces, cum oppidis aliquot cepit. Post victoriam Eduardi ad Cresciacum adeo psi creuit animus: vt continuò Santones cũ Pictonibus in suam potestatem redegerit, indeque omnis generis prædam Burdegalam abegerit anno 1347. Auxilio missus Ioanni Montfortio in Britanniam: Redones, qui ad Blesensem defecerant, mox ad deditionem compulit 1357. Insequenti anno peste mortuus. Vir domi clarus, foris admirandus, ac rebus omnibus laudandus. Vnicam reliquit filiam.

BLANCAM nuptam Ioanni Gaudenensi, Duci Lancastrio.

IOANNE Lancastrio, *ἄπαιδι.*

MARGARETAM nuptam Alexandro Regi Scotorum 1249. defunctam in castello Cuprensi circa an: 1274

BEATRICEM vxorem Ioannis Ducis Britanniæ.

CATHARINAM puellam nondum viripotentem, mortuam.

EDVARDVS primus ex Gallica Comitum Andegauensium familia, à tibiarum longitudine Langscanx *dictus, Princeps VValliæ, dehinc Præfectus Aquitaniæ & Hiberniæ, tandem* patentis in regno Angliæ successor: *heros animo magno, qui in rebus aduersis nunquã animum defecit, ingenio præclaro, prudentia summa, religionis studiosissimus, insolentiæ sacerdotũ hostis acerrimus: quam vt coerceret, legem ad Manumortuam perpetuasse fertur. Alias quoq; leges correxit, vsus per totam vitam consilio & auctoritate integerrimorum quorumcunq; & fortissimorum virorum. Cæterum VVallos, Leonello eorum principe interfecto, magna strage cecidit & fugauit: Scotos ter subegit, & Edimburgum cepit. Aquitaniam à Philippo Pulcro Galliæ Rege recepit. In bellis tandem apparatu aduersus Scotos, morbo ad Lancastriam decessit Nonis Quintilib. A.C. 1307. ætatis LXIX. regni dexterrimè administrati XXXIV. completo, cum mensibus septem, diebus XXI. Ad VVestmonasterium sepultus. Liberi eius*

ex LEONORA Castellæ Regina, filia Ferdinandi & Ioannæ Comitis Pontini, cum qua dotis nomine accepit Pontiuum:

B *IOAN-*

Reges Angliæ. *IOANNES* / *HENRICVS* / *ALPHONSVS* } *patrem morte præuerterunt.*

Eduardus II. Rex Angliæ ſtemmatis propagator. †

LEONORA Henrico Barri Duci / *MARGARETA Ioanni Duci Brabantiæ* / *ELISABETH Humfredi Comiti Herefordenſi* } *nupta.*

IOANNA nupſit Gilberto Gloceſtriæ Comiti, filio Gilberti, nepoti Richardi, Clarentiæ dominorum: mater ex ipſo facta ELISABETHAE Ioanni Borgthio *Clarentij Comitis, Eduardi III. Regis tertiogeniti.*

MARIA virgo Sanctimonialis.

ex MARGARETA, Philippi IV. Regis Galliæ ſorore, vxore altera:

THOMAS.

EDMVNDVS Comes Cantij, cum VVallis infeliciter pugnauit. Ab Eduardo III. Rege, cui puero tutor erat datus, proditionis tandem inſimulatus, ac capitis damnatus Baione, quòd nonnullos de nobilitate concitaſſet, qui Eduardum fratrem è carcere eductum in adminiſtrationem regni reſtituerent, A. C. 1329. Ex vxore BLANCA Arteſia, relicta Henrici Bleſenſis Regis Nauarreni, nata ei filia.

IOANNA elocata Eduardo VValliæ Principi, Eduardi III. Regis filio.

EDVARDVS II. à loco natali *Carnariuanus* dictus, Princeps VValliæ & *Rex Angliæ*, patris omnino diſſimilis, ignauus, leuis, futilis, & infelix. Bis terve eiectus Scotia non ſine parua ſuorum clade: tandem etiam domi turbatis rebus, quum è primoribus multos afficeret ſupplicio; Spenſeroſque prauorum conſiliorum auctores, nimis efferret: à filio & vxore comprehenſus, in arctiſſimamquè cuſtodiam coniectus, fœdo mortis genere (inteſtinis, nimirum tranſmiſſo in anum per fiſtulã corneam ferro candente, ita aduſtis, vt nullo exterius indicio facinus immaniſſimum proderetur) perijt A. C. 1326. ætatis ſuæ XLIII. poſtquam rei ſummam tuliſſet annis duodeviginti, cum ſemeſtri & diebus viginti duobus. Gloceſtriæ in cœnobio D. Petri abſque pompa regia tumulatus, Ex ISABELLA vxore, Philippi Puleri Galliæ Regis filia, defuncta 1358. quaternos tulit liberos:

Eduardum III. Regem Angliæ.

IOANNEM à natali ſolo Helthanium *cognominatum, Comitem Cornubiæ, in Scotia admodum iuuenem defunctum* 1336.

LEONORAM ante nubiles annos mortuam.

IOANNAM nuptam Dauidi Regi Scotorum, apud Angles captiuo detento decennium.

EDVARDVS III. in concilio Eboracenſi à patre Princeps VValliæ & Aquitaniæ Dux creatus: eidem viuo captoquè, matris Iſabellæ & procerum auſpicijs *in regno Angliæ ſubſtitutus*: primam expeditionem in Scotos ſuſcipiens, Beruicum ad deditionem adegit. Pace cum eis facta, litem mouit Philippo VI. Galliarum Regi, ob regni ſucceſsionem: quem bino prælio, vtroque accerrimo & cruentiſsimo, deuicit: ſemel ad Cluſium amnem X. Kal. Iulij A. C. 1340. quo Franciæ copiæ fermè ad vnum omnes internecione ſunt deletæ: iterum prope Creſciacum ad Somam X. Kal. Septemb. 1346. quo Francorum ceciderc circiter triginta millia, cum viris principib. complurib. & flore nobilitatis præſtantiſsimo. Caletũ quoq; expugnauit A. C. 1347: nec non Ioan. itidẽ Galliæ Regẽ ad Pictonũ vrbem anno 1356. cepit: quẽ poſt triennij demũ captiuitatẽ, impoſito ipſi annuo tributo, & Aquitania magna ex parte extorta, iterum dimiſit. Qua ratione non ſolùm Francicũ nomen ac regnũ in ſummũ adduxit diſcrimẽ: ſed & titulũ & arma regni Francici, quibus etiamnũ Angliæ Reges vtuntur, iure & hæreditario & bellico primus vſurpauit. Princeps ſui temporis clariſſimus, fortiſsimus, militaris diſciplinæ ſcientiſsimus, ſapientiſsimus, & feliciſsimus: qui tamen poſtremis annis malorum non fuit expers. Etenim vt in regimine rebus omnibus quadraginta annis beatiſsimus extitit: ita reliquo tempore grauem fortunæ commutationem ſenſit. Mœrore tandem animi, ob primogeniti Eduardi mortẽ, extinctus IIX. Kal. Iulij A. C. 1377. ætatis ſuæ LXXIV. regni LII. Ad VVeſtmonaſterium funeratus. Ex PHILIPPA F. Gulielmi III. Comitis Hollandiæ ac Hannoniæ, fundatrice collegij Oxonienſis, liberos tulit decem:

A. 1338. à Ludo. Rom. Imp. ac ejuſdem ſodinibus, Vicarius Imperialis per Galliam, Francofurti, conſtitutus fuit.

EDVAR-

EDVARDVM principem VVallia, & Aquitania Præfectum: summæ virtutis virum: qui Ioannem Galliæ Regem in Pictonibus cepit, captumque Burdegulam duxit: qui item Petri Aragonum Regis, patria extorris, vicem dolens; in Castella ad Naueretem de hoste ingentem obtinuit victoriam. Ad VVestmonasterium longitudine morbi confectus, ante patrem obijt VI. Id. Iulias A. C. 1376. ætatis suæ XLVI. Ex vxore IOANNA patruele, Cantij Comite, vidua Ioannis Hollandi Equitis, gemini ipsi nati filij:

Reges Angliæ.

RICHARDVS II. *auo in regno Angliæ suffectus*, & ad VVestmonasterium decennis coronatus XVII. Kal. Sextil. 1377. homo futilis, ignauus, imprudens, infelix: maximis coactis copijs in Scotos mouens, qui omni belli clade regnum eius infestarant, eo potissimùm tempore, quo Gallus quoque in Angliam cum infinita hominum multitudine transmittere parabat: nulli loco, neque sacro neque profano; nulli homini, qui modò militari esset ætate, parcebat. Ob tyrannidem ergo ab omnibus desertus: & à patruele Henrico Lancastrio, quem in exilium relegauerat, captus: Londinique se imperio abdicare coactus: hinc non multo pòst in Cantium ad Ledescam arcem transmissus, magnas ibi nebulonum quorundam pertulit iniurias. Inde rursus veluti à boue ad asinum ductus, Pontifracti in peiorem detrusus est carcerem: vbi vel occisus, vel fame enectus dicitur IV. Id. Octobris 1399. ætatis suæ XXXIII. regni XXII. ἄπαις. Corpus ad Langleium cœnobium Prædicatorum tumulatum: inde aliquantò post Henrici V. Regis iussu, ad VVestmonasterium maiorum monumentis est illatum. In eius vixit connubio ANNA F. VVenceslai Imp. 1384. mortua 1394. deinde ISABELLA Caroli VI. Regis Galliæ F. Octennis ipsi est desponsata A. C. 1396.

EDVARDVS impubes obijt.

LEONELLVM *Ducem Clarentiæ, maritum* ELISABETHAE *filiæ Ioannis Borgtbij & Elisabethæ postremæ hæredis Clarentiæ Est autem Clarentia pagus nobilis comitatus Suthfolcij, ad fines Essexiæ comitatus: vbi fluuius Clarentius alterum ab altero disterminat. Hac defuncta, celebrauit sponsalia cum* IOLE, *Ioannis Galeatij primi Ducis Mediolanensis, sorore germana: sed in reditu ante confectas nuptias diem clausit supremum A. C. 1368. filia vnica superstite*

Duces Clarentiæ.

PHILIPPA *vxore Edmundi Mortimerij Comitis Merciæ: cui peperit*

ELISABETHAM *nuptam Henrico Perchio Comiti Northumbriæ.*

ROGERIVM *Comitem Merciæ, in Hibernia extinctum: genitorem Edmundi, Rogerij & Leonoræ* ἀπαίδων; *item* ANNAE *quæ nupsit Richardo Comiti Cantabrigiæ, filio Eduardi Ducis Eboracensis natu minori: qui propter istas nuptias in omnia bona Leonelli successit: & actionem in Angliæ regno, mortuo Richardo II. Rege, allegauit.*

Duces Glocestriæ.

GVLIELMOS *duos, alterum in pueritia, alterum impuberem extinctum.*

Ioannem Gandauensem, Ducem Lancastrium. †

Edmundum Comitem Cantabrigiæ, Ducem Eboracensem. †

THOMAM *à natali solo* VVodestock *cognominatum*, Ducem Glocestriæ *& Bochyngamiæ Comitem: virum præcipitis ingenij & ferocissimum: qui graui in Gallicum nomen odio, ad Lutetiã omnẽ quaquaversum regionẽ, multa passim oppida & vicos incendit & excidit: pari locorum populatione in Britannia quoq; grassatus. Richardum Regem ignauiæ passim accusans; Caleti ab eo captus & strangulatus est, pessimo post hominum memoriam exemplo, A.C.* 1397.

MARIAM *Ioannis Britanniæ Ducis vxorem.*

ISABELLAM *Bethfordiæ*
MARGARETAM *Penbruchiæ* } *comitibus sociatas.*

LEONORAM *nuptam Reinaldo II. Duci Geldriæ.*

IOANNES *Gandauensis* à patrio solo dictus, *Dux Lancastri* ob vxorem factus: vir strenuus & rei militaris apprimè peritus: bello patris Gallico, anno 1368. Philippo Burgundo certamen detrectante, Rhotomagum vsque omnem populatus est agrũ. A Richardo II. Rege Aquitaniæ principatu donatus: verùm ab Aquitanis repulsam tulit ob Lemouicum vrbem ab ipso annis superioribus dirutam. Ioannem quoque Lusitanum iuvit aduersum Castellæ Reges, ob regnum armis dimicantes, 1386.

Duces Lancastri.

Reges Angliæ.

stantes, ab armis discedere coegit. Ad Bedfordiam construxit arcem: cuius hodie ne vestigium quidem ferè vllum extat. Vi morborum, quibus assiduè affligebatur, consumptus decessit anno 925. Vintoniæ sepultus.

parricidiali isto bello, multis vtrinque cędentibus, ipse quoque occubuit.

Sol Sarisberiensis. ETHELVITHA.

Liberi eius

ex EDGINA vxore prima.

ADELSTANVS patri in Angliæ regno successit: & ad Kyngstonū ab Athelmo Canthuariensi Archiepiscopo coronatus. Rex potens ac felix: Northumbriam recepit: & pulsis Scotis, Danis, & alijs hostibus, regnū sedecim annos obtinuit. Cœnobia duo ædificauit: leges quasdam antiquas nimium rigidas abrogauit: nouas magis salutares tulit. Obijt *ἄγαμος* A. C. 941.

ex ELFREDA vxore secunda.

ETHELVARDUS, EDVINUS } patris fata mox secuti.

EDGINA vxor Caroli Simplicis Regis Francorum.

EDITHA Sithrico Northumbriorū regulo nupsit.

ETHILDA vxor Hugonis Magni Comitis Parisiorum.

ELFREDA, EDBVRGA, ELGIDA } virgines vestales.

ex EDGINA vxore tertia.

EDMVNDVS I. secūdùm Adelstani obitum rerum Anglicarū potius: vix sexennium superfuit. Ministro namq; stricto ab hoste petito ense opē laturus, eo in tumultu periJt: vel vt alij volunt à sicarijs est confossus. Sic eum à summis laudibus vitæ breuitas abduxit. Vxor ELGIDA.

ELDREDVS post Edmundum rei summam adeptus: & ad Kyngstonum ab Othone Canthuariensi consecratus: militaris disciplinæ apud omnes peritissimus est habitus: qua de causa Scotus, priùs ab Adelstano in fidem receptus, sine armis facilè in officio continuit. Obijt A. C. 955. regni IX.

EDVINVS Rex Angliæ post Elredum, Kyngstoni maiorum more ab Othone Canthuariensi Archiepiscopo coronatus: ob libidinum impatientiam (quippe qui eodem, quo Rex erat dictus, die suam consanguineam, nobilis cuiusdam viri vxorem, inuitam stuprauit) regno pulsus: mœrore & dolore perijt A. C. 959.

EDGARVS post fratris abrogationem rerum Anglicarum potitus: & ab Othone Archiepiscopo Canthuariensi Bathoniæ consecratus: Scotos & VVallos in officio perpetuò continuit: leges salutares multas tulit: cœnobia multa extruxit. Obijt A. C. 975. ætatis suæ XXXVII. regni XVI. Princeps animi virtute & corporis robore insignis: armorum peritissimus; laborum supra fidem patiens: delictorum inquisitor acerrimus: piorum & doctorum mæcenas optimus.

EDITHA Augusta, coniux Othonis I. Imper. Roman. Magdeburgi obijt A. C. 947.

Liberi eius

ex ELFREDA vxore legitima.

EDVARDVS II. adolescens frugi & sanctus; post patris excessum Rex nominatus, inuita nouerca Alfreda: cuius fraude postmodò ad arcem Corphini est confessus A. C. 980. quum vix triennium rem Anglicam administrasset. Ad Glascouiense cœnobium sepultus.

ex ALFREDA Horgerij Cornubiæ Principis filia, fœmina, leui, & superba, quam ipse stuprauerat:

ETHELREDVS nothus, sacrum baptismi fontem stercore suo fœdauit: pèr fratris ædem ad regnum aspirauit. Homo væcors, otio atque luxu perditus, militaris disciplinæ prorsus ignarus. A Danis piratis, & posteà à Regibus illorum Suenone & Canuto oppugnatus; amisit Northumbriam & Merciam: tandem etiam ex Anglia in Normanniam ad Richardum leuirum profugiens, totum regnum Danis cessit anno 1014. Etsi autem mortuo Suenone redijt: statim tamen ipse quoque animi mœrore confectus, inter viuos esse desijt A. C. 1016. Sepultus Londini in æde D. Pauli.

EDMVNDVS paucos dies vixit.

ex VVILFREDA Moniali:

EDITHA Abbatissa VVitoniæ post mortem in diuorum album relata.

Liberi

Liberi eius

Reges Angliæ.

ex ETHELGINA, humili loco nata:

EDMVNDVS II. adolescens tum animi, tum corporis viribus ferox; vnde Ferreũ latus cognominatus: patre defuncto à Londinensibus Rex renunciatus: perpetuo bello à Canuto Danorum Rege fatigatus: eo in regni societatem recepto, anno vertente 1017. à suis est interfectus. Sepultus in Glasconiensi cœnobio.

EDVINVS.

ADELSTANVS.

EDGINA.

EDMVNDVS à Canuto proscriptus, in exilio obijt.

EDVARDVS Princeps Angliæ. Vxor AGATHA Canuti Dani F.

EDGARVS cũ matre & sororibus in Pannoniam migrauit: inde redux magnam in Anglia stragem edidit. Dacis quoque se iunxit, in Normannos arma sumentibus.

MARGARETA vxor Malcolmi III. Regis Scotorum.

CHRISTINA vitam monasticam professa.

ex EMMA F. Richardi I. Ducis Normanniæ.

EDVARDVS III. cognito suorũ desiderio, Guilh. Normãni opera atq; sumptib. è Normãnia, vbi exultabat, in Angliam reuersus: magna omnium lætitia & congratulatione Rex est consecratus A. C. 1042. Matrem quodam de crimine suspectam habens; vbi innocentiam illa suam super carbones ignitos incedendo probasset; mira deinceps pietate coluit, obseruauitque. Piratas Dacos, omnem maritimam oram deuastantes, haud multo negotio partim cæcîdit, partim fugauit. Nullum postea bellum siue domesticum siue externum per reliquos vndeviginti, quibus regnauit, annis eum molestauit: quin vel statim parua cæde confectum, vel nullo memorabili euentu sopitum sit. Bona ergo in pace defunctus, hærede & successore dicto Guilhelmo Normanno A. C. 1066. regni XXIV. Sepultus in templo VVestmonasterij Vxor EDITHA Goduini Cantiæ Comitis F. ἄπαις.

ALFREDVS diu exultauit apud Gulielmum nothum Ducẽ Normanniæ: à Godvino Cantiano Comite interfectus.

I I.

EX DACIS.

GORMO eius nominis Tertius, Regum Daniæ Frothonis F. Canuti N. Erici Pron. Abnepos Ringonis Ducis Iutiæ: postremus Christianorum persecutor: victus ab Henrico Aucupe Augusto A. C. 928. vita decessit A. C. 930. Vxor THYRA Christiana, Etelredi Angliæ Regis F. ad extremam senectam impio marito nupta, Vallum Danicum prope Slesvigam instaurauit.

HARALDVS cog. Magnus, Rex Daniæ, quinquaginta regnauit annos. Ab Othone I. Augusto vnà cum filio ad baptismum adductus circa A. C. 948. Slesvici, Ripis & Arhusiæ Episcopos constituit: prouincias singulas in parochias distinxit: iura & leges scriptas Danis primus condidit. Obijt A. C. 980. Vxor CVNILDA.

SVENO I. Rex Daniæ & Angliæ, ab Otthone Magno Cæsare ἀνάδοχον in baptismo dictus SVENOTTO: abiecta religione Christiana, patrem regno & vita priuauit. Captus postea à Iulinensibus Vandalis, anno 982. & biennio pòst ab Erico IX. Suecorum Rege pulsus: quatuordecim annos in Scotia exulauit. Ad Christum inde & saniorem mentem rediens; in regnum restitutus: Episcopos in eo constituit per Adalgagum Hamburgensem. Ethelredo quoque eiecto, Angliæ regno potitus, non diu superfuit. Vxor SYRITHA Erici Sveci vidua.

HARALDVS patris in regno Angliæ successor,

CANVTVS Magnus, omnium Daniæ Regum potẽtissimus: Ethelredo perempto, & EMMA eius vi-

ESTRITA siue MARGARETA nupsit Richardo Duci Normanniæ: & an-

Reges Angliæ.

ab Ethelredo Rege exule occisus A. C. 1016. dua, Richardi Normanniæ Ducis sorore germana, in vxorem ducta; post monomachiam cum Edmundo Rege, in regni societatem est assumptus: quod eo defuncto totum postea obtinuit. Vandalis tandem & Norvegia subiectis, Rothomagi diem obijt A. C. 1036.

te eum VLFONI Anglico Duci.

SVENO II. Rex Daniæ, Angliæ, & Noruegiæ. &c.

Liberi eius

ex EMMA Normanna:

CANVTVS cogn. Durus Rex Daniæ, Haraldi fratris in Angliæ regno successor: veneno necatus A. C. 1042. Eo extincto, Angli Dacos omnes insula eiecere: decreto edicto, Ne quis Dacus in perpetuum Angliæ Rex creetur.

CVNILDA seu Cunegunda, vxor Henrici III. Imp.

ex Aluina Concubina:

HARALDVS post patrem Angliæ regnum quadriennio fermè tenuit.

THYRA vxor Godvini Comitis Cātiæ.

HARALDVS regni Angliæ post Eduardum inuasor 1066. breui eodem anno à Gulielmo Normanno victus: vitaq; simul & regno est exutus pridie Idus Octobris.

EDITHA nupsit Eduardo III. Angliæ ex Saxonibus postremo.

SVENO Rex Noruegiæ.

III.

EX NORMANNIS.

Duces Normanniæ.

RVLLO, ROBERTVS postea, quàm salutari baptismi lauacro fuit perfusus, nominatus primus Dux Normanniæ, vir bello clarissimus; tantum sibi in hostili terra virtute sua principatum parauit, vt cæteris quibusvis maximis regnis viribus haud impar fuerit. Obijt A. C. 920. PVPA priore vxore repudiata, duxit GISELAM Caroli simplicis Franciæ Regis F.

GVLIELMVS secundus Dux Normanniæ parre vel prudentia, vel virtute bellica nequaquam inferior: cuius nomen ob virtutis suæ famam apud omnes, Gallos tamen inprimis, multo fuit celeberrimum. Quippe qui tanquam ad bonitatem natus, negotijs amicorum non vulgarem nauare operam egenos opibus iuvare, iniuria affectis opitulari præsidio deniq; cū & is absque discrimine esse, magnoperè studuit. Ad Pincinniacum ad Arnolphi Flandri satellitibus, alloquium simulantibus, perfidè trucidatus A. C. 924. Cadauer à Normannis Rhotomagum delatum, ibidemque sepultum.

RICHARDVS I. Dux Normanniæ, impubes patrem amisit. Imperio maturus, de religione Christiana itidem bene mereri omnibus modis studuit: rerumque gestarum gloria ac virtutis fama apud posteritatem præclarus audijt. Obijt A. C. 996.

RICHARDVS II. cogn. intrepidus Dux Normanniæ, disciplinæ militaris peritissimus, domi pariter ac militiæ ad honestum rectumque cuncta referens: multo senio è viuis excessit. Bellicam eius virtutē inprimis expertus est Robertus Rex Franciæ: qui à nonnullis suorum petitus insidijs, sola huius ope & consilio eas declinauit. Vxor ESTRIIHA Suenotonis Daniæ Regis F.

GVILHELMVS Normannus, à Theobaldo Blesensi Comite per proditionem interfectus.

EMMA vxor Ethelredi Angliæ, & postea Canuti Daniæ Regum.

RICHARDVS III. Dux Normanniæ, tertio post patris fatum anno mortuus, non ū no suspi-

ROBERTVS Dux Normanniæ, homo festiuus, liberalis, for-

GVLIELMVS Normannus, monachum induit.

ALOYSIA Reginaldo Britannorum Comiti nupta.

ELEONORA

cione

cione veneni.

TANCREDVS Normannus, conditor Regum Siciliæ: de quibus supra.

tis, prudens: suos ab omni hostili iniuria strenuè prohibuit: finitimis sæpius tulit suppetias: inprimis verò Henricum Franciæ Regem, aduersus matris Constantiæ conatus, fortiter defendit. Byzantij mortuus, & Niceæ sepultus A. C. 1040.

consors Balduini Comitis Flandriæ.

MECHTILDIS sociata Othoni Comiti Blosij & Campaniæ.

Reges Angliæ.

GVILHELMVS Conquæstor nothus, Dux Normanniæ; Haraldo acie victo cęsoque, Londini Rex Angliæ consecratus IIX. Kal. Ianuarij A. C. 1066. post aduentũ Saxonum in Britanniam anno 618. anno 130. post Adelstanum primum Angliæ monarcham: vir magnus, & longè felicißimus: inter cæteros consilio & opera Lanfranci Archiepiscopi Cantuariensis plurimùm vsus: primus trium leonũ insignia armis Regum Angliæ attulit: & Scotorum Regem in sua verba iurare coegit. Ruptis ex ferocientis equi saltu intestinis, decesßit IV. Id Septemb. A. C. 1087. ætatis suæ LXXIV. regiminis XXI. Cadoni in æde D. Stephani, quam ipse extruxit, sepultus. Ex vxore MATHILDE Flandriæ Comite, Balduini filia, quatuor tulit mares, & fæmellas quinque.

ROBERTVM, cui Normanniam pater administrandam concessit: iuuenem imperij percupidum: qui anno 1080. à Philippo Galliæ Rege in patrem armatus; parricidiali eum bello in Normannia oppugnauit: inq́ conflictu eum, transfosso brachio, de equo in terram deturbauit. Vbi tamen ex voce patrem esse cognouit, continuò de equo desiliens, ad pedes se ipsius abiecit, veniamq́ commißi petijt. Patre defuncto, Angliæ regnum, quod Gulielmus frater præripuerat, armis sibi irrito successu vindicare conatus: Godefridum Bilionæum ad bellum Sacrum in Palæstinam est comitatus A. C. 1096. Gulielmi quinque audita morte, spe fraterni regni, Hierosolymitano repudiato, domum regressus; Normanniam, Gulielmo oppignoratam, facilè quidem recuperauerit: Henrico autem alteri fratri, qui regium solium iam inuaserat, bellum faciens; suorum perfidia captus, honoribus fortunisq́ omnibus exutus, & in VValliæ Cardiffi, carceri est mancipatus anno 1108. vbi sexcodecimo pòst anno partim senio, partim animi mærore confectus, diem supremum clausit: ex vxore N. filia Rogerij Ducis Apuliæ, quam ex Hierosolymitano bello rediens duxerat, filio superstite vnico,

GVLIELMO Duce Normanniæ & Comite Flandriæ: viro auro colligendo per fas & nefas intento: qui ob tyrannidem vtrumque amisit principatum. Ad Alestum namque à Theodorico Alsatio sagitta traiectus: odio populari supplicium, hosti imperium dedit A. C. 1128.

RICHARDVM in ætatis flore morte absumptum.

GVLIELMVM Rufum, in regno Angliæ patri surrogatum, *auctoritate potißimum & consilio Lanfranci Archiepiscopi Cantuariensis, A. C.* 1089. *à cuius morte in teterrimum euasit tyrannum. Quamuis enim militia satis peritus esset, & laboris patiens; in obeundis autem bellis tam diligens quàm felix: nihil tamen ei potiùs fuit, quàm aliena rapere: nihil minùs cordi, quàm Regis officium facere: templa sacrilegè prouentibus omnibus spoliauit: Anshelmum Cantuariensem Archiepiscopum, quem Lanfranco substituerat, exilio mulctauit. Quæ omnia mala ex vno auaritiæ riuulo manauerūt. In venatione tandem in saltibus, quos Nouamforestam vocant, à quodam Gallico milite telo transfixus IV. Non. Sextil. A. C.* 1101: *ætatis suæ XLIII. quum annos regnasset tredecim, quadraginta demptis diebus.*

HENRICVM I. Bellum Clericum *vulgo dictum*, Ruffo fratri in Angliæ regno subrogatum, *& coronatum Nonis Sextilib.* 1101. *Anshelmum hic Cantbuariensem Archiepiscopum ab exilio reuocauit: VVallos populos ferocißimos domuit: & capto Roberto fratre, Normannicam Angliæ regno coniunxit Bello quoq́ conflixit cum Ludouico Crasso Gallorum Rege Febre absumptus in Normãnia III. Non.*

A 4 *Decemb.*

Reges Angliæ.

Decemb. A. C. 1135. ætatis suæ LXXVII. summæ administrationis XXXIV. completo, cum mensibus quatuor, & binis diebus. Corpus in Angliam deportatum, in Redyngio oppido ad Benedictinos est humatum. Tribus inprimis floruit virtutibus, prudentia, fortitudine, & gratia fandi: quæ totidem vitia sunt comitata, auaritia nimirum, crudelitas, & libido. Duas vxores habuit: MATHILDEM Scoticam: & ADELICIAM Lotharingiæ Ducissam, ἄπαιδα. Priori nati

GVILIELMVS Dux Normanniæ, iunctus filiæ Fulconis Andegauensis, in mari submersus.

MECHTILDIS vxor primum Henrici V. Imp. deinde Godefredi Andium Comitis: mater HENRICI II. Regis Angliæ.

RICHARDVS & MARIA nothi, eodem cum Guilielmo fratre naufragio in mari periêre.

ROBERTVS nothus, Comes Glocestriæ à patre creatus: Mathildæ sororis partes fouens, Stephani Regis vires & animum maximè debilitauit.

SIBYLLAM vxorem Alexandri I. Regis Scotorum.

CECILIAM Virginem Vestalem.

CONSTANTIAM Alano Britanniæ citerioris Duci nuptam.

ADELAM vxorem Stephani Comitis Blesensium: matrem STEPHANI Regis Angliæ.

Filiam ἀνώνυμον Haraldo Regi Pictonum elocatam: sed quam is fato suo malo repudiauit.

IV.

EX COMITIBVS BLOSII ET CAMPANIAE.

Comites Blosij & Campaniæ.

THEOBALDVS cogn. Senior, Gedonis F. Rollonis Normanni agnatus, Comes Blesensis: Carnutum armis acquisiuit: & Gulielmum Normanniæ Ducem proditoriè occidit. Mortuus A. C. 999. Vxor N. Heriberti Trecarum Comitis soror.

OTHO siue EVDO Comes Campaniæ, Blosij, Briæ, Turonum, & Carnutum: Conrado II. Imp. dum Burgundiam eripere tentat, vincitur: & dum Lotharingiam infestat, à Cothelone cæsus occumbit A. C. 1032. Tertio connubio MATHILDAE filiæ Richardi intrepidi Ducis Normanniæ, sterili licet, pacem à Normannis redemit.

ROGERIVS Comes Blosij, & Antistes Bellovacensis, siue Bauvvasiorum.

EVMMA vxor Gulielmi Capitonis Stuppani, Ducis Aquitaniæ.

Liberi eius

ex BERTHA F. Conradi Regis Iurensis Burgundiæ, vxore prima.

THEOBALDVS II. Blosij Carnutū, & Turonum Comes; ab Augusto Henrico III. Eques auratus creatus: in pugna contra Godefridum Martellum Andium Comitē, ad Turonum vrbem, Turonensi amisso comitatu, occubuit ἄπαις A. C. 1040.

STEPHANVS Comes Campaniæ, Blosij & Carnutum; post fratris obitum Turonensem recepit Comitatum. Godefridum Bilioneum in Palæstinam comitatus, inglorius domū rediit. Denuo Asia repetita, ad Ramulam fortiter A. C. 1101. Vxor ADELA F. Gulielmi Conquestoris Regis Angliæ

ex ALEXIA F. Conradi II. Imp. vxore altera.

HVGO Comes Trecarum vel Cāpāgæ propter sanguinis cōiunctionem diuortio facto ab vxore. CONSTANTIA, Philippi I. Francorum Regis filia, Templariorum amplexus est ordinem. Ad hunc extat S. Bernardi epistola.

PHILIPPVS Catalauniorum Episcopus.

Angliæ, fœmina Græcè docta cui Hugo à S. Maria suam historiam dicauit.

Comites Blosij & Campaniæ.

THEOBALDVS III. Magnus ob res præclarè gestas, Sanctus ob morum probitatē, & Pater pauperum ob beneficentiam cognominatus: Comes Blesensis & Campaniæ Palatinus, Briæ Dominus: effecit, vt Rudolphus Veromanduorū Comes propter vxorem desertam, & aliam super inductam, à Pontifice diris sit notatus. Naturæ fatoque cōcessit, anno a salutifero Virginis partu 1151. Vxor MATHILDIS Teutonico sanguine nata.

STEPHANVS Comes Blesensis, Angliæ regnum contra ius & fas adeptus A. C. 1135. vertente anno. IIX. Cal. Decemb. ad VVestmonasterium coronatus: dum omnes timet, in omnes pariter sæuit. Mathilde Augusta bellum ipsi ob regnum mouente; quum primo concursu vario euentu fortiter pugnasset; postea captus, ac Bristollium in carcerem est missus: Sed Roberti Cestrēsis Comitis permutatione liberatus: bellum redintegrans, Mathildem Oxij obsedit, omnia ferro & igne populatus. Vrbe capta, dum ad arcem expugnandā properat: à Roberto Glocestrio in fugam versus, ægrè euasit. Scotis quoque nouos motus in Anglia excitantibus, Belfordiam triginta dies continuos oppugnauit, pauloque post cepit. In Cantio obijt IIX. Kal. Nouemb. A. C. 1154. ætatis XLIX. postquàm rem Anglicam tenuit annis XIX. demptis XL. diebus. In cœnobio prope vicum Feuersanū, quod ipse extruxerat, sepultus cum vxore MATHILDE Eustachij Bidionei Comitis Bononiensis F. Fuere in ipso animi virtutes multæ & egregiæ: bellandi peritia summa, clementia, lenitas, & erga omnes liberalitas maxima.

HVMBERTVS Comes Vertutij.

HENRICVS *Vintoniæ Antistes, & Licastrensis Episcopus: cuius opera frater ad Angliæ regnum est euectus.*

SCHOLASTICA Viennensis Comes.

EVSTACHIVS Dux Normanniæ, iurauit Ludouico VII. Regi Galliæ; cuius sororem CONSTANTIAM vxorē habebat: verùm ante patrem obijt.

MARIA vxor Matthæi Alsatij, Flandriæ Comitis.

GVLIELMVS nothus, Comes Nortfolciæ.

THEOBALDVS IV. cogn. Bonus, Comes Blosij & Carnutum, Senescallus Franciæ electus A. C. 1183. pacis egit arbitrū inter Philippum Augustum Franciæ Regem & Comitem Flādriæ, dimicātes pro Veromanduorum Comitatu. Obijt in Asia sub obsidione Acræ A. C. 1202. Vxor ALEXIA F. Ludouici Regis Francorū.

STEPHANVS Sanserranus Comes, Carthusianū tandem egit. Vxor MARIA F. Hugonis Lusignani, Marchiæ Angolismorumque Comitis.

IOANNES Sanserranus, pater IOANNÆ Dammartinēsis Comitis nuptæ Ioā. Cortengo.

HENRICVS Largus Comes Campaniæ & Briæ, in expeditione Asiatica captus à Turcis, Manuelis Imp. Byzantini precib⁹, liberatus; obijt A. C. 1181. Vxor MARIA F. Ludouici VII. Regis Franciæ.

MARIA vxor Eudi IV. Ducis Burgundiæ.

AGNES cōsors Reinaldi II. Barri Comitis.

ALEXIA coniux Ludouici VII. Regis Franciæ.

Quarta nupsit Alano Comiti Britonum: *Quinta Gotefrido comiti Perrhean o:* Sexta Duci Apuliæ & inde Guliel-mo Connero Particensi, & Mommirallæ domino.

GVLIELMVS Archiepiscop. Remensis.

THEOBALDVS Campaniæ & Briani Comitatus inuasor, obijt A. C. 1216. progenitor Regum Nauarræorum quorundam.

HENRICVS II. Comes Campaniæ & Briæ, dynasta Tyri: obijt 1196. Vxor ISABELLA F. Amalrici Regis Solymorum.

THEODORICVS Comes Campaniæ *ānuo*. Vxor HENRICA F. Henrici Namurcensis.

MARIA vxor Balduini Imp. Byzantini.

ALEXIA Cypri Regina.

PHILIPPA vxor Eberardi Brennensis Comitis.

LVDOVICVS Comes Blesensis, ob egregia armorū facinora Constantinopolim edita, Romaniæ ducatu donatus; obijt in obsidione Adrianopolitana A. C. 1205. Vxor CATHARINA F. & hæres Comitis Claromōtani.

THEOBALDVS Blosij & Carnutum Comes, *...*

THEOBALDVS adolescens HENRICVS immatura ætate, PHILIPPVS ... mortui.

ISABELLA successit fratris filio in Comitatu Carnutensi: vxor. 1. Ambosiano D. deinde Ioanni Montemira lio Domino Oisiaci & Castellonis.

MARGARETA in Comitatu Blesensi successit fratrueli: vxor Othonis Comitatus Burgūdiæ: Friderici I. Imp. F. deinde Gualterij Aucnanatis Dn. quo nata

MARIA Auennæ Domina, Comes Carnutum & Blosij, Vxor Hugonis Castilionei Comitis fani S. Pauli.

V.
EX COMITIBVS ANDIVM.

STEMMATIS ΕΚΦΡΑΣΙΣ.

Andium Comites. FVLCO Rechinus Comes Andium, ex bino coniugio altero heredi & Sororis Godefridi Martelli, Fulconis Andium Turonumque Comitis filiæ; altero BERTHAE Simonis Montfortij filiæ genuit Godefri-

Godefridum Barbatum, Comitem Andegauensem.

SYBILLAM vxorem Godefridi Bilionai, Regis Solymitani. *Andium Comites.*

FVLCONEM Asperum cognomento, qui Godefrido quidem ætate minor, ferocia verò roboreq́; longè superior extitit. Ideoque Vastinetensium Comitatu non contentus, fratrem bello petijt, captumq́; carceri mancipauit. Sexagenarius fermè è Syria, vbi aduersus Saracenos multa præclara edidit facinora, domum regressus; à Balduino II. Rege Solymitano gener & successor designatus est: & MELISSENDA filia in spem successionis ei collocata. In venatione ab equo lapsus, decessit IV. Id. Nouemb. A. C. 1142. regni vndecimo: duobus ex superstitibus filijs:

BALDVINO III. qui tredecim annorum puer *patri in regno Solymitano surrogatus*, & in Natalitiorum festo coronatus; multis cum Saracenis conflixit prælijs variâ fortuna. Antiochiæ dysenteria & febri, quam ex potione pharmaci venenati cõtraxerat, magno omnium luctu extinctus Idib. Febru. A. C. 1163. regni vigesimo, ætatis XXXIII. *ἄπαις.*

ALMERICO Comite Ascalonis, fratris in regno Solymitano successore: itidẽ febre extincto V. Id. Iulij A. C. 1173. ętatis suę XXXIIX. summę administrationis decimo. In eius vixit connubio POLLINA Emanuelis Imp. Byzantinis F. mater ex ipso facta

BALDVINI IV. Solymorum Regis, *qui Saracenos fortiter prælijs aliquot fudit & cæcidit. Elephãtiasi laborans, vnde Leprosus fuit cognominatus, ob domesticas seditiones mœrore extinctus XVII. Kal. Martij A. C. 1185. vitæ suæ XXV. regni duodecimo.*

SIBYLLA vxore primò Gulielmi Marchionis Montisferrati (ex quo matrimonio natus BALDVINVS V. puer auunculo in regno Solymorum surrogatus, tribus vix mensibus superstes) *deinde Guidonis Lusigniani Cypri & Solymorum Regis, à Saladino capti.*

ISABELLA consorte Henrici Comitis Blosij & Campaniæ, qui dotali iure, Richardo Anglo conciliante Rex Solymorum est salutatus A. C. 1188. deinde Emerico Regi Cypri, defuncto A. C. 1205. Kal. Aprilis.

GODIFREDVS *Barbatus*, Comes Andegauensium, Turonum, & Cenomanorum, ab auunculo Godefrido Martello hæres institutus: Fulconi fratri Comitatum Vastinetensem concessit: sed à quo armis captus, inque custodiam traditus est perpetuam. Obijt A. C. 1153. Vxor MECHTILDIS Henrici I. Regis Angliæ F. relicta Henrici V. Cæs. Augusti; mulier vltra fæmineum sexum bellicis rebus & animi robore insignis: Londini obijt A. C. 1120. ad VVestmonasterium sepulta. Hac nati

Henricus II. Rex Angliæ.

GODEFRIDVS siue Ganfredus, testamẽto patris in Comitatu Andegauensi successor dictus: eo viuo tria interim oppida, Chinonem, Lundunum, & Mirabellum possedit; ne deinceps ita facile possessione eijceretur. Sed nihilominus à fratre Rege bello parricidiali victus; terrisque suis pulsus, obijt exul.

GVLIELMVS Andium Comes ἄπαις.

HENRICVS II. Comes Andegauensis, Turonum, & Cenomannorum; puer apud Dauidem Scotorum Regem auunculum magnum educatus, & ab eo baltheo militari (vti mos erat) cinctus: post varia tandem bella à Stephano Angliæ Rege, Eustachio filio eius mortuo, adoptatus; successit an. 1154. Angliæ hic Regum fuit florentissimus & potentissimus, artis militaris peritissimus, in rebus bellicis fortunatissimus, ambitiosus tamen & proferendarũ finium cupidus, qua de causa Northumbriã Milcolumbo Scoto, & Andegauensis fratri ademit: regno quoq; suo adiecit Normanniã, Hiberniã, Orcades insulas, Aquitaniã & Vasconiam: VVallos deficientes nullo negotio domuit. Omnem autem suam gloriam inprimis sanguine Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi fædauit. Calamitatum tandem concursu magis oppressus, quàm morbo confectus, Chinone obijt pridie Non. Iulias A. C. 1189. sexagenario maior biennio, quum annos regnasset XXXIV. menses octo, dies XII. Ibidem sepultus. Nupsit ipsi LEONORA, vnica filia & hæres Gulielmi Aquitaniæ & Pictonum Ducis, à Ludouico VII. Francorum Rege repudiata: quæ tertium iuncta Alphonso Castellæ Regi, filiam ipsi enixa est Blancam Ludouici IX. Galliæ Regis cõsortem. Hoc autem connubio geniti quatuor mares, tres fœmellæ:

HENRICVS à patre in regni consortium adscitus inunctusque A. C. 1172. à recta mox

mox honestaque viuendi disciplina ad luxum voluptatemque delapsus, profuseque paterna bona dilapidans: quo regnum ipsi eriperet, parricidiale ei mouit bellum soceri auxilio, haud auspicatò. Iusta Dei vindicta patrem morte præuertit ἄτεκνος. A. C. 1181. *ætatis suæ XXVI. Vxor* MARGARETA *Ludouici IIX. Galliæ Regis F. octennis ipsi desponsata, postmodò nupsit Belæ Regi Pannoniæ,*

Reges Angliæ.

RICHARDVS I. *ab animi magnitudine* Cor Leonis *cognominatus, Comes Aquitaniæ,* patris in regno Angliæ successor *anno* 1189, *cum Philippo Galliarum Rege & alijs proceribus in Palæstinam profectus; Cypri Regem, à quo inhumaniter excipiebatur, armis oppugnans, in potestatem redegit: Ioppen instaurauit: regni* Hierosolymitani *ius, permutata Cypro ad se transtulit: nuptias istic cum* BERENGARIA *Garsiæ Regis Nauarræ filia celebrauit.* ADELAM *namque, Ludouici VII. Franciæ Regis F. quod à patre compressa iactabatur, iam repudiauerat. Ob aduersum nuncium rerum suarum domi, pactis cum Saladino trienuij inducijs, domum repetens: naufragium passus. & cum paucis ægrè elapsus: mox in Austria an.* 1193. *anulo proditus, à que Leopoldo Duce (cuius populares in Asia cum Anglis simultates gesserant) captus, & demum* Henrico *VI. Imperatori traditus est: ab vtroque grandi pecunia mulctatus & redemptus. In obsidione tandem Calaci oppidi lethali vulnere accepto, breui post expirauit IIX. Kal. Aprilis A. C.* 1199. *Intestina in Pictonũ terra, cor Rhotomagi, reliquum corpus Chinone in cœnobio D. Ebrulphi iuxta patrem est tumulatum. Liberos ex se non genuit.*

GODEFRIDVS *ducta* CONSTANTIA *vnica filia & herede Conani Britanniæ Comitis, obijt ante patrem Lutetiæ A. C.* 1186. *Ibidem ad D. Virginis ædem sepultus, filio filiaq; superstitibus.*

ARTHVRO Duce Britanniæ, Comite Andegauensi & Turonensi; qui à Richardo patruo regni hæres scriptus, sed à Ioanne altero patruo prælio victus, & in eius verba iurare coactus; mox Rhothomagi, in custodiam traditus paucis diebus superfuit: gladio abs eo transfossus, & cum equo in mare præcipitatus Kal. Augusti A. C. 1202.

ELEONORA itidem à Ioanne patruo in carcere necata.

Ioannes Angliæ Rex, stemmatis propagator.

MATHILDIS *vxor Henrici Leonis, Ducis Saxoniæ potentissimi.*

LEONORA *coniux Alphonsi IX. Regis Castellæ.*

IOANNA *post Gulielmum Siciliæ Regem, nupsit Raimundo* III. *Comiti Tolosano.*

IOANNES I. Morironij Comes, contra fratrem Richardum in Syria absentem seditiones mouit: quo mortuo, Angliæ regnum, Arthuro fratruele victo, inuasit. Vir animo minimè forti, licet sæuo: quippe imminenti periculo eum deficiebat: vacuus verò à periculo, subitò suapte natura recrudescebat. Suorum ergo studijs destitutus, & peregrinis armis petitus: Normanniã amisit, à Philippo Augusto Galliæ Rege occupatã A. C. 1203. an. 316. postquã Rollo eam à Carolo Simplice obtinuerat. Mox à Pontifice quoq; Innocẽtio III. regno per sententiã priuatus: magna pecunia in præsentia & tributo perpetuo promisso; præterea iure regni in eum translato: breui ex animi ægritudine in febrem incidit: haustoq; veneni à monacho Anglo porrecti, intra biduũ decessit xiv. Kal. Nouemb. 1216. Vigorniæ inhumatus. ANISIA vxore priore, Roberti Comitis Glocestriæ filia, ob consanguinitatem, quam causabatur, repudiata: duxit ISABELLAM filiã & hæredem Aymari Angolismorum Comitis & Alexiæ Cortenceæ vnicã: quę postmodo Hugoni Comiti Marchiæ nupta, filios ipsi peperit Othomarum Episcopum Vintoniensem, & Gaufredum, Gulielmum, Guidonem, cæsos postea à principibus Angliæ rebellibus 1261. in prælio ad Lovvis. Hoc verò coniugio nati

Henricus III. Angliæ Rex. †

RICARDVS *Comes Cornubiæ & Pictouum, vir singularis & animi & prudentiæ: à fratre magna cum classe in Aquitaniam missus, primo accessu Burdegalam arcem vi expugnauit, oppidum diripuit, nonnullaque proxima oppida in potestatem redegit. Quo negotio prosperè confecto, Rupellã obsessum pergens: hostem Francum obuiũ insidijs excepit, ingentiq; strage affecit.* Ad Germanicũ *inde* imperium vocatus, *quindecim id annis, quoad vixit obtinuit. Obijt ad Berchanstedũ pagum haud procul Londino, cuius loci ipse erat dominus. A. C.* 1272. *in cœnobio Haylensi prope Glocestriam, quod ipsemet extruxit, sepultus. Heros ob insignem artis militaris, cuius longè peritissimus erat, gloriam ac animi probitatem cum quibusuis & Impp. & Anglorum Regibus conferendus.*

Ex

Ex SANCTIA vxore, Raimundi Comitis Prouinciæ filia, tulit

EDMVNDVM Comitem Cornubiæ, defunctum A. C. 1301. *Reges Angliæ.*

HENRICVM missum ad Gregorium X. PP. Romanum: eoque loci à Guidone, Simonis Montfortij filio, confossum.

IOANNA consors Alexandri Scotorum Regis in Anglia decessit A. C. 1237.

ISABELLA Friderico II. Imp. Rom. nupsa 1236. obijt 1241.

LEONORA in matrimonio habuit Gulielmum Marescallum Glocestriæ Comitē, qui Henricum III. Regem puerum aduersus Ludouicum Gallum summè est tutatus. Post hunc nupsit Simoni Comiti Montfortio, Angliæ Senescallo, 1237.

HENRICVS III. *Angliæ Rex*, nouennis auitum regnum, ciuili bello ac dissensionibus vastatum, opibus spoliatum, ac prope confectum, gubernandum suscepit A. C. 1218. Princeps ingenio miti, animo magis nobili quàm magno; in rebus tamen gerendis interdum parum consideratus. Regnum non modò non adauxit: sed Normanniā quoq; vnà cum Andegauensibus, quam pater iam antea amiserat, quum armis recuperare non posset; Franco (à quo magna suorum strage erat victus) concessit, omniq; suo iure cessit. Aragonium inde Regem cōtra Mauros Africæ populos, Hispaniam continuis populationibus vexantes, feliciter iuuit: VVallos bis rebelles, magna illorum clade dicto parere coegit: in Aquitaniā anno 1254. captis aut profligatis seditionum auctoribus, regionē pacauit. Londini defunctus XVI. Kal. Decemb. A. C. 1272 ad VVestmonasterium sepultus. Annos vixit LXV. regnauit LVI. cum duodetriginta diebus. EX LEONORA Raimunda Comitis Prouinciæ filia, ducta 1236. quinque tulit liberos. *Comites Lancastri.*

Eduardum I. Regem Angliæ, natum 1238. †

EDMVNDVM Comitem Lancastriæ, in VVallia prælio temerè cum hostibus commisso, fusum fugatumq; anno 1295. Baconæ in Aquitania mortuū A. C. 1296. tribus ex BLANCA vxore, Roberti Comitis Artesiæ nata, vidua Henrici Campani Regis Nauarræi, superstitibus filijs.

THOMA Lancastrio, qui à proceribus belli dux lectus contra Eduardum II. Regem & Spensserios; in VVallia loca quidem multa oppugnare cœpit: sed à Rege victus, captusq;, Pontifracti post paucos dies securi est percussus A. C. 1321.

HENRICO Comite Lancastri, Duce Derbiæ: qui anno 1336. factus Aquitaniæ præfectus, eò cum magna manu profectus; finitis inducijs, in Francos arma mouens: eis passim profligatis, Engolismenses, Villamfrancam, Rionis item & Faui Basilij arces, cum oppidis aliquot cepit. Post victoriam Eduardi ad Cresciacum adeo psi creuit animus: vt continuò Santones cū Pictonibus in suam potestatem redegerit, indeque omnis generis prædam Burdegalam abegerit anno 1347. Auxilio missus Ioanni Montfortio in Britanniam: Redones, qui ad Blesensem defecerant, mox ad deditionem compulit 1357. Insequenti anno peste mortuus. Vir domi clarus, foris admirandus, ac rebus omnibus laudandus. Vnicam reliquit filiam.

BLANCAM nuptam Ioanni Gaudeuensi, Duci Lancastrio.

IOANNE Lancastrio, ἄπαιδι.

MARGARETAM nuptam Alexandro Regi Scotorum 1249. defunctam in castello Cuprensi circaan: 1274

BEATRICEM vxorem Ioannis Ducis Britanniæ.

CATHARINAM puellam nondum viripotentem, mortuam.

EDVARDVS primus ex Gallica Comitum Andegauensium familia à tibiarum longitudine Langscanx *dictus, Princeps VVallie, dehinc Præfectus Aquitaniæ & Hiberniæ, tandem* parentis in regno Angliæ successor: *heros animo magno, qui in rebus aduersis nunquā eum defecit, ingenio præclaro, prudentia summa, religionis studiosissimus, insolentia sacerdotū hostis acerrimus: quam vt coerceret, legem ad Manumortuam perpetuasse fertur. Alias quoq; leges correxit, vsus per totam vitam consilio & auctoritate integerrimorum quorumcunq; & fortissimorum virorum. Cæterum VVallos, Leonello eorum principe interfecto, magna strage cæcidit & fugauit: Scotos ter subegit, & Edimburgum cepit: Aquitaniam à Philippo Pulcro Galliæ Rege recepit. In belli tandem apparatu aduersus Scotos, morbo ad Lancastriam decessit Nonis Quintilib. A. C. 1307. ætatis LXIX. regni dexterrimè administrati XXXIV. completo, cum mensibus septem, diebus XXI. Ad VVestmonasterium sepultus. Liberi eius*

ex LEONORA Castellæ Regina, filia Ferdinandi & Ioannæ Comitis Pontini, cum qua dotis nomine accepit Pontiuum:

EDVARDVM principem VVallia, & Aquitania Præfectum: summæ virtutis virum: qui Ioannem Galliæ Regem in Pictonibus cepit, captumque Burdegulam duxit: qui item Petri Aragonum Regis, patria extorris, vicem dolens; in Castella ad Nauerretem de hoste ingentem obtinuit victoriam. Ad VVestmonasterium longitudine morbi confectus, ante patrem obijt VI. Id. Iulias A. C. 1376. ætatis suæ XLVI. Ex vxore IOANNA patruele, Cantij Comite, vidua Ioannis Hollandi Equitis, gemini ipsi nati filij: Reges Angliæ.

RICHARDVS II. *auo in regno Angliæ suffectus*, & ad VVestmonasterium decennis coronatus XVII. Kal. Sextil. 1377. homo futilis, ignauus, imprudens, infelix: maximis coactis copijs in Scotos mouens, qui omni belli clade regnum eius infestarant, eo potissimùm tempore, quo Gallus quoque in Angliam cum infinita hominum multitudine transmittere parabat: nulli loco, neque sacro neque profano; nulli homini, qui modò militari esset ætate, parcebat. Ob tyrannidem ergo ab omnibus desertus: & à patruele Henrico Lancastrio, quem in exilium relegauerat, captus: Londinique se imperio abdicare coactus: hinc non multo pòst in Cantium ad Ledesam arcem transmissus, magnas ibi nebulonum quorundam pertulit iniurias. Inde rursus veluti à boue ad asinum ductus, Pontifracti in peiorem detrusus est carcerem: vbi vel occisus, vel fame enectus dicitur IV. Id. Octobris 1399. ætatis suæ XXXIII. regni XXII. *Sabbatum*. Corpus ad Langleium cœnobium Prædicatorum tumulatum: inde aliquantò post Henrici V. Regis iussu, ad VVestmonasterium maiorum monumentis est illatum. In eius vixit connubio ANNA F. VVenceslai Imp. 1384. mortua 1394. deinde ISABELLA Caroli VI. Regis Galliæ F. Octennis ipsi est desponsata A. C. 1396.

EDVARDVS impubes obijt.

LEONELLVM *Ducem Clarentia, maritum ELISABETHAE filiæ Ioannis Borgthij & Elisabethæ postremæ heredis Clarentiæ. Est autem Clarentia pagus nobilis comitatus Sathfolcij, ad fines Essexiæ comitatus: vbi fluuius Clarentius alterum ab altero disterminat. Hac defuncta, celebrauit sponsalia cum IOLE, Ioannis Galeatij primi Ducis Mediolanensis, sorore germana: sed in reditu ante confectas nuptias diem clausit supremum A. C. 1368. filia vnica superstite* Duces Clarentiæ.

PHILIPPA *vxore Edmundi Mortimerij Comitis Merciæ: cui peperit*

ELISABETHAM *nuptam Henrico Perchio Comiti Northumbriæ.*

ROGERIVM *Comitem Merciæ, in Hibernia extinctum: genitorem Edmundi, Rogerij & Leonoræ a waidur; item ANNAE quæ nupsit Richardo Comiti Cantabrigæ, filio Eduardi Ducis Eboracensis natu minori: qui propter istas nuptias in omnia bona Leonelli successit: & actionem in Angliæ regno, mortuo Richardo II. Rege, allegauit.* Duces Glocestriæ.

GVLIELMOS *duos, alterum in pueritia, alterum impuberem extinctum.*

Ioannem Gandauensem, Ducem Lancastrium, †

Edmundum Comitem Cantabtigiæ, Ducem Eboracensem. †

THOMAM *à natali solo* VVodestock *cognominatum*, Ducem Glocestriæ *& Bochyngamiæ Comitem: virum præcipitis ingenij & ferocissimum: qui graui in Gallicum nomen odio, ad Lutetiã omnẽ quaquaversum regionẽ, multa passim oppida & vicos incendit & excidit: pari locorum populatione in Britannia quoq; grassatus. Richardũ Regem ignauiæ passim acccusans; Caleti ab eo captus & strangulatus est, pessimo post hominum memoriam exemplo, A. C. 1397.*

MARIAM *Ioannis Britanniæ Ducis vxorem.*

ISABELLAM *Bethfordiæ* }
MARGARETAM *Penbruchiæ* } *comitibus sociatas.*

LEONORAM *nuptam Reinaldo II. Duci Geldriæ.*

IOANNES *Gandauensis* à patrio solo dictus, *Dux Lancastri* ob vxorem factus: vir strenuus & tei militaris apprimè peritus: bello patris Gallico, anno 1368. Philippo Burgundo certamen detrectante, Rhotomagum vsque omnem populatus est agrũ. A Richardo II. Rege Aquitaniæ principatu donatus: verùm ab Aquitanis repulsam tulit ob Lemouicum vrbem ab ipso annis supetiotibus dirutam. Ioannem quoque Lusitanum iuvit aduersum Castellæ Reges, ob regnum armis dimicantes, 1386. Duces Lancastri.

Obijt A.C.1398. ætatis suæ LIIX. Londini in æde B. Pauli tumulatus. Liberi eius.

Duces Lancastri. ♁ ex BLANCA Henrici Lancastriæ Comitis filia & hærede vnica, vxore prima:

HENRICVS IV. Rex Angliæ. †

PHILIPPA nupta Ioanni Regi Lusitaniæ.

♁ ex CONSTANTIA, Petri tyranni Regis Castellæ filia, vxore altera:

CATHARINA matrimonio sociata Henrico III. Castellæ Regi, anno 1388.

♁ ex CATHARINA concubina nobili:

HENRICVS Vintoniensis Episcopus ac D. Eusebij Cardinalis, à loco natali vocitatus Bredfordius, vir multò frugalissimus: res Anglicas afflictas consilio & opibus maximè omnium iuuit.

Duces Somersetti. *HENRICVS* Bolingbrochus, *paterna hæreditate fraudatus à Richardo Rege; ab eodem tamen postea Comes Derbij creatus, 1386.*

IOANNES Somersetti Comes, à Richardo II. Rege Angliæ, Marchio Dorcestriæ creatus: genuit

IOANNEM primum Ducem Somersetti, genitorem

MARGARETAE Edmundo Comiti Richemondiæ elocatæ: matris Henrici VII. Regis Angliæ.

EDMVNDVM Ducem Somersettēsem alterū: magni vsus & nobilitatis virum: qui ab Henrico Rege anno 1421. Normanniæ præfectus, Fanum Lamæ dirutum, aliaque oppida reparauit, validoque præsidio firmauit. Post mortem Ioannis Bedfordiæ Ducis anno 1435. Galliæ Regens constitutus: Richardi Eboracensis conatibus vehementer restitit anno 1353. quo pulso, cum Margareta Regina rerum potitus; tandem strenuè aduersus Francos pugnans oppetijt A. C. 1456. In D. Albani cœnobio sepultus: superstitibus tribus filijs.

HENRICO Duce Somersetensi, ab Henrico Rege anno 1459. Caleto præfecto: sed quia Varvici Comite, clausis portis, reiectus; quædam cum ipso tumultuaria fecit prælia. Videns autem Eduardo prosper e omnia cadere, ad eum ab Henrico defecit: cuius facti sui mox eum pœnituit; & Eduardo deserto, clam ad Henricum denno se contulit. Henrico autem ab Eduardo ad pagum Exhamum magna suorum clade profligato; ipse captus, consilij mutati pœnas capite luit A. C. 1461.

EDMVNDO II. Duce Somersetti, qui Henrici Regis partes fouens contra Eduardum, magna strage fugatus, Scotiam petijt: sed mutato illico consilio propter itineris longitudinem, in VValliam ad Comitem Penbruchi se recepit. Bello exinde redintegrato captus 1471. obijt ἄπαις.

IOANNE Duce Somersetti, qui & ipse Henrici Regis partes secutus contra Eduardum: fortiter pugnans occubuit A. C. 1471.

Duces Lancastri, Reges Angliæ. HENRICVS IV. primum *Dux* Herefordiæ & *Lancastri*, Comes Derbij, omni hæreditate paterna à patruele suo Richardo II. Angliæ Rege spoliatus, inque exilium pulsus: sed à procetibus reuocatus, Richardo capto, omnium consensu *rerum Anglicarum est potitus*: quibus annis præfuit ferme sesquiquatuordecim Princeps animo quidem magno, sed perpetuis suorum seditionibus exagitatus. In Comites Vigorniæ, Perciæ, & Staffordiæ, nouarum rerum cupidos, anno 1401. profectus; VVallico licet bello implicitus: non minùs boni militis, quàm boni imperatoris officium fecit: fertur namque eo die XXXVI. pugnando confodisse ferro. Post victoriam adeptam Londinum more triumphantis rediens: mox VVallum rebellem, fortuna belli secunda perterritum, nullo ferè negotio domuit. Burgundionem quoque contra Aurelianum iuuit: mox hunc contra illum vicissim. Obijt ad VVestmonasterium XIII. Kal. Aprilis A. C. 1413. ætatis suæ XLVI. Cantuariæ in æde D. Saluatoris sepultus. In eius vixere coniugio, primò MARIA Comes Essexij & Herfordij: deinde IOANNA F. Philippi Regis Nauarreni, sterilis. Illa genuit

HENRICVS V. *Princeps VValliæ*, & secundum patrem *Rex Angliæ*, patris bello cum Comitibus, ardenti animo per confertissimam hostium turbam impetum passim faciebat: & quamuis in facie ex ictu sagittæ vulnus accepisset haud tamen prælio excidebat. Post hanc victoriam in VVallum rebellē ducens, cum nullo fermè negotio

negotio domuit. Regno suscepto, monasteria Bethlem & Sion (1413.) prope Londinum ædificauit: Gallos ad Dagincortum (1415.) ingenti prælio vicit: Carolum Aureliæ, & Ludouicum Burboniæ Duces cepit: Carolo VI. Francorum Regi, Burgundionum bello graui implicito, Normanniam, expugnata (1419) Rhotomago, eripuit: magna insuper Franciæ parte subacta, Reginam ipsam cum CATHARINA filia, ipsaq́; vrbe Parisiensi, Briæ & Campania, Philippi Burgundi auxilio cepit. Hinc ab armis ad amores animum conuertens, captus captiuæ forma, pace cum Carolo facta, filiam CATHARINAM vxorem duxit, his legibus: vt socero defuncto ipsemet in regnum Franciæ succederet. Trecis itaque in Campania Galliæ Rex (1420:) coronatus, excluso Carolo Delphino, arma resumpsit: sed in medio conatu Delphinum opprimendi, & regnum Franciæ Anglis in perpetuum subijciendi, Syluanectæ ad nemus Vincentianum perijt, non sine veneni suspicione, IV. Calen. Septemb. A. C. 1423, ætatis suæ XL. Ad VVestmonasterium maiorum sepulcro illatus. Vir artis militaris peritissimus: vnicum eius temporis decus & lumen patriæ: quo nemo animi magnitudine ac virtute clarior natus. Vxor CATHARINA quæ postmodò Ouino cuidam VVallo, nobili obscuro, clam nupsit, vnicum ipsi enixa est filium.

Reges Angliæ.

HENRICVM VI. Regem Angliæ ex Lancastria stirpe vltimum, primis infantiæ annis Gubernatore vsum Humfredo Duce Glocestriæ, patruo: decennem Lutetiæ, opera Cardinalis Vicestriensis, Galliæ quoque Regem coronatum: principem quidem optimum, sed miro fortunæ ludibrio expositum. Nam qui modò duorum populorum florentissimorum Rex erat: extremis annis vtrumque amittit regnum, vnà cum Normannia & Aquitania: à principibusque suis, duce Richardo Eboracensi, bis captus; tandem ab Eduardo IV. profligatus; profugus ad Iacobum III. Scotorum Regem, aliena misericordia vitam sustentare miseram cogitur. Decimo fugæ anno Comitis Varuicensis opera, nec non Galliæ Regis auxilijs, restitutus: sed paucis mensibus pòst ab Eduardo denuo captus, & in carcere crudeliter interemptus est A. C. 1471. ætatis LIII. Vxor eius MARGARETA Renati Siciliæ Regis F. virilis planè animi fœmina, ac fortius inimicis, quàm maritus, resistens; imperiosa præterea & inquieta; Humfredum Gubernatorem, mariti patronum, sustulit. Horum vnicus F.

EDVARDVS VValliæ Princeps, optimæ spei adolescens, vna cum patre captus & crudeliter est interfectus.

THOMAS Dux Clarentiæ *Præses Normanniæ ab Henrico V. receptæ 1419. in Vasconia, multa cæde facta. magna præda onustus domum redijt: & Baiocensium vrbem à Franco recepit. In Andeganenses tandem profectus, apud Belliforte oppidum cum hoste Gallo manus conserens, inter primos fortiter prælians occubuit A. C. 1421.*

IOANNES Dux Bethfordiæ, *à patre Rege contra Armenos missus naualē de eis reportauit victoriam A. C. 1416. Henrico V. Rege bello Gallico occupato, in eius interim absentia ex Senatusconsulto regni Anglici Administrator siue Præfectus, & caput regij Senatus est denunciatus. In Normannos quoque expeditionem suscepit: & contra Alenconium ac Francos feliciter dimicauit. Lutetiæ mortuus anno A. C. 1435. Rhotomagi sepultus. Vir tam pace optimus, quam bello fortissimus. Vxor ANNA Ioannis Ducis Burgundiæ F. ei nupta 1423.*

HVMFREDVS Glocestriæ Dux, *cum Philippo Burgundo Regens Galliæ, & postea sub Henrico VI. puero Angliæ Gubernator: postquam munere isto strenuè erat functus annis XXV. mercedem tandem recepit laqueum A. C. 1446. In cænobio D. Albani sepultus. Maritus ad tempus fuit IACOBAE Bauariæ & Hollandiæ Principis.*

MECHTILDIS elocata Gulielmo Duci Bauariæ & Hollandiæ, Ludouici Cæsaris F.

BLANCA vxor Ioannis Bauari.

PHILIPPA Regi Daciæ nupsit.

EDMVNDVS Eduardi III. Regis Angliæ F. natu maximus, Comes Cantabrigiæ, Dux Eboracensium primus: propter corporis deformitatem in regni successione repulsam passus: ægtè ferens, fratrem natu minorem Eduardum Regem coronatum, factioni originem dedit: cæteroquin vir temperatus, modestus,

prudens. Opem tulit Ioanni Lusitaniæ Regi contra Castellanum: à quo magnis donatus muneribus, cum victore exercitu domum rediit. Obiit A.C. 1400. Desponderat ipsi Ludouicus Flandriæ Comes MARGARETAM vnicam filiam: quam paulo pòst Caroli Franciæ Regis instinctu, Philippo Burgundo elocauit. Vxor ISABELLA Petri Castellæ Regis F.

Duces Eboracenses, Reges Angliæ.

EDVARDVS Dux Abermaliæ, Comes Ruthlandiæ, occidit in nobilissima illa Anglorum victoria de Francis ad Dagincurtum A. C. 1416. ἄπαις.

RICHARDVS Dux Eboracensis (Hertzog zu Yorck) Comes Cantabrigæ, ob conspirationem in Henricum V. Angliæ Regem securi percussus A.C. 1415. Vxor ANNA Rogerij Merciæ Comitis F.

RICHARDVS *Plantageneta*, Dux Eboracensis, albam in scuto ferens factionis Rosam, quum Lancastrij rubram præferent, dissidio iamdudum sopito denuò occasionem dedit. Etenim mortuo Rege Richardo II. regnum Angliæ ad Leonellum Richardi patruum natu maximum pertinere iudicans eiusque stirpem; non ad Ioannem Lancastrium: seque matris causa proximum Leonelli hæredem conspiciens: Regem item Henricum VI. Lancastriæ familiæ principem esse mitem, pusillanimem, belli ignarum, ac Sancti nomen affectantem: collecto clam milite, prima secundaque pugna victor, viuum Regem bis cepit: sed tertiò cum Regina Margareta, virilis animi muliere, quæ capto marito exercitum reparauerat congressus, victusque, cum filio Edmundo pugnans occubuit A. C. 1460. Vxor CAECILIA Clarentiæ domina, duodecim ipsi peperit liberos: quorum

ELISABETH vxor Henrici Buscherij, viri nobilissimi, & rerum gestarum monumentis clarissimi, ab Eduardo IV. Rege Essexiæ Comitis creati: *mater ex ipso facta GVLIELMI, THOMAE, IOANNIS, HENRICI Essexiæ Comitum: in quibus in agendo industria, in negotijs labor, in periculis fortitudo, & in prouidendo summum consilium prædicatur.*

EDVARDVS IV. *Dux Eboracensis & Comes Merciæ, magno animo patris causam suscipiens; & ad inuadendum regnum, ac patris mortem vindicandam insurgens: post varios belli euentus; deuicto occisoque cum filio Henrico VI. & Margareta Regina in Franciam remissa; ab omnibus* Anglorum *ordinibus* Rex *est salutatus* & coronatus *IV. Kal. Quintiles* 1461. *Sed paulo pòst regno iterum pulsus à germano fratre Georgio Duce Clarentiæ, & Richardo Comite VVaruuicano; ad Belgas profugit: vbi nauibus, milite, pecunia, ac commeatu à Carolo Pugnace instructus; & fratre Georgio in suas partes traductus in Angliam traijciens: veteribus ad ipsum amicis confluentibus manus cum hoste feliciter conseruit: victorque VVaruuicensi cum maxima Nobilitatis parte aduersæ factionis interempto, nemine postea negotium facessente, tranquillè, quoad vixit, regnauit. In regno confirmatus, fratrem Georgium insidiarum metu, in dolio vini Cretici suffocauit: cuius tamen crudelitatis paulo pòst adeo eum pœnituit; vt quum à se quis postularet quippiam, semper in hæc verba erumperet: Me miserum, quòd nullus nunquam pro fratre Georgio interpellare sit ausus. Ad VVestmonasterium, filijs relicto tutore Richardo fratre, naturæ debitum persoluens V. Id April. 1483. regnum, quod propter bella ciuilia populatum, ac tam viris militaribus, quàm opibus exinanitum acceperat, post ciuiles discordias sedatas, opulentissimum reliquit. Vir magnanimus, in rebus gerendis solers, in periculis promptus, in bellis felicissimus. Ex ELISABETHA vxore, Richardi Riuerij Comitis F. vidua Ioannis Graij Equitis, genuit*

EDVARDVM VValliæ principem patris in regno successorem, in arce Londinensi à Richardo patruo & tutore necatum IX. Kal. Iunij A. C. 1483.

RICHARDVM Ducem Eboracensem, ab eodem Richardo peremptum A. C. 1483. vigesimoquinto post parentis fatum die.

ELISABETHAM Carolo Delphino, Ludouici XI. Regis filio, desponsatam, non traditam: vxorem postea HENRICI VII. Angliæ Regis.

CAECILIAM Iacobo Scotorum Regi desponsatam, itidem non traditam.

ANNAM.

CATHARINAM:

BRIGIT-

BRIGITTAM Virginem Vestalem.

GVLIELMVS } *in puerili ætate diem obiere.* *Reges Angliæ.*
HENRICVS }

EDMVNDVS Comes Rutlandiæ, bello patris ciuili perijt.

RICHARDVS III. Dux Glocestriæ, fratris Regis testamento filiorum ipsius tutor atque educator datus: sed è tutore latro, ex educatore parricida factus: duobus fratris filijs iugulatis, & Regina matre cum totidem filiabus tetrum in carcerem conclusa, mense Iunio proximo regium nomen & insignia vsurpauit. Verùm ob tyrannidem ac crudelitatem omnibus exosus: & ab Henrico Richemundiæ Comite in bello cæsus occubuit A. C. 1485. XI. Kal. Septembris: quum annos regnasset duos, menses totidem, dies duo viginti. Vir facie truculenta, malitiamq; olente; ingenio versuto, & ad simulandum ac dissimulandum apto: animo elato ac feroci, qui etiam in morte eum non defecit. Corpus eius exanime omni nudatum vestitu, dorso equi impositum, artubus vtrinque dependentibus. Locestriam delatum, & in cœnobio Franciscanorum absque vllo honore est funeratum. Vxor eius ANNA Richardi VVarvvici Comitis F. olim Eduardo VValliæ Principi Henrici VI. filio pacta, seu veneno seu dolore confecta perijt A. C. 1484. Sepulta ad VVestmonasterium.

GEORGIVS Clarentiæ ducatu ab Eduardo IV. Rege, suo germano, donatus: paulò pòst eius iussu in vase pleno vino Melitensi, parua de causa suffocatus A. C. 1450. duos ex se reliquit liberos:

EDVARDVM VVarvvici Comitem, iussu Henrici VII post diuturni XV. annorum carceris squalorem interfectum: ne mascula proles è familia Eboracensi ad perturbandum Angliæ statum, in viuis relinqueretur A. C. 1499.

MARGARETAM nuptam Richardo Polo; matrem Godefridi, & Reginaldi Poli Cardinalis.

IOANNES } *in flore ætatis mortem obiere.*
THOMAS }

ANNA } *puellæ mortuæ.*
VRSVLA }

MARGARETA vxor Caroli Pugnacis Ducis Burgundiæ, tertia sterilis.

ELISABETH consors Ioannis Ducis Surfolciæ: *mater*
EDMVNDI Ducis Surfolciæ, Initio amici, postea rebellis.
Henricus VII. Regis.
IOANNIS Comitis Lincolniensis.

VI.

EX VVALLIS.

OVINVS *Tuderus siue Teuderus,* è VVallia oriundus; nobilis genere. (quem tamen quidam sutoris, alij cereuisiarij filium adstruunt) multisque virtutibus ornatissimus: genus suum ad Cadovalladrum vltimum Britannorum Regem (qui fame, peste, & principum seditione exagitatus, Romæ decesserat exul) referens: occulto sibi matrimonio, inscijs Anglorum ordinibus, iunxit CATHARINAM Caroli VI. Regis Galliæ F. ab Henrico V. Angliæ Rege viduatam: pòst cuius fata bis ipse in carcerem coniectus, extremè etiam securi est percussus. *Comites Richemōtij.*

EDMVNDVS ab Henrico VI. Angliæ Rege, fratre vterino, Richemontis Comes creatus. Vxor MARGARETA filia ac hæres vnica, Ioannis primi Ducis Sombersetti & Marchionis Dorcestriæ; heroina prudens, alijsque virtutibus conspicua: inter cætera pietatis ac beneficentiæ erga pauperes testimonia, suasu Ioannis Fischeri Roffensis Episcopi, qui postea multis libris editis Lutherum impugnauit. Cantabrigiæ duo erexit collegia pro pauperibus studiosis: quæ annuis reditibus magnificè ac liberaliter dotauit. Obijt A. C. 1501.

CASPAR ab Henrico VI. Rege, fratre vterino, Penbruchi designatus Comes: Eduardo IV. Eboracensi in Lancastriam familiam horribiliter sæuiente; Henricū fratruelem in Galliam secum abducens, melioribus fatis conseruauit.

Reges Angliæ.

HENRICVS VII. *Richemontanus Comes*, à Gallico exilio, procerum Lancaſtriæ factionis ſtudio, reuocatus: Richardo tyranno ad Lyceſtriam cæſo, *Rex Angliæ & Franciæ* præter omnem expectationem eſt ſaluratus, regioque diademate cinctus A. C. 1485. pridie Kal. Septembris. In vxorem ducta ELISABETHA, Eduardi IV. Eboracenſis, ſui in regno deceſſoris filia; factionum capita matrimonij nodo colligauit: & domeſticis ſeditionibus, quibus toto regni tempore agitabatur, ſingulari vigilantia oppreſſis; tranquillitatem ac quietem, cruentis ſuperiorum aliquot Regum lanienis ac parricidijs mutuis turbatam, regno mediocrem reſtituit. Richemondiæ fatali morte abſumptus IX. Kal. Maij A. C. 1509. poſt rei ſummam annis ſeſqui viginti quatuor, cum LIII. diebus dexterrimè adminiſtratam. Heros magnanimus frugi, comis, à faſtu & arrogantia ſummè abhorrens, iuſtitiæ cuſtos ſeueriſſimus. Corporis exuuiæ ad VVeſtmonaſterium delatæ, & in ſacello ab ipſomet extructo repoſitæ. Vxor ELISABETH Pondini deceſsit in puerperio A. C. 1503. III. Id. Februarij. Hoc coniugio nati

EDMVNDVS. IOANNES. Comites Richemontis, Henrici VI. Angliæ Regis partes contra Eduardum IV. ſtrenuè tutati ἀναιδε.

ARTHVRVS primogenitus, Princeps VVallia, conſiliorum & morum moderatore vſus Richardo Polo, vix Adoleſcentiæ annos ingreſſus, CATHARINAM Ferdinandi Catholici Hiſpani Regis F. duxit: quarto poſt nuptias celebratas menſe, leura ſebre ante patrem extinctus A. C. 1500.

HENRICVS IIX. Rex Angliæ natus A. C. 1491. IV. Kal. Quintiles hora ſeſquivndecima ante meridiem: Pontificiæ primùm religionis fautor ac propugnator acerrimus: non ſolùm aduerſus Lutherum calamum ipſemet ſtrinxit: quo nomine à Pontifice & ampliſſimo Cardinalium Senatu Catholica fidei defenſor audijt: ſed & Lutheranorum ſcripta cremauit: Robertum Barnum, eiuſdem Religionis aſſertorem, Londini combuſſit: ipſas quin etiam Thomæ Cantuarienſis martyris reliquias incendit. Ob diuortium factum poſtquam Clemens Papa ſententiam contra ipſum tuliſſet: Rex Henricus multa in religione immutauit: ſupremam Romano Pontifici dignitatē abrogauit: tributum etiam annuum (Petri nūmum vocitarunt) eiuſdem quæſtori dari ſolitum denegauit: ſe verò in Angliam Eccleſiæ caput, à Chriſto proximam, pronunciauit. Atroci tandem febre laceſſente, propter ſæuam inflammationem in crure virulenti herpetis, vitam cum morte commutauit VII. Kal. Februarij A. C. 1547. ætatis ſuæ LV. quem exceſſit menſibus ferè ſeptem. Rem Anglicam tennit annis XXXVII. menſibus nouem, cum triduo. Hic vt in religione, ita & in coniugio fuit varius: vnde & Polygami cognomentum traxit. Sex autem eius numerantur vxores: Primam, CATHARINAM Hiſpanam, Arturi fratris relictam, Thomæ Volſai Epiſcopi Vintonienſis inſtinctu repudiauit anno 1534. quod eius repudium quum Ioannes Fiſcherus Roffenſis Epiſcopus, & Thomas Morus Regni Cancellarius improbarent: iuſſu eius, anno vertente, ſecuri ſunt percuſſi. CATHARINA autem animi mœrore deceſſit IIX. Id. Ianuarij 1536. Alteram ANNAM Bolæniam, Thomæ Bullemij Burggrauij Rochefordiæ natu maximam, Reginæ famulantem adeò deperierat, vt priori eam ſuperduceret: ſed quam triennio pòſt, anno nempe 1536. adulterij prætextu, in turre Londinenſi capite plexit: & cum ea Georgium Bolænium ipſius fratrem, aliosq; viros nobiles. Tertia IOANNA Seymera ſiue Semeria, Ioannis Seymeri Equitis filia, forma æquè vt moribus ornatiſſima fœmina, ex grauiſſima δυσωδίας deceſſit A. C. 1538. Quartam ANNAM Gucem Iuliacenſem, Gulielmi ſororem, poſt ſextum menſem faſtidiens, itidem repudiauit A. C. 1540. Quintam, CATHARINAM Hauardam, Edmundi Hauardi filiam, Nortfolciæ Ducis fratruelem, altero coniugij anno ſimiliter ſecuri percuſſit: quòd, quia eam pro virgine duxerat, priùs vitiatam comperiſſet. Sexta CATHARINA Parca, vidua Ioannis Nebel, ſoror Gulielmi Marchionis Northamptonij, ducta A. C. 1543. ſterili ipſi matrimonio ſuper vixit. Liberi eius ex diuerſis vxoribus tres

[illegible] abethæ Hauuardæ, filiæ Thomæ Ducis Norfolkij.

EDVARDVS VI. matre Iana Seymeria natus A. C. 1538. IV. Id Octobris, non γαστρότμητος, ſed matre duodecimo demum puerperij die extincta: patris *in regno Angliæ ſucceſſit*: adoleſcens maximæ expectationis, propter raram ad omne genus virtu-

virtutis indolem & natura inditam, & doctrina excultam antiquam religionem profligauit: missam abrogauit: Ecclesias peregrinorum instituit: doctis omnibus hospitium & patrocinium dedit. Ætatis anno quintodecimo nondum superato mensibus nouem: ecce febre rabifica cum æstu, fluente per os sanguine, correptus; non absque graui veneni porrectæ suspicione, omnium bonorum luctu decessit pridie Non. Quintil. A.C. 1352. Postquam rem Anglicam tenuit sesquiseptennium. Eius interitum maximi motus, maximaque rerum Angliæ secuta est commutatio. *Reges Angliæ.*

MARIA *Angliæ Regina*, matre Catharina Aragonia genita VI. Id. Septemb. A. C. 1515. multas in regno excitauit turbas. Ianam Graiam, Northumbriæ principem, ab Eduardo regni hæredem scriptam, capite mulctauit: Pontificiam religionem reduxit: in Euangelicos atrocem persecutionē mouens, innumera crudelitatis exempla edidit. Ad rerum autem humanarum conditionem spectantia, multa in hac muliere reperies admiranda. Regis namque ipsa filia, sed reiecta; Regis soror, sed fastidita; à patre in testamento substituta, sed à fratre exhæreditata; summo loco nata, sed velut priuata; multis si fortè petita procis, recusata pluribus; reiecta à suis, contempta ab inimicis: præter omnem spem, superata fortunæ inuidia regni sceptra successione hæreditaria cōsecuta est: & Philippo Hispaniarum Monarchæ potentissimo, felicissimo coniugio iuncta. Sed paucis tantùm annis huius vitæ solatio freta, sine liberis decessit A.C. 1558. Kal. Nouemb potestatis suæ quinto anno, mense quarto. *# Austriaca.*

ELISABETH virgo, *Angliæ Regina*, nata ANNA Bolonia VII. Id. Septemb. 1533. in arce Gronevicia: à Maria sorore carceri mancipata: eidem postea in regno surrogata VI. Kal. Decemb. 1558. religionis statum denuo mutauit: Buceri & Fagij cineres honori suo restituit: de Hispanis insignes aliquot victorias tulit: de Maria Scotorum Regina, quod insidias vitæ ipsius struxerat, meritum supplicium sumpsit: & in tertium supra trigesimum annum, Dei benignitate, rei summæ adhuc præest, sapientissimè, felicissimè, & securissimè. Heroina prudens, & Latinæ, nec non exoticarum aliquot linguarum apprimè docta; & Christianæ Religionis invicta propugnatrix.

EDMVNDVS auo paterno ὁμώνυμος, præmatura morte ante patrem sublatus.

MARGARETA elocata Iacobo IV. Scotorum Regi, postea Archibaldo Duglassio Scoto, auo materno Iacobi VI. Regis moderni.

CATHARINA innupta obijt.

MARIA post fata Ludouici XII. Celtarum Regis, mariti prioris, nupsit CAROLO Brandisio, nouo Duci Suffolcio: cui peperit

HENRICVM Comitem Lincolniæ, puerum extinctum.

FRANCISCAM consortem HENRICI Graij, *Ducis Suffolciæ, capite plexi A.C. 1553.*

LEONORAM vxorem CAROLI Cliffortij, Comitis Comberlantij.

IOANNA Graia, ab Eduardo VI. Rege testamento hæres & successor in regno scripta: vnà cum marito GVILFORTIO: Dudlæo, filio postremi Ducis Northumbriæ, à Maria Regina capitis damnata A. C. 1554. pridie Idus Februarias.

CATHARINA vxor HENRICI Seymeri, Comitis Herefordiæ, filij natu maximi postremi Ducis Somersetensis.

EDVARDVS Seymerus Comes Herefordiæ.

MARIA.

MARGARETA sociata Henrico Stanlao, Baroni in Brancke & Knokyng, filio natu maximo Comitis Derbij.

FERDINANDVS. EDVARDVS. Barones in Brancke & Knokyng.

ELIAE REVSNERI LEORINI

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI

De Familijs Regum & Principum aliorumq; Procerum orbis Christiani

STIRPS STVARTINA:

Quæ

Stemma produxit illuſtre

REGVM SCOTIAE ET HIBERNIAE MODERNORVM.

Cui præmiſſa eſt

Continua vetuſtiſsimorum Scotiæ & Hiberniæ Regum ſeries & genealogia: à quibus STVARDI Reges moderni genus ſuum maternum deriuant.

SERENISSIMO CELSISSIMOQVE.
Principi ac Domino

D. IACOBO VI.

REGI SCOTIAE ET HIBERNIAE.

DOMINO CLEMENTISS.
D. D. D.

VETERVM REGVM SCOTIAE ET HIBERNIAE GENEALOGIA.

ERTHVS, Fincormachi Scotorum Regis nepos, cæso à Romanis Eugenio Rege, patruo suo; ac gente vniuersa patria pulsa: metu insidiarum à Pictis, conducto nauigio non magis ventis, quàm fortunæ, vela committens, in Scandiam appulit vna cum patre Ethodio, & filio Fergusio. Vxor ROCHA F. Rorichi secundi à Rege inter Danos principis. *Reges Scotiæ.*

FERGVSIVS II. alter regni Scotorum conditor, stemma deducens à Fergusio I. primo illo Scotorum Rege; quum vndique per Scythiam, Sarmatiam, & Germaniam magnus conscriberetur exercitus: Danorum Regis monitu, prima sua pubertate Alaricum Gothum, Romæ expugnatorem, secutus: præda onustus in Daniam rediit. Qua viri fama ad Scotos & Pictos perlata: inita inter eos concordia, per vtriusque gentis legatos ad regnum auitum suscipiendum inuitatus; patrioquè more Rex creatus: extorres, & in longinquas nationes dispersos, & inimicorum opinione penitus extinctos, velut in vitam reuocauit; & intra paucos annos in pristinum splendorem restituit. Cum Romanis varia fortuna manus conseruit: ad extremum tamen in acie cæsus oppetiit A. C. 430. postquam sedecim annos rei Scoticæ præfuisset. Vxor N. Græmi, Algonæ generis, celebri ex familia oriundi filia.

EVGENIVS siue Euenus, celebri comitatu in Argadiam ductus, & ad fatalem lapidem Rex Scotorũ XLI. inauguratus A. C. 430. regnum pristinæ incolumitati restituit: Britannos à Romanis destitutos, Pictorum auxilio vicit, sibique vectigales fecit. In pace tandem laudatam obiit mortem A. C. 460.

DONGARDVS Rex Scotorum XLII. fraterno exemplo ab æqui iustiquè cura regnum auspicatus: pacis summè studiosus extitit: si qua tamen necessitas vrgeret, bellum non reformidauit: veteribus arcibus reparandis, nouis extruendis, operam impendit diligentem: Palladium, aliosque Dei ministros vnicè coluit obseruauitque. Acie victus & cæsus à Constantino Britãnorum Rege, anno imperii sui quinto.

CONSTANTINVS Scotornm Rex XLIII. priuatus satis moderatè vixit: regnum autem adeptus, vitiis omnibus frena soluit: aduersus nobilitatem crudelis & auarus: infimi generis hominibus familiaris: virginum raptor, matronarum stuprator, vorax: quique, quantum fratres regno adiecere, ignauia sua belliquè metu perdidit; arces alias hostibus reddens, alias dirui permittens. Strangulatus noctu à nobili Hebridione ob filiæ raptũ A. C. 481. regni XVII.

CONGALLVS Rex Scotorum in ordine XLIV. ancipiti vir ingenio, & tam ad pacem, quam bellum parato. Pro Britannis aduersus Saxones fortiter pugnauit: modò victus, modò victor. Longa tandem valetudine confectus (ex podagra namque decumbebat) diem obiit A. C. 501. re Scotica non sine laude administrata annis viginti. Ionæ inter monumenta auita inhumatus.

GORANVS siue CONRANVS regiam dignitatem à Scotorum regni exordio XLV. accepit A. C. 501. quam fratris exemplo, quantum per externa bella licuit, summa pietate & iustitia annos tenuit XXXV. Legem hic tulit, de sontium nominibus & delictis secretò annotandis: & Arthurum contra Saxones iuuit. Extremè vbi per senium non satis esset labori: illi autem, qui publico munere ex auctoritate regia fungebantur, omnia in populi dispendium expilarent: suorum (vt creditur) & inprimis Donaldi Atholii fraude extinctus est A. C. 535. ADA prior eius vxor, Aur. Ambrosii Britannorum Regis F. altero post nuptias anno periit: Altera N. in Hibernia exul, cum filiis nimirum fugiens Donaldi tyrannidem, decessit. *Aveunica*

EVGE-

Reges Angliæ.

mox honestaque viuendi disciplina ad luxum volptatemque delapsus, profusoque paterna bona dilapidant: quo regnum ipsi eriperet, parricidiale ei mouit bellum soceri auxilio, haud auspicatò. Iusta Dei vnica patrem morte præuertit. A. C. 1181. *ætatis suæ XXVI. Vxor* MARGARETA *Ludouici IIX. Galliæ Regis F. octenni ipsi desponsata, postmodùm nupsit Belæ Regi Pannoniæ,*

RICHARDVS I. *ab animi magnitudine* Cor Leonis *cognominatus, Comes Aquitaniæ,* patris in regno Angliæ successor *anno* 1189, *cum Philippo Galliarum Rege & alijs proceribus in Palæstinam profectus; Cypri Regem, à quo inhumaniter excipiebatur, armis oppugnans, in potestatem redegit: Ioppen instaurauit: regni Hierosolymitani ius, permutata Cypro, ad se transtulit: nuptias istic cum* BERENGARIA *Garsiæ Regis Nauarræ filia celebrauit.* ADELAM *namque, Ludouici VII. Franciæ Regis F. quod à patre compressa iactabatur, iam repudiauerat. Ob aduersum nuncium rerum suarum domi, pactis cum Saladino triennij inducijs, domum repetens: naufragium passus, & cum paucis ægre elapsus: mox in Austria an.* 1193. *annulo proditus, à quo Leopoldo Duce (cuius populares in Asia cum Anglis simultates gesserant) captus, & demum Henrico VI. Imperatori traditus est: ab vtroque grandi pecunia mulctatus & redemptus. In obsidione tandem Calaci oppidi lethali vulnere accepto, breui post expirauit IIX. Kal. Aprilis A. C.* 1199. *Intestina in Pictonū terra, cor Rhotomagi, reliquum corpus Chinone in cœnobio D. Ebrulphi iuxta patrem est tumulatum. Liberos ex se non genuit.*

GODEFRIDVS *ducta* CONSTANTIA *vnica filia & hærede Conani Britanniæ Comitis, obijt ante patrem Lutetiæ A. C.* 1186. *Ibidem ad D. Virginis ædem sepultus, filio filiaq, superstitibus.*

ARTHVRO Duce Britanniæ, Comite Andegauensi & Turonensi; qui à Richardo patruo regni hæres scriptus, sed à Ioanne altero patruo prælio victus, & in eius verba iurare coactus; mox Rhothomagi, in custodiam traditus paucis diebus superfuit: gladio abs eo transfossus, & cum equo in mare præcipitatus Kal. Augusti A. C. 1202.

ELEONORA itidem à Ioanne patruo in carcere necata.

Ioannes Angliæ Rex, stemmatis propagator.

MATHILDIS *vxor Henrici Leonis, Ducis Saxoniæ potentissimi.*

LEONORA *coniux Alphonsi IX. Regis Castellæ.*

IOANNA *post Gulielmum Siciliæ Regem, nupsit Raimundo* III. *Comiti Tolosano.*

IOANNES I. Moritonij Comes, contra fratrem Richardum in Syria absentem seditiones mouit: quo mortuo, Angliæ regnum, Arthuro fratruele victo, inuasit. Vir animo minimè forti, licet sæuo: quippe imminenti periculo eum deficiebat: vacuus verò à periculo, subitò suapte natura recrudescebat. Suorum ergo studijs destitutus, & peregrinis armis petitus: Normanniā amisit, à Philippo Augusto Galliæ Rege occupatā A.C. 1203. an. 316. postquā Rollo eam à Carolo Simplice obtinuerat. Mox à Pontifice quoq; Innocētio III. regno per sententiā priuatus: magna pecunia in præsentia & tributo perpetuo promisso; præterea iure regni in eum translato: breui ex animi ægritudine in febrem incidit: haustuq; veneni à monacho Anglo porrecti, intra biduū decessit xiv. Kal. Nouemb. 1216. Vigorniæ inhumatus. ANISIA vxore priore, Roberti Comitis Glocestriæ filia, ob consanguinitatem, quam causabatur, repudiata: duxit ISABELLAM filiā & hæredem Aymari Angolismorum Comitis & Alexiæ Cortenææ vnicā: quę postmodo Hugoni Comiti Marchiæ nupta, filios ipsi peperit Othomarum Episcopum Vintoniensem, & Gaufredum, Gulielmum, Guidonem, cæsos postea à principibus Angliæ rebellibus 1261. in prælio ad Lovvis. Hoc verò coniugio nati

Henricus III. Angliæ Rex. †

RICARDVS *Comes Cornubiæ & Pictonum, vir singularis & animi & prudentiæ: à fratre magna cum classe in Aquitaniam missus, primo accessu Burdegalam arcem vi expugnauit, oppidum diripuit, nonnullaque proxima oppida in potestatem redegit. Quo negotio prosperè confecto, Rupellā obsessum pergens: hostem Francum obuiū insidijs excepit, ingentiq, strage affecit.* Ad Germanicū *inde* imperium vocatus, *quindecim id annis, quoad vixit obtinuit. Obijt ad Berchausteds pagum haud procul Londino, cuius loci ipse erat dominus. A. C.* 1272. *in cœnobio Haylensi prope Glocestriam, quod ipsemet extruxit, sepultus. Heros ob insignem artis militaris, cuius longè peritissimus erat, gloriam ac animi probitatem cum quibusuis & Impp. & Anglorum Regibus conferendus.*

Ex

Ex SANCTIA uxore, Raimundi Comitis Prouinciæ filia, tulit

EDMVNDVM Comitem Cornubiæ, defunctum A. C. 1301. *Reges Angliæ.*

HENRICVM missum ad Gregorium X. PP. Romanum: eoque loci à Guidone, Simonis Montfortij filio, confossum.

IOANNA consort Alexandri Scotorum Regis in Anglia decessit A. C. 1237.

ISABELLA Friderico II. Imp. Rom. nupta 1236. obijt 1241.

LEONORA in matrimonio habuit Gulielmum Marescallum Glocestriæ Comitē, qui Henricum III. Regem puerum aduersus Ludouicum Gallum summè est tutatus. Post hunc nupsit Simoni Comiti Montfortio, Angliæ Senescallo, 1237.

HENRICVS III. *Angliæ Rex*, nouennis auitum regnum, ciuili bello ac dissensionibus vastatum, opibus spoliatum, ac prope confectum, gubernandum suscepit A. C. 1218. Princeps ingenio miti, animo magis nobili quàm magno; in rebus tamen gerendis interdum parum consideratus. Regnum non modò non adauxit: sed Normanniā quoq; vnà cum Andegauensibus, quam pater iam antea amiserat, quum armis recuperare non posset; Franco (à quo magna suorum strage erat victus) concesscessit, omniq; suo iure cessit. Aragonium inde Regem cōtra Mauros Africæ populos, Hispaniam continuis populationibus vexantes, feliciter iuuit: VVallos bis rebelles, magna illorum clade dicto parere coegit: in Aquitania anno 1254. captis aut profligatis seditionum auctoribus, regionē pacauit. Londini defunctus XVI. Kal. Decemb. A. C. 1272 ad VVestmonasterium sepultus. Annos vixit LXV. regnauit LVI. cum duodetriginta diebus. EX LEONORA Raimunda Comitis Prouinciæ filia, ducta 1236. quinque tulit liberos. *Comites Lancastri.*

Eduardum I. Regem Angliæ, natum 1238. †

EDMVNDVM Comitem Lancastriæ, in VVallia prælio temerè cum hostibus commisso, fusum fugatumq; anno 1295. Baconæ in Aquitania mortuū A. C. 1296. tribus ex BLANCA uxore, Roberti Comitis Artesiæ nata, vidua Henrici Campani Regis Nauarræi, superstitibus filijs.

THOMA Lancastrio, qui à proceribus belli dux lectus contra Eduardum II. Regem & Spenserios; in VValliа loca quidem multa oppugnare cœpit: sed à Rege victus, captusq;, Pontifracti post paucos dies securi est percussus A. C. 1321.

HENRICO Comite Lancastri, Duce Derbiæ: qui anno 1336. factus Aquitaniæ præfectus, eò cum magna manu profectus; finitis inducijs, in Francos arma mouens: cis passim profligatis, Engolismenses, Villamfrancam, Rionis item & Faui Basilij arces, cum oppidis aliquot cepit. Post victoriam Eduardi ad Cresciacum adeo ipsi creuit animus: vt continuò Santones cū Pictonibus in suam potestatem redegerit, indeque omnis generis prædam Burdegalam abegerit anno 1347. Auxilio missus Ioanni Montfortio in Britanniam: Redones, qui ad Blesensem defecerant, mox ad deditionem compulit 1357. Insequenti anno peste mortuus. Vir domi clarus, foris admirandus, ac rebus omnibus laudandus. Vnicam reliquit filiam.

BLANCAM nuptam Ioanni Gaudenensi, Duci Lancastrio.

IOANNE Lancastrio, *ἄπαιδι.*

MARGARETAM nuptam Alexandro Regi Scotorum 1249. defunctam in castello Cuprensi circa an: 1274

BEATRICEM uxorem Ioannis Ducis Britanniæ.

CATHARINAM puellam nondum viripotentem, mortuam.

EDVARDVS primus ex Gallica Comitum Andegauensium familia, à tibiarum longitudine Langscanx *dictus, Princeps VValliæ, dehinc Præfectus Aquitaniæ & Hiberniæ, tandem* parentis in regno Angliæ successor: *heros animo magno, qui in rebus aduersis nunquā eum defecit, ingenio præclaro, prudentia summa, religionis studiosissimus, insolentiæ sacerdotū hostis acerrimus: quam vt coerceret, legem ad Manumortuam perpetuasse fertur. Alias quoq; leges correxit, vsus per totam vitam consilio & auctoritate integerrimorum quorumcunq; & fortissimorum virorum. Cæterum VVallos, Leonello eorum principe interfecto, magna strage cecidit & fugauit: Scotos ter subegit; & Edimburgum cepit: Aquitaniam à Philippo Pulcro Galliæ Rege recepit. In belli, tandem apparatu aduersus Scotos, morbo ad Lancastriam decessit Nonis Quintilib. A. C. 1307. ætatis LXIX. regni dexterrimè administrati XXXIV. completo, cum mensibus septem, diebus XXI. Ad VVestmonasterium sepultus.* *Liberi eius*

ex LEONORA Castellæ Regina, filia Ferdinandi & Ioannæ Comitis Pontini, cum qua dotis nomine accepit Pontiuum:

EDVARDVM principem VVallia, & Aquitania Præfectum: summa virtutis virum: qui Ioannem Galliæ Regem in Pictonibus cepit, captumque Burdegalam duxit: qui item Petri Aragonum Regis, patria extorris, vicem dolens, in Castella ad Nauerretem de hoste ingentem obtinuit victoriam. Ad VVestmonasterium longitudine morbi confectus, ante patrem obijt VI. Id. Iulias A. C. 1376. ætatis suæ XLVI. Ex vxore IOANNA patruele, Cantij Comite, vidua Ioannis Hollandi Equitis, gemini ipsi nati filij: Reges Angliæ.

RICHARDVS II. *auo in regno Angliæ suffectus*, & ad VVestmonasterium decennis coronatus XVII. Kal. Sextil. 1377. homo futilis, ignauus, imprudens, infelix: maximis coactis copijs in Scotos mouens, qui omni belli clade regnum eius infestarant, eo potissimùm tempore, quo Gallus quoque in Angliam cum infinita hominum multitudine transmittere parabat: nulli loco, neque sacro neque profano; nulli homini, qui modò militari esset ætate, parcebat. Ob tyrannidem ergo ab omnibus desertus: & à patruele Henrico Lancastrio, quem in exilium relegauerat, captus: Londinique se imperio abdicare coactus: hinc non multo pòst in Cantium ad Ledesceam arcem transmissus, magnas ibi nebulonum quorundam pertulit iniurias. Inde rursus veluti à boue ad asinum ductus, Pontifracti in peiorem detrusus est carcerem: vbi vel occisus, vel fame enectus dicitur IV. Id. Octobris 1399. ætatis suæ XXXIII. regni XXII. *dimid.* Corpus ad Langleium cœnobium Prædicatorum tumulatum: inde aliquantò post Henrici V. Regis iussu, ad VVestmonasterium maiorum monumentis est illatum. In eius vixit connubio ANNA F. VVenceslai Imp. 1384. mortua 1394. deinde ISABELLA Caroli VI. Regis Galliæ F. Octennis ipsi est desponsata A. C. 1396.

EDVARDVS impubes obijt.

LEONELLVM *Ducem Clarentiæ, maritum ELISABETHAE filiæ Ioannis Borgthij & Elisabethæ postremæ hæredis Clarentiæ. Est autem Clarentia pagus nobilis comitatus Sathfolcij, ad fines Essexiæ comitatus: vbi fluuius Clarentius alterum ab altero disterminat. Hac defuncta, celebrauit sponsalia cum IOLE, Ioannis Galeatij primi Ducis Mediolanensis, sorore germana: sed in reditu ante confectas nuptias diem clausit supremum A. C. 1368. filia vnica superstite* Duces Clarentiæ.

PHILIPPA *vxore Edmundi Mortimerij Comitis Merciæ: cui peperit*

ELISABETHAM *nuptam Henrico Perthio Comiti Northumbriæ.*

ROGERIVM *Comitem Merciæ, in Hibernia extinctum: genitorem Edmundi, Rogerij & Leonoræ a vaidus; item ANNAE quæ nupsit Richardo Comiti Cantabrigiæ, filio Eduardi Ducis Eboracensis natu minori: qui propter istas nuptias in omnia bona Leonelli successit: & actionem in Angliæ regno, mortuo Richardo II. Rege, allegauit.* Duces Glocestriæ.

GVLIELMOS *duos, alterum in pueritia, alterum impuberem extinctum.*

Ioannem Gandauensem, Ducem Lancastrium. †

Edmundum Comitem Cantabrigiæ, Ducem Eboracensem. †

THOMAM *à natali solo* VVodestock *cognominatum*, Ducem Glocestriæ *& Bochynganiæ Comitem: virum præcipitis ingenij & ferocissimum: qui graui in Gallicum nomen odio, ad Lutetiā omnē quaqua versum regionē, multa passim oppida & vicos incendit & excidit: pari locorum populatione in Britannia quoq; grassatus. Richardum Regem ignauiæ passim accusans, Caleti ab eo captus & strangulatus est, pessimo post hominum memoriam exemplo, A. C. 1397.*

MARIAM *Ioannis Britanniæ Ducis vxorem.*

ISABELLAM *Bethfordiæ* }
MARGARETAM *Penbruchiæ* } *comitibus sociatas.*

LEONORAM *nuptam Reinaldo II. Duci Geldriæ.*

IOANNES *Gandauensis* à patrio solo dictus, *Dux Lancastri* ob vxorem factus: vir strenuus & rei militaris apprimè peritus: bello patris Gallico, anno 1368. Philippo Burgundo certamen detrectante, Rhotomagum vsque omnem populatus est agrū. A Richardo II. Rege Aquitaniæ principatu donatus: verùm ab Aquitanis repulsam tulit ob Lemouicum vrbem ab ipso annis superioribus dirutam. Ioannem quoque Lusitanum iuuit aduersum Castellæ Reges, ob regnum armis dimicantes, 1386. Duces Lancastri.

Obijt A.C.1398. ætatis suæ LIIX. Londini in æde B.Pauli tumulatus. Liberi eius.

Duces Lancastri. ex BLANCA Henrici Lancastriæ Comitis filia & hæredevnica, vxore prima:

HENRICVS IV. Rex Angliæ. †

PHILIPPA nupta Ioanni Regi Lusitaniæ.

ex CONSTANTIA, Petri tyranni Regis Castellæ filia, vxore altera:

CATHARINA matrimonio sociata Henrico III. Castellæ Regi, anno 1388.

ex CATHARINA concubina nobili:

HENRICVS Vintoniensis Episcopus ac D. Eusebij Cardinalis, à loco natali vocitatus Bredfordius, vir multò frugalissimus: res Anglicas afflictas consilio & opibus maximè omnium iuuit.

Duces Somersetti. *HENRICVS* Bolingbrochus, *paterna hæreditate fraudatus à Richardo Rege; ab eodem tamen postea Comes Derbij creatus, 1386.*

IOANNES Somersetti Comes, à Richardo II. Rege Angliæ, Marchio Dercestriæ creatus: genuit

IOANNEM primum Ducem Somersetti, genitorem

MARGARETAE Edmundo Comiti Richemondiæ elocatæ: matris Henrici VII. Regis Angliæ.

EDMVNDVM Ducem Somersettēsem alterū: magni vsus & nobilitatis virum: qui ab Henrico Rege anno 1421. Normanniæ præfectus; Fanum Lamæ dirutum, aliaque oppida reparauit, validoque præsidio firmauit. Post mortem Ioannis Bedfordiæ Ducis anno 1435. Galliæ Regens constitutus: Richardi Eboracensis conatibus vehementer restitit anno 1353. quo pulso, cum Margareta Regina rerum potitus; tandem strenuè aduersus Francos pugnans oppetijt A. C. 1456. In D. Albani cœnobio sepultus: superstitibus tribus filijs.

HENRICO Duce Somersetensi, ab Henrico Rege anno 1459. Caleto præfecto: sed qui à Varvici Comite, clausis portis, reiectus; quædam cum ipso tumultuaria fecit prælia. Videns autem Eduardo prosperè omnia cadere, ad eum ab Henrico defecit: cuius facti sui mox eum pænituit; & Eduardo deserto, clam ad Henricum denuo se contulit. Henrico autem ab Eduardo ad pagum Exhamum magna suorum clade profligato; ipse captus, consilij mutati pœnas capite luit A. C. 1461.

EDMVNDO II. Duce Somersetti, qui Henrici Regis partes fouens contra Eduardum, magna strage fugatus, Scotiam petijt: sed mutato illico consilio propter itineris longitudinem, in VValliam ad Comitem Penbruchi se recepit. Bello exinde redintegrato captus 1471. obijt eiusdem.

IOANNE Duce Somersetti, qui & ipse Henrici Regis partes secutus contra Eduardum: fortiter pugnans occubuit A. C. 1471.

Duces Lancastri, Reges Angliæ. HENRICVS IV. primum *Dux* Herefordiæ & *Lancastri*, Comes Derbij, omni hæreditate paterna à patruele suo Richardo II. Angliæ Rege spoliatus, inque exilium pulsus: sed à proceribus reuocatus, Richardo capto, omnium consensu *rerum Anglicarum* est *potitus*: quibus annis præfuit ferme sesquiquatuordecim Princeps animo quidem magno, sed perpetuis suorum seditionibus exagitatus. In Comites Vigorniæ, Perciæ, & Staffordiæ, nouarum rerum cupidos, anno 1401. profectus; VVallico licet bello implicitus: non minùs boni militis, quàm boni imperatoris officium fecit: fertur namque eo die XXXVI. pugnando confodisse ferro. Post victoriam adeptam Londinum more triumphantis rediens: mox VVallum rebellem, fortuna belli secunda perterritum, nullo ferè negotio domuit. Burgundionem quoque contra Aurelianum iuuit: mox hunc contra illum vicissim. Obijt ad VVestmonasterium XIII. Kal. Aprilis A. C. 1413. ætatis suæ XLVI. Cantuariæ in æde D. Saluatoris sepultus. In eius vixere coniugio, primò MARIA Comes Essexij & Herfordij: deinde IOANNA F. Philippi Regis Nauarreni, sterilis. Illa genuit

HENRICVS V. *Princeps VValliæ*, & secundum patrem *Rex Angliæ*, patris bello cum Comitibus, ardenti animo per confertissimam hostium turbam impetum passim faciebat: & quamuis in facie ex ictu sagittæ vulnus accepisset haud tamen prælio excidebat. Post hanc victoriam in VVallum rebellē ducens, cum nullo fermè

negotio

negotio domuit. Regno suscepto, monasteria Bethlem & Sion (1413.) prope Londinum ædificauit: Gallos ad Dagincortum (1415.) ingenti prælio vicit: Carolum Aurelia, & Ludouicum Burboniæ Duces cepit: Carolo VI. Francorum Regi, Burgundionum bello graui implicito, Normanniam, expugnata (1419) Rhotomago, eripuit: magna insuper Franciæ parte subacta, Reginam ipsam cum CATHARINA filia, ipsaq; vrbe Parisiensi, Bria & Campania, Philippi Burgundi auxilio cepit. Hinc ab armis ad amores animum conuertens, captus captiua forma, pace cum Carolo facta, filiam CATHARINAM vxorem duxit, his legibus: vt socero defuncto ipsemet in regnum Franciæ succederet. Trecis itaque in Campania Galliæ Rex (1420:) coronatus, excluso Carolo Delphino, arma resumpsit: sed in medio conatu Delphinum opprimendi, & regnum Franciæ Anglis in perpetuum subijciendi, Syluanecte ad nemus Vincentianum perijt, non sine veneni suspicione, IV. Calen. Septemb. A. C. 1423, ætatis suæ XL. Ad VVestmonasterium maiorum sepulcro illatus. Vir artis militaris peritissimus: vnicum eius temporis decus & lumen patriæ: quo nemo animi magnitudine ac virtute clarior natus. Vxor CATHARINA quæ postmodò Owinò cuidam VVallo, nobili obscuro, clam nupsit, vnicum ipsi enixa est filium. Reges Angliæ.

HENRICVM VI. Regem Angliæ ex Lancastria stirpe vltimum, primis infantiæ annis Gubernatore vsum Humfredo Duce Glocestriæ, patruo: decennem Lutetiæ, opera Cardinalis Vicestriensis, Galliæ quoque Regem coronatum: principem quidem optimum, sed miro fortunæ ludibrio expositum. Nam qui modò duorum populorum florentissimorum Rex erat: extremis annis vtrumque amittit regnum, vnà cum Normannia & Aquitania: à principibusque suis, duce Richardo Eboracensi, bis captus; tandem ab Eduardo IV. profligatus; profugus ad Iacobum III. Scotorum Regem, aliena misericordia vitam sustentare miseram cogitur. Decimo fugæ anno Comitis Varuicensis opera, nec non Galliæ Regis auxilijs, restitutus: sed paucis mensibus pòst ab Eduardo denuo captus, & in carcere crudeliter interemptus est A. C. 1471. ætatis LIII. Vxor eius MARGARETA Renati Siciliæ Regis F. virilis planè animi fœmina, ac fortius inimicis, quàm maritus, resistens; imperiosa præterea & inquieta; Humfredum Gubernatorem, mariti patronum, sustulit. Horum vnicus F.

EDVARDVS VValliæ Princeps, optimæ spei adolescens, vna cum patre captus & crudeliter est interfectus.

THOMAS Dux Clarentiæ *Præses Normaniæ ab Henrico V. recepta 1419. in Vasconia, multa cæde facta, magna præda onustus domum redijt: & Baiocensium vrbem à Franco recepit. In Andegauenses tandem profectus, apud Belliforte oppidum cum hoste Gallo manus conferens, inter primos fortiter prælians occubuit A. C. 1421.*

IOANNES Dux Bethfordiæ, *à patre Rege contra Armenos missus naualē de eis reportauit victoriam A. C. 1416. Henrico V. Rege bello Gallico occupato, in eius interim absentia ex Senatusconsulto regni Anglici Administrator siue Præfectus, & caput regij Senatus est denunciatus. In Normannos quoque expeditionem suscepit: & contra Alenconium ac Francos feliciter dimicauit. Lutetiæ mortuus anno A. C. 1435. Rhotomagi sepultus. Vir tam pace optimus, quam bello fortissimus. Vxor ANNA Ioannis Ducis Burgundiæ F. e nupta 1423.*

HVMFREDVS Glocestriæ Dux, *cum Philippo Burgundo Regens Galliæ, & postea sub Henrico VI. puero Angliæ Gubernator: postquam munere isto strenuè erat functus annis XXV. mercedem tandem recepit laqueum A. C. 1446. In cænobio D. Albani sepultus. Maritus ad tempus fuit IACOBAE Bauariæ & Hollandiæ Principis.*

MECHTILDIS elocata Gulielmo Duci Bauariæ & Hollandiæ, Ludouici Cæsaris F.

BLANCA vxor Ioannis Bauari.

PHILIPPA Regi Daciæ nupsit.

EDMVNDVS Eduardi III. Regis Angliæ F. natu maximus, Comes Cantabrigiæ, Dux Eboracensium primus: propter corporis deformitatem in regni successione repulsam passus: ægre ferens, fratrem natu minorem Eduardum Regem coronatum, factioni originem dedit: cæteroquin vir temperatus, modestus,

Duces Eboracenses, Reges Angliæ.

prudens. Opem tulit Ioanni Lusitaniæ Regi contra Castellanum: à quo magnis donatus muneribus, cum victore exercitu domum redijt. Obijt A.C. 1400. Desponderat ipsi Ludouicus Flandriæ Comes MARGARETAM vnicam filiam: quam paulo pòst Caroli Franciæ Regis instinctu, Philippo Burgundo elocauit. Vxor ISABELLA Petri Castellæ Regis F.

EDVARDVS Dux Abermaliæ, Comes Ruthlandiæ, occidit in nobilissima illa Anglorum victoria de Francis ad Dagincurtum A. C. 1416. *ἄπαις.*

RICHARDVS Dux Eboracensis (Hertzog zu Yorck) Comes Cantabrigæ, ob conspirationem in Henricum V. Angliæ Regem securi percussus A.C. 1415. Vxor ANNA Rogerij Merciæ Comitis F.

RICHARDVS *Plantageneta*, Dux Eboracensis, albam in scuto ferens factionis Rosam, quum Lancastrij rubram præferrent, dissidio iamdudum sopito denuò occasionem dedit. Etenim mortuo Rege Richardo II. regnum Angliæ ad Leonellum Richardi patruum natu maximum pertinere iudicans eiusque stirpem; non ad Joannem Lancastrium: seque matris causa proximum Leonelli hæredem conspiciens: Regem item Henricum VI. Lancastriæ familiæ principem esse mitem, pusillanimem, belli ignarum, ac Sancti nomen affectantem: collecto clam milite, prima secundaque pugna victor, viuum Regem bis cepit: sed tertiò cum Regina Margareta, virilis animi muliere, quæ capto marito exercitum reparauerat congressus, victusque, cum filio Edmundo pugnans occubuit A. C. 1460. Vxor CAECILIA Clarentiæ domina, duodecim ipsi peperit liberos: quorum

ELISABETH vxor Henrici Buischerij, viri nobilissimi, & rerum gestarum monumentis clarissimi, ab Eduardo IV. Rege Essexiæ Comitis creati: *mater ex ipso facta GVLIELMI, THOMAE, IOANNIS, HENRICI Essexiæ Comitum: in quibus in agendo industria, in negotijs labor, in periculis fortitudo, & in prouidendo summum consilium prædicatur.*

EDVARDVS IV. *Dux Eboracensis & Comes Merciæ, magno animo patris causam suscipiens; & ad inuadendum regnum, ac patris mortem vindicandam insurgens: post varios belli euentus; deuicto occisoq; cum filio Henrico VI. & Margareta Regina in Franciam remissa; ab omnibus* Anglorum *ordinibus* Rex *est salutatus* & coronatus *IV. Kal. Quinctiles* 1461. *Sed paulo pòst regno iterum pulsus à germano fratre Georgio Duce Clarentiæ, & Richardo Comite VVaruuicano; ad Belgas profugit: vbi nauibus, milite, pecunia, ac commeatu à Carolo Pugnace instructus; & fratre Georgio in suas partes traductus in Angliam traijciens: veteribus ad ipsum amicis confluentibus manus cum hoste feliciter conseruit: victorq; VVaruuicensi cum maxima Nobilitatis parte aduersæ factionis interempto, nemine postea negotium facessente, tranquillè, quoad vixit, regnauit. In regno confirmatus, fratrem Georgium insidiarum metu, in dolio vini Cretici suffocauit: cuius tamen crudelitatis paulo pòst adeo eum pænituit; vt quum à se quis postularet quippiam, semper in hæc verba erumperet: Me miserum, quòd nullus nunquam pro fratre Georgio interpellare sit ausus. Ad VVestmonasterium, filijs relicto tutore Richardo fratre, naturæ debitum persoluens V. Id April. 1483. regnum, quod propter bella ciuilia populatum, ac tam viris militaribus, quàm opibus exinanitum acceperat, post ciuiles discordias sedatas, opulentissimum reliquit, Vir magnanimus, in rebus gerendis solers, in periculis promptus, in bellis felicissimus. Ex ELISABETHA vxore, Richardi Riuerij Comitis F. vidua Ioannis Graij Equitis, genuit*

EDVARDVM VValliæ principem patris in regno successorem, in arce Londinensi à Richardo patruo & tutore necatum IX. Kal. Iunij A. C. 1483.

RICHARDVM Ducem Eboracensem, ab eodem Richardo peremptum A. C. 1483. vigesimoquinto post parentis fatum die.

ELISABETHAM Carolo Delphino, Ludouici XI. Regis filio, desponsatam, non traditam: vxorem postea HENRICI VII. Angliæ Regis.

CAECILIAM Iacobo Scotorum Regi desponsatam, itidem non traditam.

ANNAM.

CATHARINAM:

BRIGIT-

BRIGITTAM virginem Vestalem.

GVLIELMVS } *in pueritiæ ætate diem obiere.* *Reges Angliæ.*
HENRICVS }

EDMVNDVS Comes Rutlandiæ, bello patris ciuili periit.

RICHARDVS III. Dux Glocestriæ, *fratris Regis testamento filiorum ipsius tutor atque educator datus: sed è tutore latro, ex educatore parricida factus: duobus fratris filiis iugulatis, & Regina matre cum totidem filiabus tetrum in carcerem conclusa, mense Iunio proximo regium nomen & insignia vsurpauit. Verùm ob tyrannidem ac crudelitatem omnibus exosus: & ab Henrico Richemundiæ Comite in bello cæsus occubuit A. C. 1485. XI. Kal. Septembris: quum annos regnasset duos, menses totidem, dies duo viginti. Vir facie truculenta, malitiamque olente; ingenio versuto, & ad simulandum ac dissimulandum apto: animo elato ac feroci, qui etiam in morte eum non defecit. Corpus eius exanime omni nudatum vestitu, dorso equi impositum, artubus vtrinque dependentibus, Lecestriam delatum, & in cœnobio Franciscanorum absque vllo honore est funeratum. Vxor eius ANNA Richardi VVarvvici Comitis F. olim Edvardo VValliæ Principi Henrici VI. filio pacta, seu veneno seu dolore confecta periit A. C. 1484. Sepulta ad VVestmonasterium.*

GEORGIVS Clarentiæ ducatu ab Eduardo IV. Rege, suo germano, donatus: paulò pòst eius iussu in vase pleno vino Melitensi, parua de causa suffocatus A. C. 1480. duos ex se reliquit liberos:

EDVARDVM VVarvvici Comitem, iussu Henrici VII post diuturni XV. annorum carceris squalorem interfectum: ne mascula proles è familia Eboracensi ad perturbandum Angliæ statum, in viuis relinqueretur A. C. 1499.

MARGARETAM nuptam Richardo Polo; matrem Godefridi, & Reginaldi Poli Cardinalis.

IOANNES } *in flore ætatis mortem obiere.*
THOMAS }

ANNA } *puellæ mortuæ.*
VRSVLA }

MARGARETA vxor Caroli Pugnacis Ducis Burgundiæ, tertia sterilis.

ELISABETH consors Ioannis Ducis Sutfolciæ: *mater*

EDMVNDI Ducis Sutfolciæ, initio amici, postea rebellis.

Henricus VII. Regis.

IOANNIS Comitis Lincolniensis.

VI.

EX VVALLIS.

OVINVS *Tiderus siue Teuthérus*, è VValliа oriundus; nobilis genere (quem tamen quidam sutoris, alii cereuisiarii filium adstruunt) multisque virtutibus ornatissimus: genus suum ad Cadovalladrum vltimum Britannorum Regem (qui fame, peste, & principum seditione exagitatus, Romæ decesserat exul) referens: occulto sibi matrimonio, inscijs Anglorum ordinibus, iunxit CATHARINAM Caroli VI. Regis Galliæ F. ab Henrico V. Angliæ Rege viduatam: post cuius fata bis ipse in carcerem coniectus, extremè etiam securi est percussus. *Comites Richemontij.*

EDMVNDVS ab Henrico VI. Angliæ Rege, fratre vterino, Richemontis Comes creatus. Vxor MARGARETA filia ac hæres vnica, Ioannis primi Ducis Sombersetti & Marchionis Dorcestriæ; heroina prudens, aliisque virtutibus conspicua: inter cætera pietatis ac beneficentiæ erga pauperes testimonia, suasu Ioannis Fischeri Roffensis Episcopi, qui postea multis libris editis Lutherum impugnauit, Cantabrigæ duo erexit collegia pro pauperibus studiosis: quæ annuis reditibus magnificè ac liberaliter dotauit. Obiit A. C. 1501.

CASPAR ab Henrico VI. Rege, fratre vterino, Penbruchi designatus Comes: Eduardo IV. Eboracensi in Lancastriam familiam horribiliter fruiente; Henricũ fratruelem in Galliam secum abducens, melioribus fatis conseruauit.

Reges Angliæ.

HENRICVS VII. *Richemontanus Comes*, à Gallico exilio, procerum Lancastriæ factionis studio, reuocatus: Richardo tyranno ad Lycestriam cæso, *Rex Angliæ & Franciæ* præter omnem expectationem est salutatus, regioque diademate cinctus A. C. 1485. pridie Kal. Septembris. In vxorem ducta ELISABETHA, Eduardi IV. Eboracensis, sui in regno decessoris filia; factionum capita matrimonij nodo colligauit: & domesticis seditionibus, quibus toto regni tempore agitabatur, singulari vigilantia oppressis; tranquillitatem ac quietem, cruentis superiorum aliquot Regum lanienis ac parricidijs mutuis turbatam, regno mediocrem restituit. Richemondiæ fatali morte absumptus IX. Kal. Maij A. C. 1509. post rei summam annis sesqui viginti quatuor, cum LIII. diebus dexterrimè administratam. Heros magnanimus frugi, comis, à fastu & arrogantia summè abhorrens, iustitiæ custos seuerissimus. Corporis exuuiæ ad VVestmonasterium delatæ, & in sacello ab ipsomet extructo repositæ. Vxor ELISABETH Pondini decessit in puerperio A. C. 1503. III. Id. Februarij. Hoc coniugio nati

EDMVNDVS. IOANNES. Comites Richemontis, Henrici VI. Angliæ Regis partes contra Eduardum IV. strenuè tutati ἀνακῶς.

ARTHVRVS primogenitus, Princeps VVallie, consiliorum & morum moderatore vsus Richardo Polo, vix Adolescentiæ annoc ingressus, CATHARINAM Ferdinandi Catholici Hispani Regis F. duxit: quarto post nuptias celebratas mense, leuta febre ante patrem extinctus A. C. 1500.

HENRICVS IIX. Rex Angliæ natus A. C. 1491. IV. Kal. Quintiles hora sesquivndetima ante meridiem: Pontificiæ primùm religionis fautor ac propugnator acerrimus: non solùm aduersus Lutherum calamum ipsemet strinxit: quo nomine à Pontifice & amplissimo Cardinalium Senatu Catholicæ fidei defensor audijt: sed & Lutheranorum scripta cremauit: Robertum Barnum, eiusdem Religionis assertorem, Londini combussit: ipsas quin etiam Thomæ Cantuariensis martyris reliquias incendit. Ob diuortium factum postquam Clemens Papa sententiam contra ipsum tulisset: Rex Henricus multa in religione immutauit: supremam Romano Pontifici dignitatē abrogauit: tributum etiam annuum (Petri nūmum vocitarunt) eiusdem quæstori dari solitum denegauit: se verò in Angliam Ecclesiæ caput, à Christo proximum, pronunciauit. Atroci tandem febre lacessente, propter sæuam inflammationem in crure virulenti herpetis, vitam cum morte commutauit VII. Kal. Februarij A. C. 1547. ætatis suæ LV. quem excessit mensibus fermè septem. Rem Anglicam tenuit annis XXXVII. mensibus nouem, cum triduo. Hic vt in religione, ita & in coniugio fuit varius: vnde & Polygami cognomentum traxit. Sex autem eius numerantur vxores: Primam, CATHARINAM Hispanam, Arturi fratris relictam, Thomæ Volsei Episcopi Vintoniensis instinctu repudiauit anno 1534. quod eius repudium quum Ioannes Fischerus Roffensis Episcopus, & Thomas Morus Regni Cancellarius improbarent: iussu eius anno vertente, securi sunt percussi. CATHARINA autem animi mœrore decessit IIX. Id. Ianuarij 1536. Alteram ANNAM Boleniam, Thomæ Bullenij Burggrauij Rochefordiæ natu maximam, Reginæ famulantem adeò deperierat, vt priori eam superduceret: sed quam triennio pòst, anno nempe 1536. adulterij prætextu, in turre Londinensi capite plexit: & cum ea Georgium Bolenium ipsius fratrem, aliosq; viros nobiles. Tertia IOANNA Seymera siue Semeria, Ioannis Seymeri Equitis filia, forma æquè vt moribus ornatissima fœmina, ex grauissima δυστοκίᾳ decessit A. C. 1538. Quartam ANNAM Cliuensem Iuliacensem, Gulielmi sororem, post sextum mensem fastidiens, itidem repudiauit A. C. 1540. Quintam, CATHARINAM Hauardam, Edmundi Hauardi filiam, Norfolciæ Ducis fratruelem, altero coniugij anno similiter securi percussit: quòd, quia eam pro virgine duxerat, priùs vitiatam comperisset. Sexta CATHARINA Parca, vidua Ioannis Nebel, soror Gulielmi Marchionis Northamptonij, ducta A. C. 1543. sterili ipsi matrimonio super vixit. Liberi eius ex diuersis vxoribus tres

…abethæ Hauwardæ, filiæ Thomæ Ducis Norfolkij.

EDVARDVS VI. matre Iana Seymeria natus A. C. 1538. IV. Id Octobris, non γαστρότμητος, sed matre duodecimo demum puerperij die extincta: patris *in regno Angliæ successit*: adolescens maximæ expectationis, propter raram ad omne genus

virtu-

virtutis indolem & natura inditam, & doctrina excultam antiquam religionem profligauit: missam abrogauit: Ecclesias peregrinorum instituit: doctis omnibus hospitium & patrocinium dedit. Ætatis anno quintodecimo nondum superato mensibus nouem: ecce febre tabifica cum æstu, fluente per os sanguine, correptus; non absque graui veneni porrectæ suspicione, omnium bonorum luctu decessit pridie Non. Quintil. A.C. 1352. Postquam rem Anglicam tenuit sesquiseptennium. Eius interitum maximi motus maximaque rerum Angliæ secuta est commutatio.

Reges Angliæ.

MARIA *Angliæ Regina*, matre Catharina Aragonia genita VI. Id. Septemb. A.C. 1515. multas in regno excitauit turbas. Ianam Graiam, Northumbriæ principem, ab Eduardo regni hæredem scriptam, capite mulctauit: Pontificiam religionem reduxit: in Euangelicos atrocem persecutionē mouens, innumera crudelitatis exempla edidit. Ad rerum autem humanarum conditionem spectantia, multa in hac muliere reperies admiranda. Regis namque ipsa filia, sed reiecta; Regis soror, sed fastidita; à patre in testamento substituta, sed à fratre exhæreditata; summo loco nata, sed velut priuata; multis si fortè petita procis, recusata pluribus; reiecta à suis, contempta ab inimicis: præter omnem spem, superata fortunæ inuidia regni sceptra successione hæreditaria cōsecuta est: & Philippo Hispaniarum Monarchæ potentissimo, felicissimo coniugio iuncta. Sed paucis tantùm annis huius vitæ solatio frera, sine liberis decessit A.C. 1558. Kal. Nouemb. potestatis suæ quinto anno, mense quarto. # Austriaca.

ELISABETH virgo, *Angliæ Regina*, nata ANNA Bolonia VII. Id. Septemb. 1533. in arce Gronevicia: à Maria sorore carceri mancipata: eidem postea in regno surrogata VI. Kal. Decemb. 1558. religionis statum denuo mutauit: Buceri & Fagij cineres honori suo restituit: de Hispanis insignes aliquot victorias rulit: de Maria Scotorum Regina, quod insidias vitæ ipsius struxerat, meritum supplicium sumpsit: & in tertium supra trigesimum annum, Dei benignitate, rei summæ adhuc præest, sapientissimè, felicissimè, & securissimè. Heroina prudens, & Latinæ, nec non exoticarum aliquot linguarum apprimè docta; & Christianæ Religionis invicta propugnatrix.

EDMVNDVS auo paterno ὁμώνυμος, præmatura morte ante patrem sublatus.

MARGARETA elocata Iacobo IV. Scotorum Regi, postea Archibaldo Duglassio Scoto, auo materno Iacobi VI. Regis moderni.

CATHARINA innupta obijt.

MARIA post fata Ludouici XII. Celtarum Regis, mariti prioris, nupsit CAROLO Brandisio, nouo Duci Suffolcio: cui peperit

HENRICVM Comitem Lincolniæ, puerum extinctum.

FRANCISCAM consortem HENRICI Graij, *Ducis Suffolciæ, capite plexi A.C. 1553.*

LEONORAM vxorem CAROLI Cliffortij, Comitis Comberlantij.

IOANNNA Graia, ab Eduardo VI. Rege testamento hæres & successor in regno scripta: vnà cum marito GVILFORTIO Dudlæo, filio postremi Ducis Northumbriæ, à Maria Regina capitis damnata A. C. 1554. pridie Idus Februarias.

CATHARINA vxor HENRICI Seymeri, Comitis Herefordiæ, filij natu maximi postremi Ducis Somersetensis.

EDVARDVS Seymerus Comes Herefordiæ. MARIA.

MARGARETA sociata Henrico Stanlao, Baroni in Brancke & Knokyng, filio natu maximo Comitis Derbij.

FERDINANDVS. EDVARDVS. Barones in Brancke & Knokyng.

ELIAE

VETERVM REGVM SCOTIAE ET HIBERNIAE GENEALOGIA.

ERTHVS, Fincormachi Scotorum Regis nepos, cæso à Romanis Eugenio Rege, patruo suo; ac gente vniuersa patria pulsa: metu insidiarum à Pictis, conducto nauigio non magis ventis, quàm fortunæ, vela committens, in Scandiam appulit vna cum patre Ethodio, & filio Fergusio. Vxor ROCHA F. Rorichi secundi à Rege inter Danos principis. *Reges Scotiæ.*

FERGVSIVS II. alter regni Scotorum conditor, stemma deducens à Fergusio I. primo illo Scotorum Rege; quum vndique per Scythiam, Sarmatiam, & Germaniam magnus conscriberetur exercitus: Danorum Regis monitu, prima sua pubertate Alaricum Gothum, Romæ expugnatorem, secutus: præda onustus in Daniam rediјt. Qua viri fama ad Scotos & Pictos perlata: inita inter eos concordia, per vtriusque gentis legatos ad regnum auitum suscipiendum inuitatus; patrioque more Rex creatus: extorres, & in longinquas nationes dispersos, & inimicorum opinione penitus extinctos, velut in vitam reuocauit; & intra paucos annos in pristinum splendorem restituit. Cum Romanis varia fortuna manus conseruit: ad extremum tamen in acie cæsus oppetijt A. C. 430. postquam sedecim annos rei Scoticæ præfuisset. Vxor N. Græmi, Algonæ generis, celebri ex familia oriundi filia.

EVGENIVS siue Euenus, celebri comitatu in Argadiam ductus, & ad fatalem lapidem Rex Scotorũ XLI. inauguratus A. C. 430. regnum pristinæ incolumitati restituit: Britannos à Romanis destitutos, Pictorum auxilio vicit sibique vectigales fecit. In pace tandem laudatam obijt mortem A. C. 460.

DONGARDVS Rex Scotorum XLII. fraterno exemplo ab æqui iustiquè cura regnum auspicatus: pacis summè studiosus extitit: si qua tamen necessitas vrgeret, bellum non reformidauit: veteribus arcibus reparandis, nouis extruendis, operam impendit diligentem: Palladium, aliosque Dei ministros vnicè coluit obseruauitque. Acie victus & cæsus à Constantino Britãnorum Rege, anno imperij sui quinto:

CONSTANTINVS Scotornm Rex XLIII. priuatus satismoderatè vixit: regnum autem adeptus, vitijs omnibus frena soluit: aduersus nobilitatem crudelis & auarus: infimi generis hominibus familiaris: virginum raptor, matronarum stuprator, vorax: quique, quantum fratres regno adiecere, ignauia sua belliquè metu perdidit; arces alias hostibus reddens, alias dirui permittens. Strangulatus noctu à nobili Hebridione ob filiæ raptũ A. C. 482. regni XVII.

CONGALLVS Rex Scotorum in ordine XLIV. ancipiti vir ingenio, & tam ad pacem, quam bellum parato. Pro Britannis aduersus Saxones fortiter pugnauit: modò victus, modò victor. Longa tandem valetudine confectus (ex podagra namque decumbebat) diem obijt A. C. 501. re Scotica non sine laude administrata annis viginti. Ionæ inter monumenta auita inhumatus.

GORANVS siue CONRANVS regiam dignitatem à Scotorum regni exordio XLV. accepit A. C. 501. quam fratris exemplo, quantum per externa bella licuit, summa pietate & iustitia annos tenuit XXXV. Legem hic tulit, de sontium nominibus & delictis secretò annotandis: & Arthurum contra Saxones iuuit. Extremè vbi per senium non satis esset labori: illi autem, qui publico munere ex auctoritate regia fungebantur, omnia in populi dispendium expilarent: suorum (vt creditur) & inprimis Donaldi Atholij fraude extinctus est A. C. 535. ADA prior eius vxor, Aur. Ambrosij Britannorum Regis F. altero post nuptias anno *Aveunien* perijt: Altera N. in Hibernia exul, cum filijs nimirum fugiens Donaldi tyrannidem, decessit.

EVGE-

Reges Scotiæ.

EVGENIVS Rex Scotorum XLVI. Modredum Pictorum Regem aduersus Saxones, & Arthurum Britannum auxilijs iuuit: assiduisque per varios duces excursionib. Anglorum fines infestos habuit: nunquam iusto exercitu cum eis congressus. Obijt A.C. 568.

CONGALLVS Eugenij successor, decem annis Scotis feliciter imperitauit. Heros religionis & veræ pietatis cultor assertorq; eximius: æquus in dicundo iure: animo aduersus auaritiam inuicto: moderatus. Decessit A.C. 578.

KYNNATILLVS Congallo surrogatus, regni sui mense XV. empyemate correptus: In B. Columbę sinu felicem exhalauit animã. Ionæ in maiorum mausoleo inhumatus A. C. 569.

KENNETVS siue Chenodus Keyr, Scotorum Regum quinquagesimus: quarto regni mense catarrho extinctus.

AIDANVS à S. Columba, patribus auctoribus, insignia regalia suscipiens, Scotorum vndequinquagesimus rei summæ administrator designatus A. C. 580. primam suscepit expeditionem aduersus latrones Gallovidiam populantes. A Pictis & Saxonibus bello petitus: socijs Britannorum armis victor euasit: Columbæ tamen precibus potissimum adiutus. Cuius morte audita, mente magis quàm morbo confectus, decessit A. C. 606. regni XXVII.

REGINANVS in Hibernia exul diem obijt.

EVGENIVS regnum Scotorum à Kennetho agnato per manus recepit A C 607. A Columba piè & honestè educatus, ac literis etiam luculenter eruditus: magis sua piè tueri, quàm aliena vi inuadere studuit: mimos, parasitos, histriones, & eiusmodi farinæ homines aut patria excedere, aut arte manuaria victum quærere adegit: furtum in primis habuit flagitijs; pœna longè atrociore, quam rapinam aut homicidium, prosecutus: ædes sacras quas in Gallouidia & vicinis regionibus impia Saxonum feritas fuerat demolita, restituit. Pictis Saxonibusque parum erat amicus: quòd hi in gentili pertinaciter perseuerarent impietate: illi Ethnicis fauerent. In Gallouidia mortuus: & ad communem Regum sepulturam in Ionam delatus A. C. 620. regni sui XV.

ARTHVRNVS à patre contra Brudeum Pictorum Regem missus: in acie occubuit.

DONGARRVS patrem à Pictis & Saxonibus circumuentum, in extremo constitutum cernens periculo: semet pro ipso trucidandum obiectans, ad Deglastonem Pritanniæ vrbem, pio officio eripuit: anno ante B. Columbæ obitum proximo.

FERCHARDVS I. secundus supra quinquagesimum regem rei summam inter Scotos adeptus A. C 620. haud vndequaque sui olim preceptoris. Connani, Sodorensis Episcopi, obtemperauit monitis: homo scelerate callidus, tyrannus improbus Pelagiana hæresi innolutus, nec Deum verens, nec Remp curans. Proinde quum omnia in regno cædibus ac depopulationibus exundarent: exitiale omnium in se concitauit odium: adeo vt in carcerem coniectus, ne diutius ad ludibrium superesset, ipse sibi mortem consciuerit A. C. 632.

FERCHARDVS II. Scotorum Rex LIV. vir in omni sce-

DONALDVS è Mona insula cum Connano Pontifice accitus: & patiũ auctoritate, populi suffragijs, in ordine LIII. Rex inauguratus: in paternos se transformans mores, nihil maiori studio egit, quàm vt verum Dei cultum tueretur: & quæ Ferchardi labefactarat ignauia, in pristinum decus restitueret. Ethelfredi liberos exules in Scotia & viatico iuuit, & suis copijs reduxit: Osvaldo quoque Northumbrorum Regi aduersus Saxones Ethnicos tulit suppetias. Tao tandem lacu, dum recreationis ergò cum aulicis incautiùs piscatur, depressa naui extinctus, quintodecimo sui principatus anno. Cadauer emensis aliquot diebus funiculis ex aqua extractum, & in Ionam delatum.

SYRA in Gallicana Campania, ob vitæ sanctitatem, insignem sui reliquit memoriam.

FIACRIVS à Connano Episcopo optimè institutus: religioni se & vitæ monasticæ addixit. clam ergo ex patria profectus: in Gallia à Pharadone Meldensium Episcopo, agello, in quo nunc colitur, est donatus.

lerum

lerum genere inquinatißimus: vini æque ac pecuniæ inexplebilis: immani in homines crudelitate, & in Deum impietate: inter venandum à lupo vulneratus, in febrim; & quum à solita intemperantia non abstineret, in ἐπιληψίαν incidit: Deo vltore dignas ita pœnas exigente; qua totum biennium conflictatus, vbi dolores indies magis magisq́; crescerent: agnito tandem errore, suisq́; sceleribus palam fassis, diem obijt A. C. 664. potestatis suæ XIIX.

EVGENIVS VI. Rex Scotorum LVII. literis sacris eruditus; inexplebili odio aduersus Pictorum perfidiam inflammatus: sæpenumero varia fortuna, nunquam tamen iusto bello, cum eis conflixit. Obijt A. C. 697. regni sui decimo.

MALDVINVS Rex Scotorum LV. quò regni partes, decessoris sui tyrannide labefactatas, confirmaret: cum vicinis Pictis & Britannis pacem icit. Christianam religionem summoperè coluit: & in publica quoque administratione nihil quod in bono principe desiderari queat, omisit. Northumbrorum iniuriam, qui Pictorũ armis adiuti Scotorum agros latrocinijs infestabant, eum maiori illorum iactura vltus: infensissimum in se Pictorum & Saxonum concitauit odium. Strangulatus paulo post ab vxore ob pellicatus suspicionem A. C. 684. regni XX. Cuius tamen illa cædis dignas luit pœnas: in edito cremata loco.

DONGARDVS nulla re memorabili gesta, apud posteros nobilitatus. *Reges Scotiæ.*

EVGENIVS V. secũdum patrui fata rerum inter Scotos potitus: Egfredum Northumbrum, qui pari arte pacem verbis duntaxat ostentabat, Gallovidiam populãtem; sauciũ, amisso penè toto exercitu, fugauit. Sepultus in Iona cũ maioribus A. C. 688. regni sui quarto.

AMBERKELETHus Scotorũ Rex in ordine LIIX. homo γαστριμαργίᾳ, libidine, & auaritia infamis: aduersus Pictos, propè conuitijs excitatus, bello moto: incerto sagittæ ictu in castris interijt A. C. 699. potestatis suæ altero. Ionam in patria monunumenta illatus.

MORDACVS patruo in regno suffectus A. C. 916 omni vita fuit pacificus, iustus, ac pietati deuotus: pacem cum Britonibus, Pictis, & cæteris Anglorum Regibus nouo fœdere firmauit: totusq́; in id incubuit: vt quas aleret gentes Albion insula; idem teneret consensus. Summi sui magistratus anno sextodecimo, fatorum necessitati cessit.

EVGENIVS IIX. Scotorum Rex LXII. primo principatus sui anno optimum egit principem: & Donaldum per Gallovidiam grassantem, cruentis aliquot fractum prælijs, cepit; ac suppliciũ, ceu lætum spectaculum repræsentauit. Mordacũ quoque Gallovidiæ præfectum, socium Donaldini sceleris conuictum, mori coegit: reliquos præfectos pecunia mulctauit. Postea luxu ac libidine perditus, in omnia flagitia præceps abijt, religionis contemptũ, extremam auaritiam, ditiorum cædes ac parricidia. Dignum tandem vita sua sortitus exitum, in cœtu procerum, omnibus in eius exitium consentientibus, confossus A. C. 765. Cadauer eius licet in cloacam abijci-

EVGENIVS VII. fratris in regno successor: vir corpore heroico, Ecclesiæ cultor eximius, & à literis non abhorrens: quum parum spei in exercitu, ab inerti Rege collecto, reponeret: bellum Pictauiense inducijs distulit: atque in vxorem ducta SPONDANA, Garnardi Pictorum Regis filia; finijt. Rebus foris compositis, ad pacis opera conuersus; religionis inprimis curam habuit: & Scotorum res gestas literis mandari curauit. Obijt Abrenethi: sepultus Ionæ A. C. 716. regnationis suæ XVI. SPONDANA vxor, altero post nuptias anno grauida, noctu à duobus fratribus, natione Atholicis, ob patris supplicium in necem Regis conspirantibus, in regio cubiculo est trucidata.

ETHFINVS post Mordacũ regno admotus: vir ad pacem & pietatem colendã natus: proximorum Regum æmulus: per annos triginta vnũ in summa tranquillitate suos continuit. Vita defunctus A. C. 762.

DONGALLVS vixit ignobilis.

CONGALLVS Achaij in regno Scotorum successor, quinquẽnio summa domi & foris cõcordia id administrauit. Obijt A. C. 824;

FERGVSIVS III. Rex in ordine LXIII. totus temulentiæ & ingluuici se addixit: neglecta Reipublicæ cura. Ab vxore tandem ob pellicatum noctu

ACHAIVS Scotorem Rex post Soluathij excessum vir probitate & iustitia insignis: primus

endum, aut beſtijs obijciendum pleriſque viſum: ne tamen quid maiorum gloriæ detraheretur; magiſtratus auctoritate in Ionam ad monumenta auita eſt delatum.

Reges Scotiæ.

SOLVATHIVS Scotorum Rex in ordine LXIV. vir ad maxima, ſi fata vndique fauiſſent, natus. Tertio namque regni anno vi frigoris, quo inter venandum vehementius affligebatur, podagram contraxit; indiuiduam eius comitem ad vitæ vſq; exitum, qui ipſi accidit A.C. 787 Etenim licet ipſemet domi foriſq; præſtantis ducis munia ritè exequi non poſſet: tumultus tamen per præfectos conſilio & prudentia ſedauit.

DONGALLVS vir inſigni prudentia, Scoticarū rerum poſt Congallum potitus: in Pictos, quòd Alpino hæredi legitimo, regnum deferre fuerant aſpernati, ſumma vi bellum molitur. Sed in ipſo apparatu ſubmerſa nauicula in Speiæ amnis rapidiſſimi trāſitu, infeliciter occubuit A.C. 830. regni ſexto. Funus eius regio cum honore Alpinus in Ionam extulit.

ſtrangulatus A.C. 768. regni tertio. Scotorum cum Francis & Carolo Magno Imp. Romano fœdus icit: felix omni vita. Naturæ conceſſit Anno C. 819. regnationis ſuæ XXXII.

ALPINVS poſt Dongallum Scotorum regno admotus A.C. 830. acri congreſſus prælio cum Feredetho, qui ſibi Pictorum arrogauerat regnum: cruentiſſima cum ipſo pugna ad noctem vſq; incerta victoria conflixit: in qua Feredothus cum flote nobilitatis perijt. Redintegrato prælio, quum diu anceps fuiſſet certamen; tandem cum multis procerum captus, & ſecuri eſt percuſſus, quarto ſui principatus anno. Caput eius conto affixum, pro victoriæ inſigni ab hoſtibus Camelodunum delatum: in eminentiſſimaq; mœniorum parte eſt ſuſpenſum. Cadauer truncum in Ionam ad maiorū monumenta illatum.

GREGORIVS poſt Ethum LXXIII. omnium conſenſu Rex dictus: non minus iuſtitia & temperantia, quàm fortitudine clarus extitit; vnde non immeritò apud ſuos Magni cognomētum meruit. Leges de immunitate miniſtrorum Eccleſiæ vel veteres reuocauit, vel nouas condidit: ab Anglis, Britannis, Danis omnia recuperauit: Hiberniam domuit: Northumbriam, Cumbriam, & VVeſtmariam regno ſuo adiecit. In Gariothæ tandem regionis arce munitiſſima Doundar, obijt cælebs Anno C. 893. ætatis ſuæ LXV. regiminis XIIX.

KENNETHVS cogn. Magnus, in rebus propè deploratis accepto regno; quum aliqui vix reliquias miſeras defendi & contineri poſſe ſperarenr; Pictum hoſtem, externis auxilijs fretum, & recenti victoria exultantem, magno animo multis & aſperis prælijs fregit: fractumque ex omni Britannia exegit: agros, hoſti ereptos, ſuis pro cuiusque virtute diuiſit: Camelodunum ſolo æquauit. Regnum poſtea in duplam magnitudinem à ſe auctum legibus nouis temperauit, & diſciplina vetere optimè roborauit. Apud Forteviotum ex pituitæ exundantia mortuus, poſt rei ſummam viginti annis dexterrime adminiſtratam A. C 855.

DONALDVS IV. fratri in regno ſurrogatus: vir protenſæ luxuriæ, intemperantiæ & auaritiæ: monſtrum in Reipub. perniciem natū, ignauiſſimū. Quicquid enim Scotorum agri erat vltra Fortheam & Cludam amnes, perdidit: captus ſemiſomnis ab Anglis. Liber dimiſſus, & in Scotiam poſtliminiò reuerſus; quum ad priſtinas quoque vitæ illecebras rediret: à ſuis in carcerem coniectus, violentas ſibi manus intulit Anno Chriſti 860. poteſtatis ſuæ ſexto.

CONSTANTINVS II. vir magni animi & virtutis eximiæ: poſt Donaldum patruum Rex Scotorum inaugutatus: ſtatim ad diſciplinæ publicæ emendationem conuerſus; ſacerdotum ordinem, iam relicto prædicandi Euangelij munere, luxu corruptum, ad veterem parſimoniam legibus ſeueriſsimè latis reduxit:

ETHVS ex fratris clade fuga elapſus, Sconæ regnum ſuſcepit A.C. 874. vir ſumma quidē corporis agilitate, vnde Alipedis quoq; cognomentū traxit at ingenio hebeti, & ad publicū regimē inepto: voluptati præterea luxuriæq; addictus. Anglis nāq; Danorū bello grauiſſimo implicitis, recuperare potuiſſet Fifā, Laodoniā, cū alijs regionib, Scotis Anglorum

xit: ebrioſos capitali ſupplicio mulctauit: luſus prohibuit. Tertiodecimo poteſtatis ſuæ anno aduerſus Danos, à Pictis contra Scotos ſolicitatos, profectus: in agro Fiſano, magna exercitus parte amiſſa, captus; & in ſpeluncam modicam (Diaboli ſpecum vulgus nominat) tractus: ſecutique eſt percuſſus A C. 874.

DONALDVS Sconæ marmori de more admotus, & Scotorum Rex deſignatus: beatam à Gregorio acceptã Rempub. ſanctè & dexterrimè adminiſtrauit: iuri dicũdo magis, quam armis, hoſte nuſquam vrgente, operam impendens: nec vllam cuique, inopi tamen præcipuè, illatam iniuriam paſſus inultam. Pacem tamẽ ita coluit, vt ſemper ad bellum fuerit paratus. Domeſtico tumultu inter Roſſos & Morauos ſopito, & factionum ducibus ſublatis: Foreſſæ deceſſit non ſine ſuſpicione veneni A. C. 903. regni vndecimo.

MALCOLMVS ſiue MILCOLVMBVS poſt Conſtantinum detonſum Scofiæ Rex deſignatus: ab Edmundo Anglo Cumbria & VVeſtmaria donatus, contra Danos fida tulit auxilia. Domum reuerſus, totum ſe pacis artibus dedit: & quò belli vulnera, & potiſsimum luxum ac licentiam ſanaret, ipſemet iuridicos Scotorũ conuentus alternis fermè annis inuiſit: ſumma cum æquitate ius dicens. Tandem decimo quinto regni anno dum acriùs latrocinia punit, & luxuria diſfluentes iuniorum mores coercet: in Morauia noctu à coniuratis eſt extinctus. Sepultus Ionæ A C. 959.

& Britonũ iniuria ademptis: nî militia neglecta pluris feciſſet libidinem, quàm publicam ſalutem. Proinde regno deiectus poteſtatis ſuæ anno altero, in carcere perijt. Reges Scotia.

CONSTANTINVS III. Rex Scotorum LXXV. homo non tam ingenio prauo quã in bono parum conſtante: maiore nobilitatis Scoticæ parte ab Anglis cæſa eierato ſponte magiſtratu, reliquos vitæ annos quinque ad Fanum Andreæ tranſegit. Obijt A. C. 943. regni XL.

INDVLFVS Scotorum Rex LXXVII. rebus domi compoſitis, proximum ſeptenniũ in ſumma trãquillitate tranſegit: Danis quoque auxilia contra Anglos denegans. A quibus poſtmodo bello infeſtatus: egregia de eis in littore Boinæ ad Collini fluminis oſtiũ parta victoria: quum ſecurus, velut penitus hoſtibus profligatis, cum paucis obequitat: caſu in eos illatus occiditur A. C. 968 regni ſui nono.

CVLENVS poſt Duffum Scotorum regno potitus A. C. 972. homo omni flagitiorũ genere infamis: ad omnes vitæ functiones corporis animique viribus intemperantia debilitatis, factus inutilis: gonorrhæa correptus, breuique poſt à Robardo Thano, ob ſtuprum per vim filiæ illatum, eſt occiſus regni anno quinto.

CONSTANTINVS Caluus, Kennetho occiſo, ambitioſè ad regnum aſpirans: in pugna domeſtica ad Amundam amnem in Lãdonia occidit. Ionæ ſepultus regni anno ſeſqui altero.

DVFFVS in ſerie Scotorum Regum LXXIIX: heros pius, iuſtus, & latronum acerrimus perſecutor, quos, licet nobiles, ſuſpendio dãnabat. Quã ob rem facta in eum coniuratione, Foreſſæ (quod eſt Morauiæ oppidum) Donaldi inſidijs noctu eſt iugulatus A. C. 968. regni quinto. Corpus à ſicarijs in littore ad Kynloſſam cœnobium abſconditũ, poſt ſextum demum menſem effoſſum, Ionamque eſt delatum.

MILCOLVMBVS Cumbriæ Præfectus, & futurus Rex, Kennethi patrui fraude veneno ſublatus.

KENNETHVS III. Thanus Atholiæ, & poſt Culenũ Scotorum Rex in corrigendis adoleſcentium moribus nullum non mouit lapidem: aulam libidinum & nequitiæ miniſtris purgans: & veterẽ diſciplinam paulatim reuocans. De Danis ad Loncartem vicum memorabilem victoriam retulit. Belli namque & pacis munera ita obibat: vt fortitudinis, conſtantiæ, & æquitatis maximam ſibi laudem compararet. Sed quam ſuam laudẽ facinore ſceleſtiſsimo longè contaminauit: fratruele, ex regni ambitione, quo liberis ſuis id pararet, necato. Perijt tandem & ipſe Feneſtellæ in Meruia, quò ad S. Palladij oſſa venerabundus venerat, ſiue ab arcis illius domina, ſiue ab equitibus confoſſus A. C. 1000. regni ſui XXV.

MOGALLVS Princeps Scotiæ.

GRIMVS poſt Conſtantinum LV. rei ſummam inter Scotos adeptus: ex optimo principe in flagitioſiſſimum euaſit tyrannum. Bello à Malcolmo laceſſitus, & vulnerato capite captus, mox oculis eſt priuatus: nec multo poſt, animi mœrore ad vulnera accedente, hominem exuit A. C. 1010. regni nono.

Reges Scotiæ. MILCOLVMBVS siue MALCOLMVS Cumbriæ Princeps, suscepto regno, ad conuulsam factionibus rem Scoticam restituendam aggressus: decreta omni discordiarum ἀμνηστίᾳ; è nobilitate præsides, viros iustos & pios, qui latrones superiorum temporum licentia vagos compescerent, in omnes prouincias misit. A Danis in Morauia ingenti clade affectus: eos breui pòst ad Murthilacum, ad Balbridum, ad Buchaniæ littus cruenti victos prælio, ad vnum penè internecione deleuit: non tamen sine maxima suorum iactura. His bellis perfunctus, aliquot annos maxima cum gloria regnauit. Auaritia tandem animum eius senilem corrumpente, adeo vt opulētiores supra modum mulctaret: apud Glammim in Angusia, corruptis pecunia domesticis ministris, paucorum coniuratione noctu est trucidatus A. C. 1040. regni sui XXXI. Ionæ in maiorum mansoleis sepultus.

KENNETHVS nothus in Cumbria cum tota fermè nobilitate sua oppetijt. A. C. 1001.

BEATRIX nupta viro nobilissimo CRINAE insularum Occidentalium Thano, & reliquorum Thanorum præfecto, quem ætas illa Athanum vocabat.

DVNCANVS ab auo præfectus Cumbriæ, ei cæso in regno Scororum successit. Vir summa humanitate, & maiore erga suos indulgentia, quam in Rege est opus. Domestica seditione pacata: Danis, qui magna cum classe in Fifam traiecerant, occurrere coactus: cum eis prope Culrossiam magna vi, dubio marte, manus conseruit: quos tamen pòst ingenti astu ad Bertham oppidum, & mox ad Kingornum, fudit & cæcidit. Macbethi tandem consobrini insidijs ad Ennernessum obtruncatus A. C. 1046. regni sexto.

DOACA Angusiæ Thano matrimonio sociata.

MACBETHVS siue Maccabæus, vir acri ingenio, animo prorsus excelso & magnarum rerum cupido: tyrannice regno Scotorum adepto, quò id stabiliret, potentiores magnis largitionibus sibi conciliauit: in prædones seuerissimè animaduertit: leges plurimas vtilissimasq́ scripsit. Verùm vbi malè partum imperium in crudelissimā tyrannidē verteret: à Magduffo Fisæ Thano, cui insidias struebat, est cæsus A. C. 1061. potestatus sua XVI.

LVLACTH siue Luthlacus, cui ex ingenio cognomen inditum erat Fatuo regnāte Malcolmo intrusus: ab eo in valle Bogiana cum fautoribus est trucidatus, tertio quam Regis nomen susceperat mense.

MALCOLMVS Cammorus cognomento, q. d. Megalocephalus, in Anglia exul, paterno recuperato regno, Scosiæ Rex inauguratus VII. Kal. Maij A. C. 1067. Forfaræ generali indicto conuentu, regni primores, qui suis partibus adhæserant, & quorum parentes à Macbetho erant occisi, amplis donauit præmijs: agrisque redditis pristinam quoq; ipsorum aut parentum restituit dignitatem. Non multo pòst occultis petitus insidijs; principi coniurationis supplici clementer ignouit; priùs tamen ipsi exprobratis superioribus beneficijs. Pace domi forisque magnis laboribus parta; ad mores publicos emendandos conuersus: ipsemet & sanctissimè vixit, & alios exemplò suo ad modestiam & æquitatem prouocauit: proceres ad veteris parsimoniæ modum reuocauit, legibus sumptuarijs seuerissimè latis. Ab Anglis tandem ad bellum lacessitus: in obsidione Annuieci arcis cum Eduardo filio oppetijt Idib. Octob. A. C. 1097. regni sui XXXVI. Regum corpora è Timutho (quod ad ostium Tinæ cœnobium est) vbi primum fuerant sepulta, Fermelinodunum postea relata.
MARGARETA Eduardi F. neptis Edmundi Angliæ Regis, mœrore confecta, haud diu marito filioque fuit superstes.

DONALDVS Banus id est Albus cognominatus, qui Macbethi metu in AEbudas profugerat; post fratris interitum, Magni Noruegiorū Regis ope, fratruelibus hæredibus legitimis pulsis, regnum inuasit. Quo tamen honore non diu est fruitus. Ob temeritatem namque omnibus inuisus redditus: & à Duncano, Malcolmi notho, armis in AEbudas est fugatus: post cuius interitum regnum quidem recepit: quod plus minus triennio turbulentissimum gessit: verùm ab Edgaro denuo eiectus, eóq́ fuga retractus, diem in carcere obijt A. C. 1101.

Filij

Filij sex, natæ duæ.

Nothus

EDVARDVS primogenitus in obsidione Annevici atcis dum salutis suæ negligentior, vindictæ cupiditate in hostem Anglum incautiùs irruit: ex vulnere breui interijt. Primus ex regia familia, vna cum patre, Fermelinoduni inhumatus.

DVNCANVS Donaldo patruo fugato Rex dictus: post sesquiannium eiusdem dolo perijt A. C. 1098. *Reges Scotiæ.*

EDMVNDVS &

ETNELREDVS exules in Angliam à Donaldo patruo pulsi, interierunt.

EDGARVS tyrannis sublatis, sine sanguine in regnum, summo ordinum consensu reductus: factis patri fratrique parentalibus, Edinburgi pontificia vnctione regni gubernacula primus accepit A. C. 101. In summa pace annos regnauit nouem: bonis omnibus carus & verendus: malis adeò formidabilis, vt toto isto tempore nulli motus intestini, nullus ab hoste externo metus fuerit. Alecti decessit *ἄγαμος*: Fermelinoduni sepultus.

ALEXANDER ob singularem ipsius in latronibus compescendis virtutem cognominatus Fers, h. e. Fortis siue Acer: Edgaro in summa Scotorum administratione successit A. C. 1110. Heros pius, iustitiæq́ cultor eximius: insidijs varijs coniuratorum quorundam petitus, omnes feliciter oppressit: mulieri de iniuria, à Comitis Marriæ filio accepta, vindictam promisit & exhibuit. Post hac ad pacis opera conuersus; ædem ad Fermelinodunum à patre cœptam perfecit, & prouentibus locupletauit: fanum Michaelis ad Scouam à fundamentis extruxit: aliud item in AEmona insula D. Columbo dicatum: fanum quoque Andreæ, satis antea diues, non modò donarijs, sed etiam agris auxit. Decessit ἄπαις A. C. 1125. quum septemdecim annos rei Scoticæ præfuisset. Vxor SIBYLLA, Gulielmi Normanni F.

MARIA nuptum data Eustathio *Boloniæ Comiti.*

MATHILDIS, *cui ex moribus Bonæ cognomen datum fuerat, vixit in coniugio Henrici II. Regis Angliæ.*

DAVID fratribus Scoticarum rerum potitis, in Anglia apud Mathildem sororem hærens: vxorem ibi accepit MATHILDEM filiam & hæredem vnicam Voldiofi Hundintoniæ Northumbriaque Comitis, natam matre Iuditha, Gulielmi Normanni nepte. Ex hoc matrimonio magnis prouentibus auctus; nempe Comitatibus Northumbriæ & Hundintoniæ siue Venantoduni: fratre Alexandro defuncto, cum magna ciuium gratulatione, ad regnum accipiendum, in Scotiam venit. Pacis autem studijs quum totum se dedidisset: res in Anglia turbatæ, inuitum ad bellum pertraxerunt; ob ingenium Stephani Regis inquietum, & imperij auidum: qui cum pro Northumbria aliquoties varia fortuna dimicauit. Facta dein pace, Scoticas res pacificè, & probè vndetriginta administrauit annos, cum mensibus duobus, diebus tribus: pietatem & iustitiam vnicè colens: aulamque admiranda prudentia sic gubernans, vt non modò eam purgaret, luxuriam latiùs proserpentem patris exemplo coercendo; sed & in omnis generis virtutibus exerceret. Non enim istic impudicum auditum verbum: non admissæ compotationes: nec flagitiosus quis istic toleratus. Vnicum toto regni tempore ciuilem tumultum veriùs, quàm bellum, sensit: sed qui breui, AEnea Morauiæ Comite cum factione cæso, conquieuit. Cæterum monasteria vel collapsa vetustate, vel bellorum iniurijs diruta, instaurauit: noua à fundamentis multa sumptuosè extruxit, in magnam ærarij regij iacturam: præsertim quum Scoti nulla aut exigua solebant Regi pendere vectigalia. Vxore in ætatis flore mortua, plus viginti annis non modò cælebs, sed etiam expers veneris, decessit Carleoli A. C. 1153. IX. Kal. Iunij. Fermilinoduni sepultus.

HENRICVS Northumbriæ & Hundintoniæ Comes, non minus pietate, quàm ore patrem referens, maximo omnium luctu morte ipsum præuertit in flore ætatis: In Calco abbatia sepultus A. C. 1152. Vxor ADAMA F. Gulielmi Comitis Varraini, ex illustri Francorum & Anglorum prosapia, obijt 1178.

MALCOLMVS siue MILCOLVM- | ADAMA vxor Florentij Comitis Hol- | GVLIELMVS Northumbriæ Comes, de- | *DAVID Hundintoniæ Comes. Vide* *

Reges Scotiæ.

BVS, ob perpetuam corporis castitatem Virgo cognominatus: ab auo Rege toti Nobilitati, peculiariter verò Macdusso Fifæ Comiti commendatus: absceo per vniuersum regnum circumductus, & pro indubitato regni successore proclamatus: vix tertiumdecimum agens annum regni gubernacula adijt A. C. 1153. Externo bello liber, intestinis seditionibus, suorumquè nonnulla rebellione est agitatus: quibus oppressis, ad artes auitas, nempe sacrarum ædium extructione, & in monachos largitiones sese conuertit. Sed non multo pòst mortem obijt V. Id. Decembr. A. C. 1165. vitæ XXV. regni XII.

landiæ.

MARGARETA elocata Canono Armorica Britannia Duci.

MATHILDIS.

cimo quinto post obitum fratris die regnū obiens nullum ferè nec publicum nec priuatum negotium priùs attigit, quàm Northumbriam ab Henrico Anglo, quā ipsi ademerat, repetisset. Quum autē assidua flagitatione nihil proficeret: in Scotiam reuersus, primo omnium regnum, latronibus castigatis, repurgauit: deinde locis idoneis arces & præsidia ad prohibēdas repentinas incursiones, imposuit, demum per legatos de reddēda Northumbria admonuit: ni redderet, bellum interminatus. In hosticum inde magno cum exercitu ingressus: quum nimis credulus fallacibus hostis promissis, iam velut in summa pace obequitaret: ab hoste, impetu in ipsum facto, insidiosè captus; & ad Regem in Gallia tum militantem, est perductus. Cui quindecim traditis obsidibus, & quatuor arcibus, Rosburgi, Beruici, Edimburgi & Sterlini; ad suos redire est permissus. Expeditionem dehinc in Morauiam adornans, aduersus latrones AEbudenses: contra quos nauibus circummissis, qui classem incenderent, terrestri itinere profectus: ad vnum penè omnes Internecione deleuit. Sterlingi decessit summo senio annos natus LXXIV. A. C. 1214. regni XLIX. vir tum vitæ sanctimonia, tum iustitia Insigni (cuius gratia & Leonis cognomentum tulit) nobilitatus. Vxor EMERGARDA Comitissa Bellimontis, Regis Anglorum propinqua.

ALEXANDER II. turbidis temporibus Scotorū adeptus imperium: omnia prudentiùs, quàm pro ætate cōposuit. primùm omnium, indicto conuentu publico, patris acta omnia ordinum decreto confirmans. In Ioannem Anglum mouens, varia loca expugnauit, recepitque: episcopis postmodo vtrobique intercedentibus, pacem cum ipso non solùm inijt, sed & firmissimis firmauit vinculis, amicitia nimirum & affinitate. Cum Philippo quoq; Francorum Rege Boloniæ congressus; multam post gratulationem vetus renouauit fœdus. Post felicem tandem per XXXV. annos rei administrationem, rebus humanis exemptus, & in cœnobio Melros sepultus A. C. 1249. ætatis suæ LI. Vxores eius duæ: I. IOANNA Henrici Angliæ Regis F. vixdum viripotens ipsi desponsata Non. Iulij A. C. 1220. Cantuariam religionis ergo profecta, inde rediens, Eboraci ex putrefacto iam longo tempore vtero, decessit ἄπαις A. C. 1238. Londini sepulta. 2. MARIA Ingelrami Cuciani Franci F.

MARGARETA vxor Huberti Iustitiarij Angliæ.

ISABELLA Londini elocata Comiti Nortfolciensi.

IOANNES Berthæ inundatione Tai amnis vnà cum nutrice extinct' bimus A. C. 1212.

ALEXANDER III. puer vixdum nouennis secundùm patris mortem Scone Rex coronatus: post biennium ab Henrico III. Angliæ Rege Eboraci in Equestrē ordinem allectus, necnon in generum adscitus: eius velut curatoris consilio in rebus grauioribus postea est vsus: Regno maturus, quum populi prohibere intenderet iniurias: (ipso namque impubere, omnium prope rerum potestas penes Cuminiorum erat factionem: qui publicum patrimonium in rem suam vertebant, pro Regibus se gerebant, populum seruilem in modum premebant & opprimebant) ab his manu clientium subito collecta, Kinrossi dormiens oppressus, ac Sterlingum est perductus. Quem tamen motum mox sedauit Gualtheri Cuminij mors, ab vxore propria (vt creditum est) veneno extincti: per quam tanquam omnium scelere expiato, reliquis suppliciter petentibus Rex veniam dedit. Noruegios in Scotiam irruptionem facientes, magna strage fudit: nec nisi AEbudis receptis pacem eis dedit. S. quoque Ludouico Francorum Regi expeditione Saracenica misit suppetias. Intra paucos tandem annos, coniuge MARGARETA Regis filia, & omnibus liberis orbatus: IOLETAM

LETAM duxit Comitem Druidum:& intra annũ vertentem ab equo lapſo excuſſus, fractis ceruicibus interijt, haud procul à Kingorno A.C.1286.XIV.Kal. Aprilis, ætatis XLV. regiminis XXXVII. Fermelinoduni ſepultus. *Reges Scotiæ.*

ALEXANDER à patre donatus Comitatu Hundintoniæ, in verba Eduardi Angliæ Regis, vtiiuriserat, iurauit. Elocatus dehinc MARGARETAE Guidonis Flandriæ Comitis filiæ: paulò poſt nuptias ante patrem obijt.

MARGARETA Olauo Hanganano, Magni Regis Noruegiæ filio elocata A. C. 1275.

DAVID Obijt bimus Anno C. 1275.

FERGVSIVS Gallouidiæ Regulus.

GILBERTVS paternæ hæreditatis æquationem, factam à Rege Scotorum Gulielmo, indignè ferens: Rege ab Anglo capto, odium in fratrem, diu recõditum, expromiſit: perfideque eo obtruncato, ad Anglorum partes ſe adiungens, in ſuos ciues omni clade belli ſæuijt.

ETHREDVS perpetuo Regi manſit fidus: à fratre inopinato captus erutis oculis & lingua exſecta grauiter & diu cruciatus, perijt.

ROLANDVS iuuenis acer collecta ad ſe popularium, qui in fide Regis perſtiterant, manu; ſummis animi corporisque viribus & patrui impetus retundit: & cum Anglis ſemper fortiter ſæpe etiam feliciter conflixit. Ideo à Rege poſt Gilberti fata tota Gallouidia donatus: Gulielmo Moruillo Comite Stabuli in Scotia: cuius ſororem duxerat, ſine liberis defuncto; eum quoque magiſtratum hæreditarium accepit.

*

DAVID frater germanus Malcolmi & Gulielmi, Regũ Scotiæ, Hundintoniæ & Gariochæ Comes: Angliæ Regibus Henrico in Anglia, Richardo in Palæſtina militauit: vbi tempeſtatis vi in AEgyptum depulſus, capitur. Redemptus per mercatores, èque Flandria ſoluens, iterum tempeſtatem patitur: redux tandem, abbatiam Fitenſem condidit. Vir bello & pace maximè inſignis. Diem obijt A.C. 1219. ſepultus in Abbatia Angliæ Seueccia. Vxor MATHILDIS Ranulphi Comitis Ceſtriæ F.

ALANVS Gallouidianus, Scotorum longè potentiſſimus, ob ſtrenuam operam Ioanni Anglo in Hybernia nauatam, opulentiſſima accepit prædia.

DERNOGILLA vxor IOANNIS Bailioli, Domini Hereturiæ, Doumpuræ & Horni.

MARGARETA nupſit Alano Gallouidiano.

ISABELLA *Roberto Bruſſio*, cognomento Nobili, *Anglo* genere & opibus claro, collocata.

ALDA vxor Henrici HaſtingiAngli, mater IoannisCumingi, anea Ioannis Cumingi, tertij cõpetitoris regni Scotici, à Bruſſio in tẽplo necati.

IOANNES Balliolus, Gallus genere, ab Eduardo Anglo Rex Scotorum pronunciatus; à ſuis receptus, & ad Sconam de more coronatus: iam de regno ſecurus, quo Eduardo promiſſa fidẽ exolueret; in Nouocaſtro ad Tinam, inuitis primorib. in eius verba iurauit. Paulo poſt, quũ renunciata eidem amicitia, in priſtinam ſe vendicare libertatem molitur; cruento ab eo bello victus; Londini in cuſtodiam eſt traditus, poſt quartũ, quàm regnum inierat, annum Breui inde, filio obſide dato, dimiſſus; vbi ſe nec procerib. nec plebi gratum eſſe reperit: nihil vlterius ad regni recuperationẽ experiri volens, ſponte in Angliã exulatum abijt: indeq́ in Normaniam ad hæreditatem paternam: vbi in caſtello Guilard tandem amiſſis oculis in longa ſenecta tabeſcens expirauit.

EDVARDVS Balliolus, impubes vnà

ROBERTVS BRVSSIVS Dominus Annãdiæ & Gatiochæ in Scotia; & Cleuelandiæ in Anglia. Vxor MARTHA F. Comitis Carictæ in Africa extincti.

ROBERTVS Bruſſius Carictæ Comes ab Eduardo Angliæ Rege, cui operam ſuam in perdomãda Scotia nauarat, varia regni ſpe diu fruſtratus rerũ nouandarũ inceptus, cũ Guminio in necẽ Regis coniurat. Qua cõſpiratione detecta, in ſummũ vitæ adductus diſcrimen: amicorũ tamẽ auxilio, Eduardi manus effugit. Scotiæ diademate regali ſũpto; licet multorũ potẽtiſsimorũq; animos offenſos haberet, regnũ tamẽ amiſſum, pditis amicis, fratrib.

EDVARDVS BARSEVS Anglos ad fluuium Deiram in fugam vertit: magnaq; eorum ſtrage Vlconiã in Hibernia recepit. Ab ijsdem extremè cæſus.

cum patre ab Eduardo Anglo Londini in vincula coniectus: diu pòst eiusdem ope & armis Scotorum regnum quidem asseruit: sed varia fortuna rursus eiectus.

præter vnum Eduatdum ab Eduardo occisis omnibus; minima spe ex potentissimorum manibus eripuit: & post multas, quas passus est bellis varia cum Anglis fortuna gestis, calamitates, hostibus devictis, Scotorum libertati restituit. Vnde iure optimo patriæ restitutor assertorque dictus est ad posteritatem. Senio tandem, laboribus, & morbo (nam paulo ante mortem in elephantiam inciderat) fractus: & vtriusque fortunæ diu euentis exercitus: decessit VII. Idus Iulias A. C. 1329. regni XXIV. Fermeliduni inhumatus. Vxores eius: ISABELLA Gautenai Marriæ Comitis soror: & ISABELLA Comes Hulister obijt 1326.

MARIORA consors Gualteri Stuarti regni Scotiæ Senescalli; matri. *ROBERTVS Stuartus Rex Scotorum.*

DAVID II. octennis post Thomam Ranulphum Interregem veneno sublatum, Rex suffectus A. C. 1331. sed ab Eduardo Balliolo in Galliam, istic ad maturam vsque ætatem delituit. Inde reuocatus, quum Francis confœderatus, expeditionem in Anglos susciperet: post varias hinc inde illatas clades, pugna tandem Dunelmensi, profligato suo exercitu, est captus. Anno ab hinc vndecimo redemptus, modestissimum egit principem ad vitæ vsque finem: qui ipsi accidit in arce Edimburgensi A. C. 1370. Nonis Maij; regni prope XXXIX. Vir sanè in omni virtutum genere, ac inprimis iustitia & clementia memorabilis: & cui in bonis malisq; rebus exercito. semper magis fortuna, quam industria, defuisse videatur. Sepultus ad S. Crucem ãnus. Vxores eius, IOANNA Eduardi II. Angliæ Regis F. & MARGARETA filia Ioannis Logi Equitis aurati.

MARGARETA Sutherlandiæ Comiti iuncta, Ioannem filium pariendo interijt. MECHTILDIS in cunis mortua.



STIRPIS STVARTINAE:

Stemma illustre

REGVM SCOTIAE ET HIBERNIAE MODERNORVM.

Stuarti Scotiæ.

LEANCHVS, Banchonis à Macbetho Scotorum tyranno per insidias cæsi F. eiusdem tyranni petitus insidijs, noctis beneficio in Gualiam exulatum profugit: vbi gentis regulo ob ingenij dexteritatem commendatus: filiaque ipsius amore captus, eam ex se grauidam fecit. Ob quod facinus ab eo peremptus, filia seruituti vilissimæ est adiudicata.

GVALTHERVS naturalis Fleanchi F. ab auo materno rus relegatus: viginti natus annos, maiorum spirituum adolescens, agro relicto, ad auum iterum se recepit: à quo licèt seruiliter habitus; animum nihilominus erectum & magna semper suspicientem tulit. Illegitimos natales quum ipsi quidam obijceret: eo occiso, clam auo in Scotiam contendit, cognatorum imploraturus opem. In aulam vbi venit; ab Anglis, apud Margaretam Scotorum id temporis Reginam degentibus, comiter & amice in sodalitium receptus: diligenti obsequio breui omnium sibi amorem & fauorem conciliauit. A Rege quoque Milcolumbo in gratiam receptus; & exercitus ductor in Gallouidianos ac Hebrides missus, rem fortissimè gessit: cæsoque tumultus duce, ita cæteram multitudinem compressit: vt Rexeum reuersum STVARTVM quasi dicas Oeconomũ totius Scotiæ fecerit. Hic magistratus census omnes

regios

regios colligit: iurisdictionem etiam, qualem conuentuum præfecti habent: estque idem cum eo, quem priores Thanum appellabant. *Stuarti Scotiæ.*

ALANVS Stuartus adolescens cum Roberto Nortmanno, Gulielmi Conquæstoris Angliæ Regis filio, Gothofredum Bilionæum Lotharingiæ Ducem in Palæstinam comitatus: præclara edidit facinora in terra Sancta recuperanda A. C. 1099.

ALEXANDER Stuartus Abbatiam Pasletenam, instituti D. Benedicti, à fundamentis extruxit locupletauitq́.

GVALTERVS Stuartus Donaldoduni dominus, vir militaris.

ALEXANDER Stuartus, vir bellicis laudibus insignis, præsertim in difficilimo bello Scotorum cum Noruegijs ad oppidum Largas: quo dextrum cornu ipsius curæ à Rege demandatū: quo bello hostium cæsa sedecim millia, Kal. Augusti A. C. 1263. Iis exceptis, qui vel naufragi, vel ab hostibus cæsi periere.

ROBERTO Stuarto matrimonio sociata N. filia & hæres Roberti Crux à Cruxtuno: vnde procreati Equites & Barones Darlzi, Comites item Lenmesij.

IACOBVS Stuartus puer fatis functus.

IOANNES Stuartus Scotiæ Senescallus, cæsus ad Varium sacellum. Vxor N. hæres Boutil.

Filij complures ἀνώνυμοι noua sumpsere cognomenta à suis prædijs.

GVALTERVS Stuartus, regni Scotici Senescallus, patris perempti in ditionibus Butila, Kenefraia, Rothesa, Botha, Coila, & Stuartuno successor: vir nobilitate & gloria bellica insignis: obijt A. C. 1326. Vxor MARIORA F. Roberti Brusij Regis Scotorum, & Isabelæ Matriæ Comitis.

ROBERTVS Stuartus, Dominus Rothesaiæ, Bothæ, Renfroæ, Coilæ, & Stuartuni: a bauo materno post Dauidem in regno successor destinatus: eo defuncto, à Balliolo captus; cum alijs procetibus, rebus desperatis, in Angli verba iurare est coactus. Non multo pòst ab eodem diligenter ad necem conquisitus: opera Gulielmi Herioti & Ioannis Gilberti, saluus Britannodunum ad arcis Præfectum est delatus: vbi multis ad ipsum proceribus confluentibus, Prorex creatus; communibus cum Randolpho collega auspicijs, Anglis se & Eduardo Balliolo fortiter opposuit. A Dauide auunculo, post vndecennalem captiuitatem in regnū reuerso, à spe succedendi remotus quidem: mox tamen in frequenti Ordinum conuentu restitutus & confirmatus: eo vita functo, ad Limnuchū Rex inauguratus, & secundus eius nominis insignitus est A. C. 1370. Vir nulli regum felicitate inferior: quòd licet paucis ipsemet interfuerit prælijs; quod factum alij ætati, alij ignauiæ tribuunt: per legatos tamen bella, ferè semper optimo successu, gesserit. Id verò omnes vno ore consentiunt, virum fuisse optimum: pacisquè artibus cuilibet bonorum Regum comparandum. Ius enim diligenter atque æquabiliter dicebat: latrocinia seuerè coercebat: in factis summa constantia, in verbis fides inerat. Regnum, quod temporibus turbulentis acceperat domi iustitia & æquitate sedatis discordijs pacauit: & ab hostibus ita recuperauit, vt tres rantum arces reliquas haberent. Senio, non morbo extinctus in arce sua, quam Donum Donaldi vocant, A. C. 1390. ad XIII. Kalen. Maij. Vixit annos LXXIV. regnum tenuit XIX. ac dies XXIV. Sconæ inhumatus. Ex bino coniugio mares quinque, fœmellas genuit tres:.

ex EVPHEMIA Hugonis Comitis Rossiæ filia defuncta A. C. 1373.

GVALTHERVM Comitem Atholiæ & Ierniæ, ob conspirationem in Iacobum I. Regem, Edinburgi grauissimo supplicio affectum: quod in triduum fuit diuisum. Enimverò primo die super machinam ad instar ciconiæ confectam quæ è puteo aqua

aqua banriri solet, impositus: funibus per trocbleas transmissis nunc in altum attollebatur; nunc subito, ijsdem funibus remissis, demittebatur, donec penè terram attingeret, tum grauissimo per omnes corporis compages dolore: deinde in columellam elato, quò omnibus foret conspicuus, ferrea corona candens imposita est, cum hoc elogio, vt proditorum omnium Rex appellaretur. Postridie supra cratem alligatus, & ad caudam equi per vicum maximum Edimburgi cum conspirationis socijs tractus: tertio demum die, post intestina viuenti detracta, & in ignem iniecta, in quatuor partes dissectus est A. C. 1436. Eius F.

Comites Atholiæ.

ALEXANDER Rosiæ Comes, ex vxore N. filia Roberti Albaniæ Ducis, ac regni Scotici Gubernatoris, genuit

ROBERTVM *Atholiæ Comitem, iuuenem impigrum, ob eandem cum auo conspirationem in cruce suffocatum, & membratim dissectum.*

EVPHEMIAM *Comitatus Rossensis hæredem: quæ à propatruo materno Roberto regni Gubernatore persuasa, puella etiamnum eum illi Comitatum resignauit: paulo post eiusdem (vt creditur) opera extinctam.*

DAVIDEM *Comitem Atholiæ & Ernavallis, vernaculo Scotorum sermone Strathem dictum,* ἄπαιδα.

EVPHEMIAM *vxorem Iacobi Comitis Duglassij, Baronis Abircornij.*

Fifæ Comites.

℞ ex ELISABETHA Mora, filia Adami Mori Equitis illustris: ex qua quum extra matrimonium tres mares ac duas fœmellas suscepisset; eam Gifardo viro nobili in Lothiana curauit collocandam: quam postmodò eo defuncto, siue vetere illius consuetudine inductus; siue vt filios, quos ex ea genuerat, legitimos faceret, matrimonio sibi iunxit.

IOANNEM Carictæ Comitem, inde Robertum III. vocitatum, Regem Scotorum. *Pater namque Rex, Comitijs ad Sconam indictis, obtinuerat: vt, præteritis Euphemiæ liberis, in Rege creando gradus ætatis obseruarentur: quæ res postea tam immensam familiam propè extinxit.* De eo & eius prosapia vide fol. seq. sub signo †

ROBERTVM *Taithiæ & Fifæ Comitem, à genitore senio multo prægrauato, nec rebus gerendis amplius sufficiente, Edimburgi communi procerum consensu, Scotiæ Gubernatorem designatum: & à fratre postmodò ad regnum euecto, Perthi Ducem Albaniæ creatum A. C. 1399. Totam hic vitam suam perfidia & crudelitate deformauit: quippe qui stirpis fraternæ delendæ desiderio, Dauidem fratruelem, suæ curæ demandatum, in arctum carcerem in arce sua Falcolandia inclusum, ibi fame miserrimè enecauit. Obijt A. C. 1420. III. Non. Septembris: Fermelidoni sepultus; tribus superstitibus liberis:*

Duces Albaniæ.

MORDACO primogenito, Duce Albaniæ, Comite Fifæ: qui in prælio Arcibaldi Duglassij ad Nouum castrum captus; sed cum Percio Patritio Anglo commutatus, liberque dimissus: à patris obitu regni Scotici gubernationem suscepit: ad quam tamen minus fuit idoneus. Vir namque erat nauci, ingenio segnis; maiore interdum, ac par est, crudelitate ferox; animo quoque interdum adeo deiecto atque pauido, vt ad quemuis tristem nuncium à nemine se erigi pateretur: liberos autem suos siue socordia, siue nimia erga eos indulgentia ita corrupit: vt & se & illos breui pòst in maximam calamitatem ac demum exitium præcipitauerit. Etenim à Iacobo Rege patruele, quem non ita pridem ex Anglia reuocandum restituendumquè curauerat, captus: anno proximo 1427. securi percussus est. Vxor eius ISABELLA Dunachi Comitis Leuiniæ F. Filiorum

GVALTHERVS &

ALEXANDER, *soluta domi disciplina, quum inferiores contemnerent, ac proinde multis iniurijs opprimerent, suam insuper adolescentiam multis alijs flagitijs contaminarent: à Iacobo I. Rege in arctissima coniecti vincula; idem tandem cum patre, praua ad ipsum institutionis pœna proserpente, supplicium tulere A. C. 1427.*

IACOBVS *natu minimus audita clade familiæ, collecta manu, Britannodunum oppidum cremauit: & Ioannem Stuartum Rufum, Regis patruum, & cum eo triginta duos trucidauit. Ipse in Hiberniam profugit, ibiq; paulo pòst decessit.*

IOANNE Buchaniæ & Rosiæ Comite: qui Carolo Franciæ Delphino contra

tra

tra Anglos ſubſidio miſſus; poſt eius victoriam ad Baugium vicum, abs eo Magiſter Equitum, ſeu ſtabuli Comes creatus eſt, multiſque agris & oppidis donatus. Breui ab eodem in Galliam reuocatus: in prælio ad Vernolium cum alijs primoribus fortiter pugnans oppetijt IIX. Id Maij A. C. 1429. Vnicam eius filiam ex vxore Duglaſsia, Archibaldi gnata, Gulielmus Setonius Eques auratus, matrimonio ſibi ſocians, ius ſibi Comitatus Buchaniæ vendicauit. *Duces Buchaniæ, Domini Badenochæ.*

Filia ἀνώνυμος vxore Alexandri Roſsiæ Comitis.

ALEXANDRVM Stuartum, Buchaniæ Comitem, Dominum Badenachæ. A parentum hic totus degenerauit moribus: quippe qui prædonum & peſsimorum hominum ingenti ſtipatus colluuie, quum Epiſcopum Morauienſem, cui ob leuem cauſam infenſus erat, ad cædem nanciſci non poſſet: iram in ſacram Elgini ædem, omnium pulcerrimam, conuertens; eam incendio deleuit. Aberdoniam inde progreſſus, eius quoque loci epiſcopum ad necem inquiſitum pertraxit. Ob quæ ſcelera ad perpetuos eſt damnatus carceres. Hoc geniti

DVNCANVS ſeu Dunachus Stuartus, Dominus Badenachæ, patre feroce ferocior filius; auo mortuo, ratus locum rapinis alijſquè iniurijs fore; manu valida prædonum cinctus, in Anguſiam deſcendens, velut ex hoſtico prædas agere cœpit: & Valterum Ogiluium cum Valtero Lichtonio fratre, ipſi obſiſtere conantem, cum ſexaginta ſuorum internecione cæcidit: hoc ſucceſſu ferocior factus & inſolentior in affligenda plebe.

ALEXANDER Stuartus, nothus, Comes Marriæ, in adoleſcentia malis perditorum hominum conſilijs vſus, doctorem ſe latronibus & ipſe præbuerat. Verùm ad virilem, vbi perueniſſet ætatem, mores adeò mutauit: vt præclaram ſui memoriam ad poſteros tranſmiſerit. Nam & domi ad Harlaum vicum trans Taum, Inſulanorum impetum magna cum cæde repreſſit: & bellum periculoſiſsimum, in ipſo ortu, extinxit. Et quamuis multis opibus benè partis, prædijſque fructuoſis coemptis, vicinos anteiret: non tamen otio ac voluptati ſe dedit: ſed in Flandriam cum firma popularium cohorte profectus; Carolum Burgundum aduerſus Leodienſes ſecutus: ex eo bello rem & laudem retulit: opulentis etiam nuptijs in Hollandia Batauorum inſula auctus eſt. Quia autem peregrini hominis imperium Batauí non ferrent: inde reuerſus, claſſem comparauit ingenti quidem ſumptu, nec magno tamen emolumento vt aduerſus homines terreſtribus & naualibus copijs inſtructiſſimos. Numeroſam tandem eorum claſſem, Dantiſco redeuntem adortus: ea capta ac ſpoliata, nauiis cæſis, ac nauibus ſucceenſis; damnum acceptum hoſti multiplex reddidit: atque ita ferociam eorum fregit, vt centum annorum inducias poſtularint & acceperint. Aquilonaris Scotiæ gubernationem, ob ſingularem ſuam prudentiam ſibi à Iacobo Rege commiſſam, retinuit quoad vixit. Orbus poſt fata ſepultus in æde Dunckeldenſi. *Comites Marriæ.*

Filias duas ἀνωνύμους: quarum cum altera Ioannes Dumbarius, frater Georgij Comitis Merchiæ, antè, quàm eius pater rei ſummam potiretur, clandeſtinos habuit, congreſſus, vxoremq́, patre inſcio duxit: cum altera paulo pòſt Ioannes Lio, vir nobilis & prudentia eximia præditus, ſacrum nuptiale celebrauit; à ſocero poſtea Morauiæ donatus Comitatu; & à Iacobo Lyndeſaia Comite tandem nefariè peremptus Anno C. 1380.

IOANNES Stuartus, Carictæ Comes & Scotiæ Seneſcallus; parenti demortuo in regno ſucceſſor datus, & de more coronatus. Id. Auguſt. 1390. de Ordinum ſententia, Ioannis nomine abiecto, ROBERTI III. aſſumpſit: tum ob duorum Robertorum prædeceſſorum in pace & bello virtutem ac felicitatem; tum propter duorum Regum, Angli & Franci, quibus id nomen fuerat, calamitatem. Cum Anglis bellum geſsit penè continuum, varia tamen fortuna. Filiorum calamitate (quorum alter ROBERTI patrui ſcelere perierat; alter ab Anglo captus erat) audita; exanimis tertio pòſt die, inedia & mœrore vitam clauſit Roteſaiæ, quod oppidum eſt in Botha inſula, Anno Chriſti, Milleſimo quadringenteſimo ſexto, Kalenda. Aprilis, regni ſextodecimo. Sepultus Paſileti. Vir ſumma vitæ inno- *Carictæ Comites.*

innocentia, & in quo nullam hominis priuati virtutem desideres: vt verè de illo dici possit meliorem virum, quàm Regem eum fuisse. Vxot ANNA Bella.

Reges Scotiæ.

DAVID Dux Rothesaiæ, natus A. C. 1378. adolescens natura ferocior, & ingenio ad libidinem procliui: matre defuncta, cuius diligentia & consilio impetus eius retinendebantur: omni metu ac pudore sepofito, alienas vxores, & honesto loco natas virgines, quibus flagitium persuadere non poterat, per vim rapiebat ad stuprum. Quum insuper alijs se pollueret sceleribus, omniaque salutaria monita sperneret, homo perfrictæ frontis: à patre domesticæ commendatus est disciplinæ Roberti patrui, regni Gubernatoris: donec deferuescente lasciuia ad meliorem rediret frugem. Sed qui illum traductum in arcem suam Falcolandiam, arcto carceri mancipauit: vbi omni humano destitutus auxilio, victus inopia res quasuis fœdissimas, digitos denique proprios absumpsit: ac tandem lentam increpans mortem, miserabili fato perijt A. C. 1402. Illi Georgius Dumbarius Marciæ Comes, ELISABETHAM filiam desponderat: sed antequam matrimonium id consummaretur, Arcibaldus Duglassius filiam ipsi MARIAM sociauit, cum ampliore dote.

IACOBVS primus, qui id nomen tulit inter Scotorum Reges, patrui insidias declinandi gratia, à genitore in Franciam ablegatus: ad Flamburgum promontorium, (vbi siue tempestatis vi coactus, siue vt è nausea marina se paululum recrearet, descenderat) ab Anglis interceptus, & à Rege retentus est: qui tamen eum literis & honesta disciplina instituendum, regiè & liberaliter curauit. Post duodevigesimum annum in Scotiam reuersus: regiam illico accepit dignitatem: coronatus cum IOANNA Somerseti Comite, noua nupta à Mordaco patruele Comite Fifensi A. C. 1424. XI. Kal. Maij. Confestim autem ad probam Reipubl. constitutionem animum aduertens: multas leges in publicum vtiles tulit, sed potissimum ad lattocinia compescenda; quæ superiorum annorum licentia admodum inteteuerant: ipse quoque grauiter & seuerè in latronum duces animaduertit. Erat namque Rex longè optimus iustitiæ cultor eximius, iniuriarum vindex acerrimus: doctus insuper, & doctorũ patronus singularis: pacis autem munerib. superiorum Regũ nulli inferior, plurimis etiam superior. Nouissimè tamen post rei summã XIII. annos dexterrimè administratã, à sceleratissimis latronibus & coniuratis, quorum caput erat Gualterus Atholiæ Comes viginti octo vulneribus confossus, omnibus bonis maximum sui desiderium reliquit A. C. 1437. X. Kal. Martij. Cum coniuge IOANNA, Ioannis Beufortij Comitis Somerseti filia, quæ vidua postea nupsit Iacobo Stuarto Comiti Atholiæ, sepultus ad Carthusianos: quibus in suburbio Perthano ædem extruxerat. In eius morte vlciscenda, tanta adhibita est diligentia: vt omnes coniurati, intra quadragesimum diem pœnas luerint.

IACOBVS II. secundùm parricidatum supplicium, vixdum septimum ingressus annum, ad VI. Kal. Aprilis in Cœnobio S. Crucis ad Edimburgũ, Regnum inijt: magnatum domesticis seditionibus primis annis continuè & vehementer afflictus: quibus oppressis, & sopitis; Angliam, ob toties violatas inducias, hostiliter ingressus: Rosburgum primo aduentu cepit & diruit: arcem eius longè munitissimam dum pertinaciter oppugnat: ferreæ bombardæ ruptura in inguine ictus, exanimis concidit III. Nonas Sextiles A. C. 1460. ætatis suæ vndetrigesimo, quem mensibus excessit nouem, diebus XIIX. Sepultus Edimburgi. Vxor MARIA Egmondana, Arnoldi Geldriæ Ducis F. ducta 1448. mariti fatum insecuta XVI. Kal. Decembris A. C. parum secunda pudicitiæ fama.

ALEXANDER gemellus natus cum Iacobo A. C. 1430. pridie Id. Octobris: infans naturæ concessit.

MARGARETA Ludouico XI. Francorum Regi matrimonio collocata.

ELEONORA Sigismundo Tyrolio, Austriæ Archiduci nupsit.

ISABELLA consors Francisci I. Ducis Britanniæ.

Filiarum trium ἀνωνύμων vna nupsit Principi Verensi; altera Georgio Comiti Huntileæ, *minima natu Comiti Mortunio.*

IACOBO III. Scotorum Regi, in patris

IOANNES natu minimus Comes Marriæ, de

ALEXANDER Dux Albinius, in

CATHARINA nupsit N. Hamildemor.

demortui locum suffes&o, diuersum quid accidit à patris fortuna. Primis siquidem magistratus sui annis, omni quiete, pace, atq; otio fruebatur: ad extremum aduersissimā expertus fortunam; maiori in eum nobilitatis parte coniurante, ad Sterlingum indigna morte perijt A. C. 1488. III. Idus Iunij; ætatis suæ XXXVI. regni XXIIX. Sepultus ad Cammiskenethum, cœnobium Sterlino vicinum. Vir non tam ingenio prauo natus, quàm praua consuetudine corruptus. Nam quum initio, magnæ ac præclaræ indolis, animique verè regij specimen dedisset: per Bodios primùm, sed paulatim, in licentiam est effusus. Iis è medio sublatis, ab hominibus infimæ sortis in omnia simul vitia est præceps datus. Astrologicis namque prædictionibus, & mulieribus maleficis ipse deditus: quum didicisset, sibi à suis exitium imminere: in immanem degenerauit tyrannum: & suspicionibus animo semel occupato, sanguine proximos & optimum quemque è nobilitate odio habere cœpit: homines nouos aulicis honoribus & ministerijs præficiebat: & reiecta in eos cura publica ac pecuniæ vndique conquirendæ rationibus, totum se voluptatibus immersit. Hinc illa primorum in caput eius coniuratio. Vxor MARGARETA, Christiani I. Regis Daniæ Noruegiæ ac Sueciæ filia, ducta Edimburgi Anno C. 1469. VI. Id Quintiles, Orcades insulas dotis nomine ad ipsum attulit.

statu regni liberiùs locutus; noctu domi suæ compræhensus, & in carcerem coniectus: à domestico Regis consilio condemnatus, ac vena rescissa mori est coactus A. C. 1480. mense Decembri. Causa mortis in vulgus edita est, quod cum fœminis veneficis clam in Regis caput consilia contulisset.

reditu è Gallijs ab auo materno ab Anglis captus: Scotis, ni redderetur, ab violatas inducias bellum comminantibus, breui est dimissus. Ob confictam postea in Iacobum III. Regem conspirationem, per ministros Regios subito in arcem Edimburgensem raptus: ibiquè multos menses satis arctè infraquè suam dignitatem est asseruatus: vbi de vita metuens è linteis lectuli sui stragulis fune concinnata, de turri se demisit: fuga elapsus in Galliam ad Ludouicum XI. Regem, inde in Angliam ad Eduardum IV quo in societatem belli pellecto, tantum Scotis, qui cæteroquin factionibus distrahebantur, incussit terrorem: vt eum non modò vltrò reuocarent, sed & omnium consensu summam imperij ad eum deferrent. Regiam itaque ingressus vrbem: vt si qua essent residua fratris erga se odia, ea mitigaret, & nouo beneficio nouam iniret gratiam: eum ex arce eductum, in liberam Regni possessionem restituit. Sed plus apud animum impotentem valuit veterum offensarum, quam recentis beneficij memoria. Nam quum ad priores suspiciones inimicorum calumniæ accederent; & consilia aduersus eius caput in Aula agitarentur: ille per amicos de suo periculo admonitus, clam in Angliam secessit: arcemquè Dumbarum Eduardo tradidit. Post infinitos tandem & pacis & belli tempore exantlatos labores, in ludis Martialibus lethaliter vulneratus, in Gallia extremum diem clausit A. C. 1483. Sepultus Lutetiæ Parisiorum ad Cœlestinos.

toni mater *Margareta vxoris Matthæi Stuardi.*

Reges Scotiæ.

IACOBVS IV. post patris interitum Scotorū publicum obiens regimen, satis dextrè annis id xxv. administrauit: eò quietis regno reducto æqua iuris administratione: vt furtis, latrocinijs, cædibus, & eius generis flagitijs vndiq; abstinerent. Fortuna tandem viri felicitati inuidente: quum Francorum gratia bellum in Anglos susciperet, quò eos imminenti periculo leuaret; Anglumq; è Gallia, quam tum temporis ingentibus copijs infestabat, reuocaret: ad Fluidonem in Northumbria cum præcipua nobilitatis flore, strenuè pugnans oppetijt IV. Id. Septembris A. C. 1513. Sic & violatæ fidei, & impietatis in patrē, quem olim suis & seditiosorum quorundam procerum armis vita pariter & regno spoliasse fer-

ALEXANDER Archiepiscopus S. Andreæ cum fratre bello Anglico oppetijt A. C. 1318.

Liberi eius

ex Comite Orcadum, vxore prima.

ALEXANDER Episcopus Morauiæ, & Abbas Sconæ in Scotia.

ex ANNA filia Bertrandi, Bononiæ Belgicæ domini, quam duxit primò exul in Gallia.

IOANNES Dux Albinus, Britannoduni summa cum omnium bonorum gratulatione, ex Ordinum decreto, & Marciæ Comes declaratus: & Prorex vsque ad maturam Regis ætatem

tur, pœnas luit: cæteroquin princeps optimus, in adeundo facilis, in responsis lenis, in iure dicundo æquus, in aduersis fortis. Vxor MARGARETA *Henrici VII. Angliæ Regis F. postmodò nupsit Arcibaldo Duglassio.*

Reges Scotiæ.

IACOBVS V. *rerum Scoticarum moderator, vix pubes factus, in ipso limine suscepti magistratus in Arcibaldi Duglassij, Edimburgo obsesso, cum matre potestatem veniens, in Falcolandiam est missus: vbi insequenti anno 1527. deceptis custodibus elapsus, Sterlinise, multis procerum ad rei famam sponte accurrentibus, aduersus vim tutum præstitit. A Gallis exinde animatus ad bellum Angliæ inferendum: quum non satis prosperos haberet successus: intra paucos dies animi ægritudine decessit pridie Idus Decembris A. C. 1542. ætatis suæ XXXI. regni XXIX. Sepultus in cœnobio S. Crucis prope* MAGDALENAM *priorem vxorem, Francisci Francorum Regis F. quinto à nuptijs mense extinctam Nonis Quintil. A. C. 1537. Altera eius vxor* MARIA *Lotharinga, Claudij Ducis Guisiæ filia, fœmina dotibus animi ac virtute rara, Edimburgi angoribus molestijsq́ domesticis distracta, humanis excessit A. C. 1560. IV. Id. Iunij.*

IACOBVS nothus, Morauiæ Comes, à fratre Regni Vicarius constitutus, eius in Gallia legatum egit.

MARIA *Regina Scotorum patrem amisit infans octo duntaxat dierum. Sub tutoribus ergo in Gallijs degens, primò nupsit Francisco II. Galliæ Regi 1559. deinde* HENRICO *Stuardo suo agnato & sobrino 1564. Quum autem fastidito posteriore marito, & structis vitæ ipsius insidijs, tandem dolosè interfecto; Iacobum Hepburnū Bothuliæ Comitem, quem viuente etiamnū marito in familiaritatem intimam admiserat, præcipitatis nuptijs duxisset: indignitate tanti flagitij proceres aliquot, parricidij vindices, moti; armis aduersus Reginā captus, deditā æternæ regnū; & filiolo infanti, constituto Prorege tradere coegerunt: ipsam verò in Leuini lacus insula custodiendā relegarūt A. C. 1567. Vbi persuasis custodibus sequenti anno 2. Maij elapsa: & Hamiltoniorum copijs pro ea collectis, à Prorege dissipatis, ad maternos in Gallia amicos proficisci cogitans; per Angliā iter instituit: vbi detenta, quū subinde, Pontifice etiā Romano instigante, cōspirationes aduersus Angliæ statū, Scotæ liberandæ & vtriusq; regni ipsi tradēdi causa institutæ retegerentur: diligentius custodita est: donec tandem aliquoties etiā structis vitæ Reginæ insidijs, in iudicium senatus regni Angliæ ducta; & ad supplicium condemnata est. In arce itaq; Foteringhani VI. Id. Februarij securi percussa: parricidij in maritum ante viginti annos perpetrati, & aliorum flagitiorum pœnas, seras quidem sed iustas persoluit.*

creatus: armis cum Gallo coniunctis, aduersus Anglos fortiter pugnauit: ter inde in Scotiam reuersus, domesticos motus mira celeritate sedauit: proceribus, quorum potentiam suspectam habebat, relegatis. Ad Limnuchum ab Hamiltonijs cæsus. Vxor ANNA Comes Aruerna & Lauraguezana, Ioannis F.

MATTHAEVS Stuartus Comes Leuiniæ, siue Lenossensis, Hamiltoniæ familiæ ob patris cædem capitalis inimicus: è Gallia in Scotiam multorū studio reuocatus; quum se à Regina & Cardinale, cui Limnuchi aduentus sui causam longo sermone explicauerat, fraude circumuentum videret: & occultas sibi parari insidias, per amicos admoneretur: belli quidem aleā initio tentauit: turpiter autem à Rege Gallorum, & maiore Scotorum parte destitutus; in Angliam concessit A. C. 1441. Patriæ post XXII. demum annos restitutus; bona recepit: sed ab Elisabetha Angliæ Regina mox reuocatur. In Scotiam reuersus Anno 1571. Interrex ac mox Prorex creatus: proximo anno rebellium manu lethaliter sauciatus, perijt. Vxores eius duæ: MARGARETA Hamiltonia: & MARGARETA Duglassia, Arcibaldi Angusiæ Comitis F.

HENRICVS Stuartus, Comes Lenossensis & Darleus, ex Anglia reuersus I. dib. Febr. 1564. à MARIA Scotorum Regina, Francisci I. Galliarum Regis vidua Dux Rothesaius & Rossiæ Comes nuncupatus: & in tori regnique cōsortium adscitus: vix bien nio rerum Scoticarum est potitus: peremptus nimirū vxoris malesidæ instinctu & insidijs, primò quidē veneno dato deinde sicarijs immissis A. C. 1565. quod scelus ipsa post diuturna XXIIX. vincula in arce Foteringhami capite tandem luit.

IACOBVS VI. Rex Scotorum, natus A. C. 1564. XIII. Kal. Quintil. paulo pòst horam nonam æquinoctialem: trimus regnum inijt omnium procerum voluntate, Prorege constituto. Nuptias celebrauit cum ANNA, Friderici II. Regis Daniæ & Noruegiæ filia A. C. 1589. XII. Kal. Septembris.

ELIAE REVSNERI LEORINI

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI

De Familijs Regum & Principum, aliorumq; Procerum orbis Christiani

STIRPS PIASTEA

Quæ

Stemmata produxit illustria

I. VETERVM REGVM POLONIAE, Ducum Masouiæ, Cuiauiæ, Lanciciæ, Siradiæ, Plocij, Varsauiæ, &c.

II. DVCVM SILESIAE, Vratislauiensium, Lignicensium, Bregensium, Glogouiensium, Opoliensium, Teschiniorum, &c.

ILLVSTRISSIMIS PRINCIPIB. ac Dominis

D. IOACH. FRIDERICO, ET D. IOAN. GEORGIO; D. GEORG. F.F.

&

D. FRIDERICO IV. D. FRID. III. F.

Ducibus Silesiæ Lignicensibus & Bregensibus,

Item

D. ADAMO VVENCESLAO, Duci Teschini & Glogouiæ;

DOMINIS CLEMENTISS. D. D. D.

STIRPIS INCLYTAE PIASTEAE

Stemma Primum

REGVM ET PRINCIPVM POLONIAE.

Reges Poloniae. PIASTVS, Cofficonis F. oppidanus Crusuiecensis, homo simplex, sed hospitalitatis & beneficentiæ laude celebris; post Popielum concordi omnium voluntate, princeps gentis Polonicæ renunciatus: omni ætate pacem coluit & Poloniam annis vndesexaginta magna cum laude gubernauit. Mortuus plenus annorum A. C. 865. ætatis suæ 120. Vxor REPICHA.

ZEMOVITVS sub parente in militia probè institutus, pulcerrima singularis virtutis exēpla edidit. Ipsi postea in regno Poloniæ suffectus, laudabiliter id, quoad vixit, insignique prudentia, fortitudine, prouidentia administrauit: hostes à sui imperij finibus sæpenumerò fugauit: Hungaros, Bohemios, Cassubos, Pomeranos tributarios sibi fecit. Rebus humanis exemptus A. C. 898. Gnesnæ.

LESCVS patris in Poloniæ principatu successor, paternarum quidem virtutum, prudentiæ, liberalitatis ac iustitiæ extitit æmulus: militiæ tamen munia intermisit. Obijt A. C. 917.

ZEMOMISLAVS Polonorum Monarcha, ipse quoque otij & quietis, quàm bellicæ gloriæ amantior: contentus eo, quem per manus acceperat, principatu: inglorius ad clanum sedit annis XLVI. Sepultus Gnesnæ. A.C. 964.

MIESLAVS siue MIEZISLAVS, qui & Mesico, primus Regū Poloniæ Christianus: cæcus natus, post septimum ætatis suæ annum, præter omnē spem, ex miraculo visum recepit: quod procul dubio omen fuit, portendens, sub hoc Principe veram Christi lucem populos Sarmaticos accepturos. Neque sanè res euentu caruit. Etenim in ipso gubernationis limine ab aulicis suis persuasus: dimissis concubinis, quas barbarico more vno tempore septem habebat, nuptias appetijt DAMBROVCAE, filiæ Ducis Bohemorum Boleslai, qui postmodò suum germanum S. VVenceslaum iugulauit: in quarum solennibus Gnesnæ sacro fonte lotus; cùm Philosophiam Christianam recepit: tum ecclesias hinc inde per prouinciam constituit. Quum itaque superiori anno doctrina Christi publicè doceri cœpta esset: illico proximè insequenti, qui orbi Christiano illuxit supra nongentesimum sexagesimus sextus, Nonis Martij ex edicto regio idololatriæ statuæ contis & perticis affixæ, per vicos sunt gestatæ; & tandem publicè confractæ, in cœnum proiectæ atque combustæ. Vnde adhuc manet ille mos inter pueros in Polonia & Silesia: qui dominico illo die Lætare, repræsentātes istam idolorum confractionem & deturbationem, circumgestant imagines mortis: & sonant carmina de eiectione Diaboli. Cæterum gubernatio Mieslai fuit tranquilla. Duo tamen gessisse fertur bella: Ruthenicum, quo deinceps sæpius Poloni sunt implicati: & Bohemicum, quo in principatum paternū collocaret Boleslaum vxoris suæ ex fratre nepotem, cuius tutorem ipse agebat. Naturæ concessit A. C. 999. potestatis suæ XXXV. Posnaniæ sepultus. DAMBROVCA Bohema defuncta A. C. 977. ad secundas nuptias transiens duxit ODAM F. Theodorici Comitis VVethini, virginem Vestalem.

ADELHEIDA secunda vxor Grizæ Regis Pannoniæ.

BOLESLAVS I. cognomento Chabri siue Acer, matre Bohema genitus, paterno principatu suscepto, ab Othone III. Imp. regium impetrauit nomen: à quo sibi corona im-

MIESCO, SVENTOPOLCVS, BOLESLAVS Principes Poloniæ cum matre ODA è regno eiecti à Boleslao fratre cōsanguineo.

na impoſita eſt Gneſnæ A. C. 1001. Princeps hic multis fuit heroicis virtutibus clarus: nulli vnquam Imperatorum militari diſciplina aut ſecundus aut inferior: vereq; gentis ſuæ auguſtus. Marte felici omnes finitimos hoſtes frequenter ſtrauit regnaque eorum ſæpius, nullo repugnante, peruaſtauit. Bohemos ſæpè domitos ſubiugauit: Boleslaum gentis regulum captum excæcauit: Morauiam expugnauit: Iaroslaum, Ruſſiæ Ducem memorabili clade ſtrauit: & Kiouia metropoli capta, theſauros inde multos aſportauit: Prutenos, Saxones, Caſſubios, & Pomeranos debellauit: regniquè ſui fines ampliſsimè prolatauit. Deceſſit III. Non. Aprilis A. C. 1025. quum ſolus, fratribus eiectis, regnum tenuiſſet annos XXVI. & annos vixiſſet XLVII. cum menſibus ſeptem. Sepultus Poſnaniæ. Quatuor ordine vxores habuit: 1. N. Riddaci Marchionis Miſniæ filiam: quam repudiauit: 2. IVDITHAM F. Geyſæ Hungarorum Principis: 3. CONILDAM F. Domini Dobremiri: 4. ODAM F. Echardi Marchionis Turingiæ & Miſiniæ, ſterilem.

Reges Poloniæ.

MIESLAVS ſeu MIECISLAVS II. Rex Poloniæ ſecundus, matre Iuditha natus: cũ vxore RICHSA, Erenfridi Principis Palatini ad Rhenũ filia, coronatus Gneſnæ in Quinquagenalibus A. C. 1025. patri multum fuit diſſimilis: bellator infelix, & corpore atque animo imbecillis, adeo vt ante mortem parum mente conſtaret. Rexit cum Regina, mulier ſapiens & prudens: quæ quum ex conſideratione potentiæ Germanicæ, nec non amore ſuæ gentis, hortatrix eſſet marito; ne Imperatori ſe opponeret; & nimiam magis nobilitatis licentiam cohiberet: in odium venit apud Polonos. Vnde quoniam poſt ipſius fata cum inſidijs, tum manifeſta vi ſe videret peti: vltro in exilium profecta ad Conradum Cæſarem, Salfeldiæ conſenuit. Mieslaus autem Poſnaniæ deceſſit Idib. Martij A. C. 1034 vitæ ſuæ XLIV.

DOBREMIRVS matre Conilda genitus traditur: cætera obſcurus.

Filiæ tres ἀνώνυμοι, ex tertio coniugio ſuſceptæ: *quarum vna in matrimonio fuit Viſeslai, filij Vlodomiri Regis Ruſſiæ*: altera in connubio Hermanni Marchionis Miſniæ: *tertia Abbatiſſam egit.*

CASIMIRVS I. poſt genitoris obitum cum matre à Polonis regno exactus: Cluniaci cœnobium eſt ingreſſus. Ex quo ad regnum reuocatus: cum Imperatore veteribus pactis, in Poloniam redijt A. C. 1041. ſancitaq; omnium iniuriarum ἀμνηστίᾳ, mox ad Reipub. vulnera ſananda animum adiecit. In vxorem duxit MARIAM. VVlodomiri Principis Ruthenici filiam, Iaroslai ſororem germanam: quam deinceps Gneſnæ in ſolenni coronatione DOBROGNEVAM appellauit: qua affinitate eam ſibi gentẽ conciliauit. Germanicis exinde auxilijs recuperauit Maſouiam: & Maslaum, defectionis auctorem, Pruthenorum auxilijs inſtructum, fudit atque interfecit. Regno ab hoſtibus pacato, Eccleſiam & reliquam Rempub. cœpit conſtituere: Iuſtus & clemens in tota gubernatione. Obijt IV. Kal. Decemb. A. C. 1059 poteſtatis ſuæ XIIX. ætatis verò XLIII. Poſnaniæ iuxta patrem auumque ſepultus.

SYMBVLLA conſors Godeſcalci Obotritorum Reguli martyris.

Filia altera ἀνώνυμος nupſit Belæ I. Regi Pannoniæ.

BOLESLAVS II. cogn. Audax & Efferatus, quartus Poloniæ Rex, Gneſnæ coronatus A. C. 1058. vir acer & bellicoſus: quippe qui Bohemiam Morauiamq; armis infeſtis vaſtauit: Prutenos domuit: Belam Vngariæ Regem reſtituit: Ruxolanis rebellantibus plurima bella intulit: Ruſsiam vniuerſam ſuo terrore compleuit. Kiouiæ poſtmodò (quæ vrbs propter vicinitatẽ Græcas delicias vſurpabat) ipſe quoq; otio & voluptatibus corruptus: quum tandem ex tyrannide ad aram iugulaſſet D. Stanislaum Epiſcopum Cracouienſem: à Gregorio VII. Pp. Romæ excommunicatus, in ſpontaneum abijt exilium: & in Hungaria paulo

SVATOCHNA nupſit Vratislao Duci Bohemiæ.

VLADISLAVS I. cognom. Hermannus, fratris Boleslai exulis in regno Poloniæ ſucceſſor: ob interdictum tamen Põtificis non coronatus: princeps fuit bonus & quietus, nihilominus tamen rei militaris peritus: qui Remp. domi conſillo, foris victricibus armis compoſuit: licet pleraq; bella per ſuos legatos confecerit. Diuturnum varioq; cum euentu geſſit bellum cum Bo-

MIESLAVS Princeps Poloniæ, obijt A. C. 1090.

OTHO puerili ætate ante patrẽ mortuus.

Reges Poloniæ.

pòst egens atque miser perijt A. C. 1082. Vxor VISESLAVÆ Ducis Rußiæ vnica hæres (vnde iure dotis Rußiæ aliquot ducatus Poloniæ accessere) diem obijt 1089. mense Martio.

MIESLAVS duodecim annorum puer, patri exulanti comitem se adiunxit: à patruo pòst in Poloniam reuocatus, ✳ ✳ decessit A. C. 1089. Vxor Eudoxia Suatopolci Ducis Kiouiensis soror germana.

russis & Pomeranis: victoria tamen ad extremum penes ipsum residente. Quumque annos regnasset viginti, vixisset duodesexaginta: naturæ debitum persoluit A. C. 1102. pridie Non. Iunij. In Plocensi ecclesia sepultus.

Liberi eius

ex IVDITHA F. Vratislai Ducis Bohemiæ defuncta A. C. 1086. IX. Kal. Ianuarij.

BOLESLAVS *Criuoustus Princeps Poloniæ, à quo stemmatis propagatio.*

ex SOPHIA Henrici III. Imp. filia, vidua Salomonis Regis Pannoniæ, vxore altera:

Filiæ tres *ἀνώνυμοι*

ex N. concubina:

SBIGNEVS vir animi quidem generosi, sed turbulenti, nimis ambitiosi: qui ex monacho impius primò factus miles, non veritus est parricidiales cum parente conserere manus: cui tamen postmodò reconciliatus, & fratri in adeunda hæreditate exæquatus: ab obitu parentis obtinuit ducatum Masouiæ, Cuiauiæ & Lenciciæ. Fratri autem exinde quum rebellare non desisteret: parte ditionis primùm exutus, postea exilio mulctatus, tandem occisus est A. C. 1129.

Boleslaus Criuoustus, Princeps Poloniæ. Obijt 1139.

Vladislaus progenitor Silesiæ Principum. — Filiæ tres. — Boleslaus Crispus, Princeps Poloniæ 1173. — Miecislaus Magnus, Princeps Poloniæ, 1202. — Henricus Dux Sendomiriensis 1167. — Casimirus Dux Masouiæ, 1194.

Otho Princeps Poloniæ — Filiæ IIX. — Boleslaus. — Vladislaus Lasconogus, Dux Cracouiæ. 1231. — Lescus Albus Princeps Poloniæ, 1227. — Conradus Dux Masouiæ, 1247. — Boleslaus.

Vladislaus Sputator Princeps Poloniæ. 1239. — Boleslaus Pudicus Princeps Poloniæ 1279. — Salomea. — Casimirus Dux Masouiæ 1268. — Zemouitus Dux Masouiæ 1262.

Premislaus Princeps Poloniæ 1257. — Boleslaus Pius Dux Gnesnensis 1279.

Premislaus Posthumus, Rex Poloniæ 1296. — Elisabeth. — Heduigis. — Vladislaus Locticus Rex Poloniæ. 1370. — Zemomis laus Princeps Vladislauiensis — Lescus Niger Dux Cracouiæ — Boleslaus Dux Plocensis. 1313. — Conrad[?].

Casimirus Magnus Rex Poloniæ 1370.

Zemouitus Dux Masouiæ — Troidenus Dux Varsouiæ. — VVenceslaus Dux Plocensis. 1330.

Casimirus 1354 — Boleslaus. 1340. — Boleslaus 1355.

Zemouitus Dux Masouiæ 1381.

Ianussius Princeps Varsouiæ. 1428. — Zemouitus Dux Plocensis. 1426. — Henricus Episcopus Lenciciensis.

Boleslaus Dux Varsouiæ 1464. — Casimirus Belsensium Dux 1446. — Zemouitus Dux Rauensis. — Vladislaus Dux Plocensis. 1455. — Filiæ V.

Ianussius Dux Cirnensis. — Conradus Dux Varsouiæ 1503. — Casimirus Episc. Plocensis. — Filiæ duæ. — Margareta. — Zemouitus. — Vladislaus.

Ioannes. Stanislaus. Anna.

STEM-

STEMMATIS RESIDVI ΕΚΦΡΑΣΙΣ.

Principes Poloniæ.

BOLESLAVS III. cognom. *Criuoustus* siue *Distortus*, Vladislai F. secundus Ethnarcha Poloniæ, Dux Cracouiæ, Sendomiriæ, Siradiæ, & Silesiæ: armis omnem [illegible]orum maiorum gloriam non solum adæquauit, sed & superauit. Nam quamuis pacis artium non penitus esset expers: belli tamen studijs longè fuit præstantior: miles strenuus & felix, animoque excelso & [illegible] . . quippe qui quadragies septies iusta acie conflixisse, & plerunque victor euasisse scribitur. Bohemos autem initiò adortus, Morauiam ferro & igne [illegible] totam vastauit Pomeranos deinde & Prutenos cum magna internecione [illegible]. Ro[illegible]anos à fide deficientes, maximis victorijs attriuit: Belæ Vngarorum Regi contra Andream suppetias ferens, copias Cæsareas huic [illegible] magna [illegible]dit: cum Cæsare ipso ad Vratislauiam acerrimo præ[illegible]xit: cui tamen non [illegible] post Bambergę reconciliatus pacem per connubia [illegible]nit: desponsata sibi ADELHEIDE Cęsaris germana, filio verò Vladislao promissa Christina, eiusdem filia. Propter cædem tandem Sbignei, quem proditionis in[illegible] ipse, falsis delatoribus nimius credulus, regno eiectum, extreme trucidauerat, [illegible]contab[illegible]t: quumque in illa religionis caligine & corruptelis, anxiæ menti nulla vera adhiberentur remedia integro amplius anno affixus lecto, non benè sana mente decessit A.C. 1139. postquam rerum potitus fuit annis XXXVI. quinquagenario maior [illegible]. Sepultus in templo Plocensi. Liberi eius numerantur octo.

ex S[illegible]ISLAVA Suatopolci Ducis Kiouiensis (quem quidam Stopolcum Michaelem nominant) filia, vxore prima:

VLADISLAVS III. tertius Ethnarcha Poloniæ, progenitor DVCVM SILESIAE. †

PRIBISLAVA siue SVENTOSLAVA vxor Rotibori Ducis Pomeraniæ, nata 1106.

IVDITHA nuptum collocata Stephano II. Regi Pannoniæ. 1118.

ex ADELHEIDE F. Henrici IV. Imp. Rom. vxore altera:

CASIMIRVS natus A. C 1122. obijt decennis.

BOLESLAVS Crispus, *Dux Masouiæ, fratre pulso, Poloniæ Ethnarcha creatus: bonus quidem suis princeps & fortis, sed tenax offensionum atque vafer. Conrado Cæsari, Vladislaum exulem reducere conanti, repentinis excursionibus omnem commeatum interclusit. Prutenos quoque oppugnauit: sed à quibus ex insidijs circumuentus magnam cladem accepit. Decessit pridie Kal. Octobris A. C. 1173. ætatis suæ XLVI. regni XXVII. sepultus Cracouiæ. In eius fuere coniugio ANASTASIA Ruthena, VVseuolodomiri Haliciensium Principis filia, in puerperio extincta A.C. 1158. & HELENA F. Rostislai Ducis Przemisliensis. His geniti*

SOPHIA vxor VVartislai III. Ducis Pomeraniæ.

MECHTILDIS nupta Pridislao Regi Oborritorum vltimo.

BOLESLAVS natus A.C. 1156. patrem morte anteuertit.

LESCVS natus A. C. 1158. à patre Dux Masouiæ & Cuianiæ institutus: ἄγαμος καὶ ἄπαις decessit, hærede relicto Casimiro patruo A.C. 1183 Ploici sepultus.

Miecislaus III. Principes Poloniæ } propagarunt. †
Casimirus II. Duces Masouiæ

DOBROGERA nupsit Theodorico Marchioni Landsbergæ & Lusatiæ.

HENRICVS Dux Sendomiriensis & Lublinensis, ex Syria reuersus, vbi non vulgare virtutis suæ specimen aduersus Saracenos ediderat, cum flore roboris Polonici bello Prutenico fortiter pugnans occubuit A.C. 1167. ætatis suæ XXXV. ἄγαμος.

MIECISLAVS III. cogn. *Senex & Magnus*, Dux primum Gneshensis & Posnaniensis: fratre deinde fatis absumpto, Princeps factus Poloniæ maioris & Pomeraniæ: quum varijs exactionibus subditos nimium oneraret: conspiratione Episcoporum & nobilium de principatu, quem quartum recuperauerat, semper tamen iterum deiectus: magna tandem ætate obijt annos natus LXXI. Sepultus Calisse in æde B. Pauli Apostoli A. C. 1202. Liberos genuit.

ex EVDOXIA F. VVseuolodomiri Ducis Russiæ Haliciensis Anastasiæ germana, defuncta A.C. 1177.

Nullos.

ex GERTRVDE F. Belæ Cæci Regis Pannoniæ, vxore media:

 Othonem

Othonem, stemmaris propagatorem. †

Principes Poloniæ.

STEPHANVM Principem Poloniæ, cætera obscurum.

ANNAM Sobieslao Patri } *Ducibus Pomeraniæ sociatas.*
MARIAM Mestevino F. }

Tertiam ἀνώνυμον, vxorem Vladislai Ducis Rugiæ.

℣ ex ADELHEIDE Friderici I. Imp. nepte ex sorore vel consobrina, fortasse filia Gothifredi Ducis Brabantiæ, vxore tertia.

BOLESLAVM in bello; quod pater gessit cum Lesco Albo haud procul Cracouia, occisum A. C. 1195.

MIECISLAVM Principem Posnaniensem.

VLADISLAVM Lasconogum *electum Ducem Cracouiensem contra Lescum Album patruelem A. C. 1203. sed cui post triennium sponte cessit, retento ducatu Gnesnensi. A fratruele autem eiectus ex Polonia in Silesiam fugit: vbi exul ex mærore obijt ἄπαις A. C. 1231. XV. Kal. Sepeembris: Sroda Ratiboriæ sepultus.*

ANASTASIAM Bugslano patri } *Ducibus Pomeraniæ nuptas.*
VVISLAVAM Bugslauo filio }

LVDOMILIAM Matthæi Ducis Lotharingiæ vxorem.

ELISABETHAM *Conrado Rochlicio, Marchioni Lusatiæ* } *elocatas.*
Quintam ἀνώνυμον Othoni Duci Haliciensi in Russia. }

OTHO Princeps Poloniæ, iunctus armis cum Casimiro patruo, genitorem impiè oppugnauit: maioremquè ipsi Poloniam eripuit. Cui tamen paulo pòst, venia imperata, reconciliatus; ad eius obedientiam redijt · eiusdem fata breui insecutus.

VLADISLAVS Othonis F. cognom. Plvvatz, siue Sputator, Dux primum Maioris Poloniæ; deinde verò patre eiecto ac defuncto, Princeps Gnesnensis: tota exutus ditione, quum solum Gnesnam haberet reliquam; adiutus Pomeranorum auxilijs, populationes in Maiorem Poloniam effusè fecit. Exul decessit in Pomerania apud socerum A. C. 1239. Posnaniæ inhumatus: ex HELENA siue Helinga, Suatopolconis Pomeraniæ Ducis filia, tribus superstitibus liberis:

PREMISLAO Principe Maioris Polonia: qui recuperata paterna ditione, cum fratre, quem non ita pridem quasi insidiatorem in vincula coniecerat, principatum partitus; Gnesnam & Caliciam ipsi concessit: Posnaniam ipse retinuit. Fœdis hinc populationibus Silesiam infestauit; & cum fratre duas in Pomeranos expeditiones fecit: quibus cum tandem pace insita, breui vitam cum morte commutauit pridie Non. Iunij A. C. 1257. ætatis suæ XXXVI. Posnania inhumatus. Heros iustitia, clementia, pietatis, nec non continentiæ laude adeo insignis: vt de ipso literis proditum sit, nunquam eum ebrium aut iratum à quoquam esse visum. Ex ELISABETHA filia Henrici Pij Ducis Vratislaniensis, ipsi geniti

VERONICA } virgines vestales.
EVPHROSINE }

EVPHEMIA vxor Vladislai Ducis Oppoliensis in Silesia.

CONSTANTIA consors Conradi Marchionis Brandeburgij.

PREMISLAVS *Posthumus*, primùm Posnaniensis & Gnesnensis, mox totius Poloniæ maioris Dux; Cracouiæ & Sendomiriæ Princeps ex testamento Henrici Probi Vratislauiensis; ex altero verò Mestuini, Pomeraniæ vlterioris, quæ Vistulæ adiacet, hæres institutus: hanc solam retinuit. Sendomiriensem namque principatum armis obtinuit Locticus: de Cracouiensi autem sponte cessit VVenceslao Bohemo. Poloniæ tādem Rex electus & inunctus VII. Kal. Sextil. A. C. 1295. mox anno vertente, quum agitaret Orgia Bacchi, VI. Id. Februarij. ex improuiso oppressus est à Ioanne & Othone Marchionibus Brandeburgijs; quibus cum diu inimicitias propter fines alebat: quumq; sæpiùs admonitus, illis sese dedere pertinacissimè recusaret, obtruncatus est. Menses regnauit duntaxat septem, cum diebus vndecim: vixit verò annos duodequadraginta, menses tres, dies XXIV. Duæ eius memorantur coniuges quarū prior LVIDGARDIS, Henrici Ducis Megapolensis filia, quòd infœcūda esset, decennio post nuptias; iussu mariti manibus ancillarum in gynæceo est strangulata A. C. 1283. ex altera RICHSA Regina Sueciæ genuit

RICH-

RICHSAM siue Callisiam, quæ à patris obitu decem annorum puella, regnum exinde Poloniæ transtulit ad maritum VVenceslaum Regem Bohemiæ: post quem nupsit Rudolpho Austriaco, Alberti Cæsaris primogenito.

SALOMEA vxore Conradi Ducis Silesiæ, fœmina sapientia & pietate præstante, Glogouiæ ad Dominicanos inhumata 1272

Duces Masouiæ, Principes Poloniæ.

BOLESLAO cogn. Pio, *qui in gratiam reductus cum fratre (quippe à quo tanquam insidiator in vincula erat coniectus) in partitione terrarum paternarum obtinuit Gnesnam, Calissiam, Rudam, Pyzdrot, Srodam, Pnimum, Biechoviam, Gezum, & Pobiediscos. Vir Mauortius; bellatorq́ egregius: fratri in Pomeranos mouenti cùm socias iunxit copias, tum strenuam metipse nauauit operam: in Casimirum quoque Siradiensem, fratri suo nimis iniurium, infesta sumens arma; depopulationibus Cuiauiam fœdè deformauit; hostem ipsum cum paucis aggressus, cæcidit, fudit, fugauit. In Russos etiam Masouiam vastantes mouit: nec non cum Marchionibus Brandeburgijs nouennale, incruetum tamen gessit bellum. Febre extinctus A. C. 1279. ex vxore IOLANTA siue Helena, Belæ Regis Pannoniæ filia, tres reliquit natas: quarum*

ANNA religiosam amplexa est vitam.

ELISABETH nupsit Henrico Ventricoso Duci Lignicio

HEDVIGIS sociata est Vladislao Loctico Regi Poloniæ.

CASIMIRVS, Boleslai Criuousti F. quum à patre hæres scriptus non esset; Henrico fratri, bello Prutenico cæso, in Sendomitiæ & Liblinij ducatu successit. Miecislao exinde altero fratre à proceribus principatu deturbato, Ethnarcha Poloniæ & Dux Cracouiensis constitutus: statum Respub. emendauit: & iustis atque honestis latis legibus, barbaricos mores nobilium sustulit, qui ex alieno rapiebant, & in agricolas ac bona sacra sæuiebant. Ruthenos latrocinantes armis repressit: Prutenis debellatis atque supplicibus pacem dedit. Ditioni suæ terræ partem in Russia adiecit: nec non post Lesci patruelis sui obitum, ducatum quoque Masoniæ & Cuiauiæ. Inter pocula tandem subitò extinctus traditur, non sine suspicione veneni, pridie Non. Iunij A. C. 1194. ætatis suæ LVI. regni XVII. sepultus in basilica Cracouiensi. Princeps mira grauitate, iustitia, solertia, vigilantia, humanitate, facilitate, clementia, & animi moderatione: Marte & toga iuxta clarissimus. Vxorem habuit HELENAM VVseuoldi Belsensium Principis F. qua nati.

LESCVS à capillis cognominatus Albus, *puer penè Cracouiensem, hoc est, supremum Poloniæ principatum consecutus: Miecislao patruo, de matris consilio, secundum cessit; vt & filio ipsius Vladislao Lasconogo: cuius tamen cessione principatum, postea ipsemet quoque iterum recepit anno 1206. Princeps pacificus, clemens, & moderatus. Extremè à Suantipolco Pomeraniæ regulo, quem in publico procerum conuentu ceu seditiosum absq; armis opprimere statuerat, proditoriè in balneo obtruncatus A. C. 1227. ætatis suæ 35. Vxor eius GRIMISlaua F. Iaroslai Principis Russiæ obijt A. C. 1258. genitrix*

BOLESLAI V. cogn. *Pudici*, nati A. C. 1221. qui à patruo Conrado Duce Masouiæ vna cum matre captus; sed fuga elapsus, auxilio Henrici Barbati Ducis Silesiæ, paternum Poloniæ principatum recepit. A Tartaris regno exactus, fugit in Vngariã, indeq; in Morauiam: vbi à proceribus in regnum reuocatus, illud abhinc annos administrauit XXXVI. Obijt ætatis IV. Id. Decemb. A. C. 1279. sepultus Cracouiæ in æde S. Francisci. In vniuersum autem regnauit vltra annos LII. dies XXVI. Vxor CVNEGVNDA F. Bilæ Regis Pannoniæ, obijt 1292.

SALOMEAE vxoris Colomanni Ducis Haliciensis in Russia, filij Andreæ Regis Vngariæ.

Conradus Dux Masouiæ & Cuiauiæ, stemma propugnauit. †

BOLESLAVS puer viperæ morsu perijt.

ADELHEIDA virgo Vestalis, obijt A. C. 1211.

CONRADVS Dux Masouiæ & Cuiauiæ, principatum affectans Poloniæ, per totã vitam Boleslao Pudico, suo ex fratre, nepoti, maximas exhibuit molestias: modò clandestinis latrocinijs, modò apertis excursionibus ditiones ipsius vexans: modò etiam infestis armis iugulum ipsius petens. Primus idem equites Crucigeros Ordinis Teutonici contra Prutenos acciuit. Post fata sepultus in templo Plocensi A. C. 1247. vir bellicosus & inquietus, Ex vxore AGATHA Russa sex procreauit liberos:

Zemo-

Zem ouitum
Casimirum } *quorum vterque stemma propagauit.* †

Duces Masouiæ.

PREMISLAVM occisum in bello contra Henricum Barbacum Ducem Vratislauiensem A. C. 1228.

BOLESLAVM parentis fata breui insecutum A. C. 1247. *In huius vixit connubio CONSTANTIA F. Henrici Pij Ducis Vratislauiensis.*

MIECISLAVM Ducem Masouiæ: qui quum suos exploraret, & illorum bona per vim abriperet: in conuiuio, quod ex egenorum spolijs apparauerat, à gliribus & muribus conceptus atque deuoratus est A. C. 1237.

IVDITHAM Miecislao Principi Opoliensi, indeq́ Henrico III. Duci Vratislauiensi nuptam.

CASIMIRVS Dux Siradiensis, Lencieiensis, & Cuiauiensis, quum eò auaritiæ processisset; vt Zemouito fratre in vincula coniecto, Siradiensem tractum solus occuparet; Laudense territorium, vnde prius à Boleslao Pio Calissiensi Duce erat depulsus, iterum invaderet; Lelouiam Boleslao Pudico adimeret: bellum ciuile sibi exitiosum attraxit: aque proprijs filijs Lesco & Zemomyslo, Siradia atque Lencidia est pulsus. Naturæ fatoque concessit A. C. 1268. Liberos genuit

ex priore coniuge *....* :

LESCVM Nigrum *Ducem Siradiensem: qui secundùm Boleslaum Pudicum ex adoptione principatum obtinuit Cracouiensem, adeoq́ totius Poloniæ dominatum A. C.* 1279. *Henrico Probo Vratislauiensium Duci bellum inferens; triplici agmine eius corruit acerbè diuexauit: de Lithuanis & Iazygibus insignem victoriam reportauit: Conradum Ducem Masouiæ, patruelem suum, noua molientem, Germanorum auxilijs vicit, fudit, fugauit. Nouissimè ex Vngaria, quò Tartaris vndique grassantibus confugerat, reuersus: obijt ..... pridie Kal. Octobris A. C.* 1289. *Sepultus Cracouiæ. Vxor* GRYPHINA *Rosculai Ducis Russiui F. Cracouiensem & Sedomiriensem principatus à morte mariti donauit VVenceslao Regi Bohemiæ, suo ex sorore Cunegũda nepoti.*

ZEMOMYSLVM, *qui patre per scelus eiecto, Lenciciensem; fratis autem absumpto, in diuisione cum fratribus, Vladislauiensem adeptus principatum: vbi cum Cruciferis, apud quos ab ineunte ætate educatus erat, familiarius viueret; eorumq́ arbitratu pleraq́ ageret; suos autem contemptui haberet: suis exosus redditus, non leuem eis ad Boleslaum Calissiensium Ducem deficiendi occasionem præbuit: quæ cum tamen postea re transacta, & nobilitate placata, sua recepit. Obijt A. C.* 1287. *ex SALOMEA filia Suantipolci Ducis Pomeraniæ, quinis procreatis liberis:*

LESCO Duce Vladislauiensi, Michalouiensi, & VVissegradensi: qui captus à VVenceslao Rege Bohemiæ, & Poloniæ, quò *....* ipsi exolueret, Michalouiensem ducatum oppignorauit Crucigeris. Obijt *....*.

CONSANTIA Abbatissa Trebnicense.

FENVENNA coniuge Stephani Regis Vngariæ.

PREMISLAO Duce Bidgostiæ, sine liberis extincto. Hic A. C. 1310. cum fratre gubernauit Pomeraniam.

CASIMIRO Duce Gnievvkouiensi, & post fratrum obitum totius ditionis paternæ domino: genitore

VLADISLAI *Albi Ducis Gnievvkouiensis: qui varia fortuna iactatus, vendito ducatu Ludouico Regi Vngariæ & Poloniæ, Cistertiensis factus monachus, nec multo post mutato consilio Diuione in Burgundia Benedictinorum sectæ se addixit. Vnde à quibusdam proceribus, rerum nouarum cupidis, reuocatus: contra eundem Ludouicum regnum affectauit Poloniæ. Sed quum multa irrito conatu tentasset: captus, & ad Regem missus, & opulenca in Vngaria Abbatia est donatus: sed Diuionem in cœnobium remeans infelix homo, ibi consenuit.*

ELISABETHAE *vxoris Stephani Husabusbani, Regis Bosnæ: cui genuit Elisabetham, nuptijs cum Ludouico Rege Vngariæ coniunctam.*

ex GERTRVDE filia Henrici Pij Principis Vratislauiensis vxore secunda:

VLADISLAVM *Locticum, Principem Poloniæ: qui à patris excessu Brestensem in Cuiauia prouinciam sortitus, & CASIMIRI fratris morte,*

accessione

accessione Lencicienses tractus locupletatus: Lescone Nigro, Poloniæ Principe, fatis abrepto, Siradiensem occupauit prouinciam; nec longè post Henrico Vratislauiensi superato Princeps Cracouiensis est renunciatus: breui tamen de regni possessione exactus; Sendomiriensem duntaxat regionem retinuit. Cum VVenceslao Bohemiæ Rege ob Cracouiensem principatum, quem ille ex cessione Primislai habebat, diuturnum bellum frustra tamen gessit: donec contra vtrumque Rex electus Primislaus principatum Cracouiensem sibi subijceret. Post cuius mortem Lokticus noster Rex Poloniæ renunciatus: vniuersam Poloniam, paucis arcibus exceptis triennio possedit absq; regia corona. Iterum eiectus A.C.1300. omnibusq; spoliatus fortunis, locum dedit VVenceslao Bohemo & Romamq; profugiens, & inde in Vngariam; milite conscripto, nec non auxilijs Amadei Vngariæ Palatini, armis Poloniam repetijt. VVenceslao autem Rege interea fatis absumpto, regnum totum recuperauit A. C. 1306 subacta quadriennio post etiam maiori Polonia, quam contra ipsum tenebat Henricus Dux Glogouiæ: Quin & Pomeranos sub suam potestatem redegit: & sic tandem post tot fortunæ vicissitudines, Pontifice Romano annuente, coronam imposuit sibi, coniugiq; HEDVIGI, Boleslai Calissiensium Principis filiæ XXIII. Kal Februarij A.C.1320. Sed eum illicò multæ maximæq; difficultates simul implicarunt: vt singulis explicandis vix par esse valeret. Cruciferi namque Pomeraniam ipsi eripuerant: Bohemi Silesiam auulserant: Lithuani crebras in Poloniam excursiones faciebant. Re itaque probè deliberata, quò se ad externa illa bella conuertere posset: cum Lithuanis pacem & societatem constituit: eorumq; auxilijs in Cruciferorum fœderatos profectus; primùm Mazouiam, mox etiam Marchiam Brandeburgensem igne & ferro longè lateq; vastauit: Cruciferos ipsos & Prutenos signis collatis fudit, fugauit, ad internecionem cæcidit. Post tot tantosq; exantlatos labores; vitam cum morte commutauit IV. Id. Martij A. C. 1333. Sepultus Cracouiæ. Princeps singulari patientia & animi magnitudine, manu promptus, reique bellicæ satis peritus. Genitor trium liberorum: quorum

FLISABETH nupsit Carolo Regi Vngariæ & Poloniæ.

Filia ἀνώνυμος est Bernardo Duci Suidnicensi in Silesia.

CASIMIRVS Magnus, patenti iustis persolutis, in Regem coronatus Poloniæ; regno vbiuis locorum pacato, ad Rempub. exornandam animum applicuit: inexplicabiles iudiciorum laqueos rescecuit: leges barbaricas & iniquas, quantum licuit, vel sustulit vel correxit: in Poloniam nouas colonias deduxit: oppida & arces plurimas vel denuo muniuit, vel vetustas refecit: templa multa condidit: scholæ Cracouiensis fundamenta iecit. Neq; tamen bellicæ gloriæ fuit expers. Ter etenim armata manu in Russiam profectus; plerasque eius prouincias tributarias reddidit, sibique subiugauit. Bellum quoque fecit Silesijs, Valachis, & Lithuanis: non simili tamen exitu. Nouissimè iuxta Prædboriam, Siradiensis tractus oppidum, ceruum in venatione insecutus; equo collapsus pedem fregit: subitoque febrie correptus, quum intemperantius viueret, fato est sublatus Nonis Nouembris A. C. 1370. Sepultus Cracouiæ: sexagenario maior semestri, & diebus sex. Princeps pace belloque inclytus: qui tamē heroicas suas virtutes luxuria & incontinentiæ malo nonnihil obscurauit. Fuit cum imperio annos XXXVII. menses septem, dies XXIV. Vixere in eius consortio primùm ANNA F. Gedemini Ducis Lithuaniæ: deinde ADELHEIDA F. Henrici Landgrauij Turingiæ: quæ indignè tractata à marito adultero (hanc enim, quia esset deformior, concubinarum, quas pluribus in locis alebat, amoribus & illecebris captus, in Zarnouicensem arcem relegarat) & à patre tandem A.C. 1356. domum reducta, paulo post mœrore extincta est: vltimo HEDVIGIS, Henrici ducis Glogouiæ filia. MARGARETA autem F. Ioannis Regis Bohemiæ, vidua Henrici Ducis Bauariæ, quam secundo loco sibi desponsarat, obijt ante nuptias. His tres duntaxat natæ filiæ:

ELISABETH ex primo matrimonio suscepta, nupsit Bugslao Duci Stetinensi & Pomeraniæ.

HEDVIGIS ex vltimo connubio genita, nupsit Duci Romero.

ANNA similiter ex vltimo coniugio procreata, & GVLIELMO Comiti Ciliæ sociata, peperit BARBARAM vxorem Sigismundi Cæsaris, & ANNAM secundam vxorem Iagellonis Regis Poloniæ.

ZEMO-

ZEMOVITVM Dobrinensem Ducem, genitorem ex ANASTASIA vxore.

Duces Masouiæ.

CASIMIRI Dobrinensium Ducis.

VLADISLAI Lenciciensis Ducis facti, permutatione Dobrinensis ducatus.

CASIMIRVM Lenciciensem Ducem; qui bello Lithuanico inter confertissimos hostes fortissimè pugnans occubuit A. C. 1294.

ZEMOVITVS, Conradi F. Dux Masouiæ, à Casimiro fratre in vincula coniectus: quo hanc ignominiam vlcisceretur; coniunctis cum Boleslao Pio viribus, Lenciciensem tractum crudeliter vastauit. In bello tandem à Ruthenis captus, capitis damnatus est A. C. 1262. tribus superstitibus liberis:

Boleslao Duce Plocensi, & stemmatis propagatore. †

CONRADO Cirnensium Masoniorum Duce, bello Ruthenico capto, sed qui λύτρῳ persoluto dimissus, aliquoties principatum affectauit Poloniæ contra suum patruelem, Lescouem Nigrum: verùm irrito conatu. Ab eo siquidem victus atque fugatus, in Masouiam inglorius repedauit; vbi diem supremum obijt ἄπαις A. C. 1294. Vixit in eius connubio HEDVIGIS F. Boleslai Calui, Principis Lignicij.

Filia ἀνώνυμος, vxor VVartislaui III. Principis Pomeraniæ.

BOLESLAVS Dux Plocensis in Masouia, Russiam repentina excursione populatus: mox idem incommodum ab ijsdem, damna sua vindicantibus, in sua ditione vicissim pertulit. Post Lescum Nigrum Princeps Poloniæ electus: sed ab Henrico Probo Duce Vratislauiensi eiectus: obijt exul Vissegrodi IIX. Kal. Maij A. C. 1313. In ecclesia Plocensi inhumatus. Liberos genuit

⚭ ex PREZISLAVA Lithuana, Trocdeni Ducis filia, vxore priore:

Zemonitum stemmatis propagatorem. †

TROIDENVM Ducem Varsoniæ in Masouia, genitorem ex MARIA Russiæ Ducissa.

CASIMIRI Ducis Varsoniæ, absque liberis defuncti A. C. 1354.

BOLESLAI Ducis Haliciensis, Leopoliensis, & Vladiminiensis in Russia: propter imperatas exactiones à suis veneno sublati A.C. 1340.

⚭ ex N. Bohema, vxore altera,

VVENCESLAVM siue Vanconem, Ducem Plocensem in Masouia: ab Vladislao Loctico Poloniæ Rege, quòd Cruciferis aduersus ipsum suppetias tulerat, bello molestatum: fatoque sublatum XVI. Kal. Iunij A. C. 1330. vnico superstite filio, ex ELISABETHA Gedemini Ducis Lithuaniæ filia suscepto,

BOLESLAO Duce Plocensi, defuncto A. C. 1353. hærede scripto Casimiro Rege.

Filiam ἀνώνυμον nuptum collocatam Vlatislao Duci Lignicio.

ZEMOVITVS Dux Masauiorum, in partitione paternæ hæreditatis sortitus Cirscum, Rauum, Liuum & Gostinium: vnicum filium ὁμώνυμον successorem reliquit.

ZEMONITVM extinctis patruelibus Dominum totius Massoniæ: virum profusæ liberalitatis, ideoq; suis nimis grauem, quos crebris exactionibus supra modum onerabat. Obijt in arce Plocensi A. C. 1381. ex binis coniugibus quinque susceptis liberis:

⚭ ex N. filia Nicolai Ducis Opauiensis, vxore prima,

IOANNE siue IANVSSIO, Principe Varsouiense in Masouia, defuncto A.C. 1428. genitore ex ANNA nata Keisthuti Ducis Lithuaniæ.

BOLESLAI Ducis Varsoniæ, qui A. C. 1446. contra Casimirum Iagellonis F. Rex Poloniæ inaugnratus, sed protinus repudiatus, inter viuos esse desijt Anno C. 1462. ex BARBARA Russiæ Ducissa sex relictis liberis quorum.

IOANNES Dux Cirnensis, ad Poloniæ regnum aspirans contra Ioan. Albertum, prouincias suas amisit A. C. 1392. triennioque pòst ἄγαμος decessit VII. Kalen. Martij.

CONRADVS Dux Varsouiensis & Cirnensis, defunctus A. C. 1503. V. Kal. Nouembris: ex ANNA vxore plebeia, genuit

IOANNEM &

STANISLAVM Cirnensium Duces vltimos quibus A. C. 1526. mortuis, tota Masouia ad regnum redijt Polonicum.

BOLES-

BOLESLAVS [illegible] extinctus. In huius vixit connubio ANNA, Pauli Hanouij Palatini Belsensis F. *Duces Masouiæ.*

CASIMIRVS Episcopum egit Plocensem.

ANNA Michaeli, Sigismundi F. Duci Lithuauiæ fuit sociata.

SOPHIA virgo obijt.

ZEMOVITO Duce Plocensi in Masouia, viro strenuo, prudente, & bellicoso: Rege Poloniæ renunciato contra Sigismundum Marchionem Morauiæ, qui postmodò ad imperium euectus est Romanum & regnum Vngariæ: regnum tamen non consecuto. Obijt A.C. 1426. Huic ex ALEXANDRA sorore Iagellonis Regis Poloniæ, geniti sunt

CASIMIRVS Belsensium Dux, mortuus A.C. 1446.

ALEXANDER Patriarcha Aquileiensis, Episcopus Tridentinus & Cardinalis: legatus Concilij Basiliensis.

ZEMOVITVS Dux Rauensis in Masouia, pater

MARGARETAE nuptæ Conrado Nigro Duci Olsnicensi.

VLADISLAVS *Dux Plocensis & Belsensis, beEticafebre extinctus A.C. 1455. ex vxore ANNA duobus superstitibus filijs*

ZEMOVITO Plocense Duce } qui absque liberis veneno sunt necati Anno C. 1462.
VLADISLAO Rauense & Belsense Duce }

ANNA vxor Boleslai Teschinensium Ducis.

ZIMBVRGIS nupta Ernesto EXarcho Austriæ A.C. 1412.

MARIA siue Amelia desponsata Bugslauo IX. Stolpensium Duci in Pomerania A.C. 1432.

AGATHIA consors Michaelis Ducis Lithuaniæ.

CATHARINA innupta defuncta.

ꝟ ex N. filia Vladislai Ducis Zambicensis, vxore altera, quam ob adulterij suspicionem iugulauit,

HENRICO Lencicienſi Præposito & Episcopo: sed qui sacerdotio relicto, vxorem duxit RINGALAM fratriam, Ducissam Lithuauiæ, Keisthuti F. Veneno sublatus statim à nuptijs.

AGATHIA vxore Vladislai Ducis Opoliensis, Velunensis & Dobrinensis, Gubernatoris regni Poloniæ.

SALOME consorte Casimiri Principis Stetinensis & Pomeraniæ, & inde Henrici Stigmatiæ, Ducis Lignicij.

STIRPIS INCLYTAE PIASTEAE

Stemma Secundum

DVCVM SILESIAE.

Vladislaus Princeps Poloniæ & Silesiæ, obijt 1159.

Boleslaus Procerus PR. Silesiæ, 1201. — Conradus Lasconogus 1179. — Mieslaus STIRPS Principum OPOLIENSIVM, &c.

Iaroslaus Episc. Vratislauiensis. — Boleslaus. — Filiæ duæ. — Henricus Barbatus, Dux Silesiæ. 1238. — Conradus 1213. — Ioannes.

Boleslaus. — Henricus Pius Dux Silesiæ. 1241. — Conradus. — Gertrudis.

Boleslaus Caluus Stirps DVCVM LIGNICENSIVM, &c. — Henricus III. 1266. — Filiæ V. — Conradus conditor DVCVM GLOGOVIAE, &c. 1298. — Vladislaus.



Henricus Probus. 1290. — Heduigis. — Premislaus 1290. — Henricus III. Fidelis. 1309. — Conradus Dux Stinauiæ. 1304. — Filiæ tres.

Henricus IV. Dux Glogouiæ 1334. — Filiæ tres. — Ioannes Dux Stinauij 1360. — Conradus progenitor Ducum OLSNICENSIVM. — Premislaus 1331.

Filiæ duæ. — Henricus Ferreus 1369. — Conradus Dux Olsnicensis.

Henricus IV. Senior. — Henric' VII. Rapoldus 1388. — Henricus IIX. Passer. 1395. — Heduigis. — Conradus Senior. — Conradus Albus Senior. — Cōradus.

Conrad. Albus Iunior. — Cōradus Niger 1475. — VVenceslaus. 1474. — Catharina.

Ioannes Saganensis. 1439. — Henricus IX. 1423. — Henricus X. Dux Glogouiæ. — VVenceslaus.

Ioan. Pribusiensis 1502. — VVenceslaus 1488. — Balthasar 1472 — Sigismūdus. — Henricus XI. 1476. — Filiæ duæ.

Filiæ V.

Boleslaus Caluus, progenitor DVCVM LIGNICENSIVM & BREGENSIVM, 1278.

Henricus Ventricosus Dux Lignicensis. 1296. — Bernardus Agilis. — Filiæ IV. — Boleslaus I. Dux Suidnicensis & Monsterbergensis. 1301.

Henricus VI. Vratislau. 1337. — Boleslaus Dux Brigensis 1342. — Vladislaus Lignic. — Filiæ V. — Bernardus Dux Suidnicensis. — Henricus. — Boleslaus II. Dux Monsterberg. 1349.

Ludouicus — VVenceslaus Senior 1347. — Boleslaus 1368. — Henricus 1345. — Nicolaus. 1369.

VVenceslaus. — Henricus Stigmatias — Boleslaus. — Rupertus 1390. — VVenceslaus. 1417. — Anna. — Henricus. — Boleslaus III. 1432.

Ludouicus II. 1436. — Henricus Lubensis. — Barbara.

Heduigis. — Magdalena. — Ludouicus III. 1431. — Rupertus.

Ioannes. 1453. — Henricus.

Fridericus I. 1488.

Fridericus II. Lignicensis. 1547. — Ioannes. — Georgius I. Bregensis 1521.

Fridericus III. Dux Lignicius. 1570. — Sophia. — Georgius II. Dux Bregensis. 1586.

Henricus 1588. — Filiæ duæ — Fridericus IV. — Ioach. Fridericus. — Ioan. Georgius — Filiæ duæ.

Georg. Fridericus — Filiæ duæ.

STEM-

STEMMATIS ΕΚΦΡΑΣΙΣ.

V*LADISLAVS II. Boleslai Crinousti F. tertius Ethnarcha Poloniæ, Princeps Cracouiæ, Silesiæ & Pomeraniæ: quum fratrum quoque ditiones appeteret: ab ijs de regno deturbatus, apud Conradum & Fridericum Barbarossam Impp. annos exulauit tredecim: quorum opera cum fratribus reconciliatus, dum reditum in patriam meditatur, & Silesiam sibi adiudicatam occupare parat: Plodeci non absque suspicione veneni dati expirauit A.C. 1159. ætatis suæ LV. Altenburgi in Holsatia (quæ vrbs à Sclauis condita, Stargardia olim fuit dicta) sepultus: vbi etiam CHRISTINA eius vxor, filia Henrici V. Imp. consenuit; quæ nunquã amplius Poloniam appetiuit, ibidem inhumata A. C. 1159. Hoc nati coniugio* *Duces Silesiæ.*

Boleslaus *Procerus*, omnium fermè Ducum Silesiæ propagator. †

CONRADVS *Lasconogus* siue *Loripes* cognomento, sortitus partem Silesiæ inferioris, Marchiæ & Poloniæ Maiori vicinam, sedem suam fixit Glogouiæ: vnde se DVCEM Glogouiensem & Crosnensem scripsit. Obijt ἄπαις A. C. 1179.

MIESLAVS Ducum Ratiboriæ, Teschinensium, & Opoliensium stemma propagauit: de quibus infra. †

B*OLESLAVS* Altus *siue* Procerus *apud Fridericum I. Imp. in expeditione Mediolanensi stipendia merẽs; præclarum istic virtutis suæ specimen edidit occiso equite giganteæ staturæ, verbis contumeliosis Cæsareanos ad monomachiam prouocante. Huius postmodò intercessione A.C. 1163 Silesiæ principatum cum fratribus consecutus: in eius partitione Vratislauiensem obtinuit agrum cum ea vicinia, quæ fermè est vmbilicus Silesiæ. Glogouiam quoq; & Crosnam, Conrado mortuo, ad se transtulit: vnde parricidiale inter fratres natum bellum: quo Vratislauia à Miecislao est occupata. Quo dissidio, mediante Casimiro Poloniæ Rege, sedato; ipsum ad bellum Ruthenicum comitatus, rem feliciter gessit. A filio exinde Iaroslao Episcopo oppugnatus: Vratislauiam ipsi cedere est coactus. Multo tandem senio naturæ debitum persoluit IIX. Id. Decemb. A. C. 1201. sepultus in cœnobio Leubensi. Princeps pietate & virtute præstans, & Silesiæ* οἰκιστής, *quã legibus & vrbibus ornauit. Liberos genuit*

ex VVENCESLAVA Ruthena vxore prima:

IAROSLAVM Episcopum Vratislauiensem; qui auxilijs Mieslai Ratiboriensis, patri impia & parricidialia intulit arma: nouercam grauidam ex prouincia eiecit: cœnobio Leubensi reditus ab antecessore donatos ademit: Nissense territoriũ patri extorquens, odio fratris, suæ donauit ecclesiæ. Quæ ἀστοργία, & crudelitas in parentes vitam ipsi præscidit. Extinctus enim est paulo pòst X. Kal. Febr. A.C. 1201. triennio post electionem. Sepultus Vratislauiæ.

BOLESLAVM adolescentem ante patrem extinctum.

OTILIAM virginem mortuam.

ex ADELHEIDE sorore coniugis Conradi Sueui Imp. vxore altera:

Henricum *Barbatum*, stirpis propagatorem. †

CONRADVM in adolescentia mortuum.

IOANNEM prima ætate extinctum, & in Porta sepultum:

ADELHEIDEM nuptam Theobaldo Marchioni Morauiæ.

HENRICVS I. cogn. *Barbatus*, patre defuncto, vniuersam penè Silesiam adeptus: quum prouincias inter filios distribuisset, quò ipso viuo ad gubernationis munia assuefierent: luctuosum statim & parricidiale bellum inter eos est expertus. Quo accepto vulnere, vbi gubernationis onera rursus subire cœpit; procerum quorundam studio contra Lescum Album ad Poloniæ principatum accersitus; milite conscripto, Cracouiam quidem contendit: mox tamen abiectus armis cum Lesco amice transegit: fœdereq; & pace sancita, amicissimus illi euasit. Biennio pòst in villa quadam maioris Poloniæ Gansoua (vbi totius regni cõuentus à Lesco erat indictus) in balneo à sicarijs petitus; iamq; ex vulneribus collapsus: diuinitus tamen ex media morte retractus & seruatus est virtute Visenburgij sui aulici, hominis Germani; qui se met gladijs hostiũ obiecerat: gladioq; transfixus demum se in Henricum proiecerat: qui post sicariorum discessum sese recolligens, lectica clam Vratislauiam est delatus. Inde à vidua Lesci & nobilitate Cracouiensi denuo in Poloniam accersitus, vt eam aduersus Conradum Masouium tutorio nomine administraret: multa in moribus &

Duces Silesiæ.

legibus Polonorum barbaricis emendauit: & Rempub. honestiùs constituit. Extremè ad res inferioris Silesiæ contendens Crosnam: in itinere morbo correptus, Crosnæ in pia confessione expirauit XIV. Kal. Aprilis A.C.1238. septuagenarius, Sepultus in cœnobio Trebnicensi, Princeps sapiens, pius, vereque patriæ nostræ pater: & iuxta eum HEDVIGIS coniux, F. Bertholdi Ducis Meraniæ, Carinthiæ, & Istriæ; post obitum, qui ipsi accidit Idib. Octobris A.C.1243. diuorum albo adscripta Hoc coniugio nati.

BOLESLAVS collocatus à patre in extrema ora Silesiæ inferioris in ditione Lebusensi: quum prodigè viueret, magnam oræ illius partem vendidit Marchioni Brandeburgico: nec multo pòst obijt cælebs.

Henricus Pius, paterni principatus hæres, & stemmatis propagator. †

CONRADVS Dominus Crosnæ, Sagani, & Lusatiæ superioris: homo ingenio turbulento plus quàm Vaticano odio nobilitatem Germanicam prosequutus: fratri denunciauit bellum, quòd in hæreditatis partitione ab ipso esset defraudatus: cum quo signis collatis inter Lignicium & Goldbergam confligens.; cruento prælio victus, Glogouiam profugit ad patrem; ipsius auxilium & defensionem contrà germanum implorans. Sed vbi post pauculos dies venatum in syluas Bithomienses profectus; mirabili Dei iudicio prope pagum Tarnau ex equo lapsus; ceruicibus fractis miseram exhalauit animam Cadauer Trebnicium relatum, eoq́; loci à Sorore sepulturæ est mandatum A.C.1213.

AGNES siue Gertrudis Abbatissam egit Trebnicij.

HENRICVS II. cogn. Pius, Silesiæ, Lusatiæ, & maioris Poloniæ Princeps: hæres nempe vnicus omniũ ditionum paternarũ: fundator cœnobij Vratislauiæ ad S. Claram: pro aris & focis dimicaturus, ad Lignicium cum Batho Tartarorum tyranno, Europã crudelissimè vastante, acerrimo congressus prælio: fortiter pugnans, gloriosa morte oppetijt V. Id. Aprilis A.C.1241. Corpus ab vxore ANNA, filia Othocari Regis Bohemiæ, ex sexto digito sinistri pedis agnitũ: Vratislauiæ ad D. Iacobũ est inhumatũ, Princeps verè pius & generosus: qui sanguine suo Germaniam texit. Quamuis enim ipsemet quoque, multis desideratis occubuit: vires tamen hostium ita attriuit, vt sibi amplius diffiderent, & ad suos repedarent. Ex coniuge nouem sustulit liberos:

Boleslaum Caluum, progenitorem DVCVM LIGNICENSIVM & BRIGENSIVM. †

Principes Silesiæ Vratislauienses.

HENRICVM III. primò Lignicium, dehinc facta permutatione Vratislauiensium Silesiæ Ducẽ: principem bonum, sacorumq́; peramantẽ: Vratislauiæ febre maligna extinctũ Non. Decẽb. & ad D. Clarã sepultũ A.C.1266. In eius fuere consortio AGNES Ducissa Saxoniæ, ἄπαις: & ante eã IVDITH F. Conradi Ducis Masouiæ, vidua Mieslai II. Opoliensis, mater ex ipso facta.

HENRICI IV cogn. Probi, Ducis Vratislauiensis. quem adolescentem in suo prædio rusticantem, Boleslaus Caluus captum abduxerat, eiq́; agros quosdam extorserat. Post cuius fata veteres illas iniurias vlturus; principes agnatos Henricum Lignicensem, Henricum Glogouiensem, & Primislaum Posnaniensem, sub amicitiæ prætextu ad se accitos, in vincula coniecit: nec nisi aut grauiter mulctatos, aut duris conditionibus obstrictos, dimisit. Factum hoc A. C. 1281. Triennio abhinc Primislao quoque in maiori Polonia quædam ademit: nequaquam suo nomini tunc quoque respondens Quumq́ue id bellum videretur difficilius: Thomæ Episcopo sacerdotibusq́ue in illud imperauit sumptus: quibus denegatis arma in Episcopũ conuertens, ipsi oppida omnia vi ademit. Cui tamen illicò quasi numine quodam afflatus, supplex factus & reconciliatus, non solùm erepta restituit: sed & tanta eum incessit religio, vt in Pontificulos liberaliter omnia profunderet: qui idcircò omnium obliti offensionum, Probi cum cognomine ornarunt. Lesco Nigro defuncto, ad Poloniæ principatum & Ethnarchiæ dignitatem vocatus Cracouiam: pro eo vario quidem marte primùm decertauit cum Boleslao Masouio: eo tamen postea eiecto, Vrbe est potitus: sed non diu superfuit, ἄπαις defunctus XI. Kal. Sextil. A.C. 1290. hærede scripto patruo Conrado Glogouiense. Vratislauiæ ad S. Crucem sepultus. Vxorem habuit MECHTILDEM, Othonis Marchionis Brandeburgij F.

Conradum, DVCVM GLOGOVIENSIVM & SAGANENSIVM progenitorem:

VLADISLAVM Archiepiscopum Salisburgensem, principem ob munificentiam in egenos celebrem, omnibusq́; carum: quippe qui Patauij in literis viuens, seniorum ciuiũ filias, dote illis data, de suo elocasse scribitur. Principatum Vratislauiensem

tutorio nomine quadriennium administrauit. Post fata sepultus Salisburgi in æde S. Rudberti A. C. 1270.

Principes Silesiæ Glogouienses.

CONSTANTIAM Casimiro } *Ducibus Masouiæ, fratribus elocatas.*
GERTRVDEM Boleslao }
ELISABETHAM nuptam Primislao Posnaniensi in maiori Polonia.
Filias duas ἀνύμφους, vitam monasticam professas, in cœnobio Trebnicensi.

CONRADVS II. Lutetiæ Parisiorum honestis literis operam nauans, & ad Pataviensem/Pasbergensem Episcopam destinatus: repudiato sacerdotio, vxorem duxit SALOMEN Vladislai Sputatoris Principis Posnaniensis filiam: à socerioque Primislao adiutus, armis hæreditatem paternam repetens; & ex Pridomia arce, quam probè munierat, agros Lignicenses & Vratislauienses vastans; fratres tandem ad transactionem compulit: quâ ipsi adiudicatus ducatus Glogouiensis cum tractu Costensi & Fraunstadensi in maiori Polonia; præterea Stinauia, Sprotta, Saganum, Crosna, & vicina oppida. Pace facta, ad principarum suum exornandum, inprimis autem Glogouiam, adiecit animum. Cæterum ex testamēto Henrici Probi, sui fratruelis, hæres ducatus Vratislauiensis relictus: magnam prouinciæ illius partem accepit; Henrico Ventricoso Duce Lignicio nequicquam non renitente. Quem à ministro proprio proditum, ex balneo in suburbio Vratislauiensi captiuum abduxit Glogouiam: ferreæque caueæ inclusum, & extremè excruciatum non nisi prægrandi persoluto λύτρῳ, & haud exiguæ partis illius ducatus cessione, dimisit. Perijt tandem & ipse haustu veneni septuagenarius Anno C. 1298. principatus sui XLIII. sepultus Glogouiæ. Princeps in suos quidem beneficus, verùm asperior, & tenax offensionum. SALOME Posnaniensi, priore vxore fatis erepta, & Glogouiæ ad Dominicanos inhumata A. C. 1271. eodem hoc anno, indigus pecuniæ, ad secundas transiens nuptias, duxit BRIGITTAM Theodorici Marchionis Misniæ F. viduam Conradini Ducis Sueuiæ, quæ anno proximo ἄπαις inter viuos esse desijt. Liberi eius memorantur sex:

PREMISLAVS Sprottæ & Sagani Dux, Henrico Probo patrueli, lethaliter tunc decumbenti, subsidio missus contra Lokticum, Cracouiam ipsi eripere conantem, bello eo perijt IV. Kal. Martij A. C. 1290. Princeps pius & prudens.

Henricus III. Glogouiæ & maioris Poloniæ Princeps, stemmatis propagator. †

ANNA }
EVPHEMIA } *in pueritiæ annis extinctæ.*
HEDVIGIS }

CONRADVS Dux Stinauiensis & Gurensis, Præpositus Vratislauiensis: homo simplex & gibbosus: quum Salisburgensem Archiepiscopatum ineptè propter cereuisiam, quæ istic non erat, repudiasset: ideoq; ditionem à fratre repeteret: ab eo captus, turriq; arcis Glogouiensis, quæ tunc fuit ad portam nosocomij, est inclusus: ex qua tamen nobilium suorum ope, quibus ob placidos mores carus erat, ereptus: bona quidem recuperauit: insequenti verò anno 1304. ex morbo decessit cælebs. Sepultus Stinauiæ.

HENRICVS III. cogn. Fidelis, Hæres regni Poloniæ, Dux Silesiæ, Dominus Glogouiæ & Posnaniæ viuo adhuc patre, gubernationis munia obiens: leges honestas & salubres sanxit: latrocinia sustulit: barbaricam nobilitatis Polonicæ licētiam abrogauit: patriam multis vitæ commodis ornauit. Ob quas egregias suas virtutes contra Locticum supremus Poloniæ Princeps electus: quum bellum intestinum recrudescere animaduerteret: (Locticus namq; non ita pridem agrum Glogouiensem igne & ferro miserandum in modum vastarat) & mœror morbum, ex quo tum decumbebat, augeret: naturæ debitum persoluit V. Id Decemb. A.C. 1309. Sepultus in cœnobio Leubensi. Princeps pacis amantissimus, iustitiæ cultor eximius, & in disciplina sancienda custos vigilantissimus. In eius fuit connubio MECHTILDIS, Alberti Ducis Brunsuigij F. vidua Erici VII. Regis Daniæ: fœmina pia & benefica: Glogouiæ sepulta: genitrix quatuor marium, & trium fœmellarum:

Henrici IV. stemmatis propagatoris:

CONRADI Ducum OLSNICENSIVM progenitoris. †

IOANNIS Ducis Stinauij & Guræ, ἄπαιδος extincti A. C. 1360. Hic mediam Glogouiæ partem, quam ab obitu fratris Primislai obtinuit, vendidit Ioanni Regi Bohemiæ.

Principes Silesiæ Glogonienses.

PRIMISLAI II. fratrum natu minimi, Heredis regni Poloniæ, & Ducis Glogouiæ; quam ab obitu patris vnà cum agro Costensi & Fraunstadensi erat sortitus. Hic adolescens animo & robore virili, & in gubernatione industrius: nec precibus precione, nec minis adduci potuit; quò se Ioanni Bohemiæ Regi subijceret. [illegible] à suis veneno (si Polonis fides habenda) siue, quod magis vero consonum est, rapida febre extinctus: & in monasterio Leubensi inhumatus A. C. 1331.

BEATRICIS consortis Ludouici Boij, Cæsaris Augusti, defunctæ A. C. 1323.

HEDVIGAE }
SALOMAE } *ætate tenella extinctarum.*

HENRICVS IV. Princeps Silesiæ, Dominus Sagani, & post Primislai fratris excessum Glogouiæ quoque: qui non solùm ægrè ferret dimidiæ Glogouiæ venditionem, à fratre factam Ioanni Regi Bohemiæ: sed & eidem Regi ex inutili quodam fastu reluctaretur: ab eo eiectus, exul non longè pòst animi mœrore decessit; Sagani sepultus A. C. 1334. Ex MECHTILDE, Hermanni Marchionis Brandeburgij filia, tulit

Henricum Ferreum. †

ELISABETHAM consortem Ernesti Ducis Brunsuigij & Grubenhagij,

Filiam [illegible], nuptum collocatam Ludouico Duci Lygio & Bregano.

HENRICVS V. cogn. Ferreus (der Eiserne) Princeps Silesiæ, Dominus Guræ, Sagani, Crosnæ, Sprottæ, Freistadij, & dimidiæ Glogouiæ: vir magno animo, excelsoq; corporis robore præditus: tumultuarijs subinde excursionibus Glogouiam, patri à Rege Bohemiæ ereptam, repetens; alteram tandem eius partem à Carolo IV. Imp. impetrauit: amisso interim, & à Polonis Intercepto, Fraunstadiensi tractu. Caroli IV. Imp. coronationi Romæ interfuit: vbi cingulo siue baltheo militari est donatus, & Eques auratus insignitus. In Syriam quoque religiosa illius pietate abijt. In senecta tandem à potentioribus nobilibus spretus, ludibrioq; habitus: mœrore animi decessit A. C. 1369. Sagani sepultus. Coniux eius CATHARINA F. Leopoldi Gloriosi ~~Archi~~ducis Austriæ, in cœnobio Campo regio inhumata A. C. 1349. quatuor ipsum liberorum parentem fecit:

HENRICI VI. cogn. Senioris, Domini Sagani, Crosnæ, & Suibusij: ἄπαιδες extincti.

HENRICI VII. à conditore stirpis paternæ S. Heduigæ Rapoldi siue Rumpoldi cognominati Ducis dimidiæ Glogouiæ, Stinauiæ, & Guræ, Domini arcis Hencedorfi. Hic Polonia interregni tempore motibus ciuilibus turbata: eam occasionem arripiens, cum Ioanne Gurensi Fraunstadium occupare conatus: quum irrito successu, agris vastatis, domum redijsset: breui Polonos, hanc cladem bello vindicaturos, & manu collecta ducatum Glogouiensem inuadentes, ad pagum Veschitz profligauit: plurimosq; in vndis Viadri suffocauit A. C. 1388. Ex hostilibus inde spolijs, Glogouiæ ædem B. Georgie sacram erexit: nec diu pòst superfuit: mortuus ἄγαμος.

Henrici IIX. cogn. Passeris, stemmatis propagatoris. †

HEDVIGAE nuptæ Casimiro Regi Poloniæ, & ab eius obitu Ruperto Duci Lignicio.

HENRICVS IIX. propter fœcunditatē Passer cognominatus, Dux primum Freistadiensis & Sprottensis; fratribus tādem solus superstes, totius paterni ducatus hæres: vita excessit A. C. 1395. quatuor superstitibus filijs, & vnica filia, matre Ducissā Oppoliæ & Ratiborij, Bernardi filia, prognatis:

Ioanne Saganensi, à quo Territorium illud cœpit habere nomen peculiaris ducatus, Das Fürstenthumb Sagan.

HENRICO IV. cogn. Rapoldo, Duce Glogoniensi, heroe sapiente & diserto: in aula Erici Regis Daniæ, vbi inter ipsum & Duces Slesuicenses, Imperatoris nomine, pacis arbitrum agebat, peste extincto; Hadersslebiaq; inhumato, circa A. C. 1423.

VVENCESLAO Duce Glogouiensi, Domino Crosnensi: in Adolescentiæ annis à machina bellica, quam istbic incautè tractabat, discerpto.

HEDVIGE vxore Bernardi VI. Comitis Anhaltini, & Domini Bernburgij.

HENRICO X. *Duce Glogouiensi & Freistadiensi, principe sapiente & quietis amante; omnium Silesiæ tum temporis principum facilè potentissimo: qui ([illegible]) modestia & patientia suam ditionem à vastationibus* Hussiticis *immunem seruauit. Freistadij, vbi domicilium suum collocauerat, beato placidissimoq; exitu vitæ finem imposuit*

posuit III. Id. Nouemb. 1467. *ex vxore* HEDVIGE *quatuor susceptis liberis: quorum*

SIGISMVNDVS Dux Glogouienſis, Freiſtadij annum ætatis agens duodetrigeſimum, penſum vitæ terreſtris abſoluit *ἄγαμος*, IX. Kal Ianuarij A. C. 1458. *Duces Saganenſes.*

HENRICVS XI. Dux dimidiæ Glogouiæ & Freiſtadij, bonitate patri non inferior, ingenio tamen & corpore imbecillior: Vratiſlauiæ in procerum conuentu à ſacerdotibus perſuaſus, aduerſus Georgium Bohemiæ Regem auxilia inauſpicatò miſit ciuitatibus Luſatiæ ſuperioris. Freiſtadij deceſſit *ἄγαμος* IX Kal. Martij A. C. 1476, hærede teſtamento nominata vxore BARBARA, Alberti Achillis Germanici Marchionis Brandenburgici Septemviri filia. Lazius eam nominat Das Frewlein von Crossen.

ANNA nupſit N. Baroni Roſenbergio, Bohemo.

ELISABETH virgo obijt.

IOANNES Saganenſis à fratribus totum ſe ſeiungens, nomen vſurpauit peculiaris Ducis: vir malus & turbulentus, tyrannusq; perquàm crudelis: quippe qui coniugem ſuam SCHOLASTICAM Laoburgicam, Erici Ducis Saxoniæ inferioris F. carceribus per *ὕβριν* agitaſſe, & tandem cum omnibus liberis domo eieciſſe ſcribitur. Quin & Abbati Saganenſi oculos eruit: nec non in alios multos immanè ſæuijt. Obijt A. C. 1439. Liberorum eius

VVENCESLAVS *Dux Saganenſis, Vratislauiæ conſenuit in otio: Elatus honorificentiſſimo funere, & ad D. Barbaram inhumatus A. C.* 1488.

RVDOLPHVS *Dux Saganenſis in bello Prutenico ad oppidum Cunizam ſtrenuè pugnans oppetijs XV. Kal. Octob. A. C.* 1545.

BALTHASAR *Dux Saganenſis in Bruſſia militans Cruciferis contra Caſimirum Regem Poloniæ: ad oppidum Cunizam pugnam autmoè restituit: Poloniſq, inſigni clade fugatis, impedimenta hoſtium omnis generis cepit: Regiumque montem recuperauit. A Ioanne tandem fratre crudeli, qui ſua decoxerat, obſeſſus: contraque fidem datã Pribuſium vinctus abductus: iſtic carceris ſquallore, & morbo paulò pòſt interijt. Sepultus Sagani A. C.* 1472. *Idib. Quintilis. Coniunx eius N. Duciſſa Teſchinenſis, à leuiro impio in exilium pulſa, à mariti morte apud Boleslaum patrem conſenuit.*

IOANNES *Dux Pribuſienſis, poſtquam bona ſua decoxerat, Saganum oppugnauit: fratremq, in turrim coniectum, carceris ſquallore necauit. Quo perpetrato ſcelere metuens odia reliquæ Sileſiæ, totum ducatum vendidit Erneſto Septemviro, & Alberto Animoſo, fratribus, Ducibus Saxoniæ. Copijs exinde Stinauiæ conſcriptis, Mathiæ Vngarorum Regi militauit: cuius iuſſu magnam Poloniæ partem depopulatus; incendit vicos, & pagos ſupra ſexcentos: Neque finem feciſſet vaſtationum & dereptionũ: niſi in oppido Kiſelio incenſo, preceps in ignem, ſuperiori contignatione corruente, eſſet lapſus: vnde miſerè vſtulatus, vix extractus, & Stinauiam ad ſocrum eſt delatus A. C.* 1474. *Biennio pòſt, Henrico vltimo Glogouiæ principe fatali morte abſumpto, quum ad ducatum iſtum ſecundum leges vix haberet acceſſum: fretus auxilijs Regis Mathiæ, eum armis occupauit: quem poſtea quoque aduerſus eundem, & Albertum Marchionem Brandeburgium fortiter, aliquandiu, defendit. Extremè vbi ſubditos grauiſſimis exactionibus exhauriret: in ſenatum & magiſtratum Glogouienſem atrociter ſæuiret: ordines Sileſiæ omnes ſua ſcurrilitate offenderet: ab eis aliquot cladibus profligatus; exul perijs in ſumma inopia A. C.* 1502. Ex CATHARINA, *F. VVenceslai Ducis Stinauienſis, quatuor tulit fœmellas:*

SALOMEN Alberto, HEDVIGEN Georgio, ANNAM Carolo — Fratribus Ducibus Monſterbergenſibus elocatas A. C. 1488.

MARGARETAM deſponſatam cuidam Baroni Pannonio.

ANNA Alberto Comiti Ruppinenſi & Lindauienſi fuit iuncta.

MARGARETA in conſortio vixit Volradi Comitis Mansfeldij.

CONRADVS Henrici III. Glogouiæ & maioris Poloniæ Principis F. in diuiſione ſortitus Olſnam, Volauiam, & oppida illa ab auo Principi Vratiſlauienſi erepta vir proceri corporis, animique magni: Polonos Maſouiosque A. C. 1345. grandi clade fudit: nec paucos hoſtium captiuos abduxit. Poſt Ioannis fratris ſui exceſſum, Stinauiam quoq; & Guram ſuæ adiunxit ditioni. Filium habuit.

CONRADVM Principem Olſnicenſem, Stinauienſem: & Gurenſem: qui Henrico Rapoldo, principi agnato, in recuperando Fraunſtadio fida quidem tulit auxilia: irrito tamen ſucceſſu. Huius filij memorantur tres: quorum

Duces Olſnicenſes.

CONRADVS Senior, Epiſcopus Vratiſlauienſis, ad prodigalitatem vſque fuit liberalis: adeò vt vita excedens A. C. 1447. Eccleſiam grandi ære alieno implicatam relinqueret.

CONRADVS Albus cognomento, Dux Olſnicenſis, Sileſiæ propter fœdera Polonica maximo fuit detrimento: (contra hanc enim ſe cum Polonis coniunxerat) vnde quoque in odio erat omnium. Quumque à Conrado fratre Epiſcopo, à quo idcircò captiuus detinebatur, ſponſione pacis ſeruandæ dimiſſus; nihilominus ad ingenium rediret: à proprio filio captus, principatuque exutus, Vratislauiæ vitam clauſit. Duos autem fertur habuiſſe filios:

CONRADVM Album Iuniorem, Ducem Olſnicenſem, qui genitorem turbulentum cepit, àque gubernaculis remouit: Georgio Bohemiæ Regi contra Vratislauiam ſe coniunxit: Mathiam autem huius ſucceſſorem, quum non ſatis propitium haberet; terras ſuas Ducibus Saxoniæ vendidit: quod tamen hic ratum habere noluit. Mathia fatis abſumpto, vrbes, quas bellici illius ductores ipſi eripuerant, recuperauit omnes A.C. 1491. nec diu poſtmodò ſuperuixit. Mortuus ἄπαις.

CONRADVM Nigrum, Ducem Olſnicenſem: qui per totam vitam aduerſatus Mathiæ Regi, partes fouit Georgij Bohemiæ, & inde Caſimiri Poloniæ Regum. Deceſſit ἄπαις A.C. 1475. Fuit in eius conſortio MARGARETA Maſouia, Semouiti Pr. Rauenſis F.

CONRADVS Iunior, Dux Volauienſis & Stinauienſis, genitor

VVENCESLAI Ducis Stinauienſis & Volauienſis ex hac ſtirpe poſtremi: defuncti A.C. 1447. circa initium menſis Februarij: ex SALOME vxore Baroniſſa Zaſtalouizia vnica ſuperſtite filia.

CATHARINA coniuge Ioannis Ducis Pribuſienſis & Saganenſis.

Poloniæ Regal-ica.

Duces Lignicenſes.

BOLESLAVS Caluus, Henrici Pij F. primò Vratislauienſium; ſed poſtea ditione cum fratre commutata, Lygiorum Dux: poſt diſceſſum Scytharum ad regni Poloniæ gubernationem euocatus: ſed à Conrado Maſouio eiectus: maiorem amiſit Poloniam ab auo occupatam. Sileſiæ graue & exitiale bellum aliquoties excitauit. Etenim ditionum commutationem iterum atque iterum fruſtra poſtulans; Vratislauiam bis obſedit: vbi ab Henrici fratris ſui copijs captus; ſed ab eo honorificè habitus, liberquè dimiſſus: rurſus furijs exagitatus, Vratislauienſe territorium tertio deuaſtauit. A Conrado deinceps altero germano, cui Glogouiam eripere animum induxerat, & ſub amicitiæ prætextu Lignicium inuitauerat; facinus iſtud in ipſummet retorquente, captus; & Glogouiam abductus: λύτρον marcarum bis mille, pecuniam nempe eandem, quam ab Epiſcopo Vratislauienſi mulctæ nomine extorſerat, numerare eſt coactus A.C. 1257. Paulò ante mortem ab Henrico Probo Vratislauienſi capto extorſerat Noui forum, Strigonium, Greiffenbergam, cum alijs quibuſdam vicis: ſed qua ſua lætitia non diu eſt fruitus: quippe qui anno proximo, qui

at. 1279.

erat A C. 1278. impiā exhalauit animā. Princeps κυβευτής, ſtupidus, prodigus, iniuſtus, & πλεονέκτης. Sepultus Lignicij in cœnobio Dominicanorum, quod ipſe erexerat, cum liberis & vxore HEDVIGE Henrici Principis Anhaltini F. defuncta A. C. 1275. à cuius obitu protinus ad alteras nuptias tranſiens, duxit ADELHEIDEN Samborij Ducis Pomeraniæ F. ſed quæ vagis mariti libidinibus offenſa, eo deſerto, pedes ad patrem redijt. Liberi eius numerantur ſeptem:

Henricus Obæſus, ſtemmatis DVCVM Ligniciorum propagator. †

BOLESLAVS Ducum Suidnicenſium & Monſterbergiorum progenitor: †

BERNARDVS cogn. Agilis, Princeps Lignicius, abijt ἄπαις A. C. 1280.

HEDVIGIS vxor Conradi Ducis Maſouiæ.

AGNES nupta Vlrico Comiti VVirtembergio.

ANNA Abbatiſſam egit Trebnicij.

CATHARINA in pueritiæ annis deceſſit.

BOLESLAVS I. Dux Suidnicenſis, princeps bellicoſus, vafer, pecuniæquè cupidus: conditor oppidi Landishutæ, & arcium Klitzendorff & Kotzen; cœnobij

item

item Griſſenſis, in quo & inhumatus eſt: à fratre, auxilium eius contra Conradum Glogouienſem implorante, donatus Iaurauia, Strigouio, Francoſteina, Reichenbacho, & Strela; cum Conrado clanculum fœdere ſe coniunxit: neutrumque iuuit. Conrado poſtmodò ſeni, qui fratri ſuo Henrico multa oppida per vim extorſerat, bellũ interminatus Boleslauiã eum & Hauam ſibi reddere compulit. Onera militaria in nobilitatem primus pro facultate poſſeſſionum diſtribuit: quum anteà omnes viritim militarent VVenceslaum Bohemiæ Regem, exercitum contra ſe ducentem, ita terruit: vt protinus eò, vnde venerat, repedaret. Mortuus A.C. 1301. tribus ſuperſtitibus filijs: quorum

Duces Suidnicenſes.

BERNARDVS Dux Suidnicenſis, ex vxore N. filia Vladislai Loctici Regis Poloniæ genuit.

BOLESLAVM ſiue Bulconem, vltimum Ducem Suidnicenſem; & poſt fratris exceſſum, Iaurenſem quoq; & Furſtenbergicum Principem: ᵃⁿⁿᵒ ¹³⁶⁸ defunctũ, & Griſſe ſepultum A.C. 1368. Landshutam hic, captam à Ioanne Bohemiæ Rege, inſigni recuperauit ſtratagemate: immiſſis in vrbem curribus fœni, in quibus latebant armati milites Coniux eius AGNES F. Leopoldi II. Archiducis Auſtriæ, verumque ducatum ad finem vitæ obtinuit qui ipſi accidit A. C. 1392.

A.o 1345. vocat Casimirus rex Poloniae, Bolkonem Ducem Suidnicensem nepotem suum; et vixit sine Gunterus Comes de Schwarzburg A.M

HENRICVM II. Sileſiæ Ducem Iaurenſem, & Furſtenbergicum, Luſatiæ item Laubenſem, Zittauienſem, & Gorlicenſem: fundatorem Laubani cœnobij ad D. Mariam Magdalenam: defunctum Anno Chriſti 1345. vnica ſuperſtite filia, quam tulit ex AGNETE Auſtriaca Leopoldi I. filia, defuncta Anno Chriſti 1356. Hæc fuit

Duces Iaurenſes.

ANNA coniunx Caroli IV. Cæſaris: cui dotis nomine attulit Suidnicenſem, & Iaurenſem ditionem: vnde quoq; vulgò audijt Das Frewlein vom Jawer:

HENRICVS Dux Iaurenſis, AGNETAE, VVenceslai Regis Bohemiæ F. ſterili vſus eſt coniugio.

BOLESLAVS Dux Munſterbergius, Glocenſem principatum vendidit Ioanni Regi Bohemiæ A.C. 1322. Annis ab hinc duodeviginti obſeſſus Francoſteinæ à Carolo IV. Rege, qui ad Imperatoriam poſtea euectus eſt dignitatem; contra eum ſtrenuè ſuam defendit vrbem: ſubitaq; quodam die facta eruptione, plures nobiles Bohemos & Morauos, in caſtris Caroli oppreſſos, captiuos in vrbem abduxit: quos tamen illico ſuis vxoribus ex nobili beneficentia reſtituit. Qua ipſius virtute Carolus motus, non modo pacem cum ipſo fecit æquis conditionibus: ſed & remunerationis loco ditionem Glocenſem ad finem vſque vitæ ipſi vtendam fruendam conceſſit. Nouiſſimè vicinam præſagiens mortem, pia ſuorum peccatorum confeſſione & viuifica conſolatione edita, lætus ex hac vita in cæleſtem migrauit patriam A.C. 1342. filio ſuperſtite vnico

Duces Munſterbergij.

NICOLAO Duce Munſterbergio, qui Francoſteina vendita Carolo IV. Imperatori, viaticum adeptus Palæſtinam inuiſit: ex qua reuerſus, in Pannonia diem clauſit extremum A C. 1369 in monaſterio Heurichouienſi Sileſiotum ſepultus. Duos reliquit filios:

BOLESLAVM II. Ducem Munſterbergium ſuæ familiæ poſtremum: in arce Bolckenhayn à Morione, quem ad rabioſam concitauerat iram, lateris ictu peremptum; & in cœnobio Griſſenſi inhumatum ᵃⁿⁿᵒ ¹⁴¹⁰. Poſt eum IOANNES Troppauienſis à VVenceslao Bohemiæ Rege, qui hæres erat, in ducatum Munſterbergium collocatus, in prælio cadit anno 1429. GVILHELMVS Troppauienſis & Munſterbergius, ſummus Copiarum Dux ab Vratislauienſibus contra Huſſitas & latrones conſtitutus 1422. obijt anno 1452.

HENRICVM Equitem, S. Mariæ ordinis in Pruſſia Crucigerum, & in Liuonia Commendatorem.

HENRICVS V. cogn. Obæſus ſiue Ventricoſus, Dux Lignicius captus ab Henrico Probo Vratislauienſi, duriſſimisq; dimiſſus conditionibus: ipſi poſtea contra Locticum ſatis infeliciter militauit. Ab hoc ſiquidem profligatus, vix ciuium opera incolumis euaſit. Henrico Probo defũcto, Vratislauiã pro vim occupat. Quapropter à Cõrado Glogouienſi bello petitus: quũ id illi nõ ſatis proſpere procederet: dolo captus magnam occupatæ ditionis iacturam fecit. Etenim à quodam ſuo aulico, de

Duces Lignicenſes.

cuius

Duces Lignitenses.

cuius patre propter cædem iniustam, licèt inuitus, supplicium sumpserat, ex insidijs in balneo flumentaneo, Vratislauiæ captus: & propè nudus Glogouiam abductus, Conradoque est traditus: qui nouo crudelitatis genere in eum sæuijt. Inclusus namque ab hoc in caueam ferream, angustam, humilem, & breuem: cuius duo duntaxat erant orificia, alterum pro porrigendis alimentis, alterum pro eijciendis excrementis: integrum fermè semestre in ea corpore conuoluto (neque enimuerò sedere rectus, neque iacere potuit) delituit; sordibusque ac fermibus fermè consumptus; λύτρῳ demum triginta aureorum millium, & cessione insuper magnæ partis ducatus Vratislauiensis, liberatus: paucis diebus pòst IIX. Kal. Martij A. C. 1296. vitam finijt. Sepultus Vratislauiæ. Ex coniuge ELISABETHA filia Boleslai Ducis Calissensis in maiori Polonia, genuit

Boleslaum Bregensem, stemmatis propagatorem.

HENRICVM VI. Ducem Vratislauiensem: qui à fratre Boleslao continuis bellis oppressus, se principatumq; fidei Vladislai Loctici Regis Poloniæ: quem ab ipso receptũ, postmodò tradidit Ioanni Regi Bohemiæ: allectus nimirum eius blanditijs, liberalitate, pretio, ingentibusq; pollicitationibus: vnico retento oppido Gloza. Decennio ab hinc mortuus A. C. 1337. ex vxore ANNA Austriaca, Alberti 1. Cæsaris F. vidua Hermanni Marchionis Brandeburgij, parens effectus trium filiarum.

EVPHEMIAE.

MARGARETAE.

ELISABETHAE elocatæ VVartislauo IV. Duci Pomeraniæ.

VLADISLAVM, quòd natura esset cerebri parum saui, Amentem *cognominatum, iam sacris destinatum: sed qui pòst in diuisione paternarum ditionum Lignicium obtinuit. Quum autem esset inops: fratri Boleslao, pro debita ex pacto pecunia, hypothecæ nomine Liguicij mediam partem concessit. Quam vbi deinceps armis repeteus, fratris terras depopularetur: abs eo captus, inq; vincula est coniectus. Sic tandem, nisi mallet perire, Lignicio renunciauit: à fratre pro victu annuatim accipiens quingentos aureos. Sed quum rursus latrocinia sibi adiungeret, & in ditione Brĕgensi prædas ageret: incautiùs oberrans, interceptus; & in tetrum carcerem annum amplius vnum est inclusus: vbi prorsus in maniam incidit: nec vnquam rectè resipuit. In Masouiam inde secessit: nuptias contrahens cum virgine anu, filia Boleslai Ducis Plocensis. Cuius dote prodigè consumpta, reuersus, monumentis prolatis Ioanni Bohemiæ Regi suũ in principatu ius demonstrat: deq; fratris insidijs & iniquitate multa conquestus, totum se Regis obedientiæ permittit A. C. 1331. Obijt ἄνανς.*

HEDVIGEN consortem Othonis Marchionis Braudeburgici, locupletatricem monasterij Creuestensis A. C. 1319.

EVPHEMIAM nuptam N. Marchioni Carinthiæ.

HELENAM }
ELISABETHAM } *Virgines Sanctimoniales.*

ANNAM prima ætate mortuam.

BOLESLAVS Princeps pecuniæ cupidus, prodigus, animi ferocis fraudulẽti & turbulenti: in diuisione ducatũ Brigensem, quem sponte elegit, sortitus: fratrem Vladislaum, latrocinia sibi adiungentem, in carcerem coniectum, Lignicio renunciare coegit. Ex cuius accessione, auctus viribus: bellum mouit in Conradum Olsnicensem: à quo vi eum ducatum emunxit. Neque sic tamen hac rapina suas explere lacunas potuit, quippe qui res suas adeo decoxerat, vt breui Hanam, & Goldbergam ciuibus Vratislauiensibus oppignoraret; & Nuncensem agrum hypothecæ nomine traderet Bernardo Suidnicensi Duci: Quin & ea leuitate fuisse scribitur; vt proprios quoque liberos Vratislauiensibus pro pecunia obsides daret. Oppressus itaque ære alieno; fratris Henrici Principis Vratislauiensis vndiq; deprædari cœpit prouinciam. Cuius ille iniurias quum satis cohibere nequiret: seque suaque omnia Ioanni Regi Bohemiæ subijceret: minis hic Regis perculsus, eiusdem & ipse factus est beneficiarius A. C. 1331. Quadriennio ab hinc priore coniuge MARGARETA VVenceslai Bohemiæ Regis filia fatis erepta: duxit CATHARINAM mulierem Cracouiensem, siue (vt quidam Annales habent) Croatam, benè dotatam. Qua pecunia Brigam, & Olauiam redemit: Lignicensem verò principatum, ingenti ære alieno grauatum, fi-

lijs

liis concessit. Obijt A. C. 1342. mense Aprili: sepultus in cœnobio Leubensi. Filios ex priore connubio reliquit duos: *Duces Lignicij.*

Ludouicum Bregensem, stemmatis propagatorem. †

VVENCESLAVM Ducem Lignicensem: cui in partitione hereditatis Goldberga, Hana, & Lubena obtigerant: sed qui, vbi videret in agro Lignicensi inuentas venas auri vberes, fratri (vti erat vir callidus & ...) consiliarijs eius largitionibus corruptis, persuasit cedere sibi Lignicio. Post quam transactionem, patris prodigi vestigia strenuè æmulatus, quum sua prodegisset: & oppida passim, nolente & probibente fratre, oppignorasset: venæ quoq; metallicæ exaruissent: in magna inopia vitam clausit A. C. 1347 ex vxore N. Ducissa Teschinensi, Casimiri F. quatuor relictis filijs, quibus fratrem tutorem dedit. Horum

RVPERTVS Dux Lignicius, solus principatum obtinuit: fatali morte absumptus A.C. 1390. ... : ex HEDVIGE F. Henrici Ferrei Ducis Glogouiensis, vidua Casimiri Magni Regis Poloniæ vnica superstite filia

BARBARA vxore Rudolphi Electoris Saxoniæ ex stirpe Anhaltina postremi.

BOLESLAVS florenti ætate perijt die Bachanaliorum, in certamine equestri.

HENRICVS VII. Decanum egit Vratislauiensem, & Episcopum Vladislauiensem in Polonia.

VVENCESLAVS Lebusanus primùm, inde Vratislauiensis Episcopus, erexit collegium Canonicorum in oppido Otmachouio. Extinctis fratribus factus Dux Lignicius, & Goldbergensis, cum ducatû, Duce Lubensi permittente, donauit VVenceslao Bohemo. Obijt A. C 1417.

LVDOVICVS Dux Bregensis, & Lubensis, princeps pius, & iustus: fundator Ecclesiæ Cathedralis Bregensis: fratri prodigo cessit Lignicio: Lubenam ab illo oppignoratam, suo ære redemit: omniumque allatum iniuriarum, quas ab illo fuerat perpessus, immemor, ab illius obitu optimè præfuit patrimonio nepotum: ducatumque ære alieno grauissimè oneratum, sua industria, magna ex parte redemit ac conseruauit, Ex vxore N. filia Henrici IV. Ducis Glogouiensis, & Saganensis genuit

Henricum IIX. stemmatis propagatorem. †

VVENCESLAVM Principem Breganum, cælibem mortuum.

MARGARETAM vxorē Alberti Ducis Bauariæ, Principis Hollandiæ & Zelandiæ.

HENRICO IIX. Stigmatiæ dicto (vulgo Hertzog Heinrich mit der Schrammen) Duci Bregensi, & tandem quoque Lignicensi, vxor SALOME F. Zemouiti Ducis Masouiæ, relicta Casimiri Ducis Stetinensis peperit

Henricum IX. Ducem Lubensem, stemmatis propagatorem. †

LVDOVICVM Ducem Lignicensem & Bregensem, & Trintschiniensis Comitatus in Pannonia Dominum, Sigismundo Cæsari perquàm carum, in cuius aula iuuenis vixit. Concilio Constantiensi 150. equitibus interfuit: & vsitata illius seculi religione Hierosolymam inuisit. Obijt A. C 1436. ex vxore ELISABETHA Brandeburgica, Friderici I. Electoris nata, defuncta anno 1450. duabus filiabus superstitibus;

HEDVIGE Ioanni Lubensi principi agnato elocata.

MAGDALENA nupta Nicolao Duci Opoliensi.

HENRICVS Dux Lubensis, perexiguæ sanè ditionis Dominus, VVenceslai deinde Episcopi Vratislauiensis Dux quoq; Lignicius factus: duos progenuit filios:

Ludouicum Lubensem, stemmatis propagatorem. †

RVPERTVM Equitem auratum, & Rhodiæ militiæ Dominum.

LVDOVICVS Dux Lubensis, Hannouiensium auxilio Lubenam contra Hussitas fortiter defendit: naturæ fatoque concessit A. C. 1431. ex MARGARETA Opoliensium Ducissa, Nicolai sorore duobus susceptis filijs: quorum

Ioannes stemma propagauit. †.

HENRICVS Dux Lubensis Goldbergæ Dominus, adolescens diem obijt: Hannouiæ in templo Parochiali sepultus.

IOANNES Dux Lubensis, Ludouici patrui magni & soceri (huius namque filiam HEDVIGEN vxorem duxerat) in ducatibus Lignicensi & Bregensi hæres & successor: sed à subditis repudiatus: Vratislauiæ ex animi mœrore in fata concessit: sepultus Olauiæ A.C. 1453.



FRIDERICVS I. Dux Silesiæ Lignicius & Breganus: materni aui hæreditatem totam recuperauit A. C. 1469. Princeps pius & bellicosus: qui Bohemos ad bellum Glogouiense euntes; in loco qui dicitur die Walstadt, ad internecionem fermè deleuit: denuò paulo pòst deuictos ab Henrico Zadlicio, ducatus præfecto, in campis Hannouiensibus. Post longam tandem & incertam expectationem, quum ditio à Bohemiæ Regibus teneretur, factus Generalis Præfectus Silesiæ: vita excessit A. C. 1488. VII. Id. Maij. quadragenario maior biennio. Vxor LVDOMILLA F. Georgij Poiebradij Regis Bohemiæ, obijt XIII. Kal. Febru. A. C. 1503. Hoc coniugio nati

Fridericus II. Dux Lignicius, stemmatis propagator. †

IOANNES Dux Lignicius, ex aula Friderici Marchionis reuersus, adolescens annorum duodeviginti moritur: Bregæ in templo Cathedrali sepultus.

GEORGIVS I. Dux Bregensis, Princeps ingeniosus quidem, & optimè educatus in aula Maximiliani I. Cæsaris: sed qui crapulæ & voluptatibus nimium indulsit. Decessit anno III. Kal. Iunij A. C. 1521. Vxor ANNA Pomeranica, Bugslaui X. filia, postea Lubenæ omnibus cara vixit: vnde quoque à nostris dicta est Die Fürstin von Lüben: *mortua A. C. 1550.*

FRIDERICVS II. Dux Lignicensis & Bregensis, Silesiæ inferioris Præses: princeps optimus, & Ecclesiarum pius nutritius: vixit in aula Vladislai Regis Vngariæ: Hierosolymis inde Eques aurei velleris creatus. Diem obijt A. C. 1547. XV. Kal. Octobris, sexagenatio maior annis septem, mensibus totidem, & diebus quinque. Lignicij sepultus. Ex bino coniugio quatuor ipsi nati liberi:

☙ ex ELISABETHA Casimiri Regis Poloniæ F. defuncta A. C. 1517. XIII. Kal. Martij

HEDVIGIS infans in cunis extincta.

☙ ex SOPHIA F. Friderici Marchionis Brandeburgij mortua A. C. 1537.

FRIDERICVS III. Dux Lignicensis & Bregensis: princeps eloquens, & variâ linguarum cognitione præstans: natus A. C. 1520. V. Kal. Aprilis: in vera fide & agnitione Christi Servatoris rebus humanis excessit XII. X. Kal. Ianuarij A. C. 1570. quinquagenario maior mensibus nouem, diebus duodeviginti: ex vxore CATHARINA Henrici Ducis Megapolensis filia quatuor relictis liberis:

HENRICO Duce Silesiæ Lignicensi, nato A. C. 1539. Dominica Inuocauit. Hic post quinquennium, quàm Imperatoris iussu certis de caussis à gubernatione erat deiectus, Lignicij obsessus; Vratislauiam captiuus est deductus A. C. 1581. vbi ex captiuitate elapsus, in Angliam profugit: Reginæque in bellis contra Philippum Hispanum fortem nauauit operam. Bello inde Polonico militans Cancellario & Sueco aduersus Maximilianum Austriacum: Cracouiæ expirauit pridie Non. Iulij A. C. 1588. Ibidem sepultus. Ex SOPHIA autem vxore, Georgij Marchionis Brandeburgici filia defuncta A. C. 1587. ineunte Martio, parens esse effectus

SOPHIAE DOROTHEAE vxoris Friderici Principis Palatini & Bipontini, natæ VII. Id. Sextil. A. C. 1561.

AEMYLIAE natæ VII. Kal. Ianuarij A. C. 1563. cuius susceptor fuit Maximilianus II. Imper.

GEORG. FRIDERICI in cunis extincti Idib. Decembris A. C. 1565. infantis trium duntaxat mensium, dierumq; totidem.

SABINAE BARBARAE, quæ infans anni vnius & dierum XXIV. extincta est XVI. Kal. Martij A. C. 1572.

CATHARINA nupta Friderico Casimiro Duci Teschinio Lignicij, præsente Imp. Maximiliano A. C. 1563. 8. Decemb.

FRIDERICO IV. Duce Lignicio, fratris in prouinciæ administratione successore, nato A. C. 1552. Nuptias hic celebrauit Lignicij cum SIDONIA MARIA Ducissa Teschinense XIII. Kal. Februarij A. C. 1587. quæ eodem anno V. Non. Octob. inter viuos esse desijt in puerperio filiolæ MARIAE CATHARINAE: quæ & ipsa nata die Septembris septimo triduo pòst expirauit. Nupsit eidem postea DOROTHEA Ioannis Ducis Holsatiæ F. anno 1590.

HELENA in matrimonium tradita Sigismundo Curtzbachio, ditionis Milesiæ Baroni.

SOPHIA

SOPHIA *consors Ioannis Georgij Marchionis Brandeburgij Septemviri, ex* *[illegible]* *obijt VI. Cal. Februarij A. C.* 1546.

Duces Bregenses.

GEORGIVS II. *Dux Silesiæ Lignicensis & Bregensis: heros (vt verè habet Epitaphium eius) magnanimus, Princeps re & nomine illustris, auitarum laudum æmulus, familiæ totius splendor, paternarum virtutum hæres: Silesiæ* *[illegible]* *& ocellus, beneficum patriæ sidus, religionis orthodoxæ asylum, Ecclesiarum nutritor, scholarum auspex, Rerumpub instaurator: afflictorum portus, supplicum oppitulator; dominator pacificus, publicè priuatimq́; de multis præclarè meritus: ditionis suæ cultor & amplificator augustus, erga vicinos officiosè amicus, custos disciplinæ vigilans; linguæ Latinæ probè peritus, memoria viuax, in consilijs prudens, in responsis cautus, in armis fortis, in imperijs æquus, in transactionibus felix, in reprehensionibus ingenuus, in conuersatione cum paribus comis & humanus, in pœnis clemens, ad ignoscendum facilis, ad iuuandum promptus, ad curandum solicitus, ad largiendum benignus, ad expediendum strenuus, bonis denique omnibus multis nominibus vnicè dilectus: annum agens vitæ suæ Climactera nobilem* L X I I I. *nocte* 7. 8. *Maij præcedente, intra horam* XI. & XII. *rebus humanis placida morte est exemptus A. C.* 1586. *Nuptias celebrauit cum* BARBARA, *Ioachimi II. Marchionis Brandeburgij Septemviri F. A. C.* 1545. *parens ex ea factus.*

IOACH. FRIDERICI Ducis Silesiæ Lignicensis & Bregensis, ditionis Lebusensis Marchionum Præfecti, & Præpositi Magdeburgij: cui A. C. 1577. 19. Maij nupta ANNA MARIA Ioachimi Ernesti Principis Anhaltini F. sterili vtitur coniugio.

BARBARAE, quæ virgo obijt.

IOAN. GEORGII Ducis Lignicensis, Bregensis, & Volauiensis: cuius in connubio viuit ANNA Christophori Ducis VVirtembergij F. ducta A. C. 1582. 10. Septembris.

ELISABETHAE MAGDALENAE Carolo Monsterbergio Duci elocatæ A. C. 1585. pridie Kal. Octobris.

STEMMA DVCVM OPOLIENSIVM & TESCHINIORVM in Silesia.

Duces Opolienses & Teschinenses.

MIESLAVS, Vladislai Ethnarchæ Poloniæ F. in diuisione cum fratribus ducatum accepit Silesiæ superioris versus Morauiam & Cracouiam; nempe Oppoliensem, Ratiboriensem, Teschinensem, Troppauiensem & Falcobergium. Sorte autem sua postea non contentus: Boleslao fratri maiorem quoque Glogouiam eripuit; propterea quòd exclusso ipso, Conradi fratris alterius bona ad se solus transtulerat: quam tamen ipsi, Casimiri Poloniæ Regis pacificatione non multo pòst restituit, recepto Osvencimensi territorio. Eundem postmodo ad Ruthenicum secutus bellum: fortem ipsi contra hostes nauauit operam. Obijt in Sicilia A. C. 1211. *XVI. Kal. Iunij.*

CASIMIRVS Dux Ratiboriensis, Opoliensis, Teschinius & Troppauiensis; monasterium Sanctimonialium ordinis Præmonstratensis, quod pater Ribnicij fundauerat, in Czarnovvans transtulit: vbi & post mortem inhumatus est, quæ ipsi accidit A. C. 1236. *prid. Non. Maij. Vxor VVENCESLAVA.*

MIESLAVS II. Dux Ratiboriensis, Teschinensis, & Opoliensis, Tartaros Europam depopulantes, initio fortiter quidem repulit, multis trucidatis: Sed deinde tanta hostium conspecta multitudine expauit: seque cum suis ad Henricum Pium Vratislauiensem recipiens; quum nec sic illis satis posset sufficere: fuga saluti suæ consulens, vitam seruauit. Obijt *[illegible]* anno 1251. Vxor IVDITHA F. Conradi Ducis Masouiæ postea nupsit Henrico III. Duci Vratislauiensi.

VLADISLAVS Dux Opoliensis, Teschinius, Ratiboriensis & Beutenius, inter viuos esse desijt A. C. 1272. *Tenuit hic quoq; Glogouiam minorem: nec non Strelce & Damaratum arcet. Vxor EVPHEMIA Premislai Ducis Posnaniensis in maiori Polonia F.*

Duces Opolienses.

CASIMIRVS Ducum Teschiniorum propagator. Vide. †

IACOBVS Dux Troppaniæ & Ratibotiæ, Vayuoda Sundomaræ: cuius posteri Mũsterbergium quoque principatum tenuere. Quod stemma quia minùs perfectum & alicubi mutilum quoq; habeo: reticere, quàm incerti quid affirmare malui.

BOLESLAVS Dux Opoliensis & Ratiboriensis, militans Henrico Probo Vratislauiensi principi contra Lokticum A. C. 1290. truentam Polonis reliquit victoriam. A Cracouiensibus postmodò ad ipsum deficientibus, in vrbem intromissus: minus Loktici territus, vrbe excessit: nec ita multo pòst obijt A. C. 1313.

VLADISLAVS Dux Opoliensis, à quibusdã Poloniæ proceribus Casimiro in regno surrogandus destinatus A. C. 1339 sed Vngariæ factus Palatinus; & à Ludouico Rege donatus Ostressouiẽsi & Velunensi tractu, qui Rudensis olim erat dictus; Olstinensi item, Crepiciensi & Bebolicensi territorijs: in verba eius solenniter iurauit A. C. 1370. A quo postea Poloniæ gubernator & vicarius datus: eo defuncto, ad regnum id demum aspirauit. Quocirca à Iagellone armis molestatus: licèt ipsi iusto in bello par non esset, vt pote à Rege suo Bohemo desertus: mercibus tamen Polonorum intercipiendis, & spoliandis passim ditioribus in itinere, multum Poloniæ facessit negotij. Obijt A. C. 1294. dum fratres pro ipso apud Regem intercedunt. Titulum quoque Ducis Russiæ vsurpasse scribitur. Vxor AGATHIA Zemouiti Ducis Masouiæ F.

BERNARDVS Opoliensiũ & Nemodliensium siue Falcobergensium Dux; intercessit pro fratre apud Iagellonem A. C. 1394. Vxor HEDVIGIS F. Spitconis Melstinij, dynastæ Olesni: cui Lublinceiam & Strelce arces in tractu Opoliensi Iagello donauerat.

Filia N. elocata Henrico Passeri Duci Glogouiensi in Silesia.

BOLESLAVS Dux Opoliensis.

IOANNES cogn. Cropidlo, Episcopus Caminensis & Vladislauiensis.

BOLESLAVS Dux Opoliensis iuuans & fouens Hussitas, victus est à Nicolao Ratiboriensi A. C. 1433. Cum Polonis duo gessit bella: quorum altero A. C. 1443. quia magna eius esset auctoritas; eumquè iuuarent vicini principes; mercatores Cracouienses ituros ad nundinas Vratislauienses, opprimens: ducenta aureorum millia cis ademit: altero an. 1452. mutua Regis cum proceribus offensione fretus; valida militum manu è Bohemis, Morauis, & Silesijs conducta; Seueriensem & Velunẽsem tractum hostiliter vastauit. Georgio quoq; Regi Bohemiæ aduersus Vratislauienses militasse legitur A. C. 1459.

BERNARDVS Dux Opoliensis, territus minis Vladislai Regis Bohemiæ in verba Casimiri iurauit, deserto Alberto A. C. 1438. Cõmunibus quoq; cũ fratre auspicijs contra Polonos bellum gessisse legitur an. 1444. & 1452.

IOANNES Dux Opoliensis, Vladislao suis in Bohemia suppetias laturos & in Silesia omnem agrum Bregensem & Nissensem late vastante, adeo territus est: vt in verba Casimiri iuuare promitteret A. C. 1438. Quapropter à Mathia Rege grauiter est mulctatus. Vxor BARBARA F. Friderici I. Electoris Brandeburgij.

NICOLAVS Opoliensis Dux suæ familiæ postremus: princeps nõ solùm amens, sed & præceps & turbulentus: à Mathia Rege grauiter olim mulctatus, quòd fauere diceretur Polonis cõtra Regem: suspicatus ergo, rursus agitari consilia, vt ipse comprehenderetur: (allatæ namque erant literæ Casimiro Teschinensi in Senatum, quas legendas dedit Episcopo Nissensi) stricto pugione vtrumque adortus est principem. Comprehensus idcircò, Nissæ in area fori, spectantibus principibus, capite pœnam luit VI. Kal. Quintil. A. C. 1497. Vxor MAGDALENA F. Ludouici Ducis Lignicij, &c.

MARGARETA vxor Ludouici Ducis Lubensis in Silesia.

nsignia gentilitia huius Ducis Nicolai.

† *CASIMIRVS Dux Opoliensis, Ratiboriensis, & Teschinensis, Vladislai F. regno Bohemiæ se subdidit, vbi tunc imperabat VVenceslaus Othocari F. quia nulla tũ temporis esset Poloniæ Principum coniunctio & auctoritas A. C. 1288. Vxor BEATRIX, F. Othonis Marchionis Brandeburgij.*

IOAN-

Duces Teſchinenſes.

IOANNES Dux Teſchinius & Auſchuicius. 1322.

BOLESLAVS Beutenæ Obijt ἄπαις.

CONRADVS Dux Teſchini' & Auſchuitius.

ELISABETH. POLCKHA.

CASIMIRVS Dux Teſchinenſis & maioris Glogouiæ: principatum Teſchinenſem à Bohemiæ Rege accepit A.C. 1327. in feudum hereditarium: Auſchuicenſem verò in feudum paternum.

IOLE poſt VVenceslai ſeptimi Regis Bohemiæ exceſſum; ſecundùm nupſit Petro Baroni Roſenbergio.

CASIMIRVS Dux Teſchinius Dominus Auſchuicij & Toſtę factus in ducatus partitione cum Boleslao agnato A. C. 1414. Obijt ſenex 1427.

SEMOVITO Duci Teſchinio iurauit maior Glogouia A. C. 1383.

PRIMISLAVS Dux Teſchinæ & maioris Glogouiæ: donatus à Cæſare VVenceslao hereditate principatus Falcobergij, Neoſtadio, aliisq́ domibus: Seuerienſem ciuitatem & diœceſin emptionis titulo acquiſiuit. Principatus quoque Beutenenſis ipſi traditus eſt A.C. 1363. Eidemq́ & filijs Melſtinius Vaiuoda Cracouienſis A. C. 1396. oppignorauit Lublineciam, Oleſnũ & Gorzonum pro mille marcis Pragenſibus. Senio ætateq́ confectus, principatu filijs reſignato, deceſſit A.C. 1407.

Filia clocata VVẽceslao Duci Lignicio Goldbergẽſi & Lubẽſi: ætatis anno XLIII. primùm grauida eſt facta.

VVENCESLAVS Rubnicij aulæ ſedem habens, Obijt ἄπαις. *PRIMISLAVS Dux Auſchuitius, Toſtæ aulæ ſedem habuit.*

IOANNES Dux Auſchuitius, Zadouæ habitans principatum illum Polonis reſtituit.

Ioannes Dux Teſchinius, Dominus Glaubaci & Zadoræ, ἄπαις.

BOLESLAVS Dux Teſchinæ, maioris Glogouiæ & Beutenæ, VVenceslao Cæſari ob fidem & virtutem apprimè carus: alteram abs eo Glogouiæ partem, quæ hactenus fuerat in poteſtate Regum Bohemiæ, obtinuit A. C. 1404. idq́ ex auctoritate Iagellonis Poloni: quam ea potiſſimum de cauſa Cæſar ipſi attribuit, quo aduerſus fratrem ſe muniret: collocatis in Sileſiæ limitibus principibus animoſis & bellicoſis. Glogouiam itaq́ hi principes tenuerunt ad annos fermè octoginta; cui Guram quoq́ haud multò poſt adiunxerunt. Sigiſmundo quoq́ Imperatori militaſſe legitur aduerſus Protenos A C. 1414. Rebus humanis exemptus A C. 1433. Vxor SOPHIA ducta 1422.

PREMISLAVS Dux Teſchinius, Glogouienſis & Freiſtadienſis: feudi nomine à VVenceslao Imp. Stinauiam & Guram A. C. 1404.

VVENCESLAVS Dux Teſchinius & Glogouienſis: in hæreditatis partitione Teſchinam, Beutenam & Tarnouitium ſortitus: agrum Seuerienſem in ſua ditione tenui pecunia vendidit Sbigneo Cardinali Cracouienſi. Quæ res anſam præbuit bello Polonico: quod mouit Boleslaus Opoliẽſis A.C. 1444. Vxor EVPHEMIA F. Zemouiti Ducis Maſouiæ, ducta A. C. 1426.

BOLESLAVS Dux Teſchinius. †

VLADISLAVS Dux Teſchinius, dimidiam partem maioris Glogouiæ tenuit cum oppido Gura. Vratiſlauienſes anno 1446. bello grauiter afflixit: contra quos anno ab hinc XIII. militauit Georgio Regi Bohemiæ: quo bello multa ſacerdotum prædia paſſim diripuit. Lethali tandem accepto vulnere, ex quo quadriennium decubuit, deceſſit ἄπαις Glogouiæ A.C. 1463. Vxor MARGARETA Comes Ciliæ & Goritiæ, à Ioanne Saganenſi Glogouia eiecta: Guræ animi dolore & ærumnis conſumpta deceſſit A.C. 1480. XI. Kal. Sextil. Sepulta Glogouiæ.

PREMISLAVS Dux Teſchinæ & maioris Glogouię: Mathia Rege Pannoniæ ipſum aut de dimittenda arce & ciuitate Teſchinenſi; aut de ſumptibus, in eius liberationem bello Sileſiaco factis, exſoluendis requirente: Glogouiæ animi mœrore eſt extinctus V. Id. Martij A. C. 1477. Sepultus Teſchinæ in monaſterio Prædicatorum.

HEDVIGIS coniux Stephani Palatini Trenſchinienſis & Scepuſienſis, Vngariæ Gubernatoris.

VERONICA vxor Friderici Com. Ciliæ obijt 1454.

Comites Scepusienses.

VVENCESLAVS Dux Teſchinius, cognatis principibus Maſouiæ ἀπαιδ defunctis; vnà cum fratre maternam petijt hæreditatem; at irrito conatu Anno C. 1462.

PREMISLAVS Canonicus Glogouiæ, vrbem eam vicario nomine pro Margaretâ Ciliensi aliquandiu gubernauit. Mortuus A. C. 1477.

IOANNES de Zapolia, Vaivoda Tranſſyluaniæ, & Comes terræ Scepuſieſis: poſt Ludouici Regis Pannoniæ interitum, à nonnullis factioſis proceribus & nobilibus regni, Rex ſalutatus; contra Ferdinandum Cæſarem diu tyrannidem exercuit. Vxor ISABELLA F. Sigiſmundi Regis Poloniæ.

BARBARA nupta Sigiſmũdo Regi Poloniæ, 1512.

IOANNES Princeps Transſyluaniæ, natus Budæ A. C. 1540. 7. Iulij: bellorum in Vngaria contra Maximilianum II. Imp. motorum auctor: à medico ſuo Blanderata medicamentis enectus diem ſuum in Tranſſyluania clauſit A. C. 1570. 14. Martij. Ipſi poſtea in Tranſſyluania † ſurrogatus Stephanus Bathori de Somlio.

Duces Teſchinenſes.

BOLESLAVS Dux Teſchiniæ, maioris Glogoniæ, & Beutenæ: vitam cum morte commutanit A. C. 1460. Vxor ANNA Duciſſa Maſouiæ.

CASIMIRVS Dux Teſchinenſis & maioris Glogouiæ, Premiſlai patrui teſtamento hæres inſtitutus: ſuperioris & inferioris Sileſiæ Præſes: à Margareta Cilienſi in auxilium vocatus contra Ioannem Pribuſienſem: magiſtratum Glogouienſem, obedientiæ ſibi iuramentum detrectantem, grauiter mulctauit A. C. 1478. Ioannis quoq; Alberti Regis Poloniæ copijs expugnauit arces Georgij Stenij præſidio munitas, receptacula illa latronum A. C. 1491. cuius legato Ioanni Polaco Ceruiconenſi eodem anno ducatum Glogonienſem tradidit. Obijt A. C. 1518. Vxor IOANNA Victorini Ducis Monſterbergenſis F.

Tres filiæ:
SOPHIA nupſit Victorino Duci Mõſterbergio A. C. 1425.
IOHANNA.
BARBARA.

VVENCESLAVS Dux Teſchinenſis & Glogonienſis. patrem morte præuertit A. C. 1524. ſexennio pòſt, quàm nuptiale celebrauit ſacrum cum ANNA Friderici Marchionis Brandeburgij F.

FRIDERICO Duci Teſchinio minorenni Ioannes Rothius ex voluntate Sileſiæ principum teſignauit Epiſcopatum Vratislauienſem: ſed non eſt admiſſus; fortè quòd morte præuentus Bononiæ (vbi tum literis operam nauabat) diem ſuum obierit.

VVENCESLAVS ADAM Poſthumus, Dux Teſchinius & maioris Glogouiæ, diem ſupremum obijt A. C. 1579. pridie Non. Decembris, ætatis ſuæ anno LV. Nuptias celebrauit primum A. C. 1540. cum MARIA Bernſteinia: dehinc A. C. 1567. cum SIDONIA CATHARINA, Franciſci I. Ducis Saxoniæ, Angriæ & VVeſtphaliæ F. Liberi eius

ex priore matrimonio:

ANNA }
SOPHIA } puellæ immaturè mortuæ.

FRIDERICVS CASIMIRVS Dux Teſchinius, naturæ debitum perſoluit A. C. 1571. ex CATHARINA F. Friderici Ducis Lignicij, vnica ſuſcepta filia.

CATHARINA virgine mortua A. C. 1581. ex poſteriore connubio:

CHRISTIANVS AVGVSTVS Dux Teſchinius, natus A. C. 1570. pridie Kal. Maij: in cunis extinctus XI. Kal. Martij.

SIDONIA MARIA Ducissa Teſchinenſis, nata A. C. 1572. IIX. Id. Maij: nupſit Friderico IV. Duci Lignicio & Bregano A. C. 1587. XIII. Kal. Februarij: eodemque anno partus difficilimi laboribus ſuperata deceſſit XIV. Kal. Octobris, ætatis ſuæ XV. menſe V. die X.

ADAM VVENCESLAVS Dux Teſchinius & maioris Glogouiæ, ſtemmatis ſui columna vnica, natus Idib. Decembris A. C. 1574.

IOAN. ALBERTVS immaturè mortuus.

ELIAE

ELIAE REVSNERI LEORINI

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI

De Familijs Regum & Principum, aliorumq; Procerum orbis Christiani

STIRPS IAGELLONICA:

Quæ

Stemma produxit illustre

REGVM POLONIAE DVCVM LITHVANIAE, &c.

Vnde maternam deducit originem SIGISMVNDVS Suecus, Polonis hodie imperans.

SERENISSIMO PRINCIPI ac Domino

D. SIGISMVNDO Regi Poloniæ, Magno Duci Lithuaniæ,

Principi regnorum Gothiæ, Vandaliæ, Sueciæ Hæredi,

DOMINO CLEMENTISS.
D. D. D.

STIRPIS INCLYTAE IAGELLONICAE

Stemma Vnicum

REGVM POLONIAE, DVCVM LITHVANIAE, RVSSIAE,

Prussiæ, Masouiæ, &c.

Gediminus Dux Lithuaniæ, 1327.

Montividus.	Olgerdus Princeps Lithuaniç, Dominus Kreuæ; obijt 1381.	Iaunutus.	Keistutus Dominus Troci.	Lubartus Dux VVladimiriẽsis.	Koriatus.

Vitoldus Dux Lithuaniæ.	Totiuilus.	Sigismundus Dux Starodubensis.
Anastasia.		

Michael.	Filiæ duæ.

Iagello Rex Poloniç obijt 1434	Skirgello.	Svitrigell°.	Coributus.	Viguntus.	Corigello.	Narimũdus.	Lubartus.

Filiæ tres.	Vladislaus Rex Poloniæ & Pannoniç obijt 1444.	Casimirus Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, obijt 1492.	Casimirus.

Vladislaus Rex Bohemiæ & Panoniæ 1516.	Casimirus Dux Lithuaniç. 1483	Ioan. Albertus Rex Poloniæ. 1501.	Alexander Rex Poloniæ 1506.	Sigismũdus I. Rex Poloniæ 1548.	Filię sex.	Fridericus.

Ludouicus Rex Pannoniæ & Bohemiæ. 1526.	Elisabeth, siue Anna.	Sigismundus Augustus Rex Poloniæ. 1571.	Filiæ sex.

STEMMATIS ΕΚΦΡΑΣΙΣ.

GEDIMINVS Magister stabuli apud Vithenem magnum Ducem Lithuaniæ, vir ambitiosus excelsique animi: Vithene interfecto, dominatum inter suos arripuit, lateque propagauit, subacta magna parte Russiæ. Vilnam condidit: & cum Magistris Prussiæ perpetua bella gessit. In Samogitia ad extremum in oppugnatione castri Fridburgi, à Crucigero sagitta transfixus, animam exhalauit A. C. 1324. potestatis suæ XXIV. Ex vxore N. vidua Vithenis Principis Lithuaniæ octo filios, duas genuit filias:

Duces Lithuaniæ.

MONTIVIDVM Dominum Kernouiæ & Slonini in Russia.

NARIMVNDVM Dominum Pinsci, genitorem

GEORGII Domini Pinsci, qui cum agnatis principibus excursiones fecit in Poloniam.

Olgerdum Dominum Kreuæ, stemmatis propagatorem. †

IAVNVTVM à parente, qui ipsum impensiùs diligebat, successorem in principatu Lithuaniæ institutum: sed à fratribus Olgerdo & Keistuto captum, & Vilna eiectum: qui tamen postmodò miseram eius sortem miserati, principatu eum Zaslauensi donarunt. Huius F.

SIMON perijt in bello Iagellonis cum Vitoldo & Crucigeris gesto A. C. 1390. in Lithuania.

KEISTVTVM virum vegeti ingenio, Dominum Troci: sed qui postea Iaunuto fratre eiecto, Lithuaniæ principatum cum Olgerdo æqua lance diuisit. A Iagellone tandem, qui cum ob falsas Voidilonis criminationes perpetuas alebat simultates, proditoriè captus: vinctusq; Creuam abductus: in carcere necatus est A. C. 1382. Liberos habuit nouem: quorum

MARIA vxor Andreæ Ducis Kiouiensis, enixa est Sophiam coniugem Iagellonis Regis Poloniæ. VITOL-

VITOLDVS, in baptismate postmodò dictus ALEXANDER, cum patre à Iagellone captus, & Vilnæ in custodia diutiùs asseruatus: quum nullis intercessionibus liberari posset; Creuam ablegatus, mortiq; destinatus: ... & vafro dolo vxoris suæ è vinculis in Masouiam, atq; inde in Prussiam aufugit ad Cruciferos: quorū armis Lithuaniam valde afflixit. Iagelloni deinceps reconciliatus, & magno Lithuaniæ ducatu donatus: in verba eius iurauit. Vir fuit magni animi, vegeto ingenio, impiger & bellicosus: quippe qui Russiam & Podoliam, ducibus illorum fugatis, in suam potestatem redegit: Tartaros bis fudit: Smolenscam rebellantem expugnauit: Liuoniam, Moscouiam, Prussiam vastauit: Nouogrodenses cepit. In regij tandem tituli affectatione, voto frustratus: mœrore animi decessit maior octogenario VI. Kalen. Nouemb. A. C. 1430. Vilnæ in arce sepultus. Duæ eius referuntur vxores: quarum prior ANNA à coniugali pietate laudatur: quippe quæ maritum à Iagellone captū, muliebri veste indutum, è carcere eduxit: posterior IVLIANA Annæ matertera, absque liberis obijt. Ex priore vnicam tulit filiam. *Duces Lithuaniæ.*

ANASTASIAM postea SOPHIAM nuncupatam, vxorem Basilij magni Ducis Moscouiæ.

PATRICIVS inglorius.

TOTIVILVS cum Vitoldo fratre & Crucigeris Lithuaniam vastans, ad Vilnam bombardæ ictu interijt A. C. 1390.

SIGISMVNDVS Dux Starodulensis in Russia, Iagellonis beneficio, & fauore procerum Lithuaniæ, post Suitrigellonem eiectum, magno ducatu Lithuaniæ potitus A. C. 1432. Octennio pòst ab Ivvan Czartoriense principe Russo dolosè perfideq; necatus est Troci, superstite F.

MICHAELE ex Lithuaniæ ducatu eiecto, & apud Moschos exule veneno necato, A. C. 1452. Cadauer Vilnam delatum, ibiq; à Cazimiro Rege Poloniæ honorificè est sepultum. Huius in consortio vixere AGATIA Zemouiti, & ANNA Boleslai Ducum Masouiæ filiæ.

VOYDATVS }
DOVGATVS } nullâ re nobilitati.

ANNA Ioannis }
RINGALA Henrici } fratrum, Ducum Masouiæ coniuges.

KORIATVM Dominum Nouogrodi, genitorem

ALEXANDRI Ducis VVladomiriæ.

LVBARTVM, qui ex N. vxore Russa, Leopoliensis & VVladimiriensis Dux factus: nullam inter fratres sortem accepit. Ducatu eiectus à Cazimiro Rege Poloniæ: Vladimiriensem arcem ab eius obitu vi recepit, validoq; præsidio firmauit: vnde postea in Lublinēsem & Sendomiriensem tractū excursiones plurimas fecit, magnasq; prædas egit.

ANNAM Casimiro Magno, Regi Poloniæ, nuptam A. C. 1325.

ELISABETHAM vxorem VVenceslai Ducis Plocensis in Masouia.

OLGERDVS Dominus Kreuæ, Vitebscij siue Thvverensium Principis gener & hæres, Russiæ aliquot prouincias Lithuaniæ adiunxit: cuius principatu pet Keistutum fratrem erat potitus eiecto Iaunuto. Princeps extitit ethnicus, at animo generoso, & militari disciplina elatus: qui plurima bella cum Liuoniensibus & Prutenis vario Marte gessit: Tartarorum regulos profligauit, Podoliaq; eiecit: Moscouiæ tyrannum pacem petere compulit. Naturæ concessit Anno C. 1381. ex vxore MARIA Thvverensium Ducissa, parens effectus

Iagellonis Regis Poloniæ, stemmatis propagatoris.

SKIRGELLONIS Trocensium Principis, qui à fratre Iagellone, rerū summa apud Polonos potito, Lithuaniæ præfectus; eodem postea annitente, principatum illum cessit Vitoldo patrueli, quem contra ipsum aliquandiu satis strenuè defenderat: pro quo in Starodubia ducatum Kiouiensem obtinuit: nec multo pòst à monacho quodā Russo veneno necatus est A. C. 1395. Kiouiæ in cauernis subterraneis, quæ Peczari vocantur & Russiæ Ducum sepulturæ clara sunt, inhumatus.

SVITRIGELLI in baptismo BOLESLAI nominati, hominis nauci & temulenti: qui Vitoldo patrueli in Lithuaniæ ducatu successit quidē: sed à procerib. A. C. 1431. sub regni limine ob nimiā crudelitatē expulsus; & quadriennio pòst cū auxiliarib. Cruciferis Liuoniēsib.

à Sigismundo Lithuano & Polonis ad Vilcomiriam profligatus, & in perfluentem demersus: cum paucis Russis vix euasit. Obijt A. C. 1452. mense Februario; Vilnæ sepultus. Vxorem habuit N. Thvvorensium Ducis filiam.

Duces Lithuaniæ.

BORZISCHI nulla re memorabili nobilitati.

CORIBVTI in Baptismo DEMETRII nuncupati, Domini Nouogrodeci: qui à Vitoldo fratruele cuius imperium detrectabat, arce hac expugnata, cum vxore & liberis captus: & in bello tandem Vitoldi Lithuaniæ Ducis cum Tamerlane Tartaro, cæsus est A. C. 1399.

VIGVNTI Domini Bidgustiæ, & Inovvladislauiæ: qui sacro fonte lotus ALEXANDRI nomen accepit: viri propter industriam atq; dexteritatem in rebus gerendis, & mores minimè barbaros, Iagelloni apprimè cari: veneno sublati Anno C. 1391. ex vxore N. Vladislai Opoliensium Ducis filia, nulla suscepta sobole.

CORIGELLONIS qui in baptismo CASIMIRI nomen assumens: ex incendio arcis Vilnensis inferioris, quum se subduceret, ab hostibus Cruciferis interceptus, capiteq; est plexus A. C. 1390.

NARIMVNDI in prælio cum Vitoldo fratruele & Cruciferis capti, pedibusq; ex vlmo suspensi, & sagittariorum deniq; spiculis traiecti A. C. 1390.

LANGVINI patris

SIMONIS, à Iagellone Rege Nouogrodo præfecti.

LVBARTI Ducis Lucensis & VVladimiriensis, qui Christo nomen dans, THEODORI nomen accepit.

ANDREAE apud Russos religionem Christianam professi: qui quum Cruciferos sua temeritate in Lithuaniam attraxisset, à fratre Rege toto triennio in arce Chemcinensi squalore carceris est confectus. Perijt bello Tartarico A. C. 1399.

BVTHAVI.

ALEXANDRAE nuptum collocatæ Zemonito Duci Masouiæ.

Filiæ ἀνωνύμῳ sociatæ Voidiloni, obscuræ sortis homini, cubiculario & pocillatori Regis Iagellonis facto: inter quem & Keistutum quum lites fereret, ab hoc in crucem est actus.

Reges Poloniæ.

IAGELLO Magnus Dux Lithuaniæ & Russiæ, à Polonis expetitus, & ad regnum Reginæque torum accersitus: religioni Christianæ se totamq; simul Lithuaniam addixit: in baptismo VLADISLAI nomine insignitus: ditionesq; suas omnes Poloniæ fœdere sempiterno adiunxit. Princeps pace belloque inclytus. Quippe qui in prodigiosis dæmonum superstitionibus extirpandis, genteq; sua agresti & barbara ad vnius veri Dei cultum conuertenda, permultum laboris, operæ, sumptuum impendit: Scholam Cracouiensem, à Casimiro Magno auspicatam, perfecit: Silesiæ & Russiæ Duces domuit: Cruciferos Lithuaniæ inhiantes, Poloniamq; diripientes, clarissimis aliquot victorijs repressit: victis fractisque pacem æquis conditionibus dedit. His itaque feliciter exantlatis laboribus, multo senio febre est extinctus pridie Kal. Iunij A. C. 1434. Cracouiæq; sepultus: quum in Polonia ad clauum sedisset annos duodequinquaginta, menses tres, dies XIV. Liberos genuit

℔ ex HEDVIGE filia natu minima Ludouici Regis, defuncta Id. Iulij A. C. 1399

ELISABETH BONIFACIAM natam pridie Id. Iunij A. C. 1399. & triduo post extinctam.

℔ ex ANNA Gulielmi Comitis Ciliæ F. nepte Casimiri Regis Poloniæ, mortua XII. Kal. April. A. C. 1416

HEDVIGEN Friderico II. Electori Brandeburgio desponsatam: sed ante nuptias & iustam ætatem fatali morte absumptam A. C. 1431.

℔ ex ELISABETHA Pileccia, Othonis Palatini quondam Sendomiriensis filia, vidua Vincentij Granouij Castellani Naclensis, prouectæ iam ætatis & effæta tertio coniugij anno mortua A. C. 1419

Nullos.

℔ ex SCONZA Russa, filia Andreæ Ducis Kiouiæ, quæ de nouo baptizata SOPHIAE nomen accepit, defuncta A. C. 1461. XI. Kal. Octobris:

Rex Poloniæ & Pannoniæ.

VLADISLAVM patris in *regno Poloniæ successorem*, Cracouiæ coronatum IIX. Kal. Sextil. A. C. 1434. Hic primis initijs paternæ laudis spem pollicitus: post sexennium infelici omine ad Pannoniæ regnum postulatus: non sine difficultate atque negotio

negotio id est adeptus: inunctus Belgradi XVI. Kal. Sextil. A. C. 1440. Triennio ab hinc ad Macedoniæ, mox ad Thraciæ fines, Amurathi Turcæ pacem petenti formidabilis, cum animosiore, quàm validiore exercitu penetrauit: hostem ipsum summa cum gloria profligauit & prostrauit: arces in Rascia ab hostibus occupatas, omnes recuperauit. Qua victoria nominis atque fortunæ fama aucta, ad alteram in Turcas expeditionem animatus: quum pacem iuratam, ex Iuliani Cardinalis & legati Pontificij instinctu, illis temerè renunciasset: ad Varnam, Bulgariæ vicum, inter confertissimos hostes occubuit IV. Id. Nouembris A. C. 1444. ætatis suæ XXI. quem vndecim diebus excessit. Regnauit in Polonia annos decem, menses quinque, dies vndecim: in Pannonia annos quatuor, menses tres dies XXIV.

Reges Poloniæ.

CASIMIRUM natum A. C. 1426. XVII. Kal. Iunij: in cunis extinctum infantem decimestrem A. C. 1427. VI. Non. Martij.

Casimirum Regem Poloniæ, stemmatis propagatorem. †

ELISABETHAM nuptam Erico Stolpensium in Pomerania Duci.

CASIMIRVS, Magnus Dux Lithuaniæ, secundùm fratris interitum ad regnum Poloniæ accitus: diu autem primum tergiuersatus, quum videret ad Boleslaum Masouiæ Ducem regnum deferri, pœnitentia ductus, in Poloniam venit: impositaq; corona Rex inunctus est VI. Kal. Quintil. A. C. 1447. Contra potentissimos hostes Poloniam incredibili virtute defendit: cum Mathia Rege Hungariæ bellum in Silesia acerrimum gessit: Stephano Valachiæ Palatino priùs Polonorum imperio parere coacto, magno pòst ad profligandos Turcas adiumento fuit: Prussiam maximo bello perdomuit. Cruciferis fœderum non tenacibus, post tredecim annorum bellum supplicibus, relicta parte Prussiæ pacē dedit. Podolia tamen & Russia à Tartaris (tametsi semel atque iterū profligatis) peruastata, & amissus per defectionem ad Moschos dominatus Seueriensis, & domestici denique motus, non parum ipsi de æterna felicitate detraxere. Bellum tandem instaurans contra Vladislaum filium, quem testamento exhæredittarat, propter acceptam Hungariam: lenta febri consumptus, inter viuos esse desijt VII. Id. Iunij A. C. 1492. sexagenario maior annis sesquiseptē, diebus XXVII. Sepultus Cracouiæ. Vxor eius ELISABETH F. Alberti II. Romanorum, Hungarorum & Bohemorum Regis obijt III. Kal. Septemb. A. C. 1505. Hoc matrimonio sex nati mares, totidemq; fœmellæ:

VLADISLAVS primogenitus, Bohemiæ & Pannoniæ Rex, *Budæ decessit IV. Id. Martij A. C. 1516 sexagenario maior diebus duodecim. Princeps amans iustitiæ & quietis, clemens, beneficus, linguæq; Latinæ peritus: sed non admodum ingeniosus, natura utraque lentus, & parum efficax in magnis rebus gerendis: ideoq; optimo iure comparatur cum Arcadio Cæsare. Rexit Bohemiam annis fermè XLV. Pannoniam annis XXVI. Coniugium promiserat BEATRICI Ferdinandi Regis Neapolitani filiæ, viduatæ à Mathia Rege: sed qua repudiata duxit ANNAM ex Aquitaniæ Comitum Candallæ, & materna Regum Nauarræ familia ortam: defunctam A. C. 1506. VII. Kal. Sextilis. Ex hac parens est effectus*

Reges Bohemiæ & Pannoniæ.

ELISABETHAE, quam postea, vt desiderium amissæ coniugis leniret, mutato nomine ANNAM dixit: vxoris Ferdinandi Austriaci Imp. Rom. in puerperio defunctæ VI. Kal. Febr. A. C. 1547. ætatis suæ XLIII. completo, cum semestri & diebus 4.

LVDOVICI Regis Pannoniæ & Bohemiæ; qui immaturo partu editus immatura ætate vxori iunctus & barbatus, ac regno quoq; immaturus, immaturā mortē obijt: quæ regno Hungariæ omnibusq; vicinis nō minùs immatura, quā acerba fuit. Etenim intēpestiuo partu à matre effusus, cute nondū carni obuestita quæ demū inunctionib. medicis est producta: coronatus est, quum via esset bimus: nouenni destinata est coniunx d[illegible] annis patri in regno vtroq; surrogatus, quinto decimo ætatis anno vxorem d[illegible] MARIAM Austriacam, Caroli & Ferdinandi Impp. sororem germanam: vige[illegible]cniq; ætatis annū vbi vix mensib. duobus excessit: à Solymanni Turcæ numerosissimo exercitu, paucis regni proceribus quib. vix fidere auderet, stiparus; ad Mohaciū siue Moguciacū lamentabili prælio victus & fugatus; in muscoso quodā flumine ab equo collapso oppressus est IV. Kal. Septemb. A. C. 1526. Tum quoque Buda, Regum Pannoniæ sedes, à Turcis est capta.

Reges Vngariæ & Bohemiæ.

HEDVIGIS vxor Georgij Ducis Bauariæ, nata XI. Kal. Octobr. A. C. 1457.

CASI.

Reges Poloniæ.

CASIMIRVS Dux Lithuaniæ, natus A. C. 1458. V. Non. Octobris, à patre Rege irrito & infelici conatu missus aduersus Mathiam Vngariæ Regem, apud Vilnam obijt phthisi cœlebs A.C. 1483. Ibidem sepultus.

IOAN. ALBERTVS *Rex Poloniæ*, natus VI. Kal. Ianuarij A.C. 1459. Tartarica victoria clarus, à quibusdam Pannoniæ proceribus ad capessendum regnum cõtra Vladislaum fratrem accitus: sed exclusus, multis fortibus viris amissis, in Poloniam rediit: factus Princeps Glogouiæ & Sagani in Silesia. Secundum patris obitum, regnum Poloniæ adeptus VI. Kal. Septemb. A. C. 1492. vnicam expeditionem in Valachiam, ex qua Stephanum Palatinum excutere astutè decreuerat, suscepit: vbi rem non solùm fœdè & infeliciter gessit: sed hostem quoque irritauit, vt insequenti anno in vicinas regiones Poloniæ excurrens, magna Polonorum agmina in seruitutem abduceret. Toruniæ tandem in Prussia apoplexia correptus: extremum diem clausit cœlebs XV. Kal. Quintil. A.C. 1501. quum annos fermè vixisset sesquiquadraginta duos. Sepultus Cracouiæ. Princeps gloriæ & imperij propagandi perquam cupidus: in quo ingenium ipsi quidem fuit promptum ad res magnas gerendas: sed cui deerant nerui & industria.

ALEXANDER *Rex Poloniæ* & Princeps Lithuaniæ, natus Non. Sextil. A. C. 1461. Princeps fuit bonus & beneficus, & in bellis aliquantò Ioanne Alberto fratre fortunatior. Etenim à Moscis apud Vedrusios victus: eosdem apud Oposcam; Tartaros verò Tauricos apud Clecicum paucis ante mortem diebus, insignibus prælijs profligauit. Obijt Vilnæ paralyticus XIV. Kal. Septemb. A. C. 1506. Ibidem sepultus. Vxor HELENA F. Ioannis, Magni Ducis Moscouiæ, vita decessit *ἄτεκνος* IV. Kal. Februarij A. C. 1513.

SOPHIA vxor Friderici Marchionis Brandeburgij, nata pridie Non. Maij A. C. 1464. obijt A. C. 1513.

ELISABETH nata A. C. 1465. V. Non. Maij, obijt bima.

SIGISMVNDVS *Rex Poloniæ*, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Masogitiæ, Dominus Glogouiæ & Opouiæ, Præses Silesiæ, natus Kal. Ianuarij A. C. 1467. Reipub. rebus benè rectéq; dispositis imperioque in pace relicto, supremũ diem clausit feliciter Kal. Aprilis A. C. 1548. ætatis suæ XXCI. quem mensibus exactè tribus excessit: Sepultus Cracouiæ in basilica arcis. Princeps sapiens, magnanimus, & victoriosus: quippe qui Scythas ferocissimos, perpetuos Christiani nominis hostes, incredibili virtute apud Slucum primò, pòst ad Visnoueciam superauit: Moscos ad Orsam non sine magnis cladibus profligauit: Valachos Turcicis præsidijs, munitos atque instructos, ad Obertinum deuictos, suo parere imperio coëgit: contra Turcos ipsos Ludouico Regi Pannoniæ bis auxilia misit: cum Cruciferis in Prussia prosperè semper dimicauit. Pacis tamen interea semper fuit studiosissimus: quam assiduis bellis, nec non fœderum societate atque affinitatibus, regno suo quæsiuit & acquisiuit: Scythas liberalitate, Valachos deditione, Moscos victoria, Germanos affinitate sibi & suis obligans. Liberos genuit

ex BARBARA Stephani Comitis Scepusiensis ac Transsyluaniæ Palatini filia, sorore Ioannis Regis Hungariæ, defuncta VI. Non. Octob. A. C. 1515.

HEDVIGEN, coniugem Ioachimi Marchionis Brandeburgij Septemviri, natam Posnaniæ IIX. Kal. Aprilis A. C. 1513.

ANNAM natam Anno Christi 1515. postridie Kalendar. Iulij: puellam defunctam.

ex BONA Sforcia Galuacij Mediolanensium Ducis, & Isabellæ Aragoniæ F. defuncta A. C. 1559.

SIGISMVNDVM AVGVSTVM, *Regem Poloniæ*, Magnum Ducem Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Hæredem Liuoniæ, natum Kal. Augusti A. C. 1520. hora sesquitertia pomeridiana. Hic iustis patri honorificè sumptuoséq; persolutis, regni habenas moderãdas suscipiens: summa eas cũ prudentia & fortitudine in pace gubernauit annos XXIIII. menses tres, dies sex. Intestina tandẽ Liuoniensiũ dissensione, ex otio in bellum pertractus: Gulielmi Archiepiscopi Rigensis, Marchionũ Brandeburgensium familia, è seruili captiuitate liberandi gratia; Ordinis Teutonici

Magistro

Magistro bellum denunciauit: & pacem petere compulit. Liuoniæ exinde patrocinium contra Moscum suscipiens armaillius in suos Lithuanos conuertit: sed quem virtute Nicolai Radevvili Palatini Vilnensis ad Vlium oppidum profligatum, Lithuania eiecit. Cæterum Albertum primum Borussiæ Ducem, ab Imperatore proscriptum, clementissimè protexit, adamauit, & coluit. Decessit Knissinæ in Lithuania Non. Quintil. A. C. 1571. quinquagenario maior anno vnico, viginti quatuor duntaxat demptus diebus. Tres ordinè vxores habuit, omnes steriles: 1. ELISABETHAM Ferdinandi Romanorum, Pannoniæ & Bohemiæ Regis F. ductam III. Non. Maij A. C. 1543. sed quæ immaturè è viuis excessit Vilnæ A. C. 1545. XVII. Kal. Iulij. 2. BARBARAM Lithuanam ex domo Radeuilorum, quæ antè Gasto ldo Lithuano nupta fuerat: quam matre regnique proceribus inuitis sibi sociauit. Hæc quoque non multò pòst A. C. 1550. è viuis est sublata. 3. CATHARINAM Austriacam, Elisabethæ sororem germanam, viduam Francisci Ducis Mantuani, ductam prid. Kal. Augusti A. C. 1553. quam tamen postea sterilitatem causatus repudiauit. *Reges Poloniæ.*

ISABELLAM vxorem Ioannis Vaiuodæ Transyluaniæ, Regis Pannoniæ contra Ferdinandum Cæsarem electi: quæ proximo à nuptijs anno, qui fuit æræ nostræ 1540 filium Stephanum, & inde Ioannem II. enixa, maritum intra paucos dies extinctum amisit.

SOPHIAM vxorem Henrici Iunioris Ducis Brunsuigij.

CATHARINAM consortem Ioannis Suecorum Regis, defunctam A. C. 1583. XV. Kal. Octobris: genitricem

SIGISMVNDI Sueci, Regis Poloniæ, &c.

ANNAM *Poloniæ Reginam*; quæ fratre mortuo, & regno ab Henrico Gallo deserto, virgo adhuc, sed magna ætate, nupsit *Stephano Bathorio* Transyluaniæ Palatino A. C. 1576. quem ex hoc connubio Regem Poloniæ fecit. Primis hic in bellis Vngariæ ciuilibus candentes globos, nouum incendiorum genus, inuenit instituitque: quumq; summa cum laude feliciter decem solummodo annos, menses septem, dies duodecim regnasset, subita morte decessit Idib. Decemb. A. C. 1586. ætatis suæ LIV.

FRIDERICVS Cardinalis titulo S. Luciæ, Archiepiscopus Gnesnensis, & Episcopus Cracouiensis, natus V. Kal. Maij A. C. 1468. Obijt confectus morbo Gallico pridie Id. Martij A. C. 1503. vitæ XXXV.

ELISABETHA altera nata III. Id. Maij A. C. 1472. nupsit Friderico II. Principi Lignicensi & Bregano A. C. 1515.

ANNA nata A. C. 1476. IV Id. Martij. sociata Bugslao Duci Stolpensi & Stetinensi in Pomerania: sepulta Ebdanauij A. C. 1503.

BARBARA consors Georgij Ducis Saxoniæ & Marchionis Misniæ, nata A. C. 1478. Idibus Iulij: Obijt XVI. Kal. Febr. Anno C. 1534. ætatis suæ LV. completo cum mensibus sex, diebus duobus.

ELIAE

ELIAE REVSNERI LEORINI

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI

De Familijs Regum & Principum, aliorumq; Procerum orbis Christiani

STIRPS TROLLIA, siue GOTHICA:

Quæ

Stemma produxit illustre

REGVM SVECORVM & GOTHORVM nostra ætate.

SERENISSIMIS POTENTISSIMISQ. Principibus ac Dominis

D. IOANNI III. REGI SVECORVM & GOTHORVM:

D. SIGISMVNDO REGI POLONIAE & D. IOANNI, D. IOAN. Regis F.F.F.

Itemque

D. CAROLO Hæredi regnorum Gothiæ, Vandaliæ, Sueciæ, &c.

Omnibus Ducibus Finlandiæ, Sudermanniæ & Nericiæ,

DOMINIS CLEMENTISS.
D. D. D.

STIR-

STIRPIS TROLLIAE

Stemma Illuſtre

REGVM SVECORVM ET GOTHORVM.

INGEMVNDVS Trollius Eques auratus, quæ ſumma poſt Regem nobilitas olim in regno Sueciæ, vt adhuc hodie in Dania, fuit. *Reges Sueciæ.*

NICOLAVS Eques auratus.

CHRISTIANVS Eques auratus.

CHRISTIANVS Eques auratus.

CAROLVS ſiue CATILLVS Eques auratus regni armiger.

NICOLAVS Eques auratus.

CHRISTIANVS Eques auratus, regni Archidapifer.

IOANNES Eques auratus. Vxor BIRGITA ſoror Stenonis Stute Gubernatoris Sueciæ, genus alto à ſanguine S.Erici & poſterorum, veterum Sueciæ Regum ducens.

ERICVS Trolle, nobiliſſimus Suconum, moribus integerrimus, & in rebus gerendis prudentiſſimus: qui eximiam in diuinis & humanis legibus eruditionem ſumma cum laude & multorum annorum ſtudio ſibi comparauerat. Licet autem ipſe ſenex, præcipuæque inter proceres Suecos eſſet auctoritatis: nihilominus tamen in electione principis ſeu Gubernatoris regni, ipſi prælatus eſt Steno Iunior Suantonis filius. Troliorum namque familia publicum patriæ odium ob Danicæ factionis ſtudium contraxerat: habebat namque non paruum apud Danos numerum prædiorum: quæ ne amitteret, Danorum partibus ſtudioſius, quàm vtilius inſeruiebat. Quam ob cauſam quum Stenoni acriter aduerſaretur: abs eo comprehendi, cuſtodiæque mandari eſt iuſſus. Extremè vbi ipſemet quoque cum alijs proceribus Chriſtierno Regi ſe oppoſuit: Holmiæ cum reliquis in foro capite eſt truncatus VI. Idib. Nouemb. A. C.1520. Vxor cum alijs matronis & virginibus nobilibus, in carcerem coniecta, & paulo poſt in Daniam eſt deportata.

CAROLVS Eques auratus.

ERICVS Eques auratus.

ABBA vxor Erici Abrahami de Loholm, Equitis aurati, præſidis VVeſtgothiæ: Holmiæ à Chriſtierno II. Rege decollati A.C.1520.

MARGARETA altera vxor Guſtaui Regis.

ANNA conſors Axylli Bielke, auia GVNILLAE ſecundæ vxoris Ioannis III. Regis.

STENO Erici, *pater Mauricij, & Axylli Gubernatoris Finlandiæ.*

BIRGITA vxor Goſtaui Olai, regni Mareſcalli: mater BEATÆ Comiti Petro Brahe nuptæ.

GOSTAVVS Eques Suecus, puer in aula Stenonis Sture Senioris, auunculi ſui magni, educatus: tyrocinium militare

MARGARETA Ioachimo Brahe nupta peperit

primum

Reges Sueciæ. primum sub Suantone posuit: à cuius filio Stenone Iuniore duobus in prælijs, quibus Steno victor hostiles exercitus profligarat, summus equitum constitutus vexillifer; insignia virtutis & fortitudinis bellicæ documenta edidit. Postea Christierno II. Daniæ Regi, nominatim ipsum & collegas obsides petenti, in Daniam pro captiuo abductus, ac in custodia arcis Iuticæ Kalo retentus: ex ea paulo pòst mutato habitu elapsus Lubecam quantis maximis itineribus contendit: indeque maximis declinatis periculis in Sueciam, prædiumque paternum Reisnas translatus: audita patris sui aliorumque procerum crudelissima cæde, à Christierno Rege recens perpetrata: iusta indignatione ac zelo heroico aduersus patriæ hostes inflammatus; populares vbique locorum ad patriam tanta ex tyrannide liberandam exstimulauit: exponens, quanto in discrimine singulorum vita versetur. Daliæ itaque primorum consentientibus suffragijs in Gubernatorem & libertatis vindicem electus: militem ex Dalecarlis, bellicosissima totius Sueciæ gente, legit optimum: Danorumque reliquias, in Scandia confidentes, persecutus; Holmiam regni metropolim, biennij fermè obsidione cinxit: qua tandem recepta, Danicum inde præsidium ciuium virtute eiecit. Ob hæc ergo merita, magna cum bonorum omnium & patriæ amantium lætitia atque applausu, SVECORVM GOTHORVMque REX salutatus; patriæque liberator proclamatus: primò omnium, quò vicissim animum gratum & memorem erga bene meritos testaretur: ciuitati Lubecæ, Dantisco, & coniunctis eximia & singularia priuilegia & iura, suis & senatus regni literis tribuit ac cõfirmauit A. C. 1523. Regni autem coronam post quinquennium demum sumsit Prid. Id. Ianuarij: è medio iam sublatis omnibus remoris, ac in his, Episcoporum potentia & opibus immoderatis, quæ auctoritati regum hactenus obstiterant, & seditionibus ac bellis in regno intestinis materiam annis superioribus semper præbuerat. Bellis itaque intestinis ac externis vndique feliciter confectis ac sopitis, & pace recuperata: regnum heroica virtute & felicitate partum tueri ac muniri; & Legibus, iudicijs, disciplina ciuium, vera religione, & alijs iustæ ac honestæ gubernationis & vitæ præsidijs atque neruis ornare instituit: eumque cursum sapientis, sedulæ, iustæ ac felicis administrationis regni constantem & tranquillum, continuos ferè quadraginta annos, summa cum auctoritate tenuit: & tandem A. C. 1560. III. Kalen. Octobris in tranquilla & florente senecta, placidè decedens, regnum florens & pacatum filijs reliquit. Nati autem sunt ipsi

Petrum Brahe Comitem à VVisingsburg, Baronem à Rudholm. Secundis nuptijs sociata Ioanni Hoiensi Comiti, mater facta est Ioannis Episcopi Monasteriensis & Osnabrugensis.

ex CATHARINA F. Magni II. Ducis Saxoniæ, Angriæ & VVestphaliæ, Stocholmiæ ducta A. C. 1531. IIX Kal. Decemb. quadriennio post ex equi lapsu defuncta.

ERICVS XIV. Rex Suecorum & Gothorum, in lucem editus Idib. Decembr. A. C. 1533. in magna suorum exterorumque Principum ac legatorum frequentia Rex inauguratus IIX. Kal. Quintil. A. C. 1561. Septennale cum Friderico II. Daniæ Rege gessit bellum: sub cuius initio Ioannem fratrem Finlandiæ Ducem noctu nihil tale opinantem in Aboensi arce cepit: quòd ipsi minimè fidendum cæca suspicione arbitraretur, quia Sigismundi Poloni, hostiliter à se dissidentis, & omnes finitimos ad belli societatem inuitantis, sororem vxorem haberet. Captum itaq; multis deinceps annis in vinculis detinuit: neci; cum filiolo bimulo iam eum destinarat: vt hoc facinore patrato, Moscho coniugem eius contra fas & aequum traderet, re cum Moscho ica cõuenta. Sed antequàm rem exequeretur: furore correptus, terrore vniuersum regnum expleuit: & variante fortuna ipsemet ijsdem inclusus est vinculis, Ioanne liberato A. C. 1568.

ex MARGARETA sua consanguinea, Erici Abrahami VVestgothiæ Præsidis F. altera thalami consorte.

IOANNES III. Rex Suecorum & Gothorum, *Dux Finlandiæ, natus Steckburgi, apud Ostrogothos XIII. Kal. Ianuarij A. C. 1537. hora 9. min. 30. post meridiem: Erico fratre iusto Dei iudicio, scelerum conscientia in rabiem verso; vna cum coniuge & filio carceribus eductus A. C. 1568. V. Kal. Sextil. fratre sana consilia admittere nolente, ac*

procerum

proterum populiq; voluntate in vrbe Stocholmensi obsesso, quum sui facti causas scripto publicè edito exposuisset: Stocholmia ipsi dedita, Ericum fratrem capit; atque carceribus, in quibus antea sedetinuerat, includit: exemplo eum constituens principibus & Regibus: ne potentia elati, ac cupiditate dominationis impulsi, bella minimè necessaria contra finitimos moueant, ac iniustè & violenter subditos opprimant: sibi ruinam, ac regno publicas calamitates accersant. Genuit autem *Reges Sueciæ.*

☿ ex CATHARINA Sigismundi I. Regis Poloniæ filia, defuncta A. C. 1583. XV. Kal. Octobris:

SIGISMVNDVM Regni Sueciæ hæredem: natum XII. Kal. Quinctil. A. C. 1566. qui quoniam maternum genus ex Iagellonica Poloniæ Regum stirpe duceret; Maximiliano Austriaco in electione noui Regis prælatus: & Cracouiæ solenni ceremonia est inunctus XVI. Kal. Ianuarij A. C. 1587. *Rex Poloniæ.*

☿ ex GVNILLA præcipuæ nobilitatis virgine, Ioannis Bielkij filia, Axilli nepte, ducta A. C. 1585.

IOANNEM Principem Finlandiæ. *Principes Finlandiæ.*

CATHARINA Ezardo Frisiæ Comiti in matrimonium data A. C. 1559.

CECILIA nupta Christophoro Marchioni Badensi A. C. 1564. nuptijs Stocholmiæ celebratis.

MAGNVS Dux Ostgothiæ, æger mentè.

STENO puer mortuus.

ANNA MARIA, Georgio Ioanni Principi Palatino & Lucelsteinio elocata Anno Christi 1563.

CAROLVS puer obijt.

SOPHIA, Magno Duci Saxoniæ, Francisci F. sociata A. C. 1568.

CAROLVS Hæres regnorum Gothiæ, Vandaliæ, Sueciæ, Dux Finlandiæ, Sudermanniæ & Nericiæ, natus IV. Non. Octobris A. C. 1550, nuptias celebrauit cum ANNA MARIA Ludouici Electoris Palatini filia IV. Non. Maij A. C. 1579. quæ diem obijt A. C. 1589. mense Iulio. Hæc genuit

LVDOVICVM Ducem Sudermanniæ, Nereciæ, & VVermelandiæ, natum A. C. 1583. VII. Id. Aprilis.

ELISABETH Christophoro Duci Megapolitano Stocholmiæ legitimo thoro iuncta A. C. 1581.

ELIAE REVSNERI LEORINI

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI,

De Familijs Regum & Principum, aliorumque Procerum orbis Christiani

STIRPS PODIEBRADIA

Quæ

Stemma produxit illustre

DVCVM MONSTERBERGIORM ET OLSNIcensium in Silesia.

ILLVSTRISSIMIS PRINCIPIB. ac Dominis

D. HENRICO & D. CAROLO
D. HENR. F. F.

Item

D. CAROLO & D. IOACHIMO,
D. IOAN. F. F.

Ducibus Monsterbergensibus, Olsnicensibus & Opauiensibus,

DOMINIS CLEMENTISS.

D. D. D.

STIRPIS

STIRPIS PODIEBRADIAE

Stemma Illustre

DVCVM MVNSTERBERGIORVM ET OLSNICENSIVM IN SILESIA.

BOTZKO primus Dominus in Poiebrad. *Domini Podiebradij.*

VICTORINVS Comes Berneccius, Nidanus & Glazensis, Dominus Cunstadi & Poiebradi. Vxor ANNA Domina VVartenbergæ.

GEORGIVS POIEBRADVS, Comes Berneccius & Nidanus, totiusque Gradicensis regionis Præfectus: Gubernator primùm regni Bohemiæ, pòst verò Rex: vt pacatè & sine cæde turbas in regno componeret, nullum non mouit lapidem. Pontifici ergò reconciliatus, peracta coronatione, in Morauiam & Lusatiam profectus: prouincias illas mirifica sibi humanitate & benignitate deuinctas, in fidem recepit: Friderico Cæsari, quò eius gratiam aucuparetur, contra Austriacos rebelles fida tulit auxilia: cum Casimiro Poloniæ Rege fœdus icit. Fridericum exinde Marchionem Brandeburgium Lusatiam inferiorem sibi cedere compulit: & Vratislauienses, quos nulla ratione ad officium adducere poterat, felici bello est persecutus. Mathiæ prætereà Regi Pannoniæ, ad fines Bohemiæ infesto cum exercitu occurrit: sed cui impar, multis suorum desideratis, inglorius domum repedauit. Post varios tandem labores multasq; fortunæ mobilis vicissitudines, ortas ab excommunicatione Pontificia; qua hæreticus declaratus, auctoritate Pauli II. sacris omnibus arcebatur: senio & ærumnis confectus, ex hydrope decessit XI. Kal. Aprilis A.C. 1471. quinquagenario minor mense vnico. Princeps gloriæ quidem cupidus: sed clarus consilio & armis, alienus à sæuitia, & constans in sua religione: à qua nec ostentatione opum, nec vllo metu periculorum potuit auelli. Liberi eius *Rex Bohemiæ.*

ex CVNEGVNDE F. Smilonis siue Smindouintzi Baronis Sternbergij, vxore prima:

BOTZKO Comes Nidanus, Dominus Poiebradus, natus A. C. 1442.

VICTORINVS Poiebradus, Dux Munsterbergius, natus A. C. 1443. cum exercitu vastans Morauiam, à Mathia Vngariæ Rege profligatus A. C. 1469. IV. Kal. Augusti, captusq; Budam missus: biennio fuit in custodia. Ex duabus coniugibus quarum posterior fuit SOPHIA Boleslai D. Teschinij F. genuit *Duces Munsterbergenses.*

IOANNAM consortem Casimiri Ducis Teschinij & maioris Glogouiæ.

BARTHOLOMÆVM Principem Monsterbergium, Vladislai Regis Bohemiæ ad Maximilianum legatum: in Danubio submersum IV. Non. Aprilis A. C. 1515. magna cum lætitia Vratislauiensium à quibus non ita pridem insigni affectus fuerat clade.

EVPHEMIAM Friderico Comiti Oetingensi elocatam, natam matre Teschinensi Principe.

CATHARINA nupsit Matthiæ Coruino Regi Vngariæ & Bohemiæ.

ZEDENA gemella nata cum Catharina, coniux Alberti Animosi Ducis Saxoniæ, obijt 1510. Kalend. Februarij.

BARBARA elocata Henrico de Lippa, regni Bohemiæ Marescallo.

HENRICVS Comes Berneccius, Nidanus & Glacensis, Dux Munsterbergensis in Silesia creatus à Friderico III. Imp. A. C. 1462. postquam illum Viennæ à ciuibus obsessum, adducto in aduersam ripam exercitu, pater liberasset: ducatum Olsnicensem & Volauiensem à Vladislao Bohemiæ Rege adeptus: cessit ipsi ditione Poiebradia in Bohemia A. C. 1495. Princeps prudens & bonus, nec non bellicosus: quippe qui patris vleu-

Duces Münsterbergenses.

rucinl... tas Silesiam sub A. C. 1469. miserè depopulatus: multas vrbes pecuniâ mulctauit. bona sacerdotum vniuersa deripuit: pagos non paucos exussit. Rebus ... manis exemptus A. C. 1498 quinquagenarius. Vxores eius fuere duæ: ANNA F. Gulielmi Ducis Saxoniæ & Marchionis Misniæ, ducta A. C. 1457. ... & VRSULA F. Alberti Achillis Germanni Electoris Brandeburgij mater ex ipso facta

ALBERTI Ducis Munsterbergij, Olsnicensis & Opauiensis, nati A. C. 1468. cui nupsit SALOME F. Ioannis Ducis Saganensis & Glogouiensis.

GEORGII Ducis Munsterbergij, nati A. C. 1470. qui suppetiás laturus socero Ioanni Saganensi cuius filiam HEDVIGEN vxorem duxerat, à Friderico Lignicio in ducatu Suidnicensi est profligatus A. C. 1488.

MARGARETAE consortis Ernesti Principis Anhaltini, natæ A. C. 1473.

CAROLI Ducis Munsterbergensis, Olsnicensis, & Opauiensis: principis heroica animi & corporis magnitudine: & Silesiæ ac Bohemiæ sub Ludouico Rege salutaris gubernatoris: defuncti A. C. 1536 ætatis suæ LX. pridie Kal. Iunij. Vxor ANNA F. Ioannis Saganensis, postremi Ducis Glogouiæ duodecim cum liberis, ac in his quinque filijs dotauit:

IOACHIMO Episcopo Brandeburgio creato A. C. 1546. post officij resignationem defuncto A. C. 1563. ætatis suæ LX.

HENRICO Duce Munsterbergensi, Olsnicensi & Opauiensi, nato A. C. 1507. qui trigesimo ætatis suæ anno nuptiale sacrum celebrauit cum MARGARETA F. Henrici Ducis Megapolensis: pater ex ea factus

HENRICI nati A. C. 1542.

CAROLI Ducis Munsterbergensis, nati A. C. 1545.

IOANNE Principe Munsterbergico, Olsnicensi, & Opauiensi: defuncto A. C. 1565. pridie Kal. Martij, ætatis suæ LVI. Duas hic vxores habuit: CHRISTINAM Christophori de Schidlovvitz Baronis & Cancellarij regni Poloniæ, cui Linguam suam Erasmus dedicauit, filiam: & MARGARETAM F. Henrici Iunioris Ducis Brunsuigij & Luneburgij.

Priore eius coniugio natus

CAROLVS CHRISTOPHORVS Dux Munsterbergensis A. C. 1545. XI. Kalend. Aprilis.

Posteriore nati

CAROLVS Dux Munsterbergensis; cui nupsit ELISABETH MAGDALENA F. Georgij Ducis Bregani & Lignicij A. C. 1585. prid. Kal. Octobris.

IOACHIMVS Dux Munsterbergensis.

HEDVIGE consorte Georgij Pij Marchionis Brandeburgij.

VRSVLA coniuge Hieronymi domini Biberfleinij in Sora, mortua A. C. 1539. IX. Kal. Februarij.

℞ ex IOANNA Domina Rosenthalia, vxore altera:

FRIDERICVS / *GEORGIVS* } *Domini Poiebradij.*

LVDOMILLA coniux Friderici I. Ducis Lignicij, obijt A. C. 1562. XIII. Kalend. Februarij.

ELIAE

ELIAE REVSNERI LEORINI
Med. Licent.

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI

De Familijs Regum & Principum aliorumq; Procerum orbis Christiani

STIRPS LVCEMBVRGICA:

Quæ,

Stemmata produxit illustria

duo:

I. REGVM BOHEMIAE, DVCVM LVCEMBVRGI.

II. COMITVM FANI D. PAVLI AC LIGNII.

Stemma vtrunque hodie quidem desijt: Lucemburgicus autem ducatus hereditario iure ad Illustrissimam domum Austriacam peruenit.

Reges Bohemiæ.

STIRPIS INCLYTAE LVCEMBVRGICAE

Stemma primum

REGVM BOHEMIÆ.



Comites Lucẽburgi. HENRICVS Comes Lucemburgi, pro ducatus Limburgij possessione acie conflixit cum Ioanne primo Brabantiæ Duce: quo in prælio fortiter pugnans, prope arcem VVoroncanam cum tribus fratribus oppetijt. Liberi eius

☙ ex BEATRICE F. Balduini Baumontij apud Hannonios reguli, vxore prima:

Henricus Comes Lucemburgius, IMP. electus, stemmatis propagator. †

BALDVINVS Archiepiscopus & Elector Treuirensis: princeps vinacis ingenij, memoriæ tenacissimæ, morum grauitate & consiliorum prudentia singulari: diœcesi suæ cum summa & fide & laude annis præfuit XLVI. Etenim castella, territoria oppignorata redemit: pacem diu per ditionem suam violatam restituit: prædones compescuit. Treuiri sepultus A. C. 1354. ætatis suæ LXIIX.

VALERIANVS progenuit COMITES FANI S. PAVLI, &c. †

PHILIPPA nupsit Ioanni Auennensi, Comiti Hollandiæ ac Hannoniæ.

☙ ex N. Comitissa Barri, Henrici F. vxore altera:

ISABELLA Lucemburgica, coniux Guidonis Dampiri Flandriæ Comitis.

HENRICVS Comes Lucemburgius, de fratris Balduini Trevirensis Archiepiscopi commendatione, Francofurti in Comitijs IMP. Rom. electus IIX. Kal. Decemb. A. C. 1308. & ab hinc quadragesimo tertio die Aquisgrani armisatq; insignibus Cæsareis ornatus: Eberardum Comitem VVirtembergium, opum fiducia insolescentem Imperijq; iugum detrectantẽ, proscripsit, omnibusq; fortunis exuit: Misnica bella sustulit: regnũ Bohemiæ, vtriusq; Lusatię accessione locupletauit: in Italia Taurinatibus & Astensibus in deditionem acceptis, veteri more præsides vicarios imposuit: Mediolani factione Turriana oppressa, Vicecomites summæ rerũ præfecit. Post diadema Romæ acceptum, Florentinos graui obsidione premens: Beneventi, Hetruriæ vrbe, interijt non abſq; grauissima veneni suspicione, in Eucharistię pane consecrato à monacho Bernardino, pecunia à Senensibus Florentinorum socijs ad hoc conducto, nefariè ipsi porrecti A. C. 1313. IX. Kal. Septembris. Ossa eius post biennium Pisas translata. Vir prudens, iustus, rei bellicæ peritus, magnanimus, rebus secundis nunquam elatus, aduersis nunquam deiectus. Vxor MARGARETA Ioannis Brabantiæ Ducis F. Genuæ mortua, quatuor ipsi liberos est enixa:

Ioannem Regem Bohemiæ, stemmatis propagatorem. †

BEATRICEM vxorem Caroli Regis Pannoniæ.

MARIAM

MARIAM à fratre promissam Henrico Tyrolio: sed quæ connubio illo repudiato, se Regi devotam esse Christo, bellum indixisse matrimonio, tum causata; Carolo Pulcro Regi Occidentalis Franciæ in manum postea venit. *Reges Bohemiæ.*

Filiam Rudolpho Palatino desponsatam.

IOANNES Lucemburgius, conuentu Nymburgensi à patre Bohemis Rex impositus: & cum vxore ELISABETHA VVenceslai Senioris Bohemiæ Regis F. Pragæ à Petto Moguntino Archiepiscopo, regio diademate cinctus pridie Non. Febr. 1311. primâ expeditionē aduersus grassatores publicos suscipiens: arces in Morauia prædatorias solo æquauit. A parente Augusto; in Italiam profecturo, Imperij Vicarius in Germania relictus: eo mortuo, nouis contractis copijs, quibus Italicas suppleret; ciuitates, quæ in fide perstiterant, in suam quoque fidem receptas, fortiter defendit. Bohemiæ regnū, adiecta magna parte Silesiæ & Lusatia vtraq; auxit atq; amplificauit: oppidum & arcem Dobrinam in Russia, Polonorum præsidijs munitā, vi & machinis expugnauit: totam circumquaq; regionem vnà cum Vladislaviensi ditione subiugauit: vtraq; Magistrum Prussiæ donauit: Mazouiam subegit: Pomeraniam Polonis ademptam, Cruciferis tradidit. In Lithuaniam inde mouens, ex graui & nebuloso aëre alterum amisit oculum: vnde Cæci cognomentum inuenit. Denuo in Italiā progressus, Brixianos patrocinium eius implorantes, in Bergomates animauit: Mutinam, Rhegium, Parmam, Lucam, Papiam ditione accepit. Pragam reuersus, post exhaustum omne viaticum peregrinationibus, ludis, conuiuijs, spectaculis; domi quoq; vacuum reperiens ærarium: ad adulterinam monetam cudendam, & sacrilegia animum aduertit. Tandem Gallica castra secutus in truculentissimo aduersum Anglos ad Cresciacum prælio: inter confertissimos hostes occubuit, VII. Kal. Septembr. 1346. Lucemburgæ inhumatus. Fuit primùm illi desponsata ELISABETH F. Friderici Austriaci Cæsaris: sed quæ innupta virgo obijt. Ex reliquis duabus mares quattuor, totidemq; fœmellas genuit: *Comites Lucemburgi, Marchiones Morauiæ.*

ex ELISABETHA Bohemiæ Regina, ducta A. C. 1311. pridie Non. Febr. defuncta III. Kal. Octob. 1330.

Calorum IV. IMP. & Regem Bohemiæ.

IOAN. ~~HENRICVM~~ Comitem Lucemburgium, & Marchionem Morauiæ in Bacchanalibus defunctum. & Brunnæ ad D. Thomam inhumatū A. C. 1363. Prior huius vxor MARGARETA, Henrici Tyrolij & Carinthij F. mariti pertæsa, eiusq; frigiditatem causata; eo repudiato, nupsit Ludouico Boio, Marchioni Brandeburgio; & hoc defuncto, Rudolpho Austriaco. Ex altera antē MARGARETA Opauiæ Ducissa ipsi nati sunt.

IODOCVS cogn. Barbatus, Marchio Morauiæ & Brandeburgi (hāc n. ipsi oppignorarat certa pecuniæ summa Sigismundus Imp. A. C. 1388. armis recuperaturus regnum Pannoniæ) VVenceslao patruele Imperio deiecto, Episcoporū duntaxat & Sigismundi suffragijs Cæsar nominatus; non tamen coronatus est: neq; aliud memorabile toto vitæ tempore edidit; quàm quòd fratri suo hæreditatem eripuit. Decessit Brunnæ in Morauia XIII. Kal. April. A. C. 1411. Imperij mense sexto: tumulatus ibidem in æde D. Thomæ iuxta patrem, regio titulo sub insignibus Imperij:

PROCOPIVS Marchio Morauiæ, hæreditate à fratre spoliatus: ad quam repetendam armis, quum auxilium Sigismundi patruelis & Alberti Austriaci imploraret; à fratre veneno in summum vitæ discrimen est coniectus. Ex ELISABETHA Palatina Rheni, sorore Ruperti Imp. ipsi nata F.

SOPHIA consors Bugslaui IIX. Ducis Pomeraniæ.

PREMISLAVM in pueritia defunctum.

MARIAM Carolo V. Regi Galliæ sociatam.

MARGARETAM nuptam Henrico Duci Bauariæ: quæ pòst vidua, Casimiro Poloniæ Regi desponsata, obijt ante nuptias.

ANNAM consortem Othonis Austriaci.

IVDITHAM (al. Bonum) quæ Friderico Marchione Misniæ repudiato, nupsit Ioanni Valesio Regi Galliæ.

ex BEATRICE F. Ludouici Ducis Borbonij:

VVENCESLAVM à fratre Carolo primum Ducē Lucemburgi factum: qui in vxorē ductâ IOANNA Ioannis III. Ducis Brabantiæ filia, pro ea ducatu armis contendit cum Ludouico Comite Flandriæ, irrito tamen successu. Orivali apud Lucemburgos sepultus Anno A. C. 1383.

CAROLVS

Reges Bohemiæ. Imp. Rom.

CAROLVS IV. in baptiſmo *VVenceslaus* appellatus, Marchio Morauiæ, & ſecundùm patrem Rex Bohemiæ: contra Ludouicum Boium, Pontificij anathematis execratione oppreſſum, in agro Treuirenſi Cæſar inauguratus IV. Id. Quintil. A. C. 1346. princeps fuit valde ambitioſus & πλεονεκτικός. Imperio namq; quibuſcunq; artibus inhiauit: Bohemiam ſuam Sileſiæ omnis acceſſione (Principibus illis vel bello, vel precio, vel perſuaſu domitis) amplificauit: Marchiam Brandeburgenſem Bauaris extorſit: de Bauaria & Voirlandia multa, quæ Bohemiam attingunt, decerpſit: Pragam varijs operibus excoluit: Francis Regibus iura regni Arelatenſis, alienata ab Imperio, in maximum eius detrimentum conceſſit. Vnde apud Annalium ſcriptores iure malè audit: quod regnorum Bohemiæ & Franciæ, quàm Imperij, amantior; quòd rei priuatæ, quàm publicæ; ſuæque poſteritatis, quàm Imperij maieſtatis, amplificandæ auidior: quòd denique pecuniæ, quàm iuſtitiæ & æquitati fuerit addictior. Cæteroquin tamen heros manu & armis promptus, multa bella feliciter confecit: quippe qui viuente adhuc patre, Tartaros forti animo fudit: Ciſalpinæ Galliæ ciuitates, à patre olim acceptas, acerrimè defendit: Veronenſes audacter profligauit: quo in bello bis ab equo cecidit, tertium conſcendit, haud veritus fortiſſima quæq; militis præſtare facinora. Ad Imperium euectus, Italiam rurſus ingreſſus, Longobardos in ſuam poteſtatem accepit: eiectis Guelphis, Gibellinos extorres Florentiæ reſtituit: reliquis Hetruriæ partibus, pro arbitratu ſuo, leges dedit. Literarum quoq; humaniorum, & plurimarum linguarum fuit peritus, ſapiens, eloquens, doctorumq; virorum conſuetudine ſummè delectatus. Cuius rei teſtes ſunt Academia Pragenſis ab ipſo condita: & lex de Comitijs Cæſareis habendis, quam Rogationem Carolinam, & Auream bullam nuncupamus. Vita deceſſit Pragæ VI. Kal. Aprilis A. C. 1378. ætatis ſuæ LXIII. Imperij XXXII. Conditus ibidem in æde D. Petri. Vxores habuit plures: quarum BLANCAM Valeſiæ Comitem, ſororem Philippi Valeſij Regis Franciæ, vix ſeptennem ipſi in aula degenti deſponſauit Carolus Pulcer Rex. Hac mortua, nuptias contraxit cum ANNA F. Rudolphi Iunioris Electoris Palatini: infœcundo hoc & ſterili vſus cõiugio. Ad tertias inde nuptias tranſiens, ſpe occupandæ Sileſiæ, ſibi copulauit ANNAM Bulconis Ducis Suidnicenſis F. quæ ad ipſum dotis nomine attulit Sileſiæ partem montibus Bohemicis conterminã. Hac partus doloribus extincta, poſtremam ſibi coniugẽ deſpondit ELISABETHAM, F. Bugslaui V. Ducis Stetinenſium in Pomerania: cum qua Cracouiæ ſplendiſſimas celebrauit nuptias A. C. 1363. Liberi eius memorantur decem:

VVENCESLAVS cogn. Ignauus, *matre Anna Sileſia Duce natus A. C. 1361. IV. Kal. Octobris: aqua luſtrali tingendus, eam ſuo lotio reſperſit: ſicut, quum bimus regio diademate cingeretur, aram quoq; cæno ſuo conſpurcauit. Biennio ante patris obitum, Francofurti in Comitijs Cæſar dictus & ſucceſſor in Imperio, cunctis quidem, at multo precio coemptis & penè extortis ſuffragijs: per ignauiam & ſocordiam, Imperij res miſerè afflixit: præſentiq; rerum ſtatu contentus, neq; præterita corrigere, neq; futura præcauere curauit. Adeò ingenio fuit hebeti, ſtolido, & ſordido: animo non tantùm à Repub. ſed penè ab omni honeſtate alieno, timido tamen, & ad immanitatem vſq; ſæuo ac truculento: corpore autẽ ignauo, vino perpetuò madido, alijsq; obſcœnis voluptatibus dedito. Quapropter non ſolùm à ſuis captus, & in tetro carcere totos menſes quatuor aſſeruatus: vix mul[illegible] procerũ interceſſionibus impetrauit: vt ſemel ipſi ad ſqualllorẽ & ſordes corporis abluendas, balneum ingredi concederetur: ex quo Ambubaiæ opera, conſcenſa nymba, euaſit. Sed nõ multo pòſt à Sigiſmundo fratre denuò captus, & è turri Pragenſi Viennam deductus eſt: vbi piſcatoris ope è vinculis elapſus, & mendici habitu Pragam reuerſus, licet regnũ recuperauerit: quum tamen ad ingeniũ ſemper rediret: Imperio non multò pòſt omnium ſuffragijs eſt deiectus, ſemel menſe Maio, iterum menſe Sextili A. C. 1400. Reliquũ itaq; ætatis, ijs moribus, quibus conſuêrat, in regno ſuo exigens: ſeditione Pragæ exorta, ex conſternatione & excandeſcentia, apoplexia correptus: perijt XVII. Kal. Septemb. A. C. 1419. ætatis ſuæ LVII. Pragæ in aula regia, abſq; vllo exequiarum honore ſepultus. Fuere in eius connubio ANNA Alberti Boij Hollandiæ Principis F. & SOPHIA F. Ioannis Monacenſis, itidem Bauariæ Ducis; qua nata*

ANNA vxor Richardi II. Regis Angliæ, *ã ſexe* defuncta A. C. 1394.

SIGISMVNDVS Imp. Rom. Rex Vngariæ & Bohemiæ, *Marchio Morauiæ & Brandeburgi: matre Pomerana natus: adhuc puer admodũ, propter generoſæ indolis conſpicua*

conspicua signa, à Ludouico Rege Pannoniæ est adoptatus; filiæ nuptijs & regno in demtem ipsi promissis. Ex ephebis autem vix excesserat: quum socrus sua Regina cæde compertа (hanc namque Ioannes Horuatius Banus in aquam demersam suffocarat) Pannoniam cum exercitu est ingressus, susceptisque insignibus & ornamentis regijs, ac nuptijs celebratis; omnium primùm de Horuatio parricida, & alijs XXXII. proceribus, qui sub muliebri regno, iugum excusserant, supplicium sumsit. Vnde illi tanta mox gentis inuidia conflata; vt post bellum Turcicum ad Nicapolim infeliciter gestum, armatis comitijs captus; necnudus magis, quàm asseruandus, fœminæ, cuius maritum è nobili familia Garenorum inter factiosos supplitio affecerat, sle eradi ius. Sed è vinculis liberatus diuturnis, irato nimirum fœminæ animo promissis amplissimis pacato: in Morauia milite conscripto, regnum Vngariæ mox recepit, præsidijsque firmauit: Stephanum verò Vatuodam, captiuitatis suæ auctorem, securi ferijt. Ruperto Palatino defuncto, successor in Imperio omnium suffragijs dictus: synodo Constantiensi soluta, motibus Bohemicis indies magis magisque ingrauescentibus (nam Venceslao Rege extincto, Hussitæ ducem sibi delegerant Ioannem Zisiam: de cuius in bellis felicitate omnibus formidabili, multa multi literis prodidere) in Bohemiam perrexit: quam non sine labore, vix tandem obtinuit: longo ab Hussitis & perquàm difficili bello petitus; sæpius etiam acie ab ijs victus. Nec Italica eius expeditio in Venetos, Taurosino agro peruastato, fuit felicior: siquidem illico Venetis armis est expulsus. Zroymæ tandem in Morauia extremo virium defectu cen exolutus vitam finijt V. Id. Decembris A. C. 1437. septuagenarius: Varadini sepultus. Princeps doctrina, humanitate, sapientia præstantissimus: literarum & literatorum studiosissimus: magnitudine animi, dexteritate in consilijs, laborum patientia haud immeritò cum Carolis & Othonibus conferendus: si consilijs & conatibus eius respondisset fortuna: nec iustis ac necessarijs armis contra Turcas successus fata negassent. Vxores habuit duas: quarum MARIAM Ludouici Vngariæ Regis F. amisit primo à nuptijs anno: alteram BARBARAM Hermanni Comitis Ciliæ F. fœminam profligatissima pudicitiæ & lasciuiæ procacissimæ, ad perpetuos condemnauit carceres: sed quæ à mariti morte dimissa, Grecij in Bohemia in vita ista turpi ac fœdis libidinibus infami consenuit: ad extremum lue pestilenti extincta. Hac nata

Reges Bohemiæ, Imp. Rom.

Anno videlicet 1414.

ELISABETH hæres cum regnorum Bohemiæ & Vngariæ, tum ducatus etiam Lucemburgici: desponsata ALBERTO II Imp. Rom. & Archiduci Austriæ A.C. 1420. Obijt A.C. 1440. mater ex illo facta trium liberorum:

Duces Lucemburgi.

ELISABETHÆ vxoris Casimiri Regis Poloniæ: qui actionem, quam in Lucemburgensem ditionem habebat, vendidit Carolo Pugnati Burgundiæ Duci, qui MARIAM F. elocauit Maximiliano Imp.

ANNÆ nuptæ Gulielmo Duci Saxoniæ: qui cum Philippo Bono, abauo Caroli & Ferdinandi Cæsarum pro ducatu Lucemburgico pugnauit: cui tandem ius suum vendidit.

LADISLAI Posthumi, Regis Bohemiæ ac Vngariæ, in adolescentiæ flore extincti.

IOANNES Marchio Morauiæ, & Gorlitij Dominus, matre Elisabetha Pomerana natus: à patrui obitu ducatum Lucemburgium obtinuit. Obijt, ex vxore RICHARDE Megapolensi, Alberti Suecorum Regis nata, vnicam relinquens F.

ELISABETHAM coniugem Antonij Ducis Brabantiæ & Lucemburgi; & eo mortuo, Ioannis Ducis Bauariæ & Hollandiæ: quæ postea quum ex neutro prolem haberet, ducatum Lucemburgicum vendidit Philippo Burgundo, proauo Philippi I. Regis Hispaniæ.

CATHARINA Rudolpho
ELISABETH Alberto } *fratribus, Austriæ Archiducib. elocatæ.*

MARGARETA Ludouicum Regem Pannoniæ & Poloniæ sortita maritum.

HELENA nupsit Henrico Regi Angliæ.

ANNA elocata est Othoni Palatino ad Rhenum, Marchioni Brandeburgio: à quo socer emit Marchiam ducentis millibus aureis Vngaricis.

ELISABETH altera, vxor Ioan. Galeacij Principis Mediolanensis.

MARGARETA altera, consors Ioannis Burggrauij Noribergensis.

STIRPIS

STIRPIS LVCEMBVRGICAE

Stemma Secundum

COMITVM FANI S. PAVLI AC LIGNII, FIENNAE DOMINORVM.

Comites Lignij.

VALERIVS siue VValleranus Lucemburgius, frater germanus Henrici VII. Imp.Rom.Lignij Comes.Progenitor Comitum Fani S.Pauli, Brianæ, Conuersantij, Leschesij;Dominorum Fiennæ,Richeburgi,Vilæ,&c.

VALERIVS II. Lucemburgius, Comes Lignij. Vxor GVIDA filia & hæres vnica Castellani hæreditarij vrbis Insulensis.

ELISABETH vxor Gulielmi Brederodij, defuncti A.C.1316.

IOANNES Lucemburgius, Comes Lignij, ac hæreditarius ciuitatis Insulensis apud Flandros Castellanius.

GVIDO Lucemburgius,Comes Lignij, ac hæreditarius vrbis Insulensis Castellanius;obijt apud Geldros. Vxor N. filia & hæres vnica Comitis Fani S.Pauli.

Comites Fani S. Pauli.

VALERIANVS III. cognom. Pulcer, Comes Lucemburgi, Fani S. Pauli, ac Lignij. Vxor MECHTILDIS soror Richardi II. Regis Angliæ.

IOANNA Comes Fani D. Pauli ac Lignij, nupsit Antonio Burgundo Brabantiæ Duci: mater ex ipso facta Ioannis ac Philippi Brabantiæ Ducum, ἄπαιδων.

ROBERTVS & LVDOVICVS Lucemburgij, ἄπαιδες.

IOANNES Lucemburgius, Baureuorij Dominus. Vxor MARGARETA Anghiana, Ludouici F. post mortem patruelis Gualtheri Anghiani (qui in obsidione vrbis Gandensis Flandrorum perierat ἄπαις A. C. 1381.) facta Comes Brianæ, Conuersantij, ac Domina Anghiani.

Filiæ IV. IOANNA Comiti Vademontio; Altera Comiti Geneuæ; Tertia Comiti Leschei; Quarta Domino Moriamezi elocatæ.

PETRVS Lucemburgius, Comes Brianæ ac Conuersantij. Vxor MARGARETA Baussia, Andriæ Ducis filia.

LVDOVICVS Antistes Terouanensis, ac Cardinalis Rhotomagensis.

IOANNES Lucemburgius.

Filia N. Comes Fani S. Pauli & Lignij.

THEOBALDVS Fiennæ Dominus. Vide 4.

LVDOVICVS Lucemburgius, Comes Fani D. Pauli, & Connestabilis Franciæ: cum fratribus militauit Philippo Bono Belgarum Principi contra Gandenses & rebellos Flandros.

IACOBVS Lucemburgius, Richeburgi Domin[us] Vxor ISABELLA filia & hæres vnica Petri Rubasij ac Hersellæ.

ISABELLA Lucemburgica, Richeburgi Domina, nupsit Ioanni Meluno, Espinoi ac Antognij regulo.

IACOBA nupsit primùm Duci Bethfordio, Angliæ Regis fratri: deinde Richardo Dondeuilio Comiti Riuerij.

ISABELLA consors Caroli Dauronij Comitis Cenomanorum ac Gusiorum.

ANNA (al. Catharina) coniux Arthi Britonum Ducis Cõnestabilis Franciæ.

Securi percussus à Ludouico XI. Rege Galliæ.

IOLE Rubasij ac Hersella domina, elocata Nicolao VVerchinio, Senescallo Hannoniæ.

LVDOICA Lucemburgica, cōsors Ioannis Ghistellani Dudzellæ Domini: inde Antonij Crouiaci, Fani D. Piati Reguli.

Comites Fani S. Pauli.

Liberi eius

ex IOANNA Barrensi, Marlæ Comite, vxore prima:

ex MARIA F. Ludoui Ducis Sabaudiæ, vxore altera:

LVDOVICVS Lucemburgius.

IOANNES Lucemburgius, Fani D. Pauli ac Lignij Comes: bello Caroli Pugnacis Burgundię Ducis aduersum Heluetios, fortiter pugnans oppetijt, 1476, *CAROLVS Antistes Laonensis.*

PETRVS Lucemburgius, Fani D. Pauli Conuersantij, Lignij, Leschij, & Brianæ Comes, Dominus Anghiani. Vxor N. Ducissa Sabaudiæ.

ANTHONIVS Lucemburgius, Charnij Comes, ac Russij Dominus, sub Carolo Pugnace Burgundiæ Mareschallus. Vxor FRANCISCA Crouiaca, F. Philippi Comitis Chimæi.

IACOBA nupsit Philippo Crouiaco, Comiti Porciano A.C. 1511. *HELENA vxor Comitis Geneuæ.*

MARIA Lucemburgica, Fani D. Pauli ac Lignij Comes, Anhiani Domina: vxor primùm Iacobi Sangij Comitis Ramondi ac Vaussij; cui filiam peperit elocatam Henrico Nassouiō: dehinc Francisci Comitis Vendomij, mater ex hoc facta Caroli primi Ducis Vendomæ.

FRANCISCA Lucemburgica, vxor Philippi Cliuij, Domini Rauensteinæ.

PHILIBERTA vxor Ioannis Challonij, Aurantiæ Principis.

FRANCISCA Lucemburgica, Ruschi Domina, vxor primùm Ernesti Marchionis Badenis: deinde Adolphi Comitis Nassouij.

THEOBALDVS Lucemburgius, Fiennæ Dominus. Vxor PHILIPPA Melunia, Dondæ ac Sottegemi Domina.

IACOBVS Lucemburgius, Fiennę Dominus. Vxor MARIA filia ac hæres Vilæ reguli, ortię filio natu minimo Barlamantiorum reguli.

IACOBA primogenita, vxor Caroli primi Comitis Lalani. *MARIA secundogenita, nupsit Danieli Buchottio Bollesij Domino.*

IACOBVS Lucemburgius, tertiogenitus, Fiennæ regulus. Vxor N. filia Domini Gruthusæ.

IOANNES Lucemburgius *ἄναιρ.* Vxor ELISABETH F. Caspari Culenburgi Domini.

PHILIPPA coniux Antonij Lignij, Comitis Fauquenbergij.

FRANCISCA Lucemburgica, Fiennæ Domina ac Gaueræ princeps: nupsit Ioanni Egmondano.

IACOBVS Lucemburgius Fiennæ regulus, primus Gaueræ Princeps: obijt nullis ex HELENA Crouiaca susceptis liberis.

CAROLVS Egmondanus in Italia *ἄπαις* extinctus.

LAMORALES Egmondæ Comes, & Gaueræ Princeps.

MARGARETA vxor Nicolai Comitis Vademontij.

ELIAE REVSNERI LEORINI

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI

De Familys Regum & Principum aliorumq; Procerum orbis Christiani

STIRPS GONZAGANA:

Quæ

Stemmata produxit illustria

MARCHIONVM & DVCVM MANTVANORVM & Montisferratensium.

ILLVSTRISSIMIS PRINCIPIB. ac Dominis

D. LVDOVICO & D. FEDERICO Fratrib. Germanis,

Et

D. VINCENTIO GVILIELMI F.

Gonzagis, Ducibus Mantuæ & Montisferrati

DOMINIS CLEMENTISS D. D. D.

STIRPIS

STIRPIS GONZAGANAE

Stemma Illustre

MARCHIONVM ET DVCVM MANTVANORVM.

ALOYSIVS Gonzaga, originem suam (Volaterrano teste) ad Germanos referens, Mantuæ consedit. *Mantuæ Domini.*

GVIDO GONZAGA (alijs Gibertus) ab Azone X. Marchione Estensi dignitatibus & feudo ornatus in tractu Regiensi. PHILIPPVS. FELTRINVS.

BEATRIX vxor Nicolai Estensis, Marchionis Ferrariæ.

LVDOICVS siue ALOYSIVS GONZAGA, Bonacelsiorum tyrannide deleta: & Passarino Duce à militibus medio in foro occiso, ad Reip. gubernationem summa populi voluntate accessit, Mantuæque principatum fortissime suscepit anno 1328. XIX. Kal. Septembris. Egregijs virtutibus polluit: liberalis, animosus & rerum gestarum gloria nobilis. Decessit nonagenarius A.C. 1360. XIX. Kal. Febru. In coniugio tres habuit nobiles fœminas *διαδοχικῶς*; ex quarum singulis ternos sustulit filios.

GVIDO GONZAGA, patris in principatu hæres & successor; quietis studiosus, modestię fideique probatæ, diem supremum explevit A.C. 1369. Vxor BEATRIX Bari Comes.

PHILIPPVS GONZAGA sub Ludouico Vngariæ Rege stipendia meruit in Italia contra Regem Neapolitanum: cum Obizone item IIX. Ferrariæ Marchione bellum gessit anno 1346. quæ tamen res eodem anno est transacta V. Non. Octobris.

ZILIOLA vxor Matthæi I. Vicecomitis Mediolanensis.

FELTRINVS. CONRADVS. ALBERTVS. FEDERICVS. AZO. IACOBVS. IOANNES matre gētis Malaspinæ nati. His orti

BARTHOLOMÆVS. FELTRINVS Capti in oppugnatione vrbis Veronæ A.C. 1405.

VGOLINVS GONZAGA à fratribus natu minoribus occisus, quòd viuo adhuc parente ad Remp. aspiraret Anno C. 1366.

FRANCISCVS GONZAGA fratricida, patrem morte præuertit. Vxor N. filia Guidonis Polentæ Principis Rauennatis.

LVDOVICVS GONZAGA post patrem Mantuæ capitaneus & dominus, Imperijque Romani vicarius perpetuus annis XII. à Mantuanis tandem ob adulterium capite plexus A. C. 1382. Vxor ADA F. Obizonis VII. Marchionis Ferrariæ.

FRANCISCVS GONZAGA, Dominus Mantuæ, annos XIII. natus adolescens patri successit in principatu: quem & contra Ioan. Galeacium Vicecomitem Mediolanensem egregiè conseruauit. Ab armorum studio summam consecutus est gloriam & commendationem: Poggiusq; præterea eum virum sapientem, & inclyta auctoritate, peritissimum historiarum, docto-

GALEATVS GONZAGA virtutis ac fortitudinis suæ Gallis documentum insigne præbens; Bucicaldum Galliæ Genuensium Proregem, ingentis staturæ virum, singulari certamine superauit. A Venetis Dux militiæ creatus contra Carrarios patrem & filium; perijt in oppugnatione

Mantuæ Domini. rum & ingeniorum amantem, priscæ gloriæ admiratorem, in cõgreſſibus ſuauem, facetum, liberalem, in honoribus ſplendidiſſimum fuiſſe ſcribit. Exceſſit vita A. C. 1407. Id. Martij quadragenarius. Vxor AGNES F. Barnabæ Vicecomitis Mediolanenſis.

arcis Terzonis Anno Chriſti 1407. paulo poſt obitum fratris.

IOAN. FRANCISCVS primus Marchio Mantuæ: de cuius proſapia vide arborem ſeq.

ALDA GONZAGA ſponſa Franciſci III. de Carraria.

Ioan. Franciſcus primus Marchio Mantuæ, obijt 1444.



STEMMATIS RESIDVI ΕΚΦΡΑΣΙΣ.

Marchiones Mantuæ. IOAN. FRANCISCVS GONZAGA ſucceſſit patri in principatu annos natus vndecim, menſes nouem, dies totidem. Mantuæ in magnificentiſſimo tribunali in foro D. Petti, à Sigiſmundo Cæſare primus Marchio creatus X. Kal. Octobr. A. C. 1433. conceſſis ipſi inſignibus aquilæ nigræ albo in campo cum cruce rubente. Obijt rerum geſtarum gloria clarus, principatu inter filios diuiſo, IX. Kal. Octobr. A. C. 1444. Vita ipſi annorum LIV. menſium trium, dierum XXIII. Vxorem duxit A. C. 1410. in Bacchanalibus PAVLAM Malateſtam, Ceſeni F. fœminam lectiſſimam: religione, ſapientia, pudicitia, literiſque decoratam; ab omnibus illorum temporum ſcriptoribus ob ſingulares virtutes mirificè laudatam. Hac procreati

Ludouicus Gonzaga, Marchio Mantuanus II.

CAROLVS GONZAGA in diuiſione principatus ſortitus Regiolum, Gonzagam, Luzariam inſulam, Ripariolum, Bozolum, Sanmartinum, Sabulonetam, Gaziolum, Viadanam, Suzariam, & palatium vrbis in foro, vbi turris D. Petri conſpicitur: fratri Ludouico diu aduerſatus eſt. Quare ab ipſo fugatus, & à militibus Sforciæ captus: Mediolanenſium ſupremus militiæ Dux eſt factus Anno Chriſti 1439. In Caſtello inde S. Ioannis obſeſſus & fugatus à Thadæo Eſtenſi: Sfortij caſtra relinquens, ducatum Mediolanenſium appetijt A. C. 1448 irrito tamen conatu. Venetis quoque A. C. 1455. in auxilium miſſus eſt Senenſibus contra Iacobum Piccininum. Senex tandem in paupertate vitam finijt, anno. Vxor LVCIA F. Nicolai III. Eſtenſis, Marchionis Ferrariæ.

ALEXANDER GONZAGA domum Palatio vrbis contiguam, Canetū, Rhodondiſcum, Marcanam, Caſtellum Ziphræum, Medolas, Caſtilionē Stiuerorum, & Oſtianum ex paterna diuiſione accepit. Vxorem habuit N Comitem Vrbinatem.

IOANNES Lucidus GONZAGA in Eccleſiaſtica dignitate locatus, parentis diuiſione obtinuit Rhodigium, Voltam, Caprianam, Cereſariam, Plubetam, & Caſtellarium. Interfectus in oppugnatione arcium Veronenſium A. C. 1439.

MARGA-

MARGARETA siue Ioanna GONZAGA consors Leonelli Estensis, Marchionis Ferrariæ, obijt 1440. VII. Id. Iunij. *Marchiones Mantuæ.*
CECILIA Monialis.
LVCIA.

LVDOVICO GONZAGAE pater moriturus Mantuam, Macheriam, Goitum, omniaque ad Veronam sita tribuit. Patre viuo, Piccinino & Mediolanensibus militauit contra Venetos: à quibus captus, λύτρον exoluit. Post patris excessum, Mantuæ principatum gessit annis XXXII. multaque pereximiè fecit. Cum fratre Carolo diu dimicauit: ad extremum tamen victor. Fridericum III Imp. & Christianum I. Daniæ Regem hospitio splendidissimè excepit A.C. 1469. In vrbe multa ædificauit magnificè: ædis D. Sebastiani fundamenta iecit: templi S. Andreæ horologium absoluit absolutissimum. Fato concessit apud Goitum A,C. 1478 pridie Idus Iunij; sexagenarius. Vir illustris gloria, liberalis, affabilis, & vt homo militaris eloquentissimus. Ex BARBARA F. Ioannis I. Marchionis Brandeburgij genuit

Federicum tertium Marchionem Mantuanum
FRANCISCVM Gonzagam, Cardinalem à Pio II. Pontifice Rom. electum, Bononiensium in Romandiola legatum, virum iocis & otio natum: qui admodum iuuenis decessit, morbo ex intemperantia contracto.
IOAN. FRANCISCVM Gonzagam: cui & Francisco Cardinali, sibi inuicem substitutis pater ex agro Cremonensi Viadanam, Sabulonetam, Ripariolum, Bozolum, Sanmartinum, Gaziolum & Insulam dedit.
LVDOVICVM Gonzagam, Episcopum Mantuanum.
RVDOLPHVM Gonzagam.
} *His simul mutuo inter se substitutis, parens principatum diuidens attribuit Canetum, Ostianum, Castellum Ziphræum, Castilionem Stiuerorum, Rhodondiscum, & Sulphurinum.*
BARBARAM Eberardo Barbato, primo Duci VVirtembergico locatam.
SVSANNAM vxorem Galeatij Mariæ Sfortiæ, Ducis Mediolanensis.

FEDERICVS Mantuæ Marchio tertius; bello & pace multa sapienter egregieque gessit. In ciues suos tanta fuit beneuolentia: vt re sua familiari pecuniaque mutua, præter vllam compendij fructusue spem eos iuuaret: plurimas in vrbe artes opificiaque exerceri voluit; desidiam & otia ante omnia detestatus: ingenia suorum temporum humanitate, liberalitate, gratiaque summè fouit: hospites præcipuis honoribus habuit. Obijt A.C. 1484. III. Id. Iulij. Ex MARGARETA Alberti Pij Ducis Boiariæ filia suscepit tres filios, quinque filias:

Franciscum Gonzagam Marchionem Mantuanum quartum,
SIGISMVNDVM Cardinalem S. Mariæ Nouæ.
IOANNEM Gonzagam.
CLARAM Gonzagam.
PAVLAM Domino de Malatestis } *nuptas*
MAGDALENAM Domino à Pisauro }
CECILIAM.
ELEONORAM consortem Christophori Comitis VVerdenbergij: & Gilberti Borbonij, Comitis Mompenserij.

FRANCISCVS Gonzaga, Marchio Mantuanus secundum fata parentis, principatus insignia cepit A.C. 1484. IX. Kal. Augusti. Primus omnium Italiæ principum barbam perpetuo aluit. Disciplinæ militari studiosissime vacauit: quapropter non apud Italiæ solum magnates summum existimationis gradum tenuit: sed etiam apud Maximilianum Imp. & Ludouicum XII. Regem Francorum; à Venetis item ob illustrem animi magnitudinem, & immensum pugnacis ingenij ardorem, delectus Imperator: gemino bello victor extitit cum insigni gloria. Cæterum vir prædicator bonus & dexter, erga suos & milites liberalis, erga hospites magnificus, erga ciuitatem amans. Post insignem rerum egregiè bello gestarum gloriam, supremum diem finijt A. C. 1519. ætatis suæ LIII. IV. Kal. Aprils. Vxorem habuit ISABELLAM, Herculis I. Atestini, Ferrariensium Ducis secundi F. maximi ingenij mulierem: ex qua tres mares totidemque tulit fœmellas.

Duces Mantuæ. Federicum Marchionem Montisferrati & Ducem Mantuæ primum.

HERCVLEM GONZAGAM, à Clemente VII. Pp. Rom. Cardinalium allectum ordini: principem prudentia, magnanimitate, affabilitate, liberalitate, doctrina clarum: qui nomine Francisci nepotis impuberis Rempub. aliquandiu administrauit.

FERDINANDVM GONZAGAM natum A.C.1507. V. Kal Februarij hora 10. min. 49. a.m. ob singularem virtutem à Carolo V. Imp. Porregem Siciliæ & Præsidem Mediolani constitutum: militum ductorem clarissimum: qui ex Neapoli euocatus in Belgium ad expeditionem Veromanduorum, obijt in curia Bruxellana quinquagenarius A.C.1557. mense Nouembri.

ELEONORAM Gonzagam, Francisco Mariæ Roboreo, vrbis Romæ Præfecto, Duci Vrbinati, & Domino Pisauri nuptam datam.

HIPPOLYTAM virginem D. Catharinæ prædicatorum ordinis.

PAVLAM Gonzagam, virginem D. Claræ sodalitatis minorum.

FEDERICVS GONZAGA Marchio Mantuanus quintus, III. Non. Aprilis A C.1519. solenni ritu sceptrum imperij sumsit in porta templi cathedralis. Nulla re patri inferior commendatione militatis virtutis fuit: quamobrem cum à Leone Pontifice, tum à Florentinis, copiatum præfectus ætate adhuc prima est constitutus. Carolum V. Imp. postquam Augustalem coronam à Clemente VII. Pp. Bononiæ sumserat, splendidissimè hospitio excepit: à quo in Ducem Mantuæ electus, in sequenti anno, qui fuit 1531. vxorem duxit MARGARETAM Gulielmi Palæologi Montisferrati Marchionis filiam, cum dote illius Marchionatus. Obijt A.C.1540. IV. Kal. Quintilis quadragenarius. Filij eius memorantur quatuor:

FRANCISCVS GONZAGA Dux Mantuæ & Marchione Montisferrati secundus: puer septennis solennia principatus cepit sub tutela patrui sui Herculis Cardinalis. Non multo post nuptias, cum CATHARINA F. Ferdinandi Imp. celebratas, quum fortuito in Mintium fluuium incidisset: ab cordis syncope febrim continuo contraxit, quæ eum breui consumsit A.C.1550. mense Februario.

GVLIELMVS GONZAGA sacris initiatus, Francisci fratris successor in vtroque Mantuæ & Montisferrati principatu: à Maximiliano II. Imp. in Ducem Montisferrati est inuestitus, & magnis priuilegijs donatus A. C. 1573. Obijt Prid. Non. Sextil. A.C.1587. Ex LEONORA Ferdinandi Imp. filia genuit

ANNAM vxorem Alphonsi Ducis Ferrariæ.

VINCENTIVM Principem Mantuanum.

LVDOVICVS GONZAGA Princeps Mantuanus, strenuam operam Regi Galliæ in bellis ciuilibus pro Catholicis nauauit: vbi in detro poplite glande percussus, claudicat. Vxor HENRICA F. Francisci Ducis Niuersij, ducatum hærede vacuum dotis nomine ad eum attulit.

FEDERICVS GONZAGA posthumus.

ELIAE

ELIAE REVSNERI LEORINI

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ OPERIS GENEALOGICI CATHOLICI,

De Familijs Regum & Principum, aliorumque Procerum orbis Christiani

STIRPS MEDICEA:

Quæ

Stemma produxit illustre

PRINCIPVM FLORENTINORVM. Magnorum Ducum Hetruriæ.

ILLVSTRISSIMIS PRINCIPIB. ac Dominis

D. FERDINANDO COSMI F. MEDICI

Magno Duci Hetruriæ, & Principi Florentiæ

DOMINO CLEMENTISS.

D. D. D.

STIRPIS



STIRPIS MEDICEAE

Stemma Illustre

PRINCIPVM FLORENTINORVM MAGNORVM DVCVM HETRVRIAE.

Principes Florentini

EBERARDVS Medices, vetustissimæ apud Florentinos familiæ, floruit circa Annum Christi 1400.

IOANNES Medices, inter ciues Florentinos opulentissimus ac clarissimus, Capitaneus Iustitiæ, obijt A. C. 1428.

COSMVS MEDICES, vir opulentus & magnificus, illustri apud omnes sapientiæ & prudentiæ opinione; prima splendoris familiæ Mediceæ fundamenta posuit. Præpotentum quorundam ciuium inuidia & conspiratione carceri mancipatus: sed à vexillifero pecunia corrupto saluus curia atque vrbe eductus; Venetias exulatum abijt: vbi tamen non totum transegit annum: summis nimirum ciuium gratulationibus reuocatus: & non secus, ac olim Cicero, publico decreto Pater patriæ vocitatus. Turbulentis exinde ciuibus Florentia eiectis: non in patria modò, sed in omni Italia, cuncta propè belli & pacis consilia togatus & inermis felicissimè rexit: patriam ipsam, ab se regio sumptu admirandis ædificiorum lectissimarumque artium monumentis decoratam, multò florentiorem fecit: eoque modo certum sibi iter ad perennem laudis famam strauit. Insignis doctorum & Musarum patronus, ac alter sui æui veluti Mœcenas: in egenos maximè pius: & longè omnium omnis virtutis largissimus æstimator. Fato concessit A. C. 1464. septuagenario maior quinquennio; tumulatus in Laurentiano templo ab se condito. Vxor CONSTANTIA è Bardorum antiquissima gente, quæ Aluerniæ oppido iuxta Pratum dominatur.

LAVRENTIVS stirpis præsentis familiç magnorum Ducum Hetruriæ. Vide signum *†*.

IOANNES Medices, fato ereptus iuuenis.

PETRVS Medices, modestia, humanitate, & studio honestæ virtutis patrem æmulatus: quamuis distortis articulari morbo totis artubus, miserabiliter affectus: virili tamen ingenio planè fortis: secundùm patrem, ciuibus volentibus, ad Reipub. gubernacula admotus: priuatum potiùs ciuem se, quàm principem gessit. Obijt A. C. 1472. Vxor LVCRETIA Tornabona.

LAVRENTIVS Magnus Princeps Florentinus, natus Kal. Ianuarij A. C. 1448. Summis conspicuus virtutibus, cum fratre Rempub. paternis auitisque artibus feliciter administrauit, collatis ad æquitatem honoribus: vt nullo cultu, nulla eminentiore nominis appellatione supra ciuilem, nulloque deducentium comitatu, à cæteris ciuibus differrent: sola tamen auctoritate cæteris omnibus præstarent.

Filia nupta Gulielmo Paccio: qui vnus, quum de ipsius familia atrocia supplicia sumerentur, in villam imperante vxore relegari meruit.

IVLIANVS paribus omnibus elegantia, comitatu, atque munificentia muneribus, Laurentio fratri penè par; & quia natu minor esset, populari fauore Princeps iuuentutis acclamatus: cum fratre Reipub. munia summa concordia sexenninm administrauit: distributis inuicem appositè ac sapienter officijs: quorum tamen principatum vna gens Paccia ferre non poterat: à qua Florentiæ in summo & ornatissimo templo vndeuiginti vulneribus nefariè confossus, viuendi finem fecit V. Kal. Maij A. C. 1478.

IVLIVS ex concubina posthumus, ad Pontificatum eue-

præstarent. Tumultu Pacciano fratre à conspiratoribus in templo trucidato; ipse lethaliter sauciatus: ad retinendum domi natum, Ferdinandum Regem Siciliæ, & Ducem Vrbinensem contra Florentinos tumultuantes, euocare est coactus. Vita decessit A. C. 1492. VI. Id. Aprilis, ætatis XLIV. Fuere in eius consortio PHILIBERTA Ducissa Sabaudiæ, Philippi F. *...*: & CLARICIA Vrsina.

ctus, CLEMENTIS VI. nomen tulit. Sub ipso plurima bella in Italia contra Imp. excarserunt: qui & ipse Roma capta in eius potestatem venit: cui tamen breui reconciliatus, Bononiæ eum Imperiali diademate ornauit. Obijt VII. Kal. Octobris, A. C. 1534. ætatis suæ LVI. mense IV.

Principes Florentini

PETRVS Princeps Florentinus, à paterna modestia, & Etrusca frugalitate degenerans: superbiæq; se, nec non luxui & vagis libidinib. dedens: in multorum odiū incurrit: adeo vt ob Pisas Carolo IIX. Galliarū Regi, qui de improuiso per Lunensem agrum irruptionem fecerat, cum alijs tribus arcibus transactione concessas, communis hostis iudicatus: principatu, patria atque penatibus vnius horæ memento excideret: fugaq; Bononiam elaberetur. In exilio autē errauit integros annos decem: sępenumerò cōtumacis fortunæ suæ fallacissimos nutus expertus: vnde ei reliquæ opes absumptæ, & multum æs alienum conflatum est. Bello Gallico, quum prostratis fœdeque deletis Gallorum copijs, à quorum partibus ipse quoque erat, ad Caietam onerarium lintrem conscenderet: in ostio Lyris amnis submersus interijt A. C. 1503. Vxor ALPHONSINA Vrsina.

IOANNES Cardinalis Politiani olim discipulus legatus Iulij II. ad Rauennam à Gallis captus A. C. 1512. sed ex eorum manibus elapsus, circumacto anno ad Pontificiā sedem euectus IV. Id. Aprilis coronam sumsit: vt is dies superiori anno ipsi infestus, coronationis suæ celebritate ex atro in candidum verteretur. Lutherum bis anathematis fulmine percussum, diris deuouit: nec diu superfuit, toxici nimirum (vt credebatur) violentia consumptus Kal. Decembris A. C. 1521.

IVLIANVS Medices, cognomento Magnificus, à Florentinis vrbe eiectus, Vrbini exul obijt A. C. 1516.

MAGDALENA nupsit Francisco Innocētij IIX. Pont. Rom. filio.

HIPPOLYTVS nothus, Cardinalis, infaus in ipso vita simul & mortis limine; quum eum mater admissi stupri impio pudore necari iussisset, ancillæ misericordia seruatus: cū nutrice Romam venit: vbi literis liberaliter est institutus: sed à quibus breui ad exactum totius musicæ studium, & alias voluptates deflexit. Alexandri agnati vitæ non semel insidiatus: quum exulum, quibus cum conspirarat, perspecta malignitate, cum hoc in gratiam redire; & à Cæsare, qui tum in Africa bellum gerebat, pacis conditiones petere constituit: non procul à Fundis mortifera febre correptus, naturæ satisfecit A. C. 1541. ætatis suæ XXXI.

COSMVS ob vagas libidines & adulterium interfectus.

LAVRENTIVS vnà cum patre à Florentinis vrbe pulsus: qui inito consilio perpetuum Confalonerium constituerant, qui in omnibus talem haberet auctoritatem, qualem Dux Venetiarum: post octodecim annorum exilium, Hispani exercitus terrore restitutus: & quadriennio pòst à Leone Pontifice patruo, eiectis Feltrijs, Vrbini Princeps constitutus: eo munere non diu lætatus est: ex humanis ereptus A. C. 1519. decimo mense matrimonij cum MAGDALENA Galla, Ioannis Comitis Boloniæ & Auerniæ filia.

CATHARINA Henrici II. Galliarum Regis coniux, veneno perijt Nonis Ianuarij A. C. 1589.

ALEXANDER furtiuo Laurentij Medicis cum materna ancilla congressu editus: ab auia Alfonsina tenui cultu educatus: viuo Leone patruo magno in subsidium pereuntis stirpis receptus est. Clemente autem Pontifice Cæsareanis armis capto, à Florentinis deficientibus Medicea domo exturbatus: aliquandiu in subalpino agro ad Taurinum exulauit inops: donec à Cæsare in clientelam receptus, gener ascisceretur: à quo denuo Florentinis perdomitis, vetereque exutis libertate, collato Principis titulo, est præfectus. Qui tamen dominatus breuem ipsi atque turpissimum exitum tulit. Quippe qui, quum totus venereis voluptatibus indulgeret; spe cuiusdam concupitæ nobilis fœminæ potiundæ, facilè ab agnato & æquali Laurentio Medice in

Principes Florentini ædes ipsius & cubiculum perductus: ab eo, laudem liberatæ à tyranno patriæ affectante, intempesta nocte altè stertens, nefariè gladio per costas adacto est transfossus VI. Idus Ianuarij A. C. 1537. quum ab ætatis anno XXV. completo diebus abesset XXIX. Vxor MARGARETA filia Caroli V. ex Ioanna concubina, nupta exinde Octauio Farnesio Duci Parmensi & Placentiæ; in viuis esse desijt A. C. 1586.

†.

LAVRENTIVS *Medices*, ciuis Florentinus; frater germanus Cosmi illius Magni, qui primus splendorem & opes familiæ Mediceæ fundauit. Vxor GENEVRA Caualcanti.

PETRVS Medices Florentinus. Vxor LAODIMIA siue Laudonia Artiagola.

LAVRENTIVS cum fratre, à Petro Principe Florentino aguato ex leuissimis offensionibus in exilium actus: contra eum militauit Gallorum Regi Carolo IIX. A. C. 1492. Huius fortè nepos est LAVRENTIVS ille, qui Alexandrum Principem Florentinum improbo, & perfidioso lenocinij nomine in ædes suas perductum, miserè mactauit. Cuius tamen parricidij pœnas non effugit: publico senatus iudicio damnatus, obiterq; Venetijs angusto in calle trucidatus. A. C. 1537. æt. 23.

IOANNES Florentia exulans, Petro infensissimus factus hostis, aduersus eum & patriam Gallicas secutus est partes. E viuis excessit A. C. 1504. Vxor CATHARINA Sfortia F. Galeatij Mariæ Mediolanensis Principis, eius nimirum, cuius coniurantium ciuium dira malignitas dominatum & vitam inuidit: vidua Hieronymi Riarij, Paccianæ coniurationis auctoris, qui apud Foroliuium oppidanorum conspiratione in mensa trucidatus, & per fenestram in forū præcipitatus, fetas nefariæ suæ malignitatis expendit pœnas: cuius illa necem, virili animo tutata arcem, seuere vindicauit. Post Ioannis alterius mariti fata, Borgianis & Gallicis armis principatu exuta, captaque: at beneficio Alegriæ Galli ducis mole Hadriani educta: Florentiæ consenuit.

IOANNES ex Christiano fonte *Ludouicus* appellatus: patre primis pueritiæ annis amisso, educatus est Florentiæ sub tutela Iacobi Saluiati ciuis illustris: cuius postea filiam MARIAM vxorem duxit. Heros Mauortij spiritus, & viuida virtute bellator eximius; quippe qui innumera secundissimè inijt prælia: è manibus hostium Venetorum, peculiaris alæ suæ legatum, expresso instaurati prælij turbine, eripuit: vorticoso Abdua tranato, Gallorum turmas territas in fugam dedit: Rhetorum agmina in Bergomate agro retrò auertit & profligauit: Heluetios, qui strenuos alæ suæ equites crudeliùs interfecerant, ad Corsum pagum multa cæde vindicauit: Hispanorū audaciam Ticini primùm, & mox sæpiùs ad Mediolani portas acerrimè repressit: vbi extremè in castris tormento, ab vlteriore Mincij ripa in incertum emisso, ipse vnus genu ictus, naturæ satisfecit A. C. 1526. ætatis suæ XXVII.

COSMVS octodecim annorum adolescens, agnato Alexandro in principatu Florentiæ à XLIIX. viris surrogatus: magna sapientiæ, circumspectionis, & iustitiæ laude Rempub. administrauit: & ita quidem, vt non solùm Florentini libertatem spirantes, atque maximæ molis in vrbe constructa præsidijsq; firmata, seruitutis iugum subierint: sed & anno 1554. Senarum vrbem Imperialem, ob ciectum præsidium Hispanorum, obsessam, cum amplissimo territorio, Galliarum Regis copijs à Marchione Marignano profligatis, in suam potestatem redegerit. A Pio V. Pontifice, quod ipsi magnam auri vim & alia ad rebelles tegni suppedomandos necessaria subministrasset, ex Duce Florentino Magnus Hetruriæ dux creatus VI. Kal Sept. A. C. 1569. inter viuos esse desijt XI. Kal. Maij, 1574. ætatis suæ LV. Vxor LEONORA F. Petri Toletani, Proregis Neapolis.

FRANCISCVS magnus Dux Hetruriæ secundus, natus IIX. Kal. Aprilis A. C. 1541. vitæ terrestris pensum absoluit ætatis VII. Id. Octob. A. C. 1587. & quinque post eum horis BLANCA Veneta, ipsius coniux. IOANNA Austriaca, Caroli V. filia, prior eius coniux ex [illegible] decessit A. C. 1578. infante octimestri mortuo ex vtero extracto.

FERDINANDVS Ecclesiæ Romanæ Cardinalis, post obitum Fratris dignitate ea relicta, Dux magnus Hetruriæ tertius factus: nuptiale sacrum Florentiæ sumptuosissimè celebrauit cum CATHARINA Caroli Ducis Lotharingiæ filia, Kal. Maij A. C. 1589.

LVCRETIA nupsit Alphōso Duci Ferrariæ.

N. vxor Pauli Iordani Vrsini, qui postea Dux Bactriancensis audijt.

FINIS.

INDEX

INDEX ALPHABETICVS PRIORVM QVATVOR PARTIVM GENEALOGICI HVIVS OPERIS.

A.

ARchiduces Austriæ. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41 42.

B.

Barones Abusini. 205. Grimbergæ. 488.
Burggrauij Noribergenses. 375. 376.

C.

Comites Abusini. 204. Aldorfenses. 252. Alenconij. 324. Alteburgij. 354. 355 356. Alteburgij. 17. Altenaæ. 501. 502. Andium. 205. 306. Angolismorum. 338. Antechisij. 198. de la Arcu. 206. 207. Ascaniæ. 428. 430. Atrebates. 319. Ballenstedij. 429. 430. Bergenses. 508. Bogij. 206. Biponti-ni. 220. 221. Brenæ. 276. Brisgouiæ. 21. 22. Britanniæ. 315. Claromontani. 341. Cliuiæ. 497. 498. 499. 500. 501. Dachunenses. 208. Delmenhorstani. 356. 357. 358. 359. Dreusij. 314. 315. Ergouiæ. 25. 26. 29. Gorici. 199. Habsburgenses. 17. 18. 20. 21. 24. 25. 26. 27. 28. Iuliacenses. 507. 508. Lauffenburgij. 26. 27. Louanij. 479. Marchæ. 503. Mompelgardij. 492. Montfortij. 308. 309. Moriennæ. 367. Neuersij. 335. Northeimij. 267. Oldenburgæ. 355. 356. 357. 358. 359. Palatini. 220. 221. Parisiorum. 306. Rauensburgenses. 252. Reinfeldenses. 24. 25. Ringelhemij. 354. Rittenburgij. 205. Salmenses. 527. 528. 529. 530. 531. 532. Siciliæ. 94. Sabaudiæ. 367. 368. 369. Sylue-stres. 209. 210. Veldentiani. 220. 221. Vadimontij. 524. Vendomæ. 343. Veromandui. 311. VVetinbini. 269. 270. 271. 275. Valesij. 337. VVurtenbergij. 490. 491. Zollerij 373. 374.

D.

Domini dynastæ Arenbergæ. 505. 506. Ascaniæ 426. 427. Ballenstedij. 426 427. Brunnæ. 136. Brunsuigæ. 407. 409. 410. Carentij. 343. Cortenæi. 313. Hercyniæ. 426. 427. Lauenburgici. 438. Luneburgij. 407. 409. 410. Rochfortij. 505. Znoymæ. 136.

Duces Alemanniæ superioris. 17. Andegauenses. 329. 330. 331. Apuliæ. 94. Auerniæ. 329. Aurelianenses. 337. Austriæ. 203. Bauariæ. 200. 210. 211. 112. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 223. 224. 227. 228. 229. Bisercoris. 212. 213. 252. 253. Bergæ. 504. Bergenses. 508. 509. Biturigum 329. Borboniæ. 341. 342. Borussiæ. 385. Brabantiæ. 183. 184. 479. 480. 481. 482. Britanniæ. 215. 216. Brunsuigiorum. 403. 404. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. Burgundiæ. 209. 310. 311. 332. 333. 334. Calabriæ. 94. Cassuborum. 474. Cliuiæ. 503. 504. Dyrrachij. 323. Ferrariæ. 401. 402. 403. Franciæ. 200. Guisiæ. 526. 527. Hetruriæ. 406. Holsatiæ. 361. 362. 363. Iuliaci. 504. 508. Lotharingiæ. 519. 521. 522. 523. 524. 525. Luneburgensium. 403. 404. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 412. 423. 424. Megapolenses. 455. 460. 463. 464. 465. Mompenserij. 345. Pomeraniæ. 474. 475. 476. Pomeraniæ citerioris. 469. 470. 471. Pomeraniæ orientalis. 472. Saxoniæ. 265. 266. 267. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 407. 408 409 434. 435. inferioris. 458. 459. 460. 461. 462. 467. Visini. 427. VVirtenbergij. 494. 495.

E.

Electores Brandeburgici. 214. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 430. 431. 432. 433. 434. Palatini. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. Saxoniæ. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 407. 408. 434. 435. 436. 437. 438.

G.

Gubernatores & Rectores Boiariæ. 181. 182. 183. 187. 223. Brunsuicensis ducat. 411. 418. Embdensis ditionis. 405. Luneburgensis ducatus. 411. 418. Onolsbachij Marchionatus. 382. 383. 384.

H.

Heredes Noruegiæ. 362. 363.

L 2 Impe-

I.

Imperatores Byzantini. 313. 314. *Romanorum seu Germanorum.* 30. 36. 37. 39. 41. 42. 185. 189. 191. 192. 262. 264.

L.

Landgrauij Hassiæ. 482. 483. 484. 485. 486. 487. *Thuringiæ.* 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288.

M.

Marchiones Austriæ. 101. 102. *Antuerpiæ.* 183. *Badenses.* 513. 514. 515. 516. 518. *Bergarum ad Scaldim.* 487. *Brandeburgici.* 270. 377. 378. 379. 380. 381. 382. *Ferrariæ.* 394. 395. 397. 398. 399. 400. 401. *Hochbergenses.* 511. 512. 513. 516. 517. *Estenses.* 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. *Landsbergæ.* 273. 274. 275. *Lusatiæ.* 271. 273. 274. 275. *Misnenses.* 169. 274. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. *Montisferrati.* 364. 365. *Morauiæ.* 137. *Onolsbachij.* 382. 383. *Saluzziarum.* 366. *Saxoniæ.* 266. 267. *Veronenses.* 511.

P.

Palatini Bipontini. 187. *Saxoniæ.* 268. 271. 272. *Schirenses.* 208. *Simerenses.* 187.
Principes Alenconij. 327. 328. *Anhaltini.* 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. *Aquitaniæ.* 192. *Bipontini.* 222. *Bohemiæ.* 133. 134. 135. 137. 138. 139. 140. 141. *Cassuborum.* 46. *Condæi.* 344. 345. *Estenses.* 391. 392. 393. *Franciæ.* 188. *Feltrij.* 392. *Hollandiæ.* 225. *Lucemburgij.* 223. *Megapolensium.* 461. 462. *Palatini.* 218. 219. 220. 221. 222. 223. *Pomeranorum.* 467. 468. *Rugiæ.* 471. 475. 479. *Tarentini.* 321. 322. *Simmerenses.* 218. 219. *Vandalorum.* 438. 439. 440. 441. *Slesuigæ.* 361. 362. 363. *Stargardiæ.* 462. 463. *Stetinenses.* 474. *Sabaudiæ.* 369. 370. 371. *Sueciæ.* 30. 236. 405. *Teccij.* 23. 24. *Transiurani.* 18. *Vandalorum.* 474. *Vendomæ.* 343. *VVolgastenses.* 471. 473. *VVurtenbergæ.* 492. 493. 494. *Zeringiæ.* 22. 23.

R.

Reges Anglosaxonum. 248. 249. 250. *Arragoniæ.* 62. 89. 90. 91. 92. 93. *Asturum.* 53. 54. 55. 56. *Aurelianenses.* 13. *Austrasiæ.* 11. 12. 13. *Bauariæ seu Boiorum.* 178. 179. 197. *Bohemiæ.* 33. 41. 42. 133. 140. 141. 183. *Boloniæ.* 323. *Burgundiæ nouæ.* 19. 20. *Cantiorum.* 249. *Castellæ.* 57. 58. 59. 61. *Daniæ.* 215. 359. 360. 361. 362. *Francorum.* 3. 4. 5. 6. 7. 11. 189. 191. 192. *Galliæ.* 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 317. 318. 319. 324. 325. 326. 328. 329. 335. 336. 337. 338. 339. 340. *Germaniæ.* 190. *Herulorum.* 452. 453. 454. *Hierosolymæ.* 519. 520. *Hispaniæ.* 39. 40. 63. 64. *Hungariæ.* 33. 41. 102. 103. 104. 105. 106. 107. *Italiæ.* 190. 192. 193. *Legionis.* 51. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 61. *Longobardorum.* 180. *Lotharingiæ.* 193. 194. *Lusitaniæ.* 98. 99. 100. *Nauarræ.* 327. 345. 346. 347. 348. 349. *Neapolis.* 63. 320. 321. 323. 324. *Noruegiæ.* 359. 360. 361. 362. *Obotritorum.* 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. *Pannoniæ.* 42. 101. 322. *Saxoniæ.* 248. 251. 252. *Sicambrorum.* 1. 2. 3. *Siciliæ.* 62. 96. 97. 320. 321. 324. *Sueciæ.* 215. 359. 360. *Teutonum.* 177. 178. *Troianorum in Scythia.* 1. *Vandalorum.* 454.
Reguli Heusdæ. 499. 500.

INDEX ALPHABETICVS QVINTÆ PARTIS GENEALOGICI HVIVS OPERIS.

C.

Comites Andium. 8. 9. *Atholiæ.* 32. *Blosij.* 7. *Campaniæ.* 7. *Cariöæ.* 33. *Fani S. Pauli.* 82. 83. *Fifæ.* 32. *Lancastri.* 11. *Lignij.* 82. *Lucemburgi.* 78. 79. *Marriæ.* 33. *Richemontij.* 17. *Scepusienses.* 62.

D.

Domini Badenochæ. 33. *Mantuæ.* 85. 86. *Podiebradij.* 75.

Duces Albaniæ. 32. *Bergenses.* 48. 59. *Buchamæ.* 33. *Clarentiæ.* 13. *Eboracenses.* 16. *Clocestriæ.* 13. *Iaurenses.* 55. *Lancastri.* 13. 14. *Lignicenses.* 48. 54. 55. 56. 57. 58. *Lithuaniæ.* 64. 65. 66. *Lucemburgij.* 81. *Mantuæ.* 88. *Mosouiæ.* 43. 44. 45. 46. 47. *Munsterbergij.* 55. 75. 76. *Olsnicenses.* 54. *Oppolienses.* 59. 60. *Saganenses.* 53. *Silesiæ.* 47. 48. 49. 50. *Somersetti.* 14. *Suidnicenses.* 55. *Theschinenses.* 59. 61. 62.

I.

Imperatores Romani. 80. 81.

M.

Marchiones Mantuæ. 86. 87. *Morauiæ.* 79.

P.

Principes Finlandiæ. 73. *Florentini.* 90. 91. 92. *Glogouienses.* 51. 52. *Poloniæ* 43. *Silesiæ.* 51. 52.

R.

Reges Angliæ. 1. 2. 3. *ex Dacis.* 3. 4. *ex Normannis.* 4. 5. 6. *ex Comitibus Blosij & Campaniæ.* 6. 7. *ex Comitibus Andium.* 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. *Bohemiæ.* 67. 75. 78. 79. 80. 81. *Hiberniæ.* 30. 31. 32. *Pannoniæ.* 66. 67. *Poloniæ.* 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 66. 67. 68. 69. 73. *Scotiæ.* 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. *Suetiæ.* 71. 72. 73. *Vngariæ.* 67.

F I N I S.

IMPRESSVM FRANCOFVRTI
AD MOENVM, APVD
Nicolaum Bassæum.

M. D. LXXXXII.